DIVINVS
PYMANDER
HERMETIS MERCVRII TRISMEGISTI,

CVM COMMENTARIIS

R. P. F. HANNIBALIS ROSSELI Calabri, Ord. FF. Minorum Regularis Obseruantiæ Theologiæ & Philosophiæ ad S. Bernardinum Cracouiæ olim Professoris.

TOMVS PRIMVS

In quo agitur de S. S. TRINITATE.

OPVS VERE AVREVM RECONDITAQVE Sapientia refertissimum, ac proinde cuiuis arcana DEI scire cupienti vtilissimum.

Accessit eiusdem textus Græcolatinus, industria

D. FRANCISCI FLVSSATIS CANDALLÆ:

Indice Rerum & Verborum Generali accuratissimo adiecto.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Ex Officina Choliniana, Sumptibus PETRI CHOLINI.

ANNO M. DC. XXX.

SVPERIORVM PERMISSV.



REVERENDISSIMO PATRI, PATRI FRATRI FRANCISCO GONZAGÆ, TOTIVS ORDINIS S. FRANCISCI FRATRVM MINORVM MINISTRO GENERALI:

Frater Hannibal Rosseli Calaber, eiusdem Ordinis de Obseruantia Cracouiæ ad Sanctum Bernardinum Philosophiæ & Theologiæ Professor,

Patri nostro Obseruandissimo, subiectionem, &c.

CVM ex tuis literis intellexerim Reuerendiss. & in Christo Iesu amantissime Pater, paruum meæ obedientiæ obsequium, cæteraq; mea studia, quæ tibi viro prudentissimo, & grauissimo, in studiis promouendis, apud almam prouinciam Poloniæ præstiti, grata tibi esse, vehementer gauisus sum: animosque addidit, vt indies maiori curæ mihi esset, religiosam pietatem vestram, animumque vere Christianum, solicitudinem non vulgarem circa omnes, præcipue circa studia nostræ sacræ religionis promouenda, omnibus meis studiis atque officiis prosequi: tametsi ita à te, morum honestate, generis nobilitate, vitæ integritate, regularis disciplinæ obseruantia, doctrinæ denique grauitate amplificata sit, vt nihil addi posse videatur. Hæc mihi magis magisque cogitanti, in mentem venit, nullum gratius obsequium à me tibi Pater Reuerendiss. offerri posse, quam ex multis nostris laboribus, aliquem fructum, nempe, Primum librum Pymandri Mercurii Trismegisti, quem ipse in Prouincia Sancti Francisci, in ciuitate Tudertina, in monte sancto Anno 1571. commentatus sum, non sine multis curis animi & corporis; vt sub felici Reuerendiss. paternitatis vestræ auspicio sit excussus. Ne autem alicui mirum videri possit, quod quasi præposterum in edendis nostris Commentariis ordinem seruauerimus, cum prius liber quartus in lucem prodierit; facile nos excusatos habebit, si & rem ita postulasse, & mandatum Illustriss. & Reuerendiss. Domini Archiepiscopi Gnesnensis, cuius liberalitate & impensis etiam impressus est, accessisse intellexerit. In lucem autem venit, in primis quidem gratia Domini nostri Iesu Christi, deinde per pios labores, & sanctam solicitudinem Reuerendi Patris F. Erasmi Pencicii, Ministri Prouinciæ Polonæ: qui feruentissimum animum habens, circa pia opera, & studia, gratum quoque se putans facere Reuerendiss. paternitati vestræ, ita omnem operam nauauit, apud pios & egregios viros, præsertim vero apud venerabile Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Crac. cuius liberalitate, liber iste in lucem facilius prodiit, atque excussus est. Ipsi ergo Reuerendo Patri Erasmo, pro suis sanctis laboribus; viris autem illis, quorum eleemosynis liber venit in lucem, immortales gratias ago, suppliciter orans, vt ille, cuius amore hæc fecerunt, sit illorum merces & premium. Quamobrem impense & ex animo vestram Reuerendiss. Paternitatem rogo, vt huiusmodi munus oblatum boni consulas, grato animo suscipias, ac Paterna dilectione prosequaris. Habes enim Mercurium Trismegistum Regem antiquissimum, Regem sapientissimum, de omni scientiæ laude bene meritum, de nostra sacra religione Christiana egregiè disserentem, suis indumentis regalibus ornatum. Læto ergo animo, colendissime semper Pater, suscipe Mercurium: non enim tædium aut molestiam aliquam habet conuersatio illius; sed lætitiam & gaudium. Id vt facias, ita rogo, vt maiori studio, magisque ex animo rogare non possim. Quod si feceris (vti spero) sanctæ obedientiæ labores, ærumnas, perplexitates, omniaque incommoda feliciter mihi cessisse putabo. Vale. Datum Cracouiæ ex ædibus nostri Cœnobij ad S. Bernardinum. Anno 1585. 3. Non. Ianuarij.

CATALOGVS TRACTATVVM,

qui in hoc primo Tomo continentur.

FRATRIS IACOBI GARIBI

à Portumauritio Carmen.

Prisca fides nostræ quantum consentiat almæ,
Hannibalis Calabri connotat istud opus.
Aptior interpres certe non conuenit ipsi
Mercurio, quam qui mente viget similis:
Nam pius & doctus voluit potuitque iuuare
Huic seclo scripto & probitate sua.

LICENTIA ET FACVLTAS REVERENDISS. PATRIS FRATRIS FRANCISCI GONZAGÆ, TOTIVS

Ordinis S. Francisci Generalis Ministri, pro edendis Commentariis Reuerendi Patris Fratris Hannibalis Rosseli Calabri, &c. in Pymandrum Mercurii Trismegisti.

EGo Frater Franciscus Gonzaga, totius Ordinis S. Francisci Generalis Minister, facultatem facio Reuerend. P. Fratri Hannibali Rosselo Calabro, eiusdem instituti obseruantium, impressioni tradendi quæ edidit Commentaria in Pymandrum Mercurij Trismegisti: hanc concessionem manu mea subscribens, & Sigillo maiori obsignari mandans. Dat. Mantuæ, Die 2. Augusti. 1584.

Locus Sigilli.

Frater Franciscus Gonzaga, qui supra manu propria.

HERME-

PYMANDER MERCVRII TRISMEGISTI:

Cum commento

F. HANNIBALIS ROSSELI CALABRI ORDINIS MINORVM REGVLARIS obſeruantiæ.

TEXTVS MERCVRII TRISMEGISTI.

CVm de rerum natura cogitarem, ac mentis aciem ad ſuperna erigerem, ſopitis iam corporis ſenſibus, quemadmodum accidere ſolet iis, qui ob ſaturitatem, vel defatigationem, ſomno grauati ſunt: ſubito mihi viſus ſum cernere quendam immenſa magnitudine corporis, qui me nomine vocans, in hunc modum clamaret. Quid eſt ô Mercuri quod & audire, & intueri deſideras? quid eſt quod diſcere, & intelligere cupis? Sum ego Pymander, mens diuinæ potentiæ, vide quid velis: nam tibi vbique adero. At ego, cupio rerum naturam diſcere, Deumque cognoſcere. Ad hæc Pymander, tua me mente complectere, & ego in cunctis, quæ optaris erudiam. Cum hæc dixiſſet mutauit formam, & vniuerſa ſubito reuelauit.

Commentum primum.

MAGNI MERCVRII Hiſtoriam in principio 4. libri texui, ideoque denuo hic retexere, non opus eſſe iudicaui; ſed illius intentionem, ordinemque, quem in hoc primo libro obſeruat, exprimere. *Intentio Mercurij.* Intentio magni Mercurii in hoc primo libro circa ſacroſanctæ & indiuiduæ Trinitatis myſterium potiſſimum verſatur, quamuis & plura alia interſerit, quæ ad mundi creationem, & principium, ad elementorum productionem, ad *Ordo libri.* idearum cognitionem, ſpectant. Ordo autem libri ita ſe habet, vt multa interim dicat, & præmittat, quæ ad creaturarum cognitionem pertinent, deinde ad ſanctarum perſonarum inquiſitionem reuertatur. Hanc autem diuinam ſapientiam dicit ſe non ab hominibus accepiſſe, per ſtudium, & exercitium humanum, ſed per reuelationem diuini Pymandri, id eſt paſtoris hominum: ſic enim Deum vocat, cœlitus edoctus. Et reuera. *Num. 12.* *Si fuerit vobiſcum propheta, in viſione cognoſcar ab eo, aut in ſomno loquar cum eo; non talis eſt ſeruus meus Moyſes, ore ad os loquor cum eo, & palam, non autem in ænigmatibus, & ſimilitudine videt dominum.* Ex quibus verbis iuxta *Tres ordines diuinarum reuelationum.* tres hominis cognitrices vires, ſcilicet ſenſitiuam, imaginariam, & intellectiuam, triplicem diuinarum reuelationum diſtinctionem oſtendit. Ad ſenſitiuam exteriorem ſpectare eum dicit: *In viſione cognoſcar ab eo.* ad imaginatiuam vero, quod addit: *In ſomno loquar cum eo.* ad viſionem vero intellectiuam, quod de Moyſe ſubdit: *Non in ænigmatibus Dominum videt.* In ænigmate enim videre, proprium eſt tam exteriorum, quam interiorum ſenſuum: quippe qui non *Subſtantia.* ad cognitionem Dei inuiſibilis, & incorporei, ſed ad corporalem tantum ſpectat cognitionem. Prima ex his in Abraham oſtenditur, quando vidit Deum in ſubſtantia creaturæ: vel quia tres vidit, & vnum adorauit, vel in agno, quē loco Iſaac filij ſui immolauit, vel in iuramento ſui femoris. *Abraham exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt.* *Ioan. 8.* Secunda in Pharaone qui in ſomno vidit ſeptem ſpicas, & Nabuchodonoſor ſtatuam illam mirificam. qui tamē prophetæ dici non poſſunt, quia intelligentiam illarum rerum non habebant: ſed ſanctus Ioſeph, & S. Daniel, reuelationum interpretes, iure prophetæ ſunt appellati. Tertia in Apocalypſi Ioannis clare cōſpicitur: ſæpe enim vidit Deum ſub variis formis, & figuris: Modo ſedentem inter ſeptem candelabra aurea, habentem ſeptem ſtellas in dextra ſua: modò tanquam agnum occiſum inter quatuor animalia: modo equo albo inſidentem, vndiq; equis albis ſtipatum, & ſimilia multa. Petrus vigilans vidit in extaſi in linteo quadrupedia, & ſerpentia &c. In huiuſmodi mentis exceſ- *Extaſis.* ſu, vires inferiores ſopiuntur & abſorbentur, vt is, qui ſic diuino ſpiritu eſt afflatus, memoriam nequaquam retineat, qua ea repetat quæ vidit, cum ſe diuinus ſpiritus ſubtraxerit. Per diuinum enim ſpiritum tum homines, tum angeli diuina percipiunt myſteria. *Nemo enim poteſt dicere dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto.* *1. Cor. 12.* Danieli viro deſideriorum ſacræ viſionis myſteria ſpiritus ſanctus reuelauit; vnde *Reuelatio viſionum per ſpiritū ſanctum.* nactus eſt ſapientiam, vt arcana docere poſſet. Nobis, inquit Apoſtolus, reſerauit Deus per ſpiritum ſuum. *1 Cor. 2.* Throni vero, principatus, & cæteri ſpiritus cœleſtes, ſemper vident faciem patris. Viſio autem non eſt ſine ſpiritu: *Baſil. lib. de Sp. Sancto.* *Nam quemadmodum,* inquit Baſilius, *ſi in nocte tollas lucernam è domo, ſuperest vt nihil videant oculi, nihil operentur virtutes, nec agnoſcatur rerum dignitas; ſed per ignorantiam aurum perinde conculcetur, ac ſi ferrum eſſet; ita in intelligibili gubernatione, impoſſibile eſt, illā beatam manere vitam abſque ſpiritu ſancto: nihilo profecto magis quam exercitus in recto ordine manere poteſt abſente Duce, aut chorus in conſonantia, niſi adſit chori præfectus, qui temperet harmoniam.* Tota namq;

De mũdi principio. *Opera Spiritus Sancti.*

namq; illa supercælestis & ineffabilis harmonia, tum in cultum Dei, tam in consonantia inter ipsas conseruanda, à spiritu sancto dirigitur. Spiritus sanctus operatus est patriarcharum benedictionem, auxilium per legem datam, figuras, prophetias, fortiter in bella gesta, miracula per sanctos edita: ipse enim est omnis sacræ reuelationis, & visionis author, spiritualium bonorum distributor, magnarum & absconditarum rerum magister. Mercurius in suo hymno circa finem primi dialogi profitetur, se diuino spiritu afflatum hęc scripsisse. D. Cyprianus, *Minimas* inquit, *quid mihi sit ostensum, & quid mihi inter cætera reuelare dignatur si sit dominus, nec ridiculalla, & visiones ineptæ sunt habendæ. Sicut de Ioseph fratres sui dixerunt: Ecce somniator venit.* Fatetur Cyprianus plurima sacra mysteria per reuelationem spiritus didicisse, nec tamen dignus, qui vt somniator habeatur. Quare si Magnus Mercurius dicit se per reuelationem Pymandri hæc omnia didicisse, quę ad sanctæ Trinitatis sacramentum pertinent, non est certè inter vanos somniatores habendus.

lib. 4. ep. 9.

Textus expositio.

Cum, inquit, *de rerum natura cogitarem*. Laudanda profectò in tanto Rege, tam bona cogitatio. Non enim cogitabat de regni propagatione, plurimisq. prouinciis suo regno subiugandis, quod sæpe Reges cogitare consueuerunt; sed de rerum natura, vti solent boni philosophi causas rerum inquirere. *At mentis aciem ad superna erigerem*: mentis aciem vocat, oculum animæ, intellectum scilicet. Sensus est, naturali cogitatione naturalia indagabam, at diuina, acie mẽtis contemplabar. *Sopitis sensibus*, non qualicunq; supore, sed *sicut accidere consueuit iis, qui ob nimiam satietatem, vel defatigationem graui sopore tenentur*, omnis quasi sensus expertes. Ex quo colligi licet, illam visionem non fuisse primam neq. secundam; quia sopitis plenissime sensibus, tum exterioribus, tum etiam interioribus: Intellectiua ergo extitit, vel mentis excessus. Et rectè quidem sopitis sensibus, quia animus edomitis, deuictisq; suis passionibus, fit prudens, & intelligentiæ capax. A terrenis enim ad diuina migrare nos oportet, si diuinorum capaces esse cupimus: hoc siquidem modo animus ascendendo exuit, quę induerat descẽdendo, ait Plotinus. *Nam quemadmodum qui in sancta sacrorum penetrant, purgantur, exuuntq; vestes, nudique procedunt, quousq; progrediẽs aliquis, dimissis omnibus aliena à Deo, seipso tantum, diuinum inspiciat solum, synceruumq; & simplex, atq; purum: à quo cuncta dependent, ad quod respiciunt & sunt, & viuunt atque intelligunt. Causa enim vitæ est & mentis, atq; essendi. Id igitur quisquis videt, mirabiliter voluptate cum stupore conuiscet.* Talis nãq; in illo mentis excessu Mercurius fuisse videtur: *sicut inquit accidere solet longo itinere, seu labore fessis, seu saturitate cibi, seu potius correptis*. Itaq; exterior relinquendus est oculorũ intuitus, vestigiaq; & vmbræ, & ad Pymandrum confugiendũ est cuius hæc omnia quæ videntur simulacra reputantur. Quod si quis ad hæc proruat, quasi vera capescens. quæ velut foemosæ imagines apparent in aqua: id proculdubio patietur, quod, vt fabula tradit, ille perpessus est, qui vmbram captare contendens, sese mersit, atq; disperiit. Simili namq; modo, qui formas corpurum amplexatur, in profundum, tenebrosum, mentiq; horrendum præcipitatur: vbi & apud inferos cœcus, & hic manens, vtrobiq; versabitur inter tenebras. Hanc ob causam Diomedi Mineruam ab oculis nebulam abstulisse Homerus ait; vt discerneret Deum ab homine. Ita & ab animo prius oportet caliginem, qua offunditur auferre, deinde illa propius admouere, per quæ bonum quid, atque malum dignoscat. *Qui cum multis*, inquit Plato, *ac varijs artibus ornatus est, sit autem expers scientiæ optimi, ductus à singulis alijs; nonne meritò multa tempestate iactabitur? quippe cum absque gubernatore aberret, in pelago breui tempore periturus.* Sopitis ergo animi affectibus, Pymandrum audiamus. *Subitò*, inquit, *visus sum mihi cernere quendam immensa magnitudine corporis*. Ex hoc possit aliquis dicere, Mercurij visionem fuisse imaginariam, quia in phantasia reseruantur corporum imagines, & ipse Pymandrum vidit, immensam corporis magnitudinem habentem. Sed idem quoque dici posset de visionibus Ioannis in Apocalypsi: in qua plurima fidei nostræ arcana, sub diuersis rerum imaginibus, se didicisse affirmat. Vidit Pymandrum in immensa magnitudine corporis. Similis modus loquendi inuenitur in Iob Propheta, cum Dei formam describeret: *Eius*, inquit, *forma est altior cælo, profundior inferno, longior terra, & latior mari*; in quo Dei immensitatem, atque infinitatem ostendit. Similiter & Mercurius sub forma corporis immensi, immensam atque infinitam Dei maiestatem insinuauit: quod profectò confirmant verba quæ sequuntur. *Subitò*, inquit, *mutauit formam*. Mutatio in Deum non cadit: forma Dei est immutabilis. Quid ergo his verbis innuere voluit, nisi per illam immensam corporis magnitudinem, nos debere intelligere immensam Dei virtutem, & potentiam: hoc est mutare formam, scilicet sub forma corporali, spiritualem virtutem intelligere: Sicut Ioannes intelligebat in Apocalyp. & Ioseph somnium Pharaonis, & Daniel visionem Regis Babyloniæ.

Visio Mercurij quid fuerit.

Plotinus enn. 1. lib. 6 c. 7.

Plato 2. Alcibiad.

Tex. expo.

Iob. c. 11.

De mũdi principio.

Tex. *Quid est*, inquit, *ô Mercuri, quod audire, & intueri desideras? quid est quod scire & intelligere cupis?* Tanquam viro desideriorum optionem proponit eorum, quæ eum summopere consequi peroptabat. Egò, inquit, optimè noui te esse virum desideriorum, & audire velle vocem tui Pymandri, eumque intueri: scire quoque & intelligere, audire, & videre: hæc enim scientiæ, & intelligentiæ plurimùm famulantur: proinde surdi & cœci scientiam, & intelligentiam non capiunt Dei, cæterarumque rerum. In diuinarum vero rerum cognitione, audire præcedit videre, quia prius oportet credere diuina, deinde intueri: fides enim est ex auditu. *Audi filia*, inquit, *& vide*. Deinde sequitur scientia multarum rerum, & sapientia diuinorum. Perfectus ergo erat iste Mercurius, qui & Deum audire, & videre, cupiebat scire & intelligere. Qua propter diuinus Pymander ad modum patris, Mercurium alloquitur, admonens, vt eum mente complectatur, hoc est, in mente perpetuo habeat, & verset, *& in cunctis te erudiam*: quia non est mihi opus tempore in docendo, semperque docebo, quod alij magistri efficere nequeunt. Tex. Mercurius tam affabiliter admonitus, ex animo respondit: *Cupio*, inquit, *intelligere*, non magnas opes, non diuturnos dies, non caducas voluptates, sed *rerum naturam discere*, philosophiam scilicet, quæ circa cognitionem rerum naturalium versatur, *& Deum intelligere*, nempe theologiam, per quam Deus cognoscitur. Optima, & iusta petitio: scientia enim de rebus naturalibus, est quædam scala ad sacræ theologiæ cognitionem capescendam. Siquidem per ea, quæ facta sunt, ea, quæ non videmus, intelligimus, nempe sempiternam Dei maiestatem, & virtutem, de quo infra multa sunt dicenda, atque disputanda. Dei autem cognitio est, illa eximia sapientia, sempiternorum scientia, primarum, & altissimarum causarum intelligentia, denique quædam participatio diuinæ cognitionis. Diuinus intellectus, quia plene capit diuinam essentiam. plenam, & absolutam theologiæ rationem habet, perfectusque theologus dici, & appellari potest. Creaturæ, quoniam huiusmodi cognitionis perfectissimum gradum assequi nequeunt, per fidem, per scripturas, per reuelationem, plurima de diuinis illis arcanis mysteria didicerunt. Vnde & theologi apud veteres diuini sunt appellati, diuinorum secretorum scrutatores, fidei magistri, vitæ humanæ lumina, morum, & doctrinarum scholæ, fontes perennes, columnæ denique inflexibiles, & bases veritatis. Clara est theologia, magistra veritatis, quæ nunquam marcescit, & facile videtur ab his, qui diligunt illam. præoccupat siquidem eos, qui se concupiscunt. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet. Hæc est animi nostri constantia, & fortitudo, quæ metu non frangitur, potestate non mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur, non vt paruulus fluctuat, neque circumfertur omni vento doctrinæ, sed manet immobilis in Christi fide, & doctrina, in charitate fundata, & radicata. Ad huius inquirendæ veritatis studia, magno & excellenti ingenio viri, quidquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus publicis & priuatis actionibus, libenter contulerunt. Existimantes multo esse præclarius, sanctæ theologiæ rationes, arcana, diuinaque documenta inuestigare, quam struendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere. Hæc ergo vera sapientia omnibus rebus est anteponenda, quippe quæ vna sola, mœstitiam pellit ex animis, metu exhorrescere non sinit, omniumque potest cupiditatum ardorem extinguere. Hæc nos Deo coniungit, angelis sociat, vereque felices efficit & beatos. Huius igitur cognitionem, & notitiam, cum Magno Mercurio optemus, à Magno Pymandro nobis dari, qui est pastor hominum, qui ratione vtuntur.

Tex.

Audire. Videre.

Psal. 44.

Scire.

Theologia laus.

MVNDI EXORDIVM.

MERCVRIVS.

Cernebam enim immensum quoddam spectaculum, omnia videlicet in lumen conuersa, suaue nimium atque iucundum, quod intuentem me mirificè oblectabat. Paulo post vmbra quædam horrenda, obliqua reuolutione subter latebat, in humidamque naturam migrabat,

Demũdi principio. bat, ineffabili tumultu exagitatam. Inde fu-
mus quidam magnus in ſonitum erumpebat:
ex ſonitu vox egrediebatur, quam ego luminis
vocem exiſtimabam, ex hac luminis voce, ver-
bum factum prodiit.

Commentum II.

Mundi exordium. lib. 1. phil. 12. com 5. MVNDI creationem, exordium, atque ordi-
nem, ſub verborum inuolucris, & ſententia-
rum caligine, prophetice quodammodo de-
ſcribit: quem etiam ordinem, aliquos ex ſapi-
entibus, quos philoſophus, theologos nomi-
nat, ſemper obſeruaſſe inuenimus. Si, inquit, vt dicunt
theologi, qui ex nocte generant, aut vt phyſici, erant ſimul
res omnes, dicunt idem impoſsibile. Ex nocte, inquam, .i. ex
priuatione, ſimpliciter omnia generant: rerum autem pri-
Orpheus. uatio, quam Orpheus, cæterique poetæ theologicè prope-
modum, noctem appellant, aut ipſa lucis priuatio eſt, aut
Phœnices. Deus benedictus, qui poſuit nubem latibulum ſuum. Phœ-
nicum quoque theologia, principium rerum omnium te-
nebroſum, ac ſpiritualem aerem eſſe affirmat, aut aeris te-
nebroſi ſpiritum: & prætereà chaos turbidum omni luce
priuatum. Sed & Moyſes, hoc idem de mundi exordio, in
principio Geneſeos ſentire videtur. *Terra,* inquit, *erat inanis,*
Antiquum chaos. *& vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Multis plane no-
Gen. lib. 1. minibus, materia illa rudis, atque indigeſta ex qua reliqua
quę videmus, producta ſunt, vocari conſueuit. In primis
cœlum, & terra, quia ex illa manarunt: abyſſus, cum vi-
Prima materia nomina. deri non potuiſſet, etiamſi homo tum temporis adeſſet:
aqua, vtpote ductilis, & ſubdita imperio dirigentis. In re-
rum itaque exordio nullo terra ſtirpium, ſeu herbarum
germine veſtiebatur, ideo inanis apparebat, & vacua ab o-
mni ſiquidem corpore animæ viuentis. Et tenebræ erant
ſuper indiſcretum mundi corpus, ſuper aquarum profun-
Cont. Manich. lib. 1. c. 4. ditatem, quæ nondum ad locum vnum, Dei iuſſu redire cu-
rauerant. Porro ipſa lucis abſentia (teſte Auguſtin.) tene-
bræ dicuntur. Sicut etiam ſilentium eſt abſentia vocis; v-
bi enim ſonus non eſt, ibi ſilentium inueniri dicimus. Ex-
Manichæorum opinio plodenda eſt ergo Manichæorum opinio, quæ gentem te-
nebrarum, aduerſus gentem lucis pugnaſſe, dicere
non erubuit, quaſi tenebræ fuiſſent æternæ, & ali-
quid vere in naturæ fundamento poſsiderent. Tene-
lib. 1. de Geneſi ad lit. c. 4. bræ ergo erant ſuper abyſſum vaſtiſsimam. i. non erat
lux ſuper abyſſum. Quapropter ait Auguſtinus. *Mate-*
ria illa, quæ in rerum formas ordinata diſtinguitur, appellata
eſt terra inuiſibilis, & incompoſita. & aquarum profunditas luce ca-
rens, cœlum quoque & terra, veluti ſemen terræ cœliq́; Sed primo, cœ-
lum & terra non incongrue appellata eſt, vt ipſius vtriq́; vniuerſitatis,
propter quam materia ex nihilo facta eſt, cœli, ac terra nomine voca-
retur: deinde terra incompoſita, atq́; abyſſi nomine, inſinuaretur in-
formitas: terra ſiquidem cæteris eſt elementis informior. Poſtremo a-
quæ nomine materia, terra mobilior artificis operi ſubiecta oſtenditur.
In principio ergo Deus fecit cœlum & terram. i. materiam,
alii (χάος) Triſmegiſtus, materiam fluidam, quæ cœli &
terræ formam capere poſſet, & hæc terra inuiſibilis, & in-
compoſita. i. informis, abyſſus ſine lumine iacens: quæ ta-
men, quoniam cedebat operanti, aqua dicta eſt. & ſpiritus
Spiritus ferebatur ſuper aquas. domini ferebatur ſuper aquas: non ſicut ſuperfertur ole-
um aquæ, vel aqua terræ; ſed ſicut lux Solis, ſuper noſtra
ſuperfertur corpora, quæ ſuo calore, ac lumine fouet, ſic ſu-
perfertur voluntas artificis rei, quam ad operandum mo-
uet. Magno certe ſuper creaturam ſuam, creator affectu
ducebatur, vt quia non poterat eſſe, quod ipſe creauerat,
tales profecto ex illa formas conderet, in quibus cre-
ator inhabitaret. Sed non eſt ſilentio illa ſententia
tegenda, quæ ſpiritum, aeris elementum appellat, quod
quidem cum lucis beneficio non illuſtraretur, tenebro-
ſum, at lucis expers ſuper abyſſum imminebat. Superior
vero ſenſus veritati, ac rationi conformior eſt. hoc idem
puto Triſmegiſtum & vidiſſe, & nobis etiam ſub nube inti-
Tex expoſitio. maſſe. *Vidi,* inquit, *omnia in lumen eſſe conuerſa,* nullum ap-
parebat veſtigium ſurgentis creaturæ. hoc mihi ſuaue e-
rat, dum Deum ſuauiſsime, non ad aliquam creaturarum
diſtractum, contemplarer. Sed paulo poſt ad conditarum
rerum principia lumina defixi, vidique *vmbram quandam*
horrendam, noctem ſcilicet, ſeu tenebras reuolui, atque *an-*
gi eas in humidam materiam, id eſt, ſuper vaſtiſsimam aqua-
Tumultus natura. rum profunditatem, *ineffabili tumultu exagitatam,* vnus nam-
que erat naturæ vultus in orbe, quem antiqui dixere χάος.
Tumultus plane ille, naturarum erat deſiderium, quo v-
naquæque ornatum ſui, atque perfectionem peroptabat.

Inde fumus magnus in ſonitum erumpebat. id eſt, materia illa in- *De mũdi principio.*
uiſibilis erat, & fumo, hoc eſt, tenebrarum obſcuritate te-
gebatur. *Porro ex ſonitu, vox luminis egrediebatur,* quia, iuxta
Apoſtolum, Deus iuſsit ex tenebris lucem ſplendeſcere. Au- *Fumum. 2. Cor. 3.*
di (quæſo) luminis vocem, Fiat lux. ex hac autem luminis
voce, *verbum ſolum prodiit,* de quo poſtea nobis abunde lo-
quendum eſt. hoc fuit Triſmegiſti ſpectaculum, quod ma-
gna inuolutum eſt tenebrarum caligine: cui vtique non-
nulla addere de mundi principio, inutile fore non ſum ar-
bitratus.

QVÆSTIONIS PRIMÆ

CAP. I.

De mundi principio, philoſophorum ſententiæ.

VOlens Philoſophorum de mundi principio texere *Thaletis opinio de creatione mũdi.*
ſententias. ab eo exordiri placuit, qui inter ſeptem
Græciæ ſapientes, primas partes habuiſſe fertur.
huiuſmodi fuit Thales Mileſius, qui, vt ſcribit Plu-
tarchus, vnus de ſeptem Græciæ ſapientibus, principium
rerum aquam putauit: is primus philoſophari dicitur in- *lib. de dog philoſoph.*
cepiſſe, & ab eo Ionicam philoſophiam eſſe appellatam. Di-
citur autem Iunior Ægypto præfuiſſe, & Miletum Senior *Rationes Thaletis.*
rediſſe. Inductus autem fuit, vt ex aqua vniuerſa eſſe di-
ceret, & in aquam demum reſolui, quia ſperma omnium a- 1.
nimalium origo, humida ſubſtantia eſt. vnde veriſimile
putauit hoc modo cuncta ex humido oriri. Deinde, quia
herbæ, ac plantæ vniuerſæ humido aluntur, & fructus fe- 2.
runt, eius autem penuria langueſcunt, & decidunt. Ter-
tio, quia ignis ſtellarum atque Solis, & ipſe mundus aqueis 3.
vaporibus alitur, quam opinionem Homerus quoque ap-
probare videtur, qui Oceanum, & Thetim, aquarum de-
am, omnium eſſe parentes deorum affirmat. Sanctum præ-
terea erat deorum per Stigem paludem iuramentum, quod 4.
nemo audebat impune violare. Calor inſuper ex humido
fieri videtur, eſt enim humidum quodammodo caloris 5.
materia. Amplius, vita animalis in humido verſatur, vi- 6.
uere autem in viuentibus eſt eſſe: humidum ergo, rebus
principium eſt eſſendi. Is princeps philoſophiæ extitit, qui
opinatus eſt, diis eſſe plena omnia. Vbi Themiſtius illud *1. de anima tex. 36.*
de proximo congruebat: Iouis omnia plena compita, & o-
mne forum. Idem quodammodo Zenon ſentire videtur. *Homerus. Zenon.*
qui Deum meare per omnem ſubſtantiam cenſuit. Veriſi- *Virgilius.*
mile quoque eſt idem poetam cecinisse. Spiritus intus alit, *6. Æneid.*
inquit, & per terras tractuſque maris Deum meare. Sane
in ſubſtantia intellectuali Deum eſſe intellectum, in ani-
mali animam, in naturali naturam, in affectu affectionem,
& habitum. eſſe putauit. Hanc autem Thaletis opinionem, *1. de anim. 3. de gener. anim. c. 11.*
& ſi primo oppugnare videatur philoſophus, eam tamẽ alibi
approbat potius. dum omnia eſſe plena animæ aſſerit. Is
igitur, atque Anaximander eius auditor, primi poſt dilu-
uium philoſophiæ ſtudium in Græcia excitarunt. teſtes *in prologo phyſ. 1.*
ſunt Simplicius & Galenus. De hoc philoſophus primo *Gal. lib. de hiſt. philoſo*
met. copioſè diſſerit, & in libris politicorum primum fuiſſe
oſtendit. qui Lunæ Soliſque defectus inuenerit. Cui ſuffra- *Philoſophus.*
gari poteſt Platonis dictum: *Dum,* inquit, *Thales cœlum ſuſpi-* *Plato. lib. de ſcient.*
ceret, intentus ſyderibus in foueam cecidit, quem Thracenſis quædam
eius ancilla facete admodum carpſit, quod quæ in cœlo ſunt prauidere
contenderet, quæ verò proxima & ad pedes, non videret. Latet enim
philoſophum, non modò quid agat eius proximus. ſed fere
homo ne ſit, an brutum: quid autem homo ipſe ſit quæ
actio eius, aut paſſio ipſius hominis propria. ſtudioſè per-
quirit. Etenim, ſi quando vir talis. vel priuatim cum ali-
quo. vel publicè in iudicio, ſiue alibi de his, quę ad pedes &
in conſpectu ſunt diſſerere voluerit, riſum mouet, non
Thracenſibus ſolũ. verumetiam & cæteris gentibus: quip-
pe cum in foueas, ambiguitateſque multas propter harum
rerum imperitiam incidat. huius etiam meminit Diu. Au-
guſtin. *Rerum naturas ſcrutatus,* inquit, *Thales, ſuas diſputationes* *lib. 8. de ciuit. c. 2.*
literis mandauit, aſtrologiæ quoq́; numeris comprehenſis. defectus So-
lis & Lunæ prædicere potuit. Aquam tamen putauit rerum eſſe prin-
cipium: & hinc omnia elementa mundi. ipſumq́; mundum exiſtere.
Quamobrem cum à piſcatoribus Mileſiis, iuuenes quidam
iactum eſſent mercati, hique menſam auream traxiſſent,
contendentibus vtriſque de menſa, Apollo conſultus, iuſ-
ſit ſapienti dari. Datur [illegible] primum Thaleti, qui à omni
titudine Ionia ſapiens [illegible] batur. hic eam miſit alij ex *Menſa aurea.*
illis ſeptem qui alii [illegible] quoad ventum ad Solonem,
qui menſam iuſsit Apollini, nempe vere ſapienti dari. Na-

De mūdi principio.

tus est Olympiadis, 35. anno primo, vt Apollodorus numerat apud Laertium, Romuli, atque Achas regum temporibus.

CAP. II.

Anaximandri positio.

Infinitum rerum causa.

Thaletis discipulus, atque sodalis Anaximander, ipsum infinitum rerum omnium generationis, atque corruptionis causam esse dixit. Nam ex ipso ait cœlos segregatos, cæterosque mundos numero infinitos: corruptionem vero & generationem multo prius ex infinitis arbitratur seculis in seipsis reuolutis. Ex hoc igitur principio infinito omnia primum oriri, & in hoc tandem deuenire arbitratus est. hic Cylindri formæ esse terram asserit, tantæque profunditatis, vt ad latitudinem, profunditas tertia pars inueniatur. Ait præterea, spermaticas vires ex sempiterno calido ac frigido in origine huius mundi densas fuisse, ac aliqua ex flammea pila, aere hoc circumuoluta, vt testa nucleis diruta, & in quosdam circulos explicata, Solem, ac stellas constituisse hæc ad hominem primo ab animalibus natum: nam alia, inquit, videmus cito, postesquam nata sunt, ad propria pabula per se venire, hominem vero diuturna egere lactatione. De hoc August. vbi supra loquens, ipsum in his rerū operibus diuinæ menti tribuisse asserit nihil. Cicero quoque *Anaximandri, ait, opinio fuit, natiuos esse deos longis interuallis orientes, occidentesque, eosque innumerabiles esse mundos: ita eundem esse qui faceret, & ex quo faceret. & qui fieret, contrarietates qua in ipso sunt:* hoc quoque Aristoteles subindicat. Reprehenditur autem, idque iuste à Plutarcho, Eusebio, aliisq; philosophiæ cultoribus, quod non aperuerit infinitum istud aer ne, an aqua sit, aut aliud quoddam corpus. deinde subiectam materiam adducens, efficientem causam deserit: infinitum enim nihil aliud quam materia est, quæ actu esse non potest, nisi ab efficiente eliciatur. Plotinus præterea his suffragatur rationibus: *qui autem infinitum, inquit, materiæ loco ponit, quid hoc ipsum sit debet exponere: ac si ita infinitum est, vt id pertransire quis nequeat, nempe actu infinitum; meminisse oportet, non posse eiusmodi quicquam in rebus existere, neq; si ipsum per se & in se infinitum sit, neque si in alia sit natura, quasi cuiquam corpori accidens. Profecto neque ipsum in se immensum. quoniam pars quoque eius necessario foret immensa. neque infinitum accident alteri, quoniam illud, cui accidit suapte natura, infinitum minime foret: neque simplex, & profecto neque materia. non ergo est materia id quod accidit, quoniam in alio est: neque materia illud, cui id accidit, nisi sit infinitum: neque compositum est prima materia, non enim simplex, sed in prius aliquid resoluendum.* Cæterum, si Thaletis, atque Anaximandri sententiam ad pium aliquem, atque supernaturalem intelligendi modum adducere licet; tunc plane recte eos, de rerum principio locutos fuisse, apparebit. Thales namque, authore Cicerone, mentem, quæ cūcta ex aquis finxit, sapientiam æternam, solertissimam, omnisque pulchri, bonique repertricem vocat; quæ chaos, nempe aquam cum terra, ad ædificium mundi præparauit, & ipsum mundum superextraxit: atque ideo aquam omnium esse principium dixit: quia vero illud chaos, immensum quoddam corpus putabatur: propterea Anaximander, rerum principium, infinitum aliquod, nempe, chaos antiquum putauit, ex quo omnia extracta sunt, & ad illud omnia resoluenda: non enim verisimile est, causam mundi efficientem eos ignorasse.

Forma terræ.

Augustinus. Cicero de nat. Deor.

Arist. lib. 3. phys.

Plot. lib. 4. enn. 2. c. 7.

Thaletis, & Anaximandri [illegible] laudantur.

CAP. III.

Infinitum mundi principium esse secundum nonnullos ex philosophis.

Arist. lib. 1. de cœlo comm. 33.

Vtrum sit aliquod corpus infinitum, quemadmodum complures antiquorum philosophorum putauerunt, an hoc sit vnum aliquod impossibilium, non parum sed multum, inquit Philosophus ad contemplationem veritatis refert. Etenim hoc fere contradictionum omnium his, qui de natura aliquid annuntiarunt, principium & fuit, & erit. Sane, rerum quippe naturalium infinitum, materiale principium Anaxagoras, Parmenides atque Melissus esse putauerunt. Quare cum illud [illegible] infinitum, rerum naturalium generationes, quæ [illegible] separar[illegible] ordinem ab illo sunt, nunquam de[illegible] esse [illegible] strati sunt. Est autem infinitum multiplex, primo cœli, [illegible] vigore, aut virtute, vt Deus qui est causa prima, [illegible] rumque principium, cum secundum Catholicos, tum etiam secundum fortassis Peripateticos. Infinitum duratione, vtpote tempus, motus, cœlum, & quæ tempore voluuntur æterno, secundum aliquorum sententiam quod quidem [illegible] rationem principij subire non potest. Aliud multitudine, vt numerus. Quartum vero magnitudine. in quibus profecto, principij, aut principiati ratio minime inueniri potest. In causa autem est, quia impossibili posito in esse, impossibile semper sequitur. Cum enim infinita actu magnitudo esse non possit, aut multitudo, inde fit, vt illud impossibile sequatur, si hoc, tanquam verum sit admittendum. Infinitum autem vigore, mundi principium esse Plato confitetur quod plane Catholicam redolet veritatem. Magnitudinem vero infinitam, mundi principium Anaxagoras, Parmenides, & Melissus asseuerant. sed in eandem puto, quam de Anaximandro narrauimus, incidere sententiam. Nam si impossibile est, & sensui, & rationi, corpus actu infinitum inueniri: non video, quomodo præclarissimi viri illi, tam absurde aberrauerint. Si mundus præterea ex infinita magnitudine constat, principio, & veteri, & nouo etiam carebit: nullum enim corpus infinitum, iuxta aliquorum opinionem, agens habere potest. cum vera quoque ratione apertissime pugnat, quoniam omne actu corpus existens, fine concluditur, ac limite terminatur. at qui plures mundos, eosdemque infinitos multitudine statuunt, in magnam incidant absurditatem necesse est, nempe plura esse prima principia, imo infinita prima. vnitas enim mundi, motoris vnitatem ostendit.

Infinitum multiplex.

De mūdi principio.

CAP. IV.

Anaximenis, & Diogenis Apolloniatæ positio.

Anaximenis sententia.

Anaximenes vero, atq; Diogenes aerē priorē aqua, & maxime principium aliquod ponunt, simplicium corporum. primo met. hunc autem aerem genere infinitum, qualitatibus vero finitum Anaximenes esse putauit, cuius cōdensatione, ac rarefactione, cuncta gigni arbitratur. motum vero ab æterno esse dicit: terram ex aere constipato primum omnium factam latam magis, idcirco non absque ratione super aerem contineri: Solem vero, ac Lunam, cæterasque stellas, à terra ortum habere. Itaque Solem terram esse, ait, velocitate motus, caliditatem assequutum. Diogenes vero Apolloniata, siquidem multi fuerunt, Sinopæus, qui Cynicus est dictus, & Sycnnius historicus, & stoicus, qui legatus iuit Romam cum Carneade, è Critolao, Seleuciæ natus, sed Babylonius dictus, & Tarsensis Diogenes, qui de quæstionibus poeticis scripsit, & is ipse Diogenes Laertius: & qui ætate hos omnes antecessit, Diogenes Apolloniata, is elementum, aerem ponit, omnia mouere dicit, mūdos infinitos asserit, quos factos esse arbitratur vniuersi motu, quod huc, atque illuc latum, ac alibi rarefactum, alibi constipatum: vbi forte constipatum fuit, ibi globum factum, & mundum, in quo, quæ leuiora sunt, superiora petierunt. horum opinionem, diuus August. recitat, *Anaximenes omnes rerum causas, inquit, infinito aeri dedit. nec deos negauit, aut tacuit, non tamen ab ipsis aerem factum, sed ipsos ex aere ortos credidit. Diogenes quoque Anaximenis alter auditor, aerem quidem dixit rerum esse materiam, de qua omnia fierēt. sed eum esse compotem diuinæ rationis, sine qua nihil ex eo fieri posset. qui autem rationis compos est, intellectum habeat, necesse est, qui plane simplici aeris elemento esse medi non potest. Aliquod ergo diuinum per aeris nomen intellexisse videtur, cuius virtutis potentia condita sunt omnia. Fortasse sub aeris natura, spiritus, qui ferebatur super aquas, intelligi potest, est enim aer spiritus, quod si ita intelligi liceat, clara est, atq; catholica Anaximenis, & Diogenis positio: Verbo enim domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Porro suam talibus positionem astruebant rationibus. Rerum principium, inquiunt, omnium simplicissimum est, compositum enim, primum esse principiū non potest, cum partes compositio simpliciores sint: sed aer est simplicior aqua: principij igitur ratio, aeri potius, quam aquæ tribuetur. Præterea, humidum vna cum frigido vitam tollit potius, quam procurat, siue conseruat, ob impendentem, atq; ad centrum trahentem horridam frigiditatis qualitatem, quare principij rationem, aqua, elementorum vtriq, humidum & frigidum subire nequaquam potest. sed aer, qui est humidus & calidus. Amplius inter elementa, aeri potissime congruit principij dignitas, tum ob eius simplicem naturæ qualitatem, quæ ad principij rationem pertinet, tum etiam ob congruam, quam habet

Multi Diogenes.

Diogenis sententia.

August. li. 8. ciuit. c. 2.

Psal. 32.

Rationes Anaximenis.

cum

De mundi principio. cum viuentibus rationem. Aer enim, spirationis causa est, qua vita animalis conseruatur. insuper aeris mutationes, atque infectiones, vitam, aut mortem ingerunt viuentibus. Ignis namque consumptiuus est, atque entium destructiuus potius: terra similiter mortifera sua necans grossitie animantia cuncta: aqua vero humiditate, atque sua frigiditate, omnia dissoluit, & confundit. Quare aeris elementum. cum omnium sit purissimum vitæque amicissimum: non immerito, omnium esse principium dicimus. Verum eos errasse dicunt nonnulli: quare ex informi, ac simplici spiritu, atque aere animalia posse constitui putauerunt. Impossibile autem omnio est, principium rerum solam esse materiam: cum necesse sit efficientem causam ponere. sed satios est priorem sequi huius positionis sensum.

CAP. V.

Hippasi Metapontini, & Heracliti Ephesii positio.

Hippasi rationes. Hippasus autem Metapontinus, & Heraclitus Ephesius ignem primo met. rerum principium esse putarunt, quo extincto, cætera gignuntur: cuius solidiorem partem in se contractam, atque constipatam, terram fieri. terram porro ab igne resolutam, in aquam verti, & exhalationes aquarum, in aerem transire.
1. Rursus autem vniuersa corpora, mundumque ipsum, ignis ardore corrumpi. Principium igitur ignis est, inquiunt, quia in eo sunt omnia, & in eum denuo resoluuntur.
2. Amplius, necesse est, vt principiom quidem paruũ corpore, ac tenuissimum sit, virtute vero maximum: sed ignis, elementorum omnium tenuissimus est, virtute vero maxime actiuus: atqui ignis non entitate, sed raritate tenuissimus est, idcirco ratio huiusmodi, non multi facienda est. *Primo de cœlo 33.*
3. Verum rursus sese rationibus munire contendunt. Qood mouet ad esse, inquiunt, principium est: sed lumen, quod è cœlo dilabitur, omnia ad esse, corporalia mouet: porro huiusmodi lumen, corporis defluxus est, quod in perspicuo per indiuisibilia fluit, & per perspicua corpora, intrinsecus ingreditur, atque ita constituit omnia. nihil enim est, cui lumen non sese intermisceat, vel quod se abscondat à calore eius. Lucem namque primam, ignem appellauerunt, atque ideo falsi sunt omnium esse principium. Si ignis, quem isti principium putant, lucem, quam Deus in mundi exordio condidit, subindicet, tunc plane, illorum positio nequaquam absurda reputabitur: lux certe rerum causa præcipua est, quod si absque aliquo intelligentiæ superioris, atque eminentioris modo capiantur, dubium non est, eos non recte de rerum principio sensisse. Quod enim in aliquod primum resoluitur, principium vocari non potest: sed quodlibet elementorum, in formam, atq; materiam resoluitur: nullum ergo elementum, simplicis, verique principij nomen habere meretur, tametsi respectu mixtorum, principium dici possit. *Lux causa rerum. Elementa non sunt prima principia rerũ.*
5. Amplius, illud à Philosopho in physicis principium vocatur, à quo alia fiunt, & ipsum à nullo: sed elementa, mutua ad se inuicem congressione fiunt: non sunt ergo prima principia rerum. Præterea, formam substantialem omnino interimunt, & non nisi accidentalem admittunt. Quare nullum elementum, rerũ
2. principium simpliciter dicendum esse confitemur. hanc fortassis Heracliti mentem, qua credidit orbem quandoq; deflagraturum, vt huc omnia redeant, vnde profecta sunt. Ouidius secutus est 10 metamor. hæc carmina subscribens: *1. phys. c. 46. Ouidius.*

Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus:
Quo mare, quo cœlum, correptaq; regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Heracliti opinio. 4. met. c. 22. Is Heraclitus scientiam negauit, omnia entia existimans esse sensibilia, quæ quoniam continuæ subsunt mutationi, idcirco de illis scientiam haberi non posse putauit. à Cratylo increpatus est, quod nec semel quidem in flumen intrare possee, huius autem meminit diuus Aug. An dij sempiterno tempore fuerint, an ex igne. vt credidit Heraclitus, an ex numeris, vt Pythagoras, an ex athomis, vt epicurus. *August. li. 6. ciuit. c. 5.*

CAP. VI.

Democriti positio, Leucippi, & Epicuri.

Democriti opinio. Athomi. Democritus, quem Epicurus sequitur, principium rerum asserit corpuscula quædam minutissima, quas Athomos appellat ratione cognoscibiles, solidas, non generabiles, nec corruptibiles omni fractura superiores, quæ alterari non possunt. Has in vacuo, & per vacuum moueri asserit, quod infinitum esse opinatur: athomos quoque ipsas infinitas numero dicit. quibus accidunt figura, & magnitudo secundum Democritum: Epicurus autem pondus quoque adiecit: non enim mouebuntur, inquit, nisi pondere differantur. figuras porro athomorum nec infinitas, & eiusmodi esse asserunt, vt frangi non possint. Athomos enim dicta est, non quia minima sit, sed quia diuidi, aut frangi nequeat. Athomos autem esse dicunt, quia vacuum, atque vnitas elementa sunt: Leucippus autem. & socius ipsius Democritus, ait philo. in primo metha. elementa quidem plenum, & vacuum esse aiunt, vt ens quidem illud, non ens vero hoc asserentes; corpora nanque naturalia ex athomis componi dixerunt: quia vero indiuisibile additum indiuisibili non facit maius, & vnumquodque corpus altero maius aut minus est, idcirco inter athomos, quas plenum appellabant, vacuum interponebant; vt respectus ille, qui inter corpora inuenitur, seruaretur. Omne igitur corpus ex pleno & vacuo constare putauerunt: nam totum ex suis partibus resultat. Porro primæ corporum naturalium partes, athomi sunt, cum in priores minores diuidi nequeant: corpus autem naturale vnumquodque totum quoddam est. quare necesse est ex vacuo & pleno componi. *De mundi principio. Epicurus. Vnde Athomus dicatur. Leucippi opinio. Quomodo corpora constant ex Athomis.*

Cæterum, quanquam omne corpus naturale, quo est totum similare, Athomis, quæ Philosophus minima naturalia appellat, constare probabile sit, quo tamen est totum essentiale atque dissimilare, vt puta animal, stirps, aut mixtum, ex materia prima, & forma prima, veluti ex primis, & remotissimis partibus, & ex quatuor elementis, tanquam propinquioribus, & ex similaribus membrorum officialium, adhuc partibus propioribus, & ex membris officialibus, vt ex proximis partibus constet, necesse est. hunc autem ordinem in libris de stirpibus, & animalibus Philosophus manifestat. Corpus itaque naturale, quatenus similare est, ex Athomis, tanquam ex partibus similaribus componitur, non autem, quatenus est essentiale, sicut supra diximus. *Philosophus.* Democritus ergo ex Athomorum congregatione casualiter mundum factum esse dicebat & nedum istum, quem videmus, sed infinitos prorsus, quatenus in diuersis infiniti vacui partibus Athomos congregari contigerit. Quare mundum nequaquam perpetuom esse opinatus est, materiam vero eius, & motum æterna permanere credidit. Hæc cum extranea nimis esset opinio à phil. negligitur: quippe, qui eam reprehensione dignam non iudicauit. Is nullius sempiterni principium, aut causam esse quærendam arbitrabatur: sed male: ideo à philoso. corrigitur. *In omnibus, inquit, non recte dixit. Etenim triangulus suos angulos duobus rectis semper æquales habet, cuius tamen æternitatis est aliqua alia causa.* aut nihil esse verum ait, aut nobis non esse manifestum. Dixit etiam impossibile esse omnia esse generata, quia tempus generari non potest. Plato vero solus ipsum generat. proinde vniuersum infinitum esse putauit. quoniam à nullo creatum est. eorum vero, qui nunc gignuntur fieri per athomorum congregationem. *Opinio Democriti extranea. Arist. 8. phys. tex. t. 15. idem 4. met. c. 41. id. 8. phys. t. 10.*

Epicuri opinio. Epicurus Neoclis Atheniensis filius maiestati Deorum detrahere conatus est, nec aliquid ex non ente fieri asserit, ac semper vniuersum sic se habuisse, neque aliquid noui fieri, præter id, quod tempore infinito factum est, corpusque esse vniuersum non solum immutabile, sed etiam infinitum, finem bonorum voluptatem statuit. Arguit autem contra Democritum Plotinus. *Neque,* inquit, *athomi materia ordinem sortiri possunt, quia nihil omnino sunt: Omne enim corpus est per omnia diuisibile.* Item, *nulla prorsus natura præter athomos adinuenta, potest quicquam ex athomis fabricare, quandoquidem nullus artifex ex materia non continua conficere quicquam valet. Ex discretis, viscoq; carentibus humor corporum non coalescit.* Rursus nec ex eo. quod vita caret, vita creatur. de Epicuro D. August. loquitur *Apud Athenas, inquit, Epicurei claruerunt, asserentes res humanas ad Deorum curam non pertinere. Epicurus deos esse dixit, sed ad illos nihil spectare de nostris rebus, nec gratia, nec ira moueri.* Is satis nedum catholicus, verum etiam nec philosophus dici potest. quod quidem latissime patet apud Platonem de legibus, & in alijs quamplurimis philosophiæ libris: & in 4. libro latius disputaui. *Plotinus contra Democritum. lib. 4. enn. 2. c. 7. Augustin. contra Epicurum. lib. 18. ciu. c. 41.*

CAP. VII.

Xenophanis Aristippi. Metrodori positio.

Xenophanis positio. Xenophanes Colophonius nouum quoddam iter sibi fabricatus est, nec generationẽ rerum nec corruptionem vllam esse contendit: esse namque simile quicquid est. Nã si aliquid, inquit, gigneretur,

De mũdi principio.

id non fuisse antea necesse est: quod autem non est, id gigni non posse constat. neque enim non ens faceret aliquid, neq; à non ente fieri quicquam posse. Asserit autem sensus omnes falsos esse. rationem quoque vna cum sensibus videtur abiicere. Terram vero continue aquis delatam, paulatim in maria longo tempore abituram censet. Solem atq; alias stellas à nubibus gigni: Is autem, atq; Melissus paululũ rudiores à philosopho appellantur primo met. sophistice enim, & non vere, vnum ens esse omnia probarunt. Aristippus Cyrenaicus voluptate[illegible]norum, dolorem malorũ finem constituit: cæteras scie[illegible]as excludit: illud solum esse vtile putans, vt quæras si quid domi mali, aut boni tibi contingat. Metrodorus Chius, sempiternum esse vniuersum ait: nam sic factum esset à non ente. Infinitum etiam, quoniam sempiternum, cum non habeat principium vnde incipiat, nec exitum, quo terminetur. Immobile quoque asserit; quoniam moueri non posse, quod non transeat: transire autem necesse est, aut in plenum, aut in vacuum, quorum alterum non est, in alterum transitum non est. Sed iste ignorauit corpora sibi inuicem cedere, vt in physicis legimus: ex aere autem fieri nubes, densatam inde aquam, quæ ad Solem decurrens, extinguit ipsum, qui rarefactus, rursus accenditur: Solem siccitate constipatũ, ex aqua splendida, stellas efficere: diem etiam ac noctẽ inde fieri quod Sol extinguatur, atq; accendatur: ac eclipsim quoq; extinctione fieri. hæc figmentis similia sunt, & à vero philosophiæ genere alienissima.

Aristippus.

Metrodorus.

CAP. VIII.

Parmenidis positio.

Parmenidis positio.

Parmenides Eleata, Xenophanis auditor, atque amicus, primum Xenophanem deinde, oppositam quandam viam secutus est. Sempiternum enim, atque immobile censet esse vniuersum, quod est ens secundum veritatem rerum, solum esse simplex, & intrepidum, atque ingenitum. generationem vero eorum esse, quæ falsa existimatione videntur esse cum non sint. Affirmat autem si quid est præter esse, id esse non ens: Deo vnitatem tribuit, ipsumque verum vnum esse, quod habet verum esse, alia vero existimatione, seu sensu entia appellari. Fuit id vetustissimæ philosophiæ sacramentum, nam & in dogmatibus Chaldæorum, inter alias proprietates Dei, est nomen vnitatis, vnde Sibylla: *At Deus vnus, solusque & celsissimus ipse. Est Deus, vnus solus, maximus, ingenitusque.* Cum quibus est adiuncta ratio Zenonis, ideo Deum esse vnum, quia sit summus, summum nisi vnum esse non potest. Mercurius, de quo postea dicemus, *vnitas est radix omnium, fons & origo.* Damascius quoq; Platonicus, *vnitas*, inquit, *tanquam procul obscure videtur. Si propius accesseris, obscuritas, demum cæterarum rerum tollit apprehensionem: Vnitas ergo honoretur silentio, vnitas omnia producit.* Testatur quoque Arist. in phys. & alibi Parmenidem, & Melissum vnum & immobile decreuisse principium, eos vero ipsum vocasse Deum, & id dixisse vnum rerum principium. Parmenides vocat vnitatem, ille autem vnum principium, quo constat vnam fuisse vtriusq; philosophiam: rursus ipsam vnitatem omnium creatricem vocant. Quum ergo de rebus diuinis loquantur, non est verisimile eos de principiis rerum naturaliũ fuisse locutos. Omnes igitur veteres confitentur Deum esse principium, & vnitatem, & hanc veterẽ ait fuisse theologiam Arist. Philo Platonicus sæpe ipsum Deum vnũ vocat. Apud antiquos, vt Sophocles, Phocylides, Xenophanes decantabant. Tullio autore: *Xenophanes*, inquit, *paulo etiam quam Anaxagoras antiquior, vnum esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse Deum.* Hoc sane modo Parmenides à contradictione liberatur, quæ in primo phys. scribitur. Com. 6. vnum ens immobile eum posuisse dicunt, & 41. Com. plura entia contraria statuisse. Aperta ergo contradictio dicitur, quam, sicut diximus, facile est auferri. Vnũ certe est ens per se verum, & immobile: reliqua vero huic comparata, non esse magis quam esse dicenda sunt. Ego, inquit, sum qui sum. hæc est facilis ad docendum methodus, quid Parmenides velit de rerum principiis dicere, atque ita omnis quæstio cessaret: Sed Aristotelis authoritas plurimum apud modernos valet philosophos, ideo Parmenidi tacere opus est. Rationes autem Parmenidis & Melissi ita syllogistice componi consueuerunt à Peripatheticis, qui eos de principiis rerum naturalium locutos fuisse volunt. Melissus, omne quod non habet principium, est infinitũ: omne quod nõ generatur, nõ habet principiũ, nã si generatur, habet principiũ. ergo quod nõ generatur, est infinitũ. [illegible] ens est infinitum, immobile & vnum. sed hæc syllogizandi

Vnitas Deo soli conuenit.
Sibylla.
Zenon.
Mercurius.

Vnitas radix omniũ.

Philo. in li. de mundo.
Cicero. in academ.

Rationes Parmenidis & Melissi.

ratio in primis peccat in forma: est enim minor in prima figura negatiua, cuiusque probatio est ad destructionem antecedentis: deinde in materia peccat, nam maior est falsa cœlum namque non habet principium, & tamen finitum est. minor quoque falsa cernitur, cum cœlum non generetur, & principium habeat, saltem magnitudinis. Parmenidis syllogismus: quicquid est præter ens, est non ens: sed quicquid est præter vnum, est præter ens, quoniam vnum, & ens conuertuntur: Igitur, quicquid est præter vnum, est non ens. Tunc iterum sic: sed vnum est, & nihil quod non est vnum est: vnum ergo tantum est ens. In æquiuocis Parmenides versatur: vnum enim & principium numeri est, & ens, si principium numeri intelligas: minor est falsa. sin vero ens, tunc vera reputatur: verum adhuc nihil probat, nisi omne, quod est præter ens transcendenter, non ens, aut nihil esse, quod & ipsi verum esse confitemur. Maior præterea istius syllogismi, infinita, & negatiua propositio esse potest, diuersimodeque verificari. Cæterum, perpetua cum Parmenide Aristotelis pugna esse videtur, quæ Peripatheticis consideranda relinquuntur. Extat apud Platonem Parmenides, de vno rerum principio, non paruæ obscuritatis atque subtilitatis dialogus: vbi subtilissime disputans, vnum ostendit esse rerum principium super omnia, omniaque ab illo, de quo (Deo authore) alibi dicturi sumus. Plotinus quoque cum omnia circa vnum Regem esse diceret, Parmenidem in testem adducit, *Parmenides in idem ens intellectumq; reduxit, atq; ens ipsum in rebus sensibilibus*, inquit, *minime collocauit, dicens, intelligere atq; esse idem prorsus existere, idq; immobile, tametsi adiungat illic intelligere.* Parmenides igitur loquens apud Platonem, exactissime primũ ipsum vnum, quod & præcipue vnum est solumq; vnum: item secundum vnum multa nominat: tertium deniq; vnum atque multa. Nam triplici ordine, inquit Plotinus, omnia circa omnium regem disponuntur, præcipua vero per primum, secunda deinde circa secundum, tertia vero circa tertium. Mundi artifex apud Platonem, est intellectus, quem genuit bonũ, ipse vero intellectus, siue idea animam creat. Quapropter apud Platonem cognoscere licet, ex ipso quidem bono, mentem, seu ideam, ex mente vero animam. catholici dicerent patrem, filium, & spiritum sanctum.

De mũdi principio.
Parmenidis Syllogismus.

1. & 8. phys. 1. met. in li. de cælo & alibi.
Plato.

Plotinus. Enn. 4. li. 6. c. 8.

Mundi artifex intellectus.

CAP. IX.

Empedoclis positio.

Empedoclis opinio.

Empedocles Agrigentinus elementa quattuor ponit, ignem, aerem, aquam, terram, eorumque causam, amicitiam, & litem: ac à prima elementorum complexione, segregatum aerem circumfusum fuisse contendit: Post quem ignem erupisse, cumque alium locum non reperiret, sursum à frigore aeris repulsum. Circa terram autem duos circumferri dimidiatos orbes: alterum ex igne totum, alterum ex aere maxime, ac ex igne admodum exiguo: & illum diem, hunc noctem esse putat. Initium vero noctis à die propter impetum ignis. Solem, natura non esse ignem: sed ignis repercussionem, ei similem, quam ab aquis fieri cernimus. Lunam ex relicto ab igne aere congelato, sicut grando congelatur, per se factam lucem à Sole recipere: mentem non in capite, nec in pectore, sed in sanguine disseminatam esse, ac illis partibus homines magis sentire, quibus plus mentis inest. Is solus ex antiquis, præter materialia mundi principia, formale etiam, sed occulte tamen, descripsit, tex. vlt. 1. met. naturales quippe, materialem tantum, Anaxagoras vero, materialem, & efficientem, quibus Plato addidit formalem, sed Empedocles & formalem, & efficientem causam attigit: Prima, inquit, philosophia, vt noua quædam, primoq; orta balbutiens de omnibus esse videtur: nam & Empedocles dilucide non dixit. Tertio autem met. comme. 16. causam efficientem adducit: Naturales autem, inquit, vt Empedocles ad notius redigẽs, dicit ipsum ens vnum esse. Concordiam enim ipsum esse dicere videtur, hæc enim cunctis est causa, vt sint vnum. bene quidem concordiam solam numerauit, quoniam (authore Auer.) vnitas à concordia generatur: vnum enim essentialiter primo, causa est vnitatis, ab eoq; fiunt omnia; vt abunde docent eius carmina, è quibus potissimum in libro de mũdo, quæ etiam ab Arist. in prima philosophia, & in compendio de mundo proferuntur.

Concordia causa est vnitatis.

Quæ fuerunt, quæ sint, quæ post ventura sequentur,
Et planta vincere, mares & fœmina queq;,
Atque feræ, volucresq;, habitantesq; æquora pisces,
Longæuiq; Dei, quorum est veneranda potestas.

Vnitas.

Audierat Empedocles, Deum vocatum vnitatem, & to[illegible] eum altissimum fuisse relatam. Deus igitur, teste Empedocle,

Deus est ipsa vnitas.

De mūdi principio. cle, non solum est vnus, sed ipsa potentissima vnitas, rerum omnium creatrix, etiam ipsorum deorum. Primæ autem philosophiæ principia materialia Empedocles perscrutatur *lib. 1. cō. 2.* Empedocles vero quatuor adiuogens ad ea, quæ dicta sunt, terram quartum, hæc enim permanere semper, & non fieri, dicit sed vt multitudines congregari in vnum quando multa in vnum coalescunt ob amicitiam, quæ multorum in vnum est congregatio: vel paucitate segregatio ex *Lis.* vno: lis enim ab vno per paucitatem segregat. Mixta igitur amicitia fieri, lite vero corrumpi, manifestissime docet & sic præter principia materialia ex parte agentis alia duo inueniri. Etenim quemadmodum in hominibus, amicitia congregandi, lis vero virtutem habet segregandi; ita planè in entibus, odium, atque amicitia naturalis sese habere videntur. *Odium & amicitia in entibus.* *Empedocles dicere videtur*, inquit philosophus, *rebus competere necessario, vt nunc amicitia, nunc lis vincat, ac eas moneat, in medio vero tempore quiescant.* Res sane duobus fieri modis *Aristot. 8. phys. t. 14.* 2. com. eiusdem libri arbitratur Empedocles: Congregatione quidem, vtpote animalia, mundique partes: segregatione vero ipsum vniuersum, idque non semel tantum, sed alternis vicibus, pluries. Duos namque status, ipsum vniuersum habere videtur: alterum quidem, quo suo in ornatu persistit: alterum vero in sui, ac rerum confusione. *Res duobus modis fieri.* Porro ex confusione in ornatum, ex ornatu vero in confusionem, infinito tempore migrat. Alterna certè vice sic res permutabiles sunt, videlicet nunc vnum ex multis concordia fit, vtpote (chaos) ex elementis, aut ex vno, multa discordia facit, hoc est, ex chaos, multa elementa distinguuntur, aliaque indiuidua rerum. Et cum toties transitus fiat, nunquam simul desinunt, nam vna deficiente, altera regnat confusionis, distinctionisque conditio. Illud autem vnum, quod ex multis aggregatur, interdum quidem complexione, interdum vero compositione esse videtur. Complexione plane, quando sub vna mixti forma, eademque complexione, contraria multa quiescunt: cuiusmodi sunt complexiones animalium, plantarum, hominumq; Compositione autem, ex varia membrorum iunctura, animantium, atque plantarum corpora compaginantur, tum quidem ex homogeneis, tum verò ex ehterogeneis. hæc autem discordia moueri aiebat, cum mixta in prima componentia, contrariorum natura litigante, reuerti festinant: quiescere vero, si ad congregationem amicitia, ad segregationem vero discordia impellere desinant. Ad hæc, philosophus sic respondere consueuit 8. phys. Si quies motum præcessit, profecto illius, aliquam opus esse causam quietis: *Philosophus contra Empedoclem.* quies enim priuatio motus est. quare ante primum motum, atque mutationem, aliquam præfuisse mutationem, cuius sane quies, priuatio esset, omnino asserere oportebit, quod quidem absurdum est. hæc diffuse expenduntur 8. phys. 24. 25. & 28. & com. 77. Vbi motum localem omnes motus præcedere affirmat, quippe, qui denuo mundum fieri non arbitratur. Is præterea corpora simplicia, secundum tempus, motum præcessisse potauit. tex. com. 89. *Erat*, inquit philosophus, *& ante conuersionem, aliud graue, aliud leuè. Sed vbi infinitum est, omnis grauis leuisq; diffinitio cessat.* Et quatuor elementa, & Deum, mundi, dixit esse principia: in quo certe ab Anaxagora & Anaximādro dissentit. *8. phys. com. 32.* *In quo differt Empedocles ab Anaxagora.* Anaximāder enim, causam efficientem reliquit: Empedocles vero statis temporibus segregandi, congregandique rerum vicissitudines facit, atque Anaxagoras infinita esse dixit similaria, atque contraria, & propterea infinitam rerum fieri migrationem asseruit Sed 3. met. com. 15. ponit quidem corruptionis quoddam principium, causamque discordiam esse. Sed non minus quoque ipsa, quam concordia, præter ipsum vnum generare videbitur. cætera namque omnia ex ipsa sunt præter Deum, dicit:

Ex his, quæ fuerint, quæ sint, veniantq; futura
Sunt cuncta, arboribus genus hinc, hominesq; feræq;.
Hinc orta volucres, nutritiq; æquore pisces,
Cælicolæq; omnes longæui, numina magna.

Et fine his etiam patet: nam si discordia non esset in rebus, vnum vniuersa essent, vt inquit, etenim cum vniuersa conuenerint, tunc vltimo discordia extruditur. Quare, cum mundus in rerum distinctione consistat, quæ sine rerum vicissitudine haberi non potest: parest, vt generationis mundi causa, discordia sit. sed hac istius sententia fit, vt Deus, qui omnium est felicissimus, minus sit quam cætera prudens: non enim cognoscit elementa omnia, quippe cum discordiā non habeat: cognitio verò similis simili fiat: dicit enim:

Nam terram terra, lympha cognoscimus vndam,
Aetherq; æthero sane, igni dignoscitur igne.
Sic & amore amor, ac tristi discordia lite.

Arguit Alexander, Deum non omnia intelligere, philosophus apertissime testatur, quoniam quædam melius est nō intelligere, vtpote mala: nec propterea Deus insipiens reputatur. *De mūdi principio.* quomodo ergo, si discordiam ignoret, minus quam cætera prudens erit dicendus? Sed mala appellat creata quæcunq;, non quidem per se, sed summo bono comparata. *Alexand. lib. 1. ... 12. com.* quæ plane Deus intelligit seipso, & non aliunde per rerum adminicula, cognitione accedente. Deceptus est autem Alexander, & post ipsum Theophrastus, Themistius, atque Auer. *Deum omnia intelligere.* qui Deum bona tantum intelligere putauerunt. imo ex hoc Arist. tex: Deum omnia intelligere, clarissime demonstrauit. Deus namq; benedictus seipsum intelligendo, omnia intelligit. *Deum omnia cognoscere.* Quapropter, naturam agere propter finem, diuinæ, atque naturalis scientiæ fūdamentum esse, com. affirmat: nam si eam diuinos non admiserit, tunc Deum, eorum, quæ hic aguntur, curam gerere, asserere, non audebit. *2. phys. com. 35.* Sed in lib. 4. clarius hæc explicatur. Ad propositum igitur de discordia, atque concordia negotii redeamus. Iam perspicuum est, vt eueniat Empedocli, discordiam quidem non magis corruptionis, quam vt res sint, concordiam vero non magis vt sint, quam vt corrumpantur, causam esse: congregans enim in vnum, corrumpit cætera, quæ prius erant distincta: atque ita discordia, res in chaos confusas, distinguendo generat, concordia vero, quæ prius erant distinctæ, congregando corrumpit. Simul etiam mutationis ipsius causam, nullam dicit: nisi ita fieri aptum esse: inquit enim:

Ast vbi nutrita est ingens discordia membris,
Tempore transacto dulcis concordia restit,
Fœdere quod magno procedit vtrinq; vicissim.

Quasi necessarium sit mutationem fieri, necessitatis vero causam nullam assignat. *Arist. 1. de anima 150. 4. met. 21.* Idem prudentiam mutari in hominibus, consiliumque augeri clarissime docuit, quemadmodum Arist. *Mutato*, inquit, *habitu, prudentiam mutari dicit, cum inquit:* *Prudentiā mutari, consilium augeri.*

Ad præsens hominum crescit sapientia semper.
Vt vario semper, mutatur corpore quisq;
Sic sapere est illi mutato, ac mente moueri.

Et Parmenides eodem modo dixit:

Namq;, vt quisq; suam retinet per membra reflexa
Temperiem, sic mente valet mortalis vbiq;

Anaxagoræ etiam sententia recensetur ad nonnullos suos familiares, talia ipsis fore entia, qualia vtique existimabunt. *Anaxagoras.* Sed in 4. met. clarius hæc declaranda veniunt: nos autem obiter hæc attigisse, sufficiat. Verum, Empedoclem tam multa loquentem, ac de mundi principio, mirabili quadam prudentia philosophantem, rectè intelligere, necesse est atque ita eum à vero non aberrasse, animaduertere licet. *Defenditur Empedocles.* ex quatuor enim elementis, mixta procreari, atque corrumpi, manifestum est; sed discordia, & amicitia interuenientibus, nempe summi voluntate opificis, cuius nutu res viuunt, atque liquescunt. ipse vero ab omni prorsus discordia. i. vicissitudinis mutatione secluditur, propterea ex concordia solum eum constare asseruit. *Ego enim sum Deus* (ait propheta) *& non mutor*: apud quem sola concordia viget. *Malach. 3.* *Apud Empedoclem* (inquit Plotinus) *discordia quidem diuidit, in ipsa vero concordia, vnum significatur.* *Plotinus lib. 1. Enn. 5 & 9.* Iam vero & ipse id posuit incorporeum: elementa vero vicem materiæ obtinent. Deinde, ratio superius adducta, qua, cognitionem ex simili oriri natura, philosophus probauit, aduersus Empedoclem nequaquam militare videtur: Deus enim per ideas, quibus rerum naturæ distinguuntur, omnium est cognitor. Insuper, quietem, vnde opifex mundum fabricare exorsus est, non oportet præcedantis fuisse mutationis finem. Non enim proprie, sed similitudine potius, quies illa nominatur Qualis ergo sit de mundi principio Empedoclis sententia, dictum esse puto.

CAP. X.

Anaxagoræ positio.

DVplicia sunt Theologiæ Chaldaicæ, de mente ab æterno genita testimonia, Magorum, & Sibyllarum: *Mens.* in dictis autem Magorum à Zoroastre descendentium hoc habetur: *Magorum Theologia.* Omnia perfecit pater, ac menti tradidit secundæ. At Theologia nostra, patrem dicit creatorem omnium, ac per filium omnia creasse: ille autem, mens secunda dicitur, si ad patrem referatur: si autem ad res visibiles, & inuisibiles, prima vocabitur, quarum hæc ipsa mens fuit principium. Mens autem hæc mortalibus nota, primum principium, his vocabatur. hanc Magorum Theologiam secuti sunt posteriores philosophi, qui bonum in primo loco, deinde mētem con-

De ... principio. Chaldæi. *principium omnium rerum est mens*

stitu... ... Siquidem idem ipsi Chaldæi, genitorem Deum non solum patrem, sed & Deum appellant. mentem verò primogenitam, & vnigenitam. Anaxagoras eosdem imitatus pronunciauit omnium rerum principium mentem, quam sapientissimam censuit, & vocauit, sine complexu, sine alterius rei mixtione, quod proprium, ac solum Dei est. Eidem menti omnia dabat Anaxagoras. atque Moyses apud Hebræos, & Trismegistus apud Ægyptios, prædicens eam aggressam chaos modificesse, digerendoque res creasse. & cum omnia immota essent, motum eis dedisse. Aristophanes verò ait, chaos erat, & nox, erebusque. Democritus, Empedocles, & Anaximander mixturam rerum, & omnium commixtionem asseruerunt quos sequens Cicero ait.

Cic. lib. de nat. Deor.

Vt enim faber, cum quid ædificaturus est, non ipse facit materiam, sed vtitur ea, quæ sit parata; sic isti prouidentiæ diuinæ, materiam præsto esse oportuit, non quam ipse faceret, sed quam haberet paratam. Sed in quo ab homine illa diuina vis differret, si vt homo sic etiam Deus, ope indiget aliena? *siquidem maius est propria facere, quam aliena disponere*, inquit Lactantius.

Chaos contra Ciceronem. Hesiodus.

Hesiodus chaos, noctem, & tenebras, non rerum esse principia statuit; sed ex principijs orta: ait enim in Theagonie, ex principio, & si quando aliquid primo factum est, eorum est. certe primum chaos factum est: de chao autem erebus nigraque nox nata sunt. Orpheus quoque idem testatur, dicens. à tempore æther. & chao prodijt, hoc est, ab æuo forma & materia emanarunt per artem patris. rursus dicit:

Orpheus. Lactantius

> *Vnus perfectus est, qui cuncta creauit,*
> *Cuncta fouens, atq; ipse ferens super omnia sese.*

Ouidius quoque in methamor. lib. hene Anaxagoræ secutus est sententiam, ait enim:

Ouidius

> *Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cælum*
> *Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,*
> *Quem dixere chaos,*

Euripedes.

Didicit ergo Anexegoras hanc à veteribus creationem, ab Euripide quem ferunt illius præceptorem extitisse. Tum non mundum solum didicit creatum, sed rationem quoq; creandi, vt mens informe, & immobile chaos formauerit, motumque dederit omnibus quondam quiescentibus.

Plato.

Plato in Phædone: *Audiens, inquit, ex libro Anaxagoræ, mentem esse mundi ædificatricem, hac sum mirifice lætatus. nullamque puto probabiliorem reddi posse rationem.* Nam cum mens sit summa sapientia, omnia sapientissime fecit. De hac Plato in Cratylo: *Esse, inquit, iustitiam, quã Anaxagoras mentẽ dixit, asserit Cratylus: quæ cum sit imperatrix, nulliq; commixta, eam tradit omnia creare, per omnia commeantem.* hinc Platonicus Poeta ait. *Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Virgilius. Macrobius

Macrobius decerpsit nonnulla ex ipsis Platonicis, vt refert in somnio Scipionis, primum bonum omnium, mentem ex se genuit, originales rerum species continentem. Philo vocat eam mundum archetypum: Plato mundi authorem, apud quẽ (teste Laërtio) idem est mens, & author. Si itaque Anaxagoræ positio bene expendatur, Moysi, atque Mercurio, de mundi principio philosophantibus, consensisse videtur.

Philo.

Philosophus non recte Anaxagoram exposuit.

Porro Arist. non amice Anaxegoræ sententiam perscrutatus est, qui asserit a chaos, ad creationem, tempus infinitum intercessisse. Non enim Anaxagoras, æternitatẽ confusionis stabiliuit, etiamsi dicat chaos præcessisse creationem: quemadmodum Moyses & Hesiodus prædicant, antea vacuam terram inuisibilem fuisse, & Mercurius vmbram in humidam materiem labentem, deinceps terram, cœlum, lucem apparuisse; quos nemo putabit tamen tempus æternum, ab illis exordijs ad res creates intercecisse.

CAP. XI.

Aristotelis rationes contra Anaxagoram.

Ratio. 1.

IN primo met. lib. com. 2. Anexagoras autem Clazomenius, qui ætate, inquit, quidem prior est Empedocle, operibus vero posterior, infinita principia dixit esse: penè enim similaria omnia, quæ complurium concretione similium generantur, discretione vero, intereunt. Dissimularia, in lib. de gener. & corrup. similarum congregatione, quę diuersæ rationis sunt generantur. quemadmodum animal generatione carnis, nerui, & huiusmodi, quæ specie differunt, sed similare est vnumquodque, eorundem autem segregatione dissoluuntur. Ex quo apparet, secundum ipsius sententiam, à mundi exordio, omnia fuisse permixta. Sed absurdum est, inquit philosophus, hæc velle dicere, quippe, cum mundus, rerum dispositione pulcherrimus semper extiterit. Simplicia præterea, compositis priora sunt, quare in permixtum, atque simplex mixto, atque composito, natura prius erit. Amplius, illa sola miscibilia sunt, quorum ad inuicem transitus, per alterationem est naturalis. est enim mixtio, miscibilium alteratorum vnio. Non ergo quodlibet, cuilibet miscetur corpori. Adhuc, quorum est permixtio, eorundem est separatio nam misceri nequeunt, quæ per se non habent aptitudinem existendi. Sed passiones, atque accidentia (vt dicunt) Anaxagoram sensisse, substantijs permixta sunt, quare ab illis quoque separari possent, quod certe falsum est. Addit 1. phys. alias sane rationes, ad quas Anaxagoram respexisse arbitratur. Infinita, inquit, ab Anaxagora posita sunt, tum quia communẽ positionem naturalium veram esse sumit, quod nihil ex eo, quod non est, exoriatur: quocirca hac intentione, cuncta præfuisse aiunt, vnde fiebat, vt generatio nihil aliud, quã alteratio esset, vel congregatio potius, atque segregatio. Tum etiam, quia contraria ex sese mutuo fiunt. quare nihil fit. quin illius contrarium præfuerit, sicque omnia in quolibet inerant. Vnde Syllogismum Anaxagoræ talem esse dicebant. quicquid fit, aut ex ente, aut non ente, fit. non quidem ex non ente, quia ex nihilo nihil fit: ergo ex ente omnia fiunt. illi igitur inerant singula, ex quo omnia fiunt: atque ita quodlibet actu erit in quolibet: omne enim, ex omni generatur, & quodlibet, ex quolibet, nam quodlibet ex quolibet oriri videmus. Porro 8. phys. comment. 2. intellectum, qui est Deus apud Anaxagoram, elementa segregasse, describit. Cum, inquit, omnia simul essent, atque quiescerent tempore infinito, mentem motum cepisse, & segregasse. Sed de hoc superius dictum est. Verum contra Anaxagoram, quasi hæc sentientem ita argumentatur. Si motus, inquit, incepit, tum vel mouens, atque mobile non semper fuerunt, vel aliquo præpediebentur, quo minus motum exercere non possent. non primum quidem, ne mouens primum, atq; mobile, de non esse, ad esse, migrasse dicamus, atque ita de nouo genita quod absurdum, imo impiũ est. hoc de primo motore sentire. Neq; etiã secundum, nam aliquam, ex parte motoris, aut mobilis, aut amborum dispositionem impedimento extitisse necesse est. quo fit, vt alterari mouens, vel mobile, vel vtrumque opus fuerit, antequam moueret, sicque alterationem, motum circularem præcessisse, pronunciabimus. Sed de his in argumentis adducendis, latius erit differendum. Et 37. *eiusdem* 8. intellectum, seu mentem huiusmodi asserit esse impassibilem, impermixtam, proprietates veri principij, (authore Auerroe) nobis innuens. idem 3. *de anima tex.* 4. Necesse itaque est, quoniam omnia intelligit, impermixtum esse, sicut dicit Anaxegores, vt cognoscat, atque percipiat alienum. Et 1. *de anima* 14. *tex.* Solus autem Anexagoras, impassibilem dicit esse intellectum, & commune nihil aliorum habere, 8. *phys. tex.* 37. Quocirca & Anaxagoras recte dicit, mentem inquiens passionis expertem esse, atque impermixtam, nam eam esse principium motus contendit. Et 77. Anexagoras quoque mentem quæ prius mouet segregare contendit. In mundi igitur generatione, non sine artis prudentia, intellectu vsus est. 1. *met.* 2. quamuis alijs in rebus causam efficientem neglexerit 2. *phys.* 75. suapte natura sunt talia, quæ necessario sunt, & fiunt, atque apta sunt. Etenim & si aliam causam dixerint, hic quidem concordiam, & discordiam, ille vero mentem, tanquam illam solum, eam valere sinentes. Quam ob causam à Socrate in Phædone Platonis vehementer accusatur. *Cum legissem, inquit, Anaxagoram dicentem omnium causam esse intellectum, magna lætitia perfusus, putans magistrum iam me Anaxagoram inuenisse, qui mihi diceret omnia ab intellectu esse disposita. sæpe libros eius perlegi: & progressus, aerem, aquam, ignem, cæteraq; huiusmodi afferre Anaxagoram videns, sicq; causas rerum attribuere, nec intellectui, aut rationi aliquid, magna de spe decidi* Plotinus quoque suum etiam in Anaxagoram satagit ferre iudicium. Anaxagoras mixturam, cum quandam inducens, velut aquam, dicensque hanc non aptitudinem quandam habere ad omnia, sed actu omnia continere: profecto intellectum, quem introduxerat, tollit è medio; quippe cum non dicat eum formam speciemque tribuere, sed cum materia simul, impossibile quidem est simul esse. Ferunt enim nonnulli, si fas est credere, duo Anexagoram posuisse principia, intellectum videlicet, & materiam, quæ neque ab intellectu sit, neque ab eo nouas accipiat formas; sed ipsa in se cunctas habeat, confusas quidem, atque imperfectas, quæ ab intellectu discernantur: Imperfecta est igitur materia, quæ sua expedire non valet. Si enim mistura ipsius esse est particeps, certe ens ipsum antiquius est. quod si & ipsum ens mistura quædam est, alio quodam his opus est. Quamobrem, si necesse est rerum artificem esse priorem, quid nam oportuit species

De ... principio. 3. 4. 5.

6. Syllogismus Anaxagoræ.

Contra Anaxagoram argutus.

Auer.

Socrates accusat Anaxagoram.

Plotinus. lib. 4. en. 2. c. 7.

Duo principia posuit Anaxagoras.

De mūdi principio. Defenditur Anaxagoras.

species secundum exigua in materia esse? Deinde intellectum inextricabili negotio confusa discernere? cum liceat materiæ siquidem sit non qualis, imprimere qualitatem, atque formam per totam extendere. Postremo, qua ratione fieri possit, vt in quolibet omnia sint, profecto non video. Sed fortassis Anaxagoræ intentionem non perceperunt: ipse namq; cum triplicem mundum statuisset, quodlibet esse in quolibet asseruit, vtpote quia nihil in vno illorū inuenitur, quin in alio simile reperiri nō possit. Quod n. in mūdo sēsibili est ignis, in cœlesti est Mars, & in intellectuali est Seraphim. Itē, quod hic est aqua, in cœlo est Luna, & in angelis Cherubin. Præterea, summum omnium opificem, qui cuncta creauit, ab omni dixit passione esse liberum, ab omni concretione semotum: quod etiam omnes propemodum philosophos confiteri non ambigimus. Is extitit macte virtute Philosophus, qui philosophandi amore agros suos dicitur incultos reliquisse. Is primus efficientem causam rationalem arbitratus est, quæ confusa prius in ordinem redegit: parum autem defuit, quin ita dicentem Athenienses lapidibus obruerent, quia videlicet non Solem, sed Solis creatorem venerabatur. bonum, vt mouens dixit esse principium. 12. met. com. 58. & 2 phys. 75. Anaxagoras autem vt mouens quod bonum principium, intellexit. D. Aug. *Anaxagoras vero, Anaximenis auditor, harum rerum omniū quas videmus effectorem, diuinum animum sensit, & dixit: Ex infinita materia, quæ constaret, dissimilibus inter se particulis, rerum omnium genera pro modulis, & speciebus propriis singula fieri, sed animo faciente diuino.* sed de Anaxagoræ positione hæc dicta sint.

Quodlibet in quolibet.

Causam efficientem rationalem quis primus inuenit.

Laus Anaxagoræ. Aug. lib. 8. ciuit. c. 2.

C A P. XII.

Pythagoræ positio.

Pythagoræ opinio.

PYthagoras Samius, Italici philosophorum generis author, a quo philosophiæ nomen exortum est, Deum, & animas nostras, cunctaque quæ fiunt in mundo, numeris constare asseruit. ex eorumque harmonia, atque concentu vniuersa generari. hos quidem numeros postea Plato, ab Italicis philosophis, qui Pythagorei vocabantur, accipiens, clariores reddidit. *Est enim numerus*, authore Pythagora, *extensio, atq; actus seminalium rationum in vnitate tegentium*. Præterea, *numerus est*, inquit, *primum in diuina mente consistens, à quo, & ex quo omnia componuntur: & permanent ordine quodam indissolubili vnicuique distributa*. Item, *numerus est exemplar* (vt ait Pythagoricus Hippasus) *fabricæ mundanæ primum, & instrumentum mundani fabri iudicatiuū*. Vel, vt inquit Philolaus, *numerus est imperiosa quædam, & ex se progenita sempiternæ mundanorum perseuerantiæ continentia. Pythagorici*, inquit Aristot. *Mathematica, entium omnium principia esse posuerant: numeri quidem elementa esse par, atq; impar. quorum certe alterum finitum, alterum infinitum est. sed vnum ex vtroq; hui est.* Et tertio phys. 26. & hi quidam par infinitum esse asserunt. hoc enim comprehensum est & ab impari ipso. & primo met. com. 3. omnium substantiam numerum esse affirmant. Primæ autem numerorum differentiæ, par, & impar. par autem, quia continuus diuisionem sequitur, infinitatis principium iure nominatur. Est enim par, numerus diuisioni aptus: impar vero, cum par sub se contineat, habeatque vnitatem, diuisionem refugientem, omnesque per ordinem sibi additos numeros, quadrati figuram retinentes, finiti nomen accepit. Trinarius namque, primus profecto numerus impar, vnitati, quæ est principium numeri, si addatur, quaternarium efficit, primum vtiq; quadratum. Rursus, si quinarius, qui est secundus impar, quaternario fuerit connexus, nouenarium constituit &c. Secus autem se habet numerus par, quippe, qui nunquam in eadem permanet figura. Binarius enim, primus numerus par, vnitati coniunctus, ternarium reddit, cui, si addideris quaternarium, septenarium habebis. atque sic deinceps aduenientibus paribus, figuram semper mutare conspicimus. hanc ob causam puto, parem numerum, instar materiæ nouam quotidie figuram, seu formam acquirentem, infiniti; imparem vero eundem, veluti formam, statum retinentem, finiti subire rationem. Quare, cum infinitum, materiæ vicem obtineat, finitum vero formæ, idcirco, parem numerum, fœminam, imparem autem masculum nominauit. Materiæ certe, est pati, formæ vero, agere. Porro vnitas, & si actu non sit, virtute tamen par, atque impar numerus est. Quid enim aliud est numerus, nisi multitudo ex vnitatibus collecta? principia ergo entium sunt par, & impar, finitum, & infinitum. i. materia, & forma secundum nonnullos Pythagoræorum. vnitas, paris, atque imparis, principium est numeri: par vero, & impar, numeri. numerus Dei autem principium est cœli: cœlum vero, omnium, quæ ab ipsius ambitu continentur. Omnium ergo principium est vnitas, quod etiam Plato approbat, asserens in Parmenide, vnum esse ante ens, & Trismegistus omnium sententiam vnitatem vocat, vt paulo post dicturi sumus. Alii vero ex eodem Pythagoricis, principia decem inquiunt esse ea, quæ per seriem dicuntur, videlicet:

Plato.

1. *Quid sit numerus.*

2.

3. *Numerus. Philosophus.*

1. met. 5.

Par, & impar.

Trinarius.

Par numerus infinitum, impar finitum.

Masculus & fœmina.

Vnitas virtute est par & impar.

Perfecta	Imperfecta.
Finitum	Infinitum.
Impar	Par.
Vnum	Multitudo.
Dextrum	Sinistrum.
Mas	Fœmina.
Quies	Motus.
Curuum	Rectum
Lumen	Tenebræ.
Bonum	Malum.
Quadratum	Altera parte longius.

Sed Alcmæon Crotoniates, noster compatriota, qui fuit, cum Pythagoras ætate esset senex, oppositiones rerum dixit esse principia, non quidem definitas, sed quasuis, vt album, nigrum, dulce, & amarum, bonum, & malum, magnum, paruum, & similia. Itaque huiusmodi oppositionibus, nullum rerum numerum destinauit. Ad quam tamen causarum reduci possint, dilucide quidem ab illis non est pertractatum. Sed videntur in materiæ specie elementa collocari; verum generatio quā ipsi posuerunt, figmento similis, authore Alexandro, esse videtur; licet aliqui ex ipsis, causam efficientem tetigerint. Numeros igitur, cunctis rebus naturalibus priores esse dixere Pythagorici: nulla enim res, absque numero potest esse, sed neque cognosci quidem omnino. Amplius, in quibus, eorum quæ fiunt, similitudines rerum esse videntur, vere principia vocantur, rei plane gignendæ in suo principio, similitudo quiescit. nam omne genitum, sui fere semper principij similitudinem gerit. Porro in numeris clarius quàm in corporeis elementis eorum quæ fiunt similitudines apparent, omnia enim quæ fiunt, secundum naturam, numeris videntur esse similia. Non temere ergo dictum est omnia in numero, pondere, & mensura, Deum fecisse. Tolle sane numerum in rebus, & omnia erunt permixta, atque confusa.

Crotoniates alimæ.

Numeri rebus naturalibus priores sunt.

C A P. XIII.

Rationes aduersus Pythagoræos.

QVoniam, par, & impar, finitum, & infinitum, entium principia nonnulli posuerunt, insufficienter de rerum generatione eos locutos fuisse animaduertere licet. Generatio enim rerum sine motu esse non potest, sed neque motus, absque causa efficiente, quam illi fere neglexerunt. Item si magnitudines ex numeris constēt, vt ipsi dicunt, cum numerorum rationes, nedum sensibilibus, verumetiam Mathematicis attribuantur corporibus, naturalia, grauia, aut leuia corpora appellare non possumus; alioqui eadem facilitate, mathematica similiter, grauia, aut leuia essent dicenda, quod profecto absurdissimum est. Adhuc, nullum plane principium, essentialiter corpus constituit aliquod, nisi eidem incorporetur. sed si numerus, principium mundi, corporibus est connexus incorruptibilibus, ab illis vtique sine ipsorum corruptione separari non potest. Tunc sic, aut vnus est numerus, entium omnium principium, qui à corporibus seiungi non potest, aut aliquis alius. Sed de huiusmodi numero à Pythagoricis nihil dictum est. Quare non recte de rerum principiis sensisse, manifestum est.

1.

2.

3.

C A P. XIV.

Argumenta pro Pythagoricis defendendis.

Rationes.

QVod est causa proportionis, illud idem mundi principium vocatur, mundus enim in proportione consistit: sed numerus proportionis causa est, vt patet in tripla, & quadrupla proportione, & similibus: numerus igitur mundi principium est. Amplius, quod est causa rei, vt sit vna, merito illius principium appellatur: quælibet namque res est vna natura, qua ipsa est hoc, quod sit: sed vnitas, authore Euclide 7. Geometriæ est causa, vt quælibet res vna sit: vnitas ergo rei principium est. Item, à quo res habet esse, vt sit, ab eodem quoq; vt sit vna: sed ab vnitate, res vna dicitur, quemadmodum album ab albedine: res ergo per vnitatem esse habere videtur. Adhuc, sicut forma est principiū rerū, ita & vnitas formæ,

1.

2.

3.

4.

Demum principio.

[illegible], nam forma realiter à sua vnitate non differt, ens enim & vnum re nequaquam differre scimus: sed forma est, principium rerum naturalium, 1. phys. comm. 77. *Ad argumenta* Verum quidem est, vniuersum in proportione consistere, sed illa rerum principium dici non debet: vtpote, quæ vniuersum ab agente diuino conditum non præcedat, sed sequatur. Ad alia: vnum & numerus, si transcendenter intelligantur, rerum vtique principia sunt, ad minus secundum rationem, secus autem, si quantitatis partes esse dicantur. hoc modo vnitas formę à sua forma naturaliter differt. Sed Pythagorici, Mathematica, in quantitatis genere haberi volebant, ideo illorum numeros, rerum principia non esse dicimus Cæterum cum de cœli principio philosopharentur, duo principia esse arbitrati sunt. 2. cœli: comment. 11. Quamobrem & Pythagoricos admirabitur quispiam, sola hæc duo principia protulisse. Et 10. met. comm. 6. vnum, substantiam vocauerunt. *Verum, inquit, vnum substantia sit, perinde atque Pythagorici primum censerunt, & posterius Plato, qui non modo ante mundum, verum etiam ante ens, ipsam constituit. Nam quemadmodum ab ipso puncto, linea, & ab ipsa, superficies, & omnino ab indiuisibili, diuisibile fiat, eodem modo, ab ipso vno, ens fiat, & multitudo.* Ex quo, intuitum, numerum, & vnum, entium principia Pythagoram posuisse, clarissime patet. Vnum autem verum, Deus est numerus, omnibus modis perfectus, infinitæ plane virtutis, atque potentiæ. Quod si ita Pythagoricam velis intelligere doctrinam, pro rerum principio inueniendo, te non multum laboraturum certissime scias. Fuerunt enim Pythagorici contemplatricis philosophiæ cultores, Mathematicorum principes, summiq; theologi, moribus diuini. quam ob causam, de transmigratione animarum locuti sunt, de qua philosophus. Et Plato in Phædro, & Phædone loquuntur, aliisque Pythagoræ dogmatibus, de quibus pie vtique nobis sentiendum, cum ipsius philosophia, & leges, diuinæ magis, quam humanæ extiterint. Floruit iste vir diuinus à condito orbe. anno. 4675. Olymp. 64. apud Iudæos, Pontificem agente Iesu filio Iosedech, post reditum à Babylone, Tarquinii superbi temporibus. Vita vero functus est Olympiade, 71. à principio mundi an. 4725. Vidi ego ipse adhuc columnas Pythagorij auditorij erectas, cum prope huiusmodi locum natus sim, & puer adhuc à maioribus nostris multa de Pythagora audiuerim.

Duo principia posuerunt Pythagorici.

Pythagorici fuerunt diuini. Arist. lib. 1. de an. com. 53.

Locus natiuitatis Mannabalis.

CAP. XV.

Socratis positio.

Oraculum Apollinis de Socrate.

Socrates præclarus philosophus, bonorum morum Magister, popoli institutor, patriæ pater, Delphici oraculo Apollinis, omnium est sapientissimus declaratus: Sic enim legitur in Apologia Socratis apud Platonem: *interrogam, inquit, Delphicum Deum, an esset vllus me sapientior: respondit Pythia, sapientiorem esse neminem. Ob hoc, ô viri Athenienses, hæc calumnia aduersum me exorta est. profecto cum hæc audissem, ita mecum ipse reputaui, quid nam Deus ait? aut quid hoc sibi vult? ego mihi conscius sum, neq; in magnis, neq; in paruis me esse sapientem. Porro Deum mentiri non est credendum. neque id fas est Deo. Atque ita diu ambiguus, scrutabar quid oraculum innuisset, ac vix tandem post longas ambages, & inquisitionem, dum aciuitem sapientem inuenirem, videtur mihi solus Deus sapiens esse, atque in hoc oraculo id sibi velle, humanam videlicet sapientiam parui, imo nihili pendendam esse: quod vero Socratem nominat sapientem, ob id facere, quo nomine meo tanquam exemplo quodam vtens, quasi sic dicat: Is, ô viri, sapientissimus est, qui quemadmodum Socrates, nouit reuera sapientiam suam esse nihili pendendam Qui in extrema paupertate ob Dei cultum sum constitutum. Equidem, ô viri Athenienses, non ob aliud certe, quam ob sapientiam quandam ego accusor hodie apud vos, si qua mihi est sapientia. testem vbi adhibeo Delphicum Deum. Cæterum quemadmodum nescio, ita nescire me puto. In hoc tantum sapiens mihi videor, quod quæ ignoro, neque scire me arbitror.* Is primus vniuersam philosophiam ad corrigendos, componendosque mores flexisse memoratur cum ante illum omnes magia physicis rebus perscrutandis operam maximam impenderint. *Mihi,* inquit Cicero, *videtur, id quod constat inter omnes, primus à rebus occultis, & ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerant. Socrates auocauisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse.* Xenoph. *Nemo,* inquit, *vnquam Socratem impium quiddam, & irreligiosum, aut facere vidit, aut dicere audiuit Non enim de natura rerum neque de alijs rebus sublimioribus quæ rebus, vt plurimi faciunt, disputabat, nec considerare vnquam voluit, quonam modo, quaque necessitatis serie, hæc moles, quam mundum sophistæ appellant, aut singula cœlestium corpora facta sunt; sed eos, qui assidua cura atque studio hæc tractant, stolidos vanosq; homines esse ostendebat. Valde autem mirabatur quod nõ potuerũt intelligere non posse homines hæc adinuenire enim nõ paruũ signũ est, quod qui maxime horũ veram scientiã profitentur, quiq; cæteris sapientiores videntur, non eadem, sed pugnantia dicunt ad inuicẽ.* his consona ipsi Socrati orationem attribuens Plato scripsit. *Nam ego, inquit, ô Cebes cum iunior essem quam mirabili exarsi cupiditate eius sapientia quam naturalem sapientiam appellant: præclarum enim mihi videbatur causas rerum scire, cur singula, quoque modo gignantur, atque corrumpantur, & cur sint, atque permaneant. ac sæpenumero meipsum huc & illuc versabam talia diligenter considerans. Sed ad hanc considerationem mihi ipsi ineptior visus sum, iamque signum sufficiens afferam: nam ex hac consideratione, vel ipsa quæ prius plane sciebam, vt tam mihi quam cæteris videbar, dedidici, sic tandem vel cæcus omnino factus sum.* Sed audi paulisper Socratis verba in Athenienses *ô viri Athenienses, non grauiter feratis me à vobis esse damnatum: quid nam dignum pati me, aut pendere, ob id quod quæ didici, non siluerim? sed neglexerim quæcunque multi faciunt vulgus, quæstum, rem familiarem, præfecturas, conciones, cæterosque magistratus: præterea vitauerim coniurationes atque seditiones, quæ in republica contigerunt. arbitratum meipsum reuera ad æquiora officia natum esse, quam vt ab ipsis salutem meam pendere existimarem. Ad hæc, inquam, me non contuli, quibus occupatus, neque vobis, neque mihi ipsi profuturus eram.* Quam ob causam Lactantius lib. 3. *Non inficior, inquit, Socratem fuisse paulo cordatiorem quam cæteros, qui naturam rerum putauerunt ingenio posse comprehendi: in quo illos non tantum excordes fuisse arbitror, sed etiam impios. quod in secreta illius cœlestis prouidentiæ, curiosos oculos voluerunt immittere. Sed multo sceleratiores, qui arcana mundi, & hoc cæleste templum prophanare impiis disputationibus quærunt: quam qui ædem Vestæ, aut Bonæ Deæ, aut Cereris intrauerit.* Itaque Socrates moriturus, teste Platone in Phædone, ostendit philosophari recte neminem posse, nisi se, quoad fieri potest, ab humanis affectibus seiungat. *Qui, inquit, animum suum colunt, & non magistratus, aut honores ambiunt, neq; corpori fingendo viuunt; ij profecto cognoscunt, eorum animam in corpore ligatam, atq; implicitam, & per ipsum, quasi per carcerem quendam res considerare coactam: tumque per seipsam id non faciat, omnisprorsus inscitia inuolutam esse. Sed philosophia animam ita constitutam suscipiens, paulatim instruit, soluereq; aggreditur, ostendens quam fallax oculorum, aurium cæterorumq; sensuum sit iudicium, suadens ab his discedere, nec vlli credere præterquam sibi: quatenus videlicet ipsa per seipsam intelligat. huic ergo solutioni veri philosophi animus repugnandum non esse iudicans, a voluptatibus, pro viribus abstinet.* quod quidem in Socrate clarissime splenduit.

Solus Deus sapiens.

Vnum scio quod nihil scio.

Cicero 1. acad. quæst.

[illegible] rab. [illegible]

Plato lib. de anima. Socrates moralia docuit.

Socratis verba in Athenienses.

Lactantius.

Qui vere philosophantur.

Anima ligata in corpore.

CAP. XVI.

Platonis positio.

Platonis genus.

Plato Atheniensis, honesto apud suos loco natus, excellentissima gloria clarus, quem Græci θεῖον, id est, diuinum appellant, cuius paternum genus ex Condro, qui vltimus regnum Athenis tenuit, maternum vero ex Solone, inclyto legum latore, certam tenuit propaginis seriem. Cuius eloquentia, tanto nitoris splendore, ac lepore fulsit, vt vulgatum fuerit apud veteres illud, Iouem Græcè si loqui vellet, non aliter locuturum, quam Platonem. Natus est Athenis olymp. vt quidam dicunt, 88. Is post Socraticam disciplinam, postquam ex Italia rediit, Laertius, ad Ægyptum eum se contulisse scribit eum Euripide, Tarenti, Architam audiuit seniorem, Locris, Timæum, Crotoni, Philolaum: Megaram etiam profectus est, vt Euclidem Mathematicum audiret, & Cyrenas ad Theodorum itidem Mathematicum: profecturus vtique ad Persarum magos, ni bella obstitissent. Is sane omnibus, quæ admirationi sunt singula, ita suos libros expleuit autore Apuleio in dogmate Platonis, vt primus tripartitam philosophiam copularet: hoc autem ex dialogis Platonis, satis patere puto legẽti: alij enim ad rationem differendi pertinent, vt Gorgias & Eutidemus: alij ad mores priuatos, vt Memnon, Euryphro, Philebus, Crito: alij ad mores publicos, vt leges, & respublica: alij ad res naturæ, vt Timæus: alij ad Metaphysica, vt Parmenides & Sophista Porro centum fere annos post obitum Ieremiæ Prophetæ, authore diuo Augost. Plato natus est: qui cum octoginta & vnum vixisset annum, ab ipsius mortis anno, ad septuaginta interpretes. 60. propemodum anni numerantur. quare nec Ieremiam audire potuit, nec diuinas literas Græce translatas videre. Verisimile tamen est, diligenti studio, acerrimoq; ingenio, sicut eum Ægyptias, ita & diuinas per interpretem didicisse. hoc nobis suadere videtur quam plurima Platonis dogmata, quę pasim diuinarũ redolẽt leporẽ

Apuleius. Tripartita philosophia apud Platonem.

Tempus natiuitatis. August. li. 8. ciuit. c. 11.

Plato didicit literas sacras.

De mundi principio. literarum. *Quid enim est*, inquit Numænius, *Plato, nisi Moyses Atticè loquens?* Moyses vniuersa à Deo creata esse prædicauit. In principio, inquit, creauit Deus cœlum & terram, & tenebræ erant super faciem abyssi &c. *Numænius.* *Plato alter Moyses.* & Plato in Timæo, quem de mundi constitutione conscripsit, Deum dicit in illo opere terram primò ignemq; iunxisse: corporeum, & aspectabilem, itemque tractabilem esse, necessarium est: nihil porrò igni vacuum videri potest, nec varo tangi, quod careat solido. *Mundum habere principium.* Solidum autem nihil, quod terræ sit expers: quam ob rem mundum efficere moliens Deus, terram primam, ignemque iungebat. Eadem est ipsius Timæi Lucrensis in libro de mundo plane sententia. Principio ita mihi distinguendum esse videtur, quid sit, quod semper est carens generatione. quid verò quod gignitur quidem, neque est vnquam: illud intellectu per rationis indaginem percipi potest, cum semper sit idem: hoc opinione per irrationalem sensum attingi, cum gignatur, & intereat, neque vere vnquam sit. Quicquid autem gignitur, ex aliqua causa, necessario gignitur. Quando igitur opifex, in operis alicuius constructione, ad id quod eodem modo semper se habet, aspicit, & huiusmodi quodam vsus exemplo ideam, vimq; in opus educit, pulchrum fieri tunc opus omne necessarium est: quando verò ad id quod factum est respicit, minime pulchrum. *Tempus nõ esse æternũ.* Mensuratur enim vnumquodque mensura reuera sui generis propria: factum autem æterno mensurandum non est. Quare id quod factum est, aliquo sibi simili profecto mensurari debet: tempus autem, cum rerum mensura sit, quæ principium habent ipsum quoque cœlo coæuum vnà ortum esse, simulq; dissolui, dicimus, si fas est ratioque patietur. Quod sane cernitur, tangiturq;, corpus habet. omnia verò huiusmodi sensum mouent, quæ sensus mouent, opinione per sensus percipiuntur. hæc verò talia esse constat, vt gignãtur, & genita sint: opificem quidem & patrem mundi inuenire difficile est, & cum iam inueneris prædicare, eloqui vulgo impossibile. Hæc Plato in Timæo, quæ præclaram de mundi exordio doctrinam ostendunt.

CAP. XVII.

Platonicorum variæ de mundi principio sententiæ.

Plato dicit mundum esse factum. CLaram Platonis, de mundi principio sententiam, variæ Platonicorum opiniones obscurare videntur: multa enim philosophi dixerunt nostræ religioni consona, sed contradicendi studio insanientes, vt ait Lactantius lib. 7. cap. 7. *Lactantius.* Veritatem diuiserunt quæ si in vnum fuisset collecta, non dissentiret à nobis. Factum esse mundum à Deo dixit Plato: idem dicit scriptura, idemq; Sibyllæ carminibus cecinerunt. Errant igitur, qui, velut omnia sua sponte nata esse dixerunt. Ad virtutem capescendam nasci hominem Aristoteles disseruit. idem Prophetæ dicunt. falsus igitur Aristippus, qui hominem voluptati, tanquam pecudem subiugauit. *Philosophorum controuersia.* Immortales esse animas Pherecydes, & Plato disputarunt: ergo Decearchus cum Democrito errauit, qui dissolui cum corpore argumentatus est. Esse inferos Zenon Stoicus docuit, & sedes piorum ab impiis discretas, & illos quidẽ quietas ac delectabiles incolere regiones, hos vero luere pœnas in tenebrosis locis, atque in cœni voraginibus horrendis: ergo Epicurus errauit, qui poetarum id esse figmentum putauit. Veritatem igitur philosophi attigerunt, sed aliis refellentibus defendere id, quod inuenerant, nequiuerunt. Seuerum, Atticum, & Plutarchum, vt dicit Proculus in Timæo, mundum genitum esse, pro comperto habuisse legimus. idque Platonem in Timæo dicere voluisse: Plotinum vero, Porphyrium, Iamblicum contrarium tenuisse: quibus plane chaos à Platone in Timæo positum aduersatur. *Chaos inordinato motu agebatur.* Si enim chaos, quod inordinato antea motu agebatur, in ordinem, rectamque currendi seriem, mundi faber eduxit, non veluti radium à Sole, sed vere factum esse dicimus mundum, initiumque & temporis, & originis ab omnium opifice habere. *Mundus est corruptibilis.* Præterea, cœlestia sane suapte natura corruptioni, secundum Platonis sententiam in Timæo, subdita sunt, Dei autem voluntate, quæ ipsorum nexu maior est, incorruptibilia sunt, & æterna. *Res conditæ.* *Dij*, inquit, *quorum ego creator, ac pater sum, quoniam facti estis, immortales quidem non estis, nec indissolubiles summine: non ergo dissoluemini, neq; in mortem deducemini maiore vinculo colligati.* Quare, si à Deo immortalitatem habent, ab eodem etiam temporis initium habuisse necessarium est: omne enim quod initium temporis, atque naturæ habet, finem quoque, ni aliud voluerit opifex mundi, habiturum scimus, si creatæ naturæ ratio patietur. *De mundi principio.* Alexander Peripatheticus, productionem mundi æternam, distinctionem vero in tempore factam fuisse putauit: & in productione inordinatum, in distinctione vero ordinatum motum viguisse. *Alexander.* *Xenocrates Platonis discipulus.* Xenocrates Platonis discipulus, & Simplicius Peripatheticus, tum mundi productionem, tum etiam eius distinctionem, æternam esse putarunt: hoc tantum interesse, vt mundi productio, dependentia quædam ab opifice nominetur, quæ informis est, & confusa: productio vero respectu partium, ipsius ornatus, atque genitura. *Plato non sic tuue Zigendus.* Vnde quamuis vna sit eius ab opifice, & à partibus dependentia, ratione tamen differt, quippe, quæ natura, non tempore, illa productio seu informitas, partium ornatum, distinctionem, mundique geniturám præcesserit. Hoc idem Aristoteles putauit. *Conciliatio Platonis & Aristotelis.* Quod si verum sit, ita Platonem de mundi principio sensisse, nulla prorsus inter Platonem atque Aristotelem inuenitur dissensio. Catholici Platonem nequaquam hæc voluisse asserunt, sed illud idem, quod Moyses in principio Geneseos scripsit, nempe ex informi, confusaque materia, mundum istum pulchritudine magnum, distinctione rerum ornatum, conditum fuisse. & reuera, talem fuisse Platonis mentem, credendum est.

CAP. XVIII.

Aristotelis rationes contra Platonem.

MVndus, ante ipsius creationem, sub non esse fuit, &
in potentia ad esse, postquam autem factus est, pri- *Argumen.*
or cessat potentia ad esse, surgitque alia ad non es-
se. Porro, omne possibile non esse, est certe corru-
ptibile, desinet tandem quandoque corruptibile omne. 2.
Item, aut mundus, suapte natura est necessarius, aut con-
tingens. Si necessarius quidem, vtraque ergo ex parte æter-
nus est. Si contingens, quandoque igitur non erit. Item, aut 3.
mundus est semper ens, aut semper non ens, aut vtrumque:
non primum neque secundum: ergo, quandoq; ens, quan-
doque non ens, & ita non perpetuus. Item, omne possibile 4.
& intrinsecum, & extrinsecum est corruptibile: sed mun-
dus talis est. ergo &c. Respondeo ad prim. verum est qui- *Soluuntur.*
dem potentias sibi vicissim in propria subiecti natura suc-
cedere; sed opificis voluntate potest efficere cum ipso esse,
non succedere potentiam ad non esse. Vos quidem vestra *Mundi æternitas.*
natura mortales estis, inquit, mea autem voluntate æterni.
Ad 2. vna ex parte æternum, absolute æternum dici non 2.
potest, ita ergo mundus non sua quidem natura, sed volun-
tate artificis, æternus est. Ad 3. inter ens & non ens, plura 3.
media Plato collocauit, impossibile secundum quid, & ne-
cessarium similiter. Quare non militat aduersus Platonem,
quod supra obiiciebatur. Ad 4. Mundus profecto sua na- 4.
tura corruptibilis, sed voluntate artificis manet æternus.
Obiicit Auerr. aut mundus sua natura potest non esse, aut *Auerrois obiectio.*
necesse est esse. Si autem necessario est, tunc absque dubio
omni ex parte est æternus. Sin autem non est, aliquando e-
rit omnino defecturus: aliter possibile nunquam poneretur in esse. *Responsio.* Ad hoc diceret Plato, mundum sua quidem natura, neque necessarium, neque possibile est esse, datur enim medium, cum non simpliciter, sed secundum quid necessarium reputetur, nempe artificis voluntate. *Obiectio.* Dicis mundus caret contrario. igitur simpliciter incorruptibilis, & ingenerabilis. *Respon.* Verum plane est, mundum carere contrario, esseque incorruptibilem, non ob id tantum, sed per artificis voluntatem potissimum: quam ob causam ingenitus dicendus non est, nisi eo forsitan modo, quo sane animalia generantur: ordine autem, atque distinctionis opificio, non quidem per realem aliquem motum ordinatum præcedentem, sed per veram creationem genitum vocamus. *Obiectiones Auerrois. lib. 3. cœl. com. 25.* Dicis cum Auerr. Si mundus fit ex rebus quiescentibus, aut confusa illa materia antea quiescente, aut illa quiescebat naturaliter ante mundi generationem, aut violenter. Si violenter, habebat vtique naturalem quietem: violentum enim non nisi respectu naturalis dicitur. si naturaliter, habebat igitur naturalem motum: atque ita ante mundum, naturaliter elementa mota fuisse affirmabimus: mundus igitur fuit, priusquam inceperit. Etenim si mundus fabricatus est ex rebus longe ante præiacentibus, aut illæ certe actu, aut potentia tantũ subsistebant. Si actu, elemẽta illę vtiq; erant & ita mundus antea erat. Sin autẽ potentia solũ, materia igitur erat quæ est in potentia. Sed materia, sine forma esse non potest. Mundus igitur priori ex illa materia forma corrupta factus est. Sed nihil corrumpitur, nisi præeunte alteratione, quæ sine primo alterante; id est,

pus est mouentis inanimatum? Num corpus illud est vtraque mouens, & quod baiulantis & quod rei latæ. Quocirca animatum est per seipsum: quandoquidem mouet. Num ideo vides animam tum degrauari, cum vnica duo ferat corpora. Quod autem in quopiam moueantur quæ
6 mouentur, & à quodam perspicuum est. 6 In vacuo scilicet, quæ mouentur, moueri decet, ô Trismegiste. Recte dicis, ô Æsculapi. Nihil etenim eorum, quæ sunt, vacuum est. Solum autem quod non est, vacuum est, & externum à substantia. Quod enim subsistit vacuum id nunquam fieri potest. Nunquamque sunt quædam vacua, ô Trismegiste, qualia sunt hæc vti cadus, vacuus, *vrceus vacuus], ac totus puteus ac alia cuncta similia. Heu multum errorem, ô Æsculapi, Quæ plenissima & maxima sunt illa vacua esse arbitraris, Quomodo dicis, ô Trismegiste. Aer corpus est. Nunquid hoc corpus per omnia, quæ sunt, permanat: & cuncta perlustrans adimplet? Corpus autem est non ex corporibus constitutum. Plena igitur sunt aeris omnia, quæ tu dicis vacua *ex quatuor corporibus conflata. Et accidit vt oppositus elucescat sermo: quæ videlicet tu dicis plena hæc omnia vacua sunt aeris, propter alia corpora arctantia, quæ aerem in eorum loco sinere non possunt. Hæc igitur, quæ tu dicis vacua], caua nuncupare decet, non autem vacua. subsistunt enim ac aeris & spiritus plena sunt. Sermo irreprehensus, ô Trismegiste. Aer corpus est: hoc autem corpus per omnia,
7 quæ sunt, diuagatur, & omnia peragrans implet. 7 Locum igitur, in quo omne mouetur, quid dicemus? incorporeum ô Æsculapi. Id igitur incorporeum quid est? Mens, Ratio vndique se circumplectens, omni corpore expedita, non errans, nulli corporis molestiæ obnoxia, nec tractabilis, ipsa sibi assidens *capax omnium], seruans ea quæ sunt. Cuius radii sunt bonum, veritas, primaria lux, & exemplar animæ. Quid demum erit Deus? Quod nihil horum extat: Causa tamen existens qua hæc sint, & omnibus & in vnaquaque parte ad singula omnium eorum, quæ sunt: nihil enim vltra reliquit, quod non sit. Omnia nanque sunt ex iis, quæ sunt facta: non autem ex iis quæ non sunt. Quæ etenim non sunt, naturam non habent, qua esse valeant. *quinimo quaquequam fieri nô possunt]. Et rursus, ea, quæ sunt, naturam non
8 habent, qua non aliquando sint. 8 Quid igitur ais non existant aliquando. Deus itaque non est mens, sed causa, vt ea sit, nec spiritus, nec lux, causa autem qua lux existat. Quocirca duabus his appellationibus Deum venerari decet, quæ ei soli congruunt, nulli quidem alteri. Neque enim reliquorum, qui Dii dicuntur, neq; hominum, neque Dæmonum, quis potest, licet iuxta minimam partem, bonus esse præter vnicum Deum: qui quidem hoc vnum est ac nihil insuper. Reliqua autē omnia diuulsa sunt à Boni natura. Nam sunt corpus & anima loco carentia, quo possint Bonum capere. Tanta equidem est Boni amplitudo, quanta est substātia eorum omnium, quæ sunt, siue corporum aut incorporeorum, & eorum quæ sentiri ac intelligi possunt. Hoc est Deus. Ne igitur quid aliud Bonum dixeris. Quando quidem impium est. Nec aliud Deum præter solū Bonum. nam
9 rursus impium. 9 Verbo quidem ab omnibus Bonum dicitur: non autē ab omnibus quid sit percipitur. Quapropter neq; Deus à cunctis intelligitur, Qui etiā per ignorantiam & Deos & aliquos hominum bonos nuncupant, qui nullo tempore esse neq; fieri potuerunt *. Remotissimum etenim à Deo est, Tanquam, & indissolubile ipse Deus existens]. Cæteri igitur omnes Dii immortales honorantur Dei denominatione: Deus autē Bonum est, non ad honorem, sed iuxta naturam. Vna nanque est Dei natura: nempe Bonum. Et amborum vnum genus, ex quo cuncta genera. Bonus etenim omnia dat, & nihil suscipit. Deus itaque omnia dat,
10 & nihil accipit. Quare Deus Bonū, & Bonū Deus est. 10 Altera autem est denominatio Patris. eo rursum quod omnia efficit. patris nanq; est facere. Maximum itaque in vita studium, ac bene sapientibus religiosissimum, est liberorū genitura. Maximum autem infortunium ac impietas est aliquem sine liberis ex hominibus migrare. Et pœnas dat iste post mortem Dæmonibus. Huiusmodi autem vindicta est. Animam huius sterilis in corpus damnari, neque viri
nec

† τοῦ κινοῦντος τὸ ἄψυχον, ἢ σῶμα ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀμφότερα κινοῦν, καὶ τὸ τοῦ βαστάζοντος, καὶ τὸ τοῦ βασταζομένου, διό περ ἔμψυχον † τὸ καθ' ἑαυτόν, ἐπεὶ κινεῖ. ὁρᾷς οὖν καταβαρουμένην τὴν ψυχήν, ὅταν μόνη δύο σώματα φέρῃ; καὶ ὅτι μὲν ἔν τινι κινεῖται τὰ κινούμενα, καὶ ὑπό τινος, δῆλον. 6
6 Ἐν † κενῷ δὲ δεῖ κινεῖσθαι τὰ κινούμενα, ὦ Τρισμέγιστε. Εὖ φῂς, ὦ Ἀσκληπιέ. οὐδὲν δὲ τῶν ὄντων ἐστὶ κενόν· μόνον δὲ τὸ μὴ ὂν κενόν ἐστι, καὶ ξένον τῆς ὑπάρξεως. τὸ γὰρ ὑπάρχον κενὸν, οὐδέποτε γενέσθαι δύναται. Οὐκ ἔστιν οὖν τινα, ὦ Τρισμέγιστε, ἅ ἐστι τοιαῦτα, οἷον κάδος κενός, καὶ κέραμος κενός, καὶ φρέαρ ὅλον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ παραπλήσια. Φεῦ τῆς πολλῆς πλάνης, ὦ Ἀσκληπιέ. τὰ μᾶλλον πληρέστατα, καὶ μέγιστα ὄντα, ταῦτα ἡγῇ κενὰ εἶναι; Πῶς λέγεις ὦ Τρισμέγιστε. Σῶμά ἐστιν ὁ ἀήρ. τοῦτο δὲ τὸ σῶμα οὐ διὰ πάντων διήκει τῶν ὄντων, καὶ πάντα διῆκον πληροῖ· σῶμα δὲ οὐκ ἐκ τῶν σωμάτων κεκραμένον, μεστὰ οὖν πάντα ἐστίν, ἃ σὺ φῂς κενά, τοῦ ἀέρος, τῶν τεσσάρων σωμάτων· καὶ συμβαίνει ὁ ἐναντίος λόγος ἐκφαίνεσθαι, ὅτι ἃ σὺ φῂς μεστά, ταῦτα πάντα κενά ἐστι τοῦ ἀέρος, ὑπ' ἄλλων σωμάτων στενοχωρουμένων, καὶ μὴ ἐχόντων δέξασθαι τὸν ἀέρα ἐν τόπῳ αὐτῶν. ταῦτα οὖν ἃ σὺ φῂς εἶναι κενά, κοῖλα δεῖ ὀνομάζειν, οὐ κενά. ὑπάρχει γάρ. καὶ μεστά ἐστιν ἀέρος καὶ πνεύματος. Ἀναντίρρητος ὁ λόγος ὦ Τρισμέγιστε, σῶμά ἐστιν ὁ ἀήρ. τοῦτο δὲ τὸ σῶμα, † τὸ διὰ πάντων διήκει τῶν ὄντων, καὶ πάντα διῆκον πληροῖ.
7 7 Τὸν οὖν τόπον τὸν ἐν ᾧ πᾶν κινεῖται τί εἴπωμεν; Ἀσώματον, ὦ Ἀσκληπιέ. Τὸ οὖν ἀσώματον τί ἐστι, Νοῦς, λόγος, ἐξ ὅλου ἑαυτὸν ἐμπεριέχων, ἐλεύθερον σώματος παντός· ἀπλανής, ἀπαθὴς σώματι, καὶ ἀναφής, αὐτὸς ἑαυτῷ ἑστώς, χωρητικὸς τῶν πάντων, καὶ σωτήριος τῶν ὄντων. οὗ ὥσπερ ἀκτῖνές εἰσι, τὸ ἀγαθόν, ἡ ἀλήθεια, τὸ ἀρχέτυπον φῶς, τὸ ἀρχέτυπον ψυχῆς. ὁ οὖν θεός ἐστιν, ὁ μηδὲ ἓν τούτων ὑπάρχων, ὢν δὲ καὶ τοῦ εἶναι τούτων αἴτιος, καὶ πᾶσι καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ μέρει ἐφ' ἑκάστου τούτων τῶν ὄντων πάντων. οὐδὲ γὰρ οὐδὲν ὑπέλιπε πλέον τὸ μὴ ὄν· πάντα δέ ἐστι τὰ ἐκ τῶν ὄντων γινόμενα, οὐχὶ ἐκ τῶν μὴ ὄντων. τὰ γὰρ μὴ ὄντα, οὐ φύσιν ἔχει τοῦ δύνασθαι γενέσθαι, ἀλλὰ τοῦ μὴ δύνασθαί τι γενέσθαι. καὶ πάλιν τὰ ὄντα, οὐ φύσιν ἔχει τοῦ μηδέποτε εἶναι. 8 Τί οὖν φῂς τοῦ 8
μὴ εἶναί ποτε; ὁ οὖν θεὸς οὐ νοῦς ἐστιν. αἴτιος δὲ τοῦ εἶναι. οὐδὲ πνεῦμα, οὐδὲ φῶς, αἴτιος δὲ τοῦ φῶς εἶναι. ὅθεν τὸν θεὸν δυσὶ ταύταις ταῖς προσηγορίαις σέβεσθαι δεῖ, ταῖς μόνῳ αὐτῷ προσκειμέναις, καὶ ἄλλῳ οὐδενί. οὔτε γὰρ τῶν ἄλλων λεγομένων θεῶν, οὔτε ἀνθρώπων, οὔτε δαιμόνων τις δύναται, κἂν κατ' ὁποσονοῦν ἀγαθὸς εἶναι, ἢ μόνος ὁ θεός, καὶ τοῦτό ἐστι μόνον, καὶ οὐδὲν ἄλλο. τὰ δὲ ἄλλα πάντα χωρητά ἐστι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φύσεως. σῶμα γάρ ἐστι καὶ ψυχή, τόπον οὐκ ἔχοντα χωρῆσαι δυνάμενον τὸ ἀγαθόν. τοσοῦτον γάρ ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ τὸ μέγεθος, ὅσον ἐστὶν ἡ ὕπαρξις πάντων τῶν ὄντων, καὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων, καὶ αἰσθητῶν καὶ νοητῶν· τοῦτό ἐστιν ὁ θεός. μὴ οὖν εἴπῃς ἄλλο τι ἀγαθόν, ἐπεὶ ἀσεβεῖς, ἢ ἄλλο ποτὲ τὸν θεόν, ἢ μόνον τὸ ἀγαθόν, ἐπεὶ πάλιν ἀσεβεῖς. 9 Λόγῳ μὲν οὖν ὑπὸ πάντων 9
λέγεται τὸ ἀγαθόν, οὐ νοεῖται δὲ τί ποτέ ἐστιν ὑπὸ πάντων. διὰ τοῦτο οὐδὲ θεὸς νοεῖται ὑπὸ πάντων, ἀλλ' ἀγνοίᾳ καὶ τοὺς θεοὺς καὶ τινας τῶν ἀνθρώπων ἀγαθοὺς ὀνομάζουσι, μηδέποτε δυναμένους μήτε εἶναι, μήτε γενέσθαι. ἀλλοτριώτατον γάρ ἐστι τοῦ θεοῦ, ὡς καὶ ἀχώριστον, αὐτὸς ὁ θεὸς ὤν. θεοὶ μὲν οὖν οἱ ἄλλοι πάντες ἀθάνατοι τετιμημένοι τῇ τοῦ θεοῦ προσηγορίᾳ· ὁ δὲ θεὸς τὸ ἀγαθόν, οὐ κατὰ τιμήν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. μία γὰρ ἡ φύσις τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθόν, καὶ ἓν γένος ἀμφοτέρων, ἐξ οὗ τὰ γένη πάντα. ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἅπαντά ἐστι διδούς, καὶ μηδὲν λαμβάνων. ὁ οὖν θεὸς πάντα δίδωσι καὶ οὐδὲν λαμβάνει. ὁ οὖν θεὸς ἀγαθόν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ὁ θεός. 10 Ἡ δὲ ἑτέρα προσηγορία ἐστὶν ἡ τοῦ πατρὸς 10
πάλιν διὰ τὸ ποιητικὸν πάντων. πατρὸς γὰρ τὸ ποιεῖν. διὸ καὶ μεγίστη ἐν τῷ βίῳ σπουδὴ καὶ εὐσεβεστάτη τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἐστὶν ἡ παιδοποιΐα· καὶ μέγιστον ἀτύχημα, καὶ ἀσέβημά ἐστιν ἄτεκνόν τινα ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆναι· καὶ δίκην οὗτος δίδωσι μετὰ θάνατον τοῖς δαίμοσιν. ἡ δὲ τιμωρία ἐστὶν ἥδε, τὴν τοῦ ἀτέκνου ψυχὴν εἰς σῶμα καταδικασθῆναι, μήτε ἀνδρὸς,

Marginal notes: † κινοῦν. † ποιητικόν. † κενοῦ. † οὐ.

oec fœminæ naturam habens, quod maledictum est à sole.
Quapropter ô Æsculapi nemini sterili existenti consedeas.
Quinimo econtra calamitatis eius miserere, sciens quale
ipsum præstoletur supplicium. Tanta & talia tibi dicta sun-
to, ô Æsculapi, vt præsagium quoddam naturæ rerum o-
mnium.

MERCVRII TRISMEGISTI SARMO SACAR.

CAPVT TERTIVM.

1 Rerum omnium gloria Deus est, Diuinitas, ac
Diuina natura: Origo autem eorum quæ sunt,
Deus, Mens, Natura, * Materia, Sapientia in
argumentum omnium eorum quæ sunt. pri-
mordium illud est Diuinitas, Natura], effica-
cia, necessitas, finis, & instauratio. Erāt autem in abysso, te-
nebræ interminatæ, & aqua ac subtilis spiritus intelligens
Diuina potentia existentia in Chao. Emissum est autem
lumen sanctum, & concreta sunt sub arena ex humida es-
sentia elementa. Et Dii omnes distribuunt naturam inse-
2 minandi. 2 Cum autem indiuisa & incondita essent o-
mnia: segregata sunt leuia sursum, grauia vero sub arena hu-
mida fundata sunt, omnibus igne discretis, ac appensis, vt
spiritu attollantur. Et apparuit cœlum in septem circulis ac
Dii in figuris siderum apparentes, vna cum eorum si-
gnis omnibus. & distincti sunt cum iis qui in ipsis sunt Diis,
& terminatur circularis conuersio aere, circulari cursu
3 & spiritu Diuino vecta. 3 Prodidit autem vnusquisque
Deus particulari virtute, quod sibi iussum fuerat. Tum na-
tæ sunt feræ, quadrupedia, reptilia, aquatica, & volatilia, &
omne semen inseminans, fœnum, & floris omnis herba, se-
men regenerandi in seipsis seminabant. Ac hominum geni-
turas, in Diuinorum operum agnitionem, ac naturæ testi-
monium efficax, & hominum frequentiam in omnium eo-
rum, quę sub cœlo sunt, dominium, & bonorū iudicium. Vt
crescerent augmento, & frequenta multiplicarentur, &
omnem animam in carne, per curriculi Deorum circula-
rium monstrosa semina, in speculationem cœli, & Deorum
cœlestium cursus, ac Diuinorum operum, & efficaciæ Na-
turæ, in signa bonorum, in agnitionem virtutis Diuinæ, par-
tium orbis, notitiam bonorum & peruersorum, ac omne
4 bonorum solers opificium assequendum. 4 Tendit vixis-
se, & sapientiam coluisse ipsorum, ad portionem cursus
Deorum circularium, resolui vero, in id redit, per quod e-
rant ampla monumenta artificiorum in terra deferentes
prænomine, temporum extinctionem. Et omnis genitura
animatæ carnis, & fructus sationis, ac omnis artificii dimi-
nutiones instaurabuntur necessitate & Deorum renouatio-
ne, & cursu naturæ circuli numeris præditi. Diuinitas nam-
que est vniuersa mundana constitutio, natura considerata.
In Diuinitate etenim etiam Natura collocatur.

MERCVRII TRISMEGISTI AD FILIVM SVVM TAT SARMO QVI CRA- ter aut vnitas.

CAPVT QVARTVM.

1 Qvandoquidem vniuersum mundum con-
struxit opifex non manibus sed verbo: sic
præ te fer, tanquam adsit, ac semper existat,
omnia faciens, vnus solus: proprio autem
arbitrio ea quæ sunt operatus est. Hoc est
enim corpus eius non tractabile, nec visui aut mensuræ ob-
noxium, indiuisum, nec alii cuiquam simile. Neque enim
est ignis, non aqua, non aer, non spiritus: quinimo omnia
quæ ab ipso sunt, bonus existēs, vnico namq; huic id ascri-
2 bit. 2 Voluit insuper terram ornare, ornamētum autē diuini
corporis demisit hominē, viuētis immortalis, animal mortale:
&

μήτε γυναικὸς φύσιν ἔχειν, ὅπερ ἐστὶ κατηραμένον ὑπὸ τοῦ ἡ-
λίου. τοιγαροῦν, ὦ Ἀσκληπιὲ, μηδενὶ ὄντι ἀτέκνῳ συνησθῇς·
τοὐναντίον δὲ ἐλέησον τὴν συμφορὰν ἐπιστάμενος οἷα αὐ-
τὸν μένει τιμωρία. τοσαῦτά σοι καὶ τοιαῦτα λελέχθω, ὦ Ἀ-
σκληπιέ, προγνωσία τις τῆς πάντων φύσεως.

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ, λόγος ἱερός.

Δόξα πάντων ὁ θεὸς, καὶ θεῖον καὶ φύσις θεία· καὶ 1
ἀρχὴ τῶν ὄντων ὁ θεὸς, καὶ νοῦς, καὶ φύσις, καὶ ὕλη,
σοφία εἰς δεῖξιν ἁπάντων ὤν. ἀρχὴ τὸ θεῖον καὶ ἡ φύσις,
καὶ ἐνέργεια, καὶ ἀνάγκη, καὶ τέλος, καὶ ἀνανέωσις. ἦν γὰρ σκότος
ἄπειρον ἐν ἀβύσσῳ. καὶ ὕδωρ, καὶ πνεῦμα λεπτὸν, νοερὸν δυ-
νάμει θείᾳ ὄντα ἐν χάει. ἀνείθη δὴ φῶς ἅγιον, καὶ ἐπάγη
ὑπ' ἄμμῳ ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας στοιχεῖα. καὶ θεοὶ πάντες καταδι-
αιροῦσι φύσεως ἐνσπόρου. 2 Ἀδιορίστων δὲ ὄντων ἁπάντων, καὶ 2
ἀκατασκευάστων ἀπεδιωρίσθη τὰ ἐλαφρὰ εἰς ὕψος, καὶ τὰ
βαρέα ἐθεμελιώθη ὑφ' ὑγρᾷ ἄμμῳ, πυρὶ τῶν ὅλων διοριζομέν-
των, καὶ ἀνακρεμασθέντων, πνεύματι ὀχεῖσθαι· καὶ ὤφθη
ὁ οὐρανὸς ἐν κύκλοις ἑπτὰ, καὶ θεοὶ ταῖς ἐν ἄστρων ἰδέαις ὀπτα-
νόμενοι, σὺν τοῖς αὐτῶν σημείοις ἅπασι· καὶ διηρθρώθη σὺν
τοῖς ἐν † αὐτῇ θεοῖς· καὶ περιελίγη τὸ περικύκλιον ἀέρι, κυ- † αὐτῷ
κλίῳ δρομήματι πνεύματι θείῳ ὀχούμενον. 3 Ἀνῆκε δ' ἕκα- 3
στος θεὸς διὰ τῆς ἰδίας δυνάμεως τὸ προσταχθὲν αὐτῷ· καὶ
ἐγένετο θηρία τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ ἔνυδρα, καὶ πτηνὰ,
καὶ πᾶσα σπορὰ ἔνσπορος, καὶ χόρτος, καὶ ἄνθους παντὸς
χλόη, τὸ σπέρμα τῆς παλιγγενεσίας ἐν αὐτοῖς ἐσπερμολόγουν·
τάς τε γενέσεις τῶν ἀνθρώπων εἰς ἔργων θείων γνῶσιν, καὶ φύσεως
ἐνεργοῦσαν μαρτυρίαν, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων, † εἰς πά- † ἡ
των τῶν ὑπ' οὐρανὸν δεσποτείαν, καὶ ἀγαθῶν ἐπίγνωσιν,
εἰς τὸ αὐξάνεσθαι ἐν αὐξήσει, καὶ πληθύνεσθαι ἐν πλήθει·
καὶ πᾶσαν ἐν σαρκὶ ψυχὴν διὰ δρομήματος θεῶν ἐγκυ-
κλίων τερατοποιΐας, εἰς κατοπτείαν οὐρανοῦ, καὶ δρομήματος
οὐρανίων θεῶν, καὶ ἔργων θείων, καὶ φύσεως ἐνεργείας. εἰς τε ση-
μεῖα ἀγαθῶν, εἰς γνῶσιν θείας δυνάμεως, μοίρας † [illegible] † ὀχλουμέ-
νης γνῶναι ἀγαθῶν καὶ φαύλων, καὶ πᾶσαν ἀγαθῶν δαιδα- νης
λουργίαν εὑρεῖν. 4 † Ἔρχεται αὐτῶν βιῶσαί τε καὶ σοφισθῆναι, 4
πρὸς μοῖραν δρομήματος κυκλίων θεῶν, καὶ ἀναλυθῆναι εἰς † Ἄρχεται
ὃ ἔσονται μεγάλα ἀπομνημονεύματα τεχνουργημάτων ἐπὶ
τῆς γῆς, καταλιπόντες ἐν ὀνόματι χρόνων ἀμαύρωσιν· καὶ † † πᾶσα
πᾶσα γένεσις ἐμψύχου σαρκὸς, καὶ καρποῦ σπορᾶς καὶ πά- γένε
σης τεχνουργίας τὰ ἐλαττούμενα ἀνανεωθήσεται. ἀνάγκῃ καὶ
ἀνανεώσει θεῶν, καὶ φύσεως κύκλου ἐναριθμίου δρομήματι.
τὸ γὰρ θεῖον ἡ πᾶσα κοσμικὴ σύγκρασις φύσει ἀναθεωρουμέ-
νη. ἐν γὰρ τῷ θείῳ καὶ ἡ φύσις συνέστηκεν.

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ, πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Τάτ, λόγος ὁ κρατήρ, ἢ μονάς.

Ἐπειδὴ τὸν πάντα κόσμον ἐποίησεν ὁ δημιουρ- 1
γὸς. οὐ χερσὶν, ἀλλὰ λόγῳ, ὥστε οὕτως ὑπολάμ-
βανε, ὡς τοῦ παρόντος, καὶ ἀεὶ ὄντος, καὶ πάντα ποι-
ήσαντος καὶ ἑνὸς μόνου· τῇ δὲ αὐτοῦ θελήσει δημι-
ουργήσαντος τὰ ὄντα. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ σῶμα ἐκείνου, οὐχ ἁ-
πτὸν, οὐδὲ ὁρατὸν, οὐδὲ μετρητὸν, οὐδὲ διαστατὸν, οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ
ὅμοιον. οὔτε γὰρ πῦρ ἐστιν, οὔτε ὕδωρ, οὔτε ἀὴρ, οὔτε πνεῦμα. ἀλλὰ
πάντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ, ἀγαθὸς ὢν, μόνῳ γὰρ τούτῳ ἀνατέθεικεν.
2 Ἠθέλησεν οὖν τὴν γῆν κατακοσμῆσαι κόσμον δὲ θείου σώματος 2
κατέπεμψε τὸν ἄνθρωπον, ζῷον ἀθανάτου ζῷον θνητόν.
καὶ

& mundus quidem animalium præualebat animali, &
mundi ratione ac mente. spectator namq; factus est operum
3 Dei homo, & admiratus est, ac factorem agnouit. 3 Itaque
rationem quidem, ô Tat, in omnes homines dispersit, men-
tem autem nō ita, non quibusdam inuidens. Inuidia etenim
non inde oritur, sed deorsum residet in animis hominum
mentem non habentium. *Cur itaque, ô pater, mentem Deus non
omnibus distribuit? Voluit, ô fili, hanc in medio animarum velut cer-
4 taminis mercedem manere.* Et vbinam eam collocauit? 4 Cra-
terem quidem hac impleos misit, dato præcone, ac ipsi præ-
cepit hæc hominum cordibus nunciare. Te ipsum in hunc
craterem, quod potes, immerge, quodque credis te redi-
turum ad eum, qui craterem demisit, quodque prænoscis
ad quid natus es. Qui igitur præconium intellexerunt,
& mente abluti sunt, hi cognitionis participes fuere, & per-
fecti homines effecti sunt, mentem consequuti. *Qui vero
aberrarunt à præconio ipsi rationem quidem, mentem autem non as-
5 sequuti sunt, ignorantes ad quid & ex quibus geniti sint.* 5 Sensus au-
tem horum, irrationabilium animantium sensibus pares
sunt, in animi confidentia ac ira temperamentum haben-
tes, admiratione digna nec admirantes, quinetiam corpo-
rum voluptatibus ac cupiditatibus adhærentes, ac ea propter
hominem natum esse credentes. Quotquot autem eius do-
ni, quod à Deo missum est, participes fuere isti, ô Tat, iuxta
collationem operum, immortales loco mortalium existūt,
omnia sua mente circumplexi, quæ in terra, quæ in cœlo, ac
si quid suprà cœlum existat. hactenus se ipsi exaltantes vi-
derunt Bonum, ac videntes, calamitatem duxerunt huius
6 loci commercium, nihili factis omnibus corporeis & in-
corporeis, ad vnum & solum festinant. 6 Ipsa, ô Tat mentis
est scientia, Diuinorum speculatio, ac Dei cognitio, Diui-
nus crater existens. Et ego mergi volo ô Pater. Si tuum cor-
pus non primitus oderis, ô fili, teipsum amare non potes: te-
ipsum autem amans, mentem consequeris: mentē vero ha-
bens scientiæ particeps eris. Quonā pactu hæc ais, ô Pater?
Vtra facultatem est, ô fili, circa vtraque agere, morta-
lia nimirum & Diuina. Quum autem duo sint, eorum quæ
sunt, corpus & incorporeum, in quibus mortale & Diuinū,
alterius electio, relinquitur eligere volēti. Non enim decet
vtraq; eligere, in quibus electio relinquitur. Alterū namq;
7 paruifactū alterius elucidat efficaciā. 7 Præstantioris quidē
efficaciæ delectus, nō tantum ei genti sit pulcherrimus, ho-
minem in Deum referens: quinimo in Deum pietatem pro-
bat. Vilioris autem optio, hominem quidem abrogat: nihil
autem in Deum iniuria commisit, præter hoc solum. Quod
veluti pompæ medium prætereuntes, nec ipsæ cuiusquam
effectus potentes, alios vero præpedientes: hoc eodem mo-
do isti tantum pomparum instar gradiuntur in hoc mundo,
8 ob corporeas cupiditates 8 His ita se habentibus, ô Tat, ali-
qua quidem à Deo nobis suppeditantur, ac suppeditabun-
tur: aliqua vero à nobis cōsequantur, * ne tamen moram af-
ferant]. Quandoquidem Deus culpa vacat; nos autem cau-
sa malorum sumus, ea bonis anteponētes. Vide, ô fili, quot
corpora nos decet traiicere, & quot Dæmonum choros ac
continuitatem & stellarū cursus, vt ad vnum & solum Deū
properemus. nam peruium moleste tamen Bonum est, & in-
terminatū & infinitum, sibi autē sine initio, nobis vero prin-
9 cipium habere cognitionem apparet. 9 Non itaq; principiū
est ipsi cognitio: quinimo principium eius cognoscendi no-
bis exhibet. Principium igitur id assequamur, & mature
peragremus omnia. vltra modum enim asperum est, assue-
tis & præsentibus relictis, ad vetera & priora repedare. Quæ
quidem apparent, oblectant. Quæ vero non videntur, in-
credulos faciunt. Quæ plus apparēt, mala sunt. Bonum au-
tem apparentibus non apparet. non enim forma aut figu-
ra est ipsi. Quapropter sibi quidem simile est, aliis vero o-
mnibus dissimile. Non enim potest incorporeum corpori
apparere. Ea est distantia similis ad dissimile, ac dissimilis de-
10 fectio ad simile. 10 Nam vnitas omnium initium existit & ra-
dix * & initium existit]. absq; autē initio nihil, * principium
vero ex nihilo aut ex se. Quandoquidē est aliorū inchoatio,
ipsa

καὶ ὁ μὲν κόσμος τῶν ζώων ἐπλεονέκτει τὸ ζῶον, καὶ τὸν κό-
σμον τὸν λόγον καὶ τὸν νοῦν. θεατὴς γὰρ ἐγένετο τῶν ἔργων τοῦ
θεοῦ ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἐθαύμασε, καὶ ἐγνώρισε τὸν ποιήσαντα.
3 Τὸν μὲν οὖν λόγον, ὦ Τάτ, ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἐμέρισε· 3
τὸν δὲ νοῦν, οὐκέτι, οὐ φθονῶν τισίν· ὁ γὰρ φθόνος οὐκ ἔν-
θεν † ἔρχεται, κάτω δὲ συνίσταται ταῖς τὸν νοῦν μὴ ἐχόν- † ἄνω
των ἀνθρώπων ψυχαῖς. Διὰ τί οὖν, ὦ πάτερ, οὐ πᾶσιν ἐμέρι-
σε τὸν νοῦν ὁ θεός; Ἠθέλησεν, ὦ τέκνον, τοῦτον ἐν μέσῳ ταῖς
ψυχαῖς ὥσπερ ἆθλον ἱδρῦσθαι. Καὶ ποῦ αὐτὸν ἱδρύσατο;
4 Κρατῆρα μέγαν γὰρ πληρώσας τούτου, κατέπεμψε δοὺς 4
κήρυκα, καὶ ἐκέλευσεν αὐτῷ κηρύξαι ταῖς τῶν ἀνθρώπων καρ-
δίαις τάδε· Βάπτισον σεαυτὴν ἡ δυναμένη εἰς τοῦτον τὸν
κρατῆρα, ἡ πιστεύουσα ὅτι ἀνελεύσῃ πρὸς τὸν καταπέμ-
ψαντα τὸν κρατῆρα, ἡ γνωρίζουσα ἐπὶ τί γέγονας. ὅσοι μὲν
οὖν συνῆκαν τοῦ κηρύγματος, καὶ ἐβαπτίσαντο τοῦ νοός, οὗτοι
μετέσχον τῆς γνώσεως, καὶ τέλειοι ἐγένοντο ἄνθρωποι, τὸν
νοῦν δεξάμενοι· ὅσοι δὲ ἥμαρτον τοῦ κηρύγματος, αὐτοὶ μὲν τὸν † † οἱ λογικοί
λόγον, τὸν δὲ νοῦν μὴ προσειληφότες, ἀγνοοῦντες ἐπὶ τί γεγόνα-
σι, καὶ ὑπὸ τίνων. 5 Αἱ δὲ αἰσθήσεις τούτων ταῖς τῶν ἀλόγων 5
ζώων παραπλήσιαι, καὶ ἐν θυμῷ καὶ ἐν ὀργῇ τὴν κρᾶσιν ἔ-
χοντες, οὐ θαυμάζοντες τὰ θέας ἄξια. ταῖς δὲ τῶν σωμά-
των ἡδοναῖς καὶ ὀρέξεσι προσέχοντες, καὶ διὰ ταῦτα τὸν ἄν-
θρωπον γεγονέναι πιστεύοντες. ὅσοι δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ δωρεᾶς
μετέσχον, οὗτοι, ὦ Τάτ, κατὰ τὴν σύγκρισιν τῶν ἔργων, ἀθάνατοι
ἀντὶ θνητῶν εἰσί, πάντα ἐμπεριλαβόντες τῷ ἑαυτῶν νοῒ τὰ
ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ἐν οὐρανῷ, καὶ εἴ τι ἐστὶν ὑπὲρ οὐρανόν. τοσοῦ-
τον ἑαυτοὺς ὑψώσαντες εἶδον τὸ ἀγαθόν, καὶ ἰδόντες συμφορὰν
ἡγήσαντο τὴν ἐνθάδε διατριβήν, καταφρονήσαντες πάν-
των τῶν σωματικῶν καὶ ἀσωμάτων ἐπὶ τὸ ἓν καὶ μόνον σπεύ-
δουσιν. 6 Αὕτη, ὦ Τάτ, ἡ τοῦ νοῦ ἐστιν ἐπιστήμη, τῶν θείων ἐνπορία, 6
καὶ ἡ τοῦ θεοῦ κατανόησις, θείου ὄντος τοῦ κρατῆρος. Κἀγὼ
βαπτισθῆναι βούλομαι, ὦ πάτερ. Ἐὰν μὴ πρῶτον τὸ σῶμά σου
μισήσῃς, ὦ τέκνον, σεαυτὸν φιλῆσαι οὐ δύνασαι· φιλήσας δὲ
σεαυτόν, νοῦν ἕξεις, καὶ τὸν νοῦν ἔχων, καὶ τῆς ἐπιστήμης μεταλή-
ψῃ. Πῶς ταῦτα λέγεις, ὦ πάτερ; Ἀδύνατον γάρ ἐστιν, ὦ τέκνον,
περὶ ἀμφότερα γίνεσθαι, τὰ θνητὰ δηλαδὴ καὶ τὰ θεῖα. δύο
γὰρ ὄντων τῶν ὄντων, σώματος καὶ ἀσωμάτου, ἐν οἷς τὸ θνη-
τὸν καὶ τὸ θεῖον, ἡ αἵρεσις θατέρου καταλείπεται τῷ ἑλέσθαι
βουλομένῳ. οὐ γάρ ἐστιν ἀμφότερα ἐν οἷς ἡ αἵρεσις κατα-
λείπεται. τὸ δὲ ἕτερον ἐλαττωθὲν τὴν τοῦ ἑτέρου φανέρω-
σεν ἐνέργειαν. 7 Ἡ μὲν οὖν ἐνέργεια τοῦ κρείττονος αἵρεσις, 7
οὐ μόνον τῷ ἑλομένῳ καλλίστη τυγχάνει, τὸν ἄνθρωπον ἀπο-
θεῶσαι, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς θεὸν εὐσέβειαν ἐπιδείκνυσιν· ἡ
δὲ τοῦ ἐλάττονος, τὸν μὲν ἄνθρωπον ἀπώλεσεν· οὐδὲν δὲ εἰς
τὸν θεὸν ἐπλημμέλησεν, ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι καθάπερ αἱ πο-
μπαὶ μέσον παρέρχονται μήτε αὐταὶ ἐνεργῆσαί τι δυνάμεναι,
τοὺς δὲ ἐμποδίζουσαι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οὗτοι μόνον
πομπεύουσιν ἐν τῷ κόσμῳ παραγόμενοι ὑπὸ τῶν σωμα-
τικῶν ἡδονῶν. 8 Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ὦ Τάτ, τὰ μὲν 8
παρὰ τοῦ θεοῦ ἡμῖν τε ὑπῆρξε καὶ ὑπάρξει· τὰ δὲ ἀφ' ἡ-
μῶν ἀκολουθησάτω, καὶ μὴ ὑστερησάτω· ἐπεὶ ὁ μὲν θεὸς ἀ-
ναίτιος· ἡμεῖς δὲ αἴτιοι τῶν κακῶν, ταῦτα προκρίνοντες
τῶν ἀγαθῶν. ὁρᾷς, ὦ τέκνον, πόσα ἡμᾶς δεῖ σώματα διεξελ-
θεῖν, καὶ πόσους χοροὺς δαιμόνων, καὶ συνέχειαν καὶ δρόμους ἀστέ-
ρων, ἵνα πρὸς τὸν ἕνα καὶ μόνον θεὸν σπεύσωμεν. διαβατὸν
γὰρ τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀπέραντον, καὶ ἀτελές· αὐτῷ δὲ καὶ ἄναρ-
χον· ἡμῖν δὲ δοκοῦν ἀρχὴν ἔχειν τὴν γνῶσιν. 9 Οὐ γὰρ αὐτοῦ 9
οὖν ἀρχὴ γίνεται ἡ γνῶσις, ἀλλ' ἡμῖν τὴν ἀρχὴν παρέχε-
ται τοῦ γνωσθησομένου. λαβώμεθα οὖν τῆς ἀρχῆς, καὶ ὁδεύ-
σωμεν τάχει ἅπαντα· πάνυ γάρ ἐστι † σκολιὸν τὸ τὰ συνή- † σκολιόν
θη καὶ παρόντα καταλιπόντα, ἐπὶ τὰ παλαιὰ καὶ ἀρχαῖα ἀ-
νακάμπτειν. τὰ μὲν γὰρ φαινόμενα τέρπει· τὰ δὲ ἀφανῆ
δυσπιστεῖν ποιεῖ. φανερώτερα δέ ἐστι τὰ κακά· τὸ δὲ ἀγα-
θὸν ἀφανὲς τοῖς φανεροῖς. οὐ γὰρ μορφή, οὔτε τύπος ἐστὶν
αὐτῷ. διὰ τοῦτο, αὐτῷ μέν ἐστιν ὅμοιον, τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν ἀνόμοιον. ἀδύνατον γὰρ ἀσώματον σώματι φανῆναι. αὕτη
ἡ διαφορὰ τοῦ ὁμοίου πρὸς τὸ ἀνόμοιον, καὶ τῷ ἀνομοίῳ ὑστέρημα πρὸς τὸ ὅμοιον. 10 Ἡ γὰρ μονὰς πάντων οὖ- 10
σα ἀρχὴ καὶ ῥίζα, καὶ ἀρχὴ οὖσα· ἄνευ δὲ ἀρχῆς οὐδέν, ἀρχὴ δὲ ἐξ οὐδενὸς ἢ ἐξ αὐτῆς. ἐπεὶ ἀρχή ἐστι τῶν ἑτέρων

αὐτή

ipsa quidem est, non enim ex alio principio esse contigit]
vnitas itaque initium est, & omnem comprehendit nume-
rum, à nullo comprehensa, & omnem numerum ge-
11 nerat, ab alio nullo genita numero. 11 Omne autem ge-
nitum, imperfectum est, ac diuiduum, & incremento ac
decremento obnoxium. Perfecto autem nihil horum con-
tingit. Et quod augeri potest, augetur ab vnitate: perit au-
tem à propria imbecillitate: cum non amplius vnitatem ca-
pere valeat. Ipsa tibi itaque, ô Tat, iuxta potentiam de-
scripta est Dei imago: quam si ad amussim speculeris, & o-
culis cordis consideres, mihi fidem adhibe, ô fili, compe-
peries tramitem ad superna te ducentem; quinimo ipsa te
deducet imago. Habet namque quiddam proprium specu-
latio. Eos enim, qui contemplatione præueniunt, detinet,
ac attrahit, instar, vt fertur, magnes lapis ferrum.

MERCVRII TRISMEGISTI AD FILIUM SUUM TAT QUOD DEUS INUISIBILIS MANIFESTISSIMUS SIT.

CAPVT QVINTVM.

1 HVnc etiam sermonem tibi transcurram, ô Tat,
ne initio careas præstantioris Dei nominis. Tu
quoq; considera, qua arte id quod turba videri
nõ posse censet, solis luce tibi fiet clarius. Non
enim nisi esset, visum fugeret. Omne enim ap-
parens genitum, * Nam apparuit]. quod autem non vi-
detur, semper est. Non enim vt videatur, indiget: sem-
per enim est, ac alia cuncta apparentia facit, ipse non vi-
sus existens: vtpote qui semper est, ac manifestans, ipse non
manifestatur. * Non ipse genitus est, ast in imaginatione o-
mnia imaginari posse tribuens.]. Imaginatio namq; genito-
rum tantum est. Nihil etenim præter generationem est ima-
2 ginatio. 2 Ipse vero vnus ingenitus est, nulli scilicet imagi-
nationi, aut conspectui obnoxius. Cum autem omnia ima-
ginationi subiiciat, per omnia videtur: ac in omnibus, ma-
xime in quibus vult, apparebit. Tu itaq;, ô Tat fili, precare
primum Dominum ac Patrem solum & nõ vnum, sed à quo
vnus, propitium fore, vt talem Deum cognoscere possis: &
tibi radium vnum eius, ac tuæ intelligentiæ illucere. Solus
namq; intellectus, quod videri non potest intuetur. * sicuti
ipse videri non potest], si mentis oculis potes cernere, appa-
rebit, ô Tat. Abundans etenim per vniuersum mundum e-
lucet Dominus. Intelligentiam sumere, conspicere, & tan-
quam tuis manibus apprehendere potes, ac Dei imaginem
intueri. Si autem & quod in te est, à te non videtur, quomo-
3 do ipse in se ipso per oculos tibi apparebit? 3 Quod si ipsum
intueri cupias, considera Solem: considera lunæ cursum:
considera astrorum ordinem. Quis hunc obseruat ordinẽ?
Omnis enim ordo numero & loco circunscribitur. Sol Deus
maximus est eorum qui in cœlo Deorum; cui omnes cedunt
Dii cœlestes, tanquam regi & potenti. Et hic tantus, terra
& mari maior patitur supra se habere stellas ipso minores,
munus suum obeuntes. Quemnam erubescens, aut quem
reformidans, ô fili? Astrorum horum in cœlo existentium
quodlibet, nec similem nec æqualem cursum efficiunt. Quis
vnicuique & modum & cursus magnitudinem determina-
4 uit? 4 Vrsa ipsa quæ circa se torquetur, & vniuersum mun-
dum circumuoluens. quis in hoc organum dominatur?
Quis mari limites circunscripsit? Quis terram firmauit? Est
enim quispiam, ô Tat, qui horum omnium factor est ac do-
minus. Non enim potest locus, numerus, aut mensura, sine
factore conseruari. Omnis etenim ordo sine loco & sine
mensura nusquã fit. Quinetiam nec is domino priuaretur,
ô fili. * Etenim quod ordinis est expers, defectum patitur,
quoquomodo se habeat, hoc quadã est ordinis serie, ac sub
5 domino est, qui nedum ordinem ei præscripsit]. 5 Vtinã tibi
fas esset volucri effecto volare in aera, ac sublatus in mediũ
terræ & cœli videres, terræ quidem soliditatem, maris autẽ
diffusionem, fluminum vero fluxus, aeris mollitudinem, i-
gnis acumen, * astrorũ cursum], cœli velocitatem, * & circa
hæc ambitum]. O spectaculũ illud, ô fili fortunatissimũ: hæc
omnia sub vno momento considerare, immobilẽ moueri,
non

αὕτη γάρ ἐστιν, ἐπεὶ μὴ ἄλλης ἀρχῆς ἔτυχεν οὖσα· μονὰς
οὖν ἡ ἀρχή, καὶ πάντα ἀριθμὸν ἐμπεριέχει, ὑπὸ μη-
δενὸς ἐμπεριεχομένη. καὶ πάντα ἀριθμὸν γεννᾷ, ὑπὸ μη-
δενὸς γεννωμένη ἑτέρου ἀριθμοῦ. 11 Πᾶν δὲ τὸ γεννώμε- 11
νον ἀτελὲς, καὶ † διαιρετὸν, καὶ αὐξητὸν, καὶ μειωτόν· τῷ δὲ τε- † ἀδιαίρετον.
λείῳ οὐδὲν τούτων γίνεται· καὶ τὸ μὲν αὐξητὸν αὐξάνεται ἀ-
πὸ τῆς μονάδος ἁλίσκεται δὲ ὑπὸ τῆς αὐτοῦ ἀσθενείας, μη-
κέτι δυνάμενον τὴν μονάδα χωρῆσαι. Αὕτη σοι, ὦ Τάτ, κα-
τὰ τὸ δυνατὸν ὑπογέγραπται τοῦ θεοῦ εἰκών· ἣν ἀκριβῶς εἰ
θεάσῃ, καὶ νοήσεις τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς, πίστευσόν μοι
τέκνον, εὑρήσεις τὴν πρὸς τὰ ἄνω ὁδόν· μᾶλλον δὲ αὐτή σε ἡ
εἰκὼν ὁδηγήσει. ἔχει γάρ τι ἴδιον ἡ θέα· τοὺς φθάσαντας
θεάσασθαι κατέχει, καὶ ἀνέλκει καθάπερ φασὶν ἡ μαγνῆ-
τις λίθος τὸν σίδηρον.

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ, πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Τάτ, ὅτι ἀφανὴς θεὸς φανερώτατός ἐστι.

ΚΑὶ τόνδε σοι τὸν λόγον ὦ Τάτ διεξελεύσομαι, 1
ὅπως μὴ ἀμύητος ἦς τοῦ κρείττονος θεοῦ
ὀνόματος· σὺ δὲ νόει πῶς τὸ δοκοῦν τοῖς πολ-
λοῖς ἀφανὲς φανερώτατόν σοι γενήσεται. οὐ
γὰρ † εἰ μὴ ἦν ἀφανὲς ἦν, πᾶν γὰρ τὸ φαι- † ἂν ἦν.
νόμενον γεννητόν· ἐφάνη γάρ, τὸ δὲ ἀφανὲς ἀεὶ ἐστί. τοῦ γὰρ
φανῆναι οὐ χρῄζει. ἀεὶ γάρ ἐστι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα φανερὰ
ποιεῖ, αὐτὸς ἀφανὴς ὢν ὡς ἀεὶ ὤν, φανερῶν αὐτὸς οὐ φανε-
ροῦται οὐκ αὐτὸς γεννώμενος, ἐν φαντασίᾳ δὲ πάντα φαν-
τασιῶν. ἡ γὰρ φαντασία, μόνων τῶν γεννητῶν ἐστί. οὐδὲν γάρ
ἐστιν ἡ φαντασία, ἢ γένεσις. 2 Ὁ δὲ εἷς ἀγέννητος δηλονότι 2
καὶ ἀφαντασίαστος, καὶ ἀφανής. τὰ δὲ πάντα φαντασιῶν,
διὰ πάντων φαίνεται, καὶ ἐν πᾶσι, καὶ μάλιστα οἷς ἂν αὐ-
τὸς βουληθῇ, φανεῖται. σὺ οὖν ὦ Τάτ τέκνον, εὖξαι πρῶτον
τῷ κυρίῳ καὶ πατρὶ, καὶ μόνῳ καὶ οὐχ ἑνὶ, ἀλλ' ἀφ' οὗ ὁ εἷς,
ἵλεω τυχεῖν, ἵνα δυνηθῇς τὸν τηλικοῦτον θεὸν νοῆσαι, κἂν
ἀκτῖνά σοι κἂν μίαν αὐτοῦ τῇ σῇ διανοίᾳ ἐκλάμψαι. νόη-
σις γὰρ μόνη ὁρᾷ τὸ ἀφανὲς, ὡς καὶ αὐτὴ ἀφανής· οὖσα εἰ
δύνασαι τοῖς τοῦ νοῦ ὀφθαλμοῖς, φανήσεται ὦ Τάτ· ἄφθο-
νος γὰρ ὁ κύριος φαίνεται διὰ παντὸς τοῦ κόσμου· νόησιν λα-
βεῖν ἰδεῖν, καὶ λαβέσθαι αὐταῖς ταῖς χερσὶ δύνασαι, καὶ τὴν εἰ-
κόνα τοῦ θεοῦ θεάσασθαι. εἰ δὲ καὶ τὸ ἐν σοὶ ἀφανές ἐστί σοι, πῶς
αὐτὸς ἐν σαυτῷ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σοι φανήσεται; 3 Εἰ 3
δὲ θέλεις αὐτὸν ἰδεῖν, νόησον τὸν ἥλιον, νόησον τὸν σελήνης
δρόμον, νόησον τῶν ἀστέρων τὴν τάξιν· τίς ὁ τὴν τάξιν τη-
ρῶν; τάξις γὰρ πᾶσα περιώρισται ἀριθμῷ, καὶ τόπῳ. ὁ ἥλιος
θεὸς μέγιστος τῶν κατ' οὐρανὸν θεῶν. ᾧ πάντες εἴκουσιν οἱ οὐ-
ράνιοι θεοί, ὡσανεὶ βασιλεῖ καὶ δυνάστῃ. καὶ οὗτος ὁ τηλικοῦτος,
ὁ μείζων γῆς καὶ θαλάττης ἀνέχεται ὑπὲρ ἑαυτὸ ἔχων ἑαυτοῦ
μικροτέρους † πολιτεύοντας ἀστέρας. τίνα αἰδούμενος, ἢ τί- † ποδινοῦντας.
να φοβούμενος, ὦ τέκνον, ἕκαστος τούτων τῶν ἀστέρων οὐ τὸν ὅ-
μοιον, ἢ ἴσον δρόμον ποιοῦνται ἐν οὐρανῷ ὄντες. τίς ὁ ἑκάστῳ τὸν
τρόπον, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ δρόμου ὁρίσας. 4 Ἄρκτος αὕτη ἡ 4
περὶ αὐτὴν στρεφομένη, καὶ τὸν πάντα κόσμον συμπεριφέρου-
σα. τίς ὁ τοῦτο κεκτημένος τὸ ὄργανον; τίς ὁ τῇ θαλάσσῃ τοὺς
ὅρους περιβαλών; τίς ὁ τὴν γῆν ἑδράσας; ἔστι γάρ τις ὦ Τάτ,
ὁ τούτων πάντων ποιητὴς καὶ δεσπότης. ἀδύνατον γάρ, ἢ τό-
πον, ἢ ἀριθμὸν, ἢ μέτρον φυλαχθῆναι χωρὶς τοῦ ποιήσαντος.
πᾶσα γὰρ τάξις. ἀτοπία, καὶ ἀμετρία ἀποίητος· ἀλλ' οὐκ
ἀδέσποτος· οὐδὲ αὕτη, ὦ τέκνον. καὶ γὰρ εἰ τὸ ἄτακτόν ἐστιν ἐν-
δεὲς, ὅτι κατέχει. τοῦτό ἐστι τὸν τρόπον τῆς τάξεως καὶ ὑπὸ τὸν
δεσπότην ἐστὶ τὸν μηδέπω † αὐτῷ τὴν τάξιν τάξαντα. † αὐτῇ
5 Εἴθε δυνατόν σοι ἦν πτηνῷ γενομένῳ ἀναπτῆναι εἰς τὸν ἀέ- 5
ρα καὶ μέσον ἀρθέντα τῆς γῆς καὶ οὐρανοῦ ἰδεῖν, γῆς μὲν τὸ στερεὸν,
θαλάσσης δὲ τὸ κεχυμένον, ποταμῶν δὲ τὰ ῥεύματα, ἀέρος
τὸ ἀνειμένον, πυρὸς τὴν ὀξύτητα, ἄστρων τὸν δρόμον, οὐρα-
νοῦ τὴν ταχύτητα, τὴν περὶ ταῦτα περίβασιν. ὢ θέας ἐκεί-
νης, τέκνον, εὐτυχεστάτης. ὑπὸ μίαν ῥοπὴν πάντα ταῦτα θεάσασθαι τὸν ἀκίνητον διὰ κινούμενον, καὶ τὸν ἀφανῆ φαινόμενον,
δι'

non visibilem videri * per ea quæ mundi ordo efficit, & iste
6 est ordinis ornatus. 6 Si cupis & per mortalia ea quæ super
terram ac in profundo sunt speculari, considera, ô fili, con-
structum in vtero hominem, & accuratè opificii artem scru-
tare, disce quis pulchram ac Diuinam hanc operatus est ho-
minis imaginem: quis oculos tornauit: quis nares & aures
perfodit: quis os adaperuit: quis neruos produxit ac alliga-
uit: quis venas deriuauit: quis ossa solidauit: quis carni pel-
lem circumduxit: quis digitos separauit: quis pedibus plan-
tam amplificauit: quis fodit poros: quis splenem produxit:
quis cor pyramidatum fecit, * quis costas compegit |: quis
iecur dilatauit: quis pulmonem cauernosum fecit: quis aluū
amplissimam fecit: quis speciosiora in conspectum expres-
sit, turpia vero celauit? Conspice quot vnius materiæ artes,
ac quot in vna circumscriptione opera, omnia per pulchra,
& omnia commensurata, omnia autem multifariam. Quis
hęc omnia fecit? Qualis mater? Qualis pater? *nisi qui non vide-*
7 *tur, Deus: qui cuncta proprio nutu operatus est.* 7 Nā simulachrū
aut imaginem sine sculptore aut pictore nullus fieri dicet.
Hoc autem opificium sine opifice factum erit? O mul-
tam cæcitatem! O multam impietatem! O multam per-
fidiam! Nunquam, ô fili Tat, opificia opifice excludens:
Quinimo præstantior est tantus, eo quod secundum Deum
nomine, * tantus est omnium Pater. Nam solus iste est |, ac
esse patrem hoc illi opus est. Si autem me quidpiam confi-
dentius dicere coegeris, huius est essentia vniuersi concipe-
re & creare. Et quemadmodum sine factore quicquam fie-
ri non potest, sic & hunc semper non esse, nisi cuncta sem-
per facientem, in cælo, in terra, in aere, in profundo, in vni-
uerso mundi, in vniuerso vniuersi, in eo quod est, & in eo
quod non est. Nam in omni illo nihil est, quod ipse non sit.
Ipse est ea quæ sunt, & ea quæ non sunt. Quæ quidem sunt
8 diuulgat: quæ autem non sunt in seipso habet. 8 Iste Deus no-
mine præstantior est: iste non visus: iste patentissimus, mente
consideratus: iste oculis patens: iste incorporeus, qui & mul-
torum corporum. Quin etiam de omni corpore nihil est,
quod iste non sit. Nam omnia quę sunt, & iste est. Ac eapro-
pter ipse nomina omnia habet, quia vnius sunt patris. Et
propter hoc ipse nomen non habet, cum omnium sit pater.
Quis itaque te benedicere poterit, super te aut ad te vsque?
Vbi autem aspectans te laudabo, sursum, deorsum, intrin-
secus, extrinsecus? Non enim circa te modus, non locus,
nec aliud quicquam eorum, quæ sunt. Omnia autem in te:
omnia à te: omnia das, & nihil suscipis. Nam omnia habes,
9 & quod non habes, nihil est. 9 Quando autem te cantu e-
dam? Neque enim hora tua neque tempus deprehendi po-
test. Super quo autem te canam, super his, quæ operatus es
aut super his quæ non fecisti, super iis quæ edidisti: an super
iis quæ occuluisti? Qua de causa vero te canam, quia mei i-
psius sum: * an quod quidpiam proprium habeo |, aut vel-
ut alius existens? Tu enim es, quicquid fuero: Tu es quod
fecero: Tu es quod dixero: Tu quidem omnia es: Aliud
nihil est, quod non es: Tu es omne genitum: * Tu inge-
nitum |. Mens quidem considerans, Pater vero construens,
Deus efficaciam donans, Bonus autem vniuersa faciens. *Nam*
Materiæ subtilissimum aer, aeris autem anima, animæ vero Mens,
Mentis denique Deus.

MERCVRII TRISMEGISTI QVOD IN solo Deo bonum est, alibi vero nusquam.

CAPVT SEXTVM.

1 BOnum, ô Æsculapi, in nullo est, præterquam in solo Deo. Quinimo Bonum semper ipse Deus est. Quod si ita sit, essentiam esse decet omnis motus & generationis: expers autem nihil est eius, habens vero circa se constantem efficaciam, non egentem, simplicem, copiosissime suppeditantem, in principio vero vndique. Nam omne quod suggerit, Bonū est. Quando dico & vndique, & semper bonum esse dico. Hoc autē nulli alii adest, nisi soli Deo. nō enim cuiusquā rei indiget, vt illud possidēdi libidine malè possideat, ac malus fiat. Neq; eorū quæ sūt quicquā venerandū est ipsi, quo priuatus mœstus fiat. Mœror nāq; malitiæ pars est. Nec aliquid

δι' ὧν ποιεῖ αὐτὴ ἡ τάξις τοῦ κόσμου· καὶ οὗτος ὁ κόσμος τῆς
6 τάξεως. 6 Εἰ θέλεις καὶ διὰ τῶν θνητῶν θεάσασθαι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν βυθῷ, νόησον, ὦ τέκνον, δημιουργούμενον ἐν τῇ γαστρὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦ δημιουργήματος ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐξέτασον, καὶ μάθε τίς ὁ δημιουργῶν τὴν καλὴν ταύτην καὶ θείαν τοῦ ἀνθρώπου εἰκόνα. τίς ὁ τοὺς ὀφθαλμοὺς περιγράψας· τίς ὁ τὰς ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα τρυπήσας· τίς ὁ τὸ στόμα διανοίξας· τίς ὁ τὰ νεῦρα ἐκτείνας καὶ δεσμεύσας· τίς ὁ ὀχετεύσας τὰς φλέβας· τίς ὁ τὰ ὀστέα στερεοποιήσας· τίς ὁ τὸ δέρμα τῇ σαρκὶ περιβαλών· τίς ὁ τοὺς δακτύλους διελών· τίς ὁ τοῖς ποσὶ βάσιν πλατύνας· τίς ὁ διορύξας τοὺς πόρους· τίς ὁ τὸν σπλῆνα ἐκτείνας· τίς ὁ τὴν καρδίαν πυραμοειδῆ ποιήσας· τίς ὁ τὰ † πλευρὰ συνθείς· τίς ὁ τὸ ἧπαρ πλατύνας· τίς ὁ τὸν πνεύμονα † σηραγγώσας· τίς ὁ τὴν κοιλίαν εὐρύχωρον ποιήσας· τίς ὁ τὰ τιμιώτατα εἰς τὸ φανερὸν ἐκτυπώσας, καὶ τὰ αἰσχρὰ κρύψας. ἴδε πόσαι τέχναι μιᾶς ὕλης, καὶ πόσα ἔργα μιᾶς περιγραφῆς, καὶ πάντα περικαλλῆ, καὶ πάντα μεμετρημένα, πάντα δὲ ἐν διαφορᾷ. τίς πάντα ταῦτα πεποίηκε; ποία μήτηρ, ποῖος πατήρ, εἰ μὴ ὁ ἀφανὴς θεός, τῷ ἑαυτοῦ θελήματι πάντα δημιουργήσας.
7 7 Καὶ ἀνδριάντα μὲν ἢ εἰκόνα χωρὶς ἀνδριαντοποιοῦ ἢ ζωγράφου οὐδείς φησι γεγονέναι. τοῦτο δὲ τὸ δημιούργημα χωρὶς δημιουργοῦ γέγονεν; ὢ τῆς πολλῆς τυφλότητος· ὢ τῆς πολλῆς ἀσεβείας· ὢ τῆς πολλῆς ἀγνωμοσύνης. μηδέποτε, ὦ τέκνον Τάτ, ἀποστερήσῃς τοῦ δημιουργοῦ τὰ δημιουργήματα. μᾶλλον δὲ καὶ κρεῖττόν ἐστιν, ὅσος κατὰ θεὸν ὄνομα, τοσοῦτός ἐστιν ὁ πάντων πατήρ. ἢ γὰρ μόνος οὗτος, καὶ τοῦτο αὐτῷ τὸ ἔργον ἐστὶ, πατέρα εἶναι. εἰ δέ τι με καὶ τολμηρότερον ἀναγκάζεις εἰπεῖν, τούτου ἐστὶν οὐσία, τὸ κύειν πάντα καὶ ποιεῖν. καὶ ὥσπερ χωρὶς τοῦ ποιοῦντος ἀδύνατόν ἐστι γενέσθαι τι, οὕτω καὶ τοῦτον ἀεὶ μὴ εἶναι, εἰ μὴ πάντα ἀεὶ ποιοῦντα, ἐν οὐρανῷ, ἐν γῇ, ἐν ἀέρι, ἐν βυθῷ, ἐν παντὶ τοῦ κόσμου, ἐν παντὶ τοῦ παντός, τῷ ὄντι καὶ τῷ μὴ ὄντι. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐν παντὶ ἐκείνῳ, ὃ οὐκ ἔστιν αὐτός. ἔστιν αὐτός, καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὄντα. τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε, τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ.
8 8 Οὗτος ὁ θεὸς ὀνόματος κρείττων, οὗτος ὁ ἀφανής, οὗτος ὁ φανερώτατος, ὁ τῷ νοῒ θεωρητός, οὗτος ὁ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρατός. οὗτος ὁ ἀσώματος, ὁ πολυσώματος. μᾶλλον δὲ παντὸς σώματος οὐδέν ἐστιν † τοῦτο ὃ οὐκ ἔστι. πάντα γάρ ἐστι καὶ οὗτος ἔστι. καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸς ὀνόματα ἔχει ἅπαντα, ὅτι ἑνός ἐστι πατρός. καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸς ὄνομα οὐκ ἔχει, ὅτι πάντων ἐστὶ πατήρ. τίς οὖν σε εὐλογήσαι ὑπὲρ σοῦ ἢ πρὸς σέ; ποῦ δὲ καὶ βλέπων εὐλογήσω σε; ἄνω, κάτω, ἔσω, ἔξω; οὐ γὰρ τρόπος, οὐ τόπος ἐστὶ περὶ σέ, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν τῶν ὄντων. πάντα δὲ ἐν σοί, πάντα ἀπὸ σοῦ. πάντα δίδως, καὶ οὐδὲν λαμβάνεις. πάντα γὰρ ἔχεις, καὶ οὐδὲν ὃ οὐκ ἔχεις.
9 9 Πότε δέ σε ὑμνήσω; οὔτε γὰρ ὥραν σου, οὔτε χρόνον καταλαβεῖν δυνατόν. ὑπὲρ τίνος δὲ καὶ ὑμνήσω; ὑπὲρ ὧν ἐποίησας, ἢ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἐποίησας; ὑπὲρ ὧν ἐφανέρωσας, ἢ ὑπὲρ ὧν ἔκρυψας; διὰ τί δὲ καὶ ὑμνήσω σε; ὡς ἐμαυτοῦ ὤν; ὡς ἔχων τι ἴδιον; ὡς ἄλλος ὤν; σὺ γὰρ εἶ ὃ ἂν ὦ, σὺ εἶ ὃ ἂν ποιῶ, σὺ εἶ ὃ ἂν λέγω. σὺ γὰρ πάντα εἶ, καὶ ἄλλο οὐδὲν ἔστιν ὃ μὴ † εἶ.

† εἶ. σὺ εἶ πᾶν τὸ γενόμενον, σὺ τὸ μὴ γενόμενον· νοῦς μὲν νοούμενος, πατὴρ δὲ δημιουργῶν, θεὸς δὲ ἐνεργῶν, ἀγαθὸς δὲ ὁ πάντα ποιῶν. ὕλης μὲν γὰρ τὸ λεπτομερέστερον ἀήρ, ἀέρος δὲ ψυχή, ψυχῆς δὲ νοῦς, νοῦ δὲ ὁ θεός.

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ ΟΤΙ ΕΝ μόνῳ τῷ θεῷ τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ.

1 ΤΟ ἀγαθὸν, ὦ Ἀσκληπιέ, ἐν οὐδενί ἐστιν, εἰ μὴ ἐν μόνῳ τῷ θεῷ· μᾶλλον δὲ τὸ ἀγαθὸν αὐτός ἐστιν ὁ θεὸς ἀεί. εἰ δὲ οὕτως, οὐσίαν εἶναι δεῖ πάσης κινήσεως καὶ γενέσεως· ἔρημον δὲ οὐδέν ἐστιν αὐτῆς. περὶ δὲ αὐτὴν στατικὴν ἐνέργειαν ἔχουσα, ἀνενδεῆ καὶ † ἀπέριττον, πληρεστάτην χορηγόν· ἐν δὲ ἀρχῇ † πάντων. πᾶν γὰρ τὸ χορηγοῦν, ἀγαθόν. ὅταν λέγω καὶ † πάντων καὶ ἀεὶ ἀγαθόν ἐστι. τοῦτο δὲ οὐδενὶ ἄλλῳ πρόσεστιν, εἰ μὴ μόνῳ τῷ θεῷ. οὔτε γὰρ ἐνδεής ἐστί τινος, ἵνα ἐπιθυμήσας αὐτὸ κτήσασθαι † τρόπῳ κακῷ κακὸς γένηται· οὔτε τῶν ὄντων οὐδὲν ἀποβλητόν ἐστιν αὐτῷ, ὃ ἀποβαλὼν λυπηθήσεται· λύπη γὰρ κακίας μέρος. οὔτε κρεῖττον

aliquid illo præstantius est, à quo debelletur.* Neq; com-
par est ei, | à quo contumelia affici possit, & hac de causa eum
amet. Nec qui audire contemnat, cui stomachetur, neque
2 prudentius, quod æmuletur. 2 Cum autem hæc non sint in
cuiusquam essentia, quid superest præter vnicum illud Bo-
num? Nam veluti nihil horum malorum est in huiusmodi
essentia, ita in aliarum nulla Bonum comperietur. In cunctis
etenim alia omnia sunt, æque in paruis & magnis, atque in
singulis, maxime in hoc animali omnium ingentissimo ac
potentissimo. Passionibus quidem conferta sunt genita,
nam ipsa generatio patibilis est. Vbi autem passio, nusquam
bonum: vbi autem bonum, nusquam ibi passio. Vbi namq;
dies, nusquam nox: vbi vero nox, nusquam dies. Non itaque
potest in generatione Bonum esse, sed in solo ingenito. Vel-
ut namque particeps omnium facta est materia, ita & ipsius
boni. Hac sententia bonus est mundus, iuxta id quod omnia
operatur. Vt in parte operandi bonus sit: in omnibus autem
3 reliquis non bonus. Etenim patibilis est, ac mobilis, & pati-
bilium operator. 3 In homine vero, ad mali collationem
bonum constituitur. Nam quod non vltra modum malum
est, ibi bonum est. Quod autem hic bonum particula, est
mali minima. Non igitur potest bonum hic à nequitia pur-
gari. ibi namque bonum malo fœdatur. Malo quidem obli-
tum non amplius bonum permanet, non permanens au-
tem, malum efficitur. Igitur in vnico Deo bonum est, * aut
ipse Deus Bonum est |. Solum itaque boni nomen inest ho-
minibus, ô Æsculapi, effectus vero nusquam. * nam fieri
nequit |. Non enim capessit id corpus materia constans vn-
dique nequitia constrictum, laboribus, mœroribus, cupidi-
nibus, iracundiis, deceptionibus, ac insanis opinionibus. Et
omnium nequissimum est, ô Æsculapi, vnumquodque scili-
cet bonum proxime dictorum, *creditur hic maximum esse bo-
num, quod cuius insuperabile malum est, nempe ventris cultus, omniū
4 nequitiarum suppeditator, & impostor. & ibi est absentia boni.* 4 Et
ego quidem Deo gratias ago, qui in mentem meam adeo miserit de bo-
ni notitia, quod ipsum in mundo esse sit extra potentiam, cum mun-
dus nequitiæ plenitudo sit. Deus autem boni, aut Bonum Dei. Nam
Pulchri excellentiæ sunt circa ipsam eiusdem boni appa-
rentis essentiam, & puriores & synceriores, forsitan, & i-
psæ illius essentiæ sunt. Audeam enim dicere, ô Æsculapi,
Dei essentiam, siquidem essentiam habet, Pulchrum esse.
Pulchrum autem & Bonum nihil reperitur eorum, quæ sunt
in mundo. Omnia namque oculo succumbentia, spectra
sunt & velut lineamenta. Quæ vero non submittuntur o-
culo, super omnia quidem sunt ea quæ Pulchri & Boni.
Nam sicut oculus Deum intueri non potest: ita nec pul-
chrum & Bonum. Hæ namque sunt Dei partes, incolumes,
propriæ, sui solius, familiares, inseparabiles, amabilissimæ:
5 quas vel ipse Deus amat: vel ipsæ Deū amant. 5 Si Deum co-
gnoscere potes, Pulchrū & Bonū cognosces, præluceus ac à
Deo præradiatum. Pulchritudo namq; illa incomparabilis,
& bonū illud vltra imitationē, instar ipsius Dei. Veluti itaq;
Deum intelligis: ita pulchrum & Bonum intellige. Nam so-
ciari non possunt hæc reliquis aliorum animantium, cum à
Deo secernari non valeant. Si de Deo sciscitaris, de Pulchro
quoque sciscitaberis. Vnica namque via ad illud fert, cum co-
gnitione nempe pietas. Quocirca qui ignorant, & pietatis
viam respuunt, * pulchrum | & bonum hominem dicere
confidunt, qui nec in somnis si quod sit bonum, speculati
sunt: quinetiam omni nequitia præoccupati, malum esse
bonum credunt: & sic illo sine satietate vtuntur. ac illo pri-
uari formidant, omnia autem impugnantes, vt non solum
habeant, quinimo illud amplificent. Huiusmodi sunt hu-
mana bona & pulchra, ô Æsculapi, quæ vitare nec odisse
valemus. Omnium quidem molestissimum, quod eorum
indigentiam habemus, ac absque his vitam ducere non
possumus.

MER-

αὐτοῦ ἐστιν οὐδέν, ὑφ' οὗ πολεμωθήσεται, οὐδὲ σύζυγόν ἐστιν αὐ-
τῷ εἰς τὸ ἀδικηθῆναι· καὶ διὰ τοῦτο αὐτοῦ ἐρασθήσεται. οὔ-
τε ἀνήκοον ᾧ ὀργισθήσεται, οὔτε σοφώτερον, ὃ ζηλώσει. 2 Ταύτων 2
δὲ μὴ ὄντων τῇ οὐσίᾳ, μηδὲ ἔστι τί ὑπολείπεται, ἢ μόνον τὸ
ἀγαθόν. ὥσπερ γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ οὐσίᾳ,
οὕτως ἐν οὐδενὶ τῶν ἄλλων τὸ ἀγαθὸν εὑρεθήσεται. ἐν πᾶ-
σι γὰρ τὰ ἄλλα πάντα ἐστί, καὶ ἐν τοῖς μικροῖς, καὶ ἐν τοῖς
μεγάλοις, καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕνα, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ζώῳ τῷ πάντων
μείζονι καὶ δυνατωτάτῳ. παθῶν γὰρ πλήρη τὰ γεννητά. αὐ-
τῆς τῆς γενέσεως παθητῆς οὔσης. ὅπου δὲ πάθος, οὐδαμοῦ
τὸ ἀγαθόν· ὅπου δὲ τὸ ἀγαθόν, οὐδαμοῦ οὐδὲ ἓν τὸ πάθος.
ὅπου γὰρ ἡμέρα, οὐδαμοῦ νύξ· ὅπου δὲ νύξ, οὐδαμοῦ ἡμέρα.
ὅθεν ἀδύνατον ἐν γενέσει εἶναι τὸ ἀγαθόν. ἐν μόνῳ δὲ τῷ ἀ-
γεννήτῳ. ὥσπερ δὲ μετουσία πάντων ἐστὶν ἐν τῇ ὕλῃ δεδομέ-
νη, οὕτω καὶ τοῦ ἀγαθοῦ. τοῦτον τὸν τρόπον ἀγαθὸς ὁ κό-
σμος, καθὰ καὶ αὐτὸς πάντα ποιεῖ ὡς ἐν τῷ μέρει τοῦ ποι-
εῖν ἀγαθὸς εἶναι· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν οὐκ ἀγαθός. καὶ
γὰρ παθητός ἐστι, καὶ κινητός, καὶ παθητῶν ποιητής. 3 Ἐν 3 † τοῦ ἀγαθοῦ ...
δὲ τῷ ἀνθρώπῳ. κατὰ σύγκρισιν † τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθὸν τέ-
τακται. τὸ γὰρ μὴ λίαν κακόν, ἐνθάδε τὸ ἀγαθόν ἐστι· τὸ δὲ
ἐνθάδε ἀγαθόν, μέρος τοῦ κακοῦ τὸ ἐλάχιστον. ἀδύνατον οὖν
τὸ ἀγαθὸν ἐνθάδε καθαρεύειν τῆς κακίας. κακοῦται γὰρ
ἐνθάδε τὸ ἀγαθόν. κακούμενον γὰρ οὐκέτι ἀγαθὸν μένει. μὴ
μεῖναν δέ, κακὸν γίνεται. ἐν μόνῳ ἄρα τῷ θεῷ τὸ ἀγαθόν ἐστι,
ἢ αὐτός ἐστιν ὁ θεὸς τὸ ἀγαθόν. μόνον οὖν, ὦ Ἀσκληπιέ, τὸ ὄνο-
μα τοῦ ἀγαθοῦ ἐν ἀνθρώποις· τὸ δὲ ἔργον οὐδαμοῦ. ἀδύνατον
γάρ. οὐ γὰρ χωρεῖ σῶμα ὑλικὸν τὸ πανταχόθεν ἐσφιγμένον κα-
κίᾳ καὶ πόνοις, καὶ ἀλγηδόσι, καὶ ἐπιθυμίαις, καὶ ὀργαῖς, καὶ ἀπά-
ταις, καὶ δόξαις ἀνοήτοις· καὶ τὸ πάντων κάκιστόν ἐστιν, ὦ Α-
σκληπιέ, ὅτι ἕκαστον τούτων τῶν προειρημένων ἐμπεπίστευ-
ται ἐνθάδε τὸ μέγιστον εἶναι ἀγαθόν, τὸ μᾶλλον ἀνυπέρβλη-
τον κακόν, ἡ γαστριμαργία ἡ τῶν κακῶν πάντων χορηγός, ἡ
πλάνη, ἡ ἀπουσία ἐνθάδε τοῦ ἀγαθοῦ ἐστι. 4 Κἀγὼ δὲ χάριν 4
ἔχω τῷ θεῷ, τῷ εἰς νοῦν μοι βαλόντι κἂν περὶ τῆς γνώσεως τοῦ
ἀγαθοῦ, ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸ ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι. ὁ γὰρ κό-
σμος πλήρωμά ἐστι τῆς κακίας, ὁ δὲ θεὸς τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ τὸ ἀ-
γαθὸν τοῦ θεοῦ. αἱ γὰρ ἐξοχαὶ † τοῦ καλοῦ περὶ αὐτήν εἰσι τὴν † τῶν κα-λῶν
οὐσίαν † φαίνοντες, καὶ καθαρώτεραι καὶ εἰλικρινέσταται, † φαίνονται
τάχα που καὶ αὗταί αἱ οὐσίαι ἐκείνου. τολμητέον γὰρ εἰπεῖν,
ὦ Ἀσκληπιέ, ὅτι ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ, εἴγε οὐσίαν ἔχει, τὸ καλόν
ἐστι. τὸ δὲ καλὸν καὶ ἀγαθὸν οὐδέν ἐστι καταλαβέσθαι τῶν ἐν
τῷ κόσμῳ. πάντα γὰρ τῷ ὀφθαλμῷ ὑποπίπτοντα, εἴδωλά
ἐστι, καὶ ὥσπερ σκιαγραφίαι· τὰ δὲ μὴ ὑποπίπτοντα, μάλιστα
δὲ ἡ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ ἀγαθοῦ. καὶ ὥσπερ ὁ ὀφθαλμὸς οὐ δύ-
ναται τὸν θεὸν ἰδεῖν, οὕτως οὔτε τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀγαθόν. ταῦ-
τα γὰρ τὰ μέρη τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁλόκληρα, ἴδια αὐτοῦ μόνου, οἰ-
κεῖα, ἀχώριστα, ἐρασμιώτατα, ὧν ἢ αὐτὸς ὁ θεὸς ἐρᾷ, ἢ αὐτὰ
τοῦ θεοῦ ἐρᾷ. 5 Εἰ δύνασαι νοῆσαι τὸν θεόν, νοήσεις τὸ καλὸν 5
καὶ ἀγαθόν, τὸ ὑπερλαμπρόν, τὸ ὑπερλαμπόμενον ὑπὸ
τοῦ θεοῦ. ἐκεῖνο γὰρ τὸ κάλλος ἀσύγκριτον, καὶ ἐκεῖνο τὸ ἀ-
γαθὸν ἀμίμητον, ὥσπερ καὶ αὐτὸς ὁ θεός. ὡς οὖν τὸν θεὸν
νοεῖς, οὕτω καὶ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν νόει. ἀκοινώνητα γὰρ
ταῦτα τοῖς ἄλλοις τῶν ἄλλων ζώων ἐστί, διὰ τὸ ἀχώριστα
εἶναι τοῦ θεοῦ. ἐὰν περὶ τοῦ θεοῦ ζητῇς, καὶ περὶ τοῦ καλοῦ
ζητεῖς. μία γάρ ἐστιν ἡ εἰς αὐτὸ ἀποφέρουσα ὁδός, ἡ μετὰ γνώ-
σεως εὐσέβεια· ὅθεν οἱ ἀγνοοῦντες, καὶ μὴ ὁδεύσαντες τὴν περὶ
τῆς εὐσεβείας ὁδόν, καλὸν καὶ ἀγαθὸν τολμῶσι λέγειν ἄν-
θρωπον, μηδὲ ὄναρ θεασάμενον εἴ τι ἐστὶν ἀγαθόν, ἀλλὰ παν-
τὶ κακῷ περιειλημμένον. καὶ τὸ κακὸν πιστεύσαντα ἀγαθὸν
εἶναι, καὶ οὕτως αὐτῷ χρώμενον ἀκορέστως, καὶ φοβούμενον
αὐτοῦ στερηθῆναι· πάντα δὲ ἀγωνιζόμενον, ἵνα μὴ μόνον ἔχῃ
ἀλλὰ καὶ ἐπαύξῃ. τοιαῦτα τὰ ἀνθρώπεια ἀγαθά, καὶ τὰ καλά, ὦ Ἀσκληπιέ, ἃ οὔτε φυγεῖν δυνάμεθα, οὔτε μισῆσαι.
τὸ γὰρ πάντων χαλεπώτατον, ὅτι χρείαν αὐτῶν ἔχομεν, καὶ ζῆν τούτων χωρὶς οὐ δυνάμεθα.

ΕΡΜΟΥ

MERCVRII TRISMEGISTI QVOD MAXIMVM INTER HOMINES MALVM EORVM QVÆ DE DEO SVNT IGNORANTIA.

CAPVT SEPTIMVM.

1 Quo rapimini, ô temulenti homines, qui merum ignorantiæ sermonem epotastis: quem ne ferre quidem potestis? Atqui iam ipsum vomite: state sobrie degentes, elapsum visum oculis cordis recipientes. Sin minus omnes potestis, at saltem qui poteritis. Ignorantiæ namque prauitas vniuersam terram alluit, & profligat deploratam in corpore a-
2 nimam non patiens eam salutis portubus applicare. 2 Ne igitur vna periclitemini cum multo fluctu. Contrariis autem vndas passi, qui incolumitatis portum apprehendere potestis, ad hunc applicate. Percontamini ducem, qui ad manum viam vos doceat, ad intelligentiæ fores; vbi emicans est lumen, vacuum à tenebris: vbi nullus temulentiæ indulget: sed omnes sobrie degunt, corde aspicientes ad eum, qui conspici vult. Non enim audiri, non dici, non videri oculis potest: quinimo mente & corde. Primum decet te perrumpere, quem defers amictum, ignorantiæ texturam, nequitiæ firmamentum corruptionis nodum, tenebrosum ambitum, viuam mortem, sensiuum, cadauer, circumlatum sepulchrum, inquilinum furem, per ea quæ amat osorem, per quæ autem odit inuidentem. 3 Talis est quo tectus est inimicus amictus, suffocans infra ipsum: ne visum recipiens, & veritatis pulchritudinem speculatus, & intra incumbens Bonum, oderis ipsius nequitiam, perspectis eius insidiis, quibus tibi insidiatus est, efficiens insensilia ea, quæ censebantur & visu erant sensilia, multa materia illa obstruens, ac abominabili voluptate implens, ne quæ te audire decet, audias, nec videas quæ te conspicere decet.

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ ΟΤΙ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΚΑΚΟΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ, Η ΠΕΡΙ τοῦ Θεοῦ ἀγνωσία.

Ποῖ φέρεσθε ὦ ἄνθρωποι, μεθύοντες, τὸν τῆς ἀγνωσίας ἄκρατον λόγον ἐκπιόντες, ὃν οὐδὲ φέρειν δύνασθε. ἀλλ' ἤδη αὐτὸν καὶ ἐμεῖτε. στῆτε νήψαντες, ἀναβλέψαντες, τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς. καὶ εἰ μὴ πάντες δύνασθε, οἵ γε καὶ δυνάμενοι. ἡ γὰρ τῆς ἀγνωσίας κακία ἐπικλύζει πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ συμφθείρει τὴν ἐν τῷ σώματι κατακεκλεισμένην ψυχήν, μὴ ἐῶσα ἐνορμίζεσθαι τοῖς τῆς σωτηρίας λιμέσι. μὴ συγκατενεχθῆτε τοιγαροῦν τῷ πολλῷ ῥεύματι. 1
2 Ἀναβροσίᾳ δὲ χρησάμενοι, οἱ δυνάμενοι λαβέσθαι τοῦ τῆς σωτηρίας λιμένος, ἐνορμισάμενοι τούτῳ, ζητήσατε χειραγωγὸν τὸν ὁδηγήσοντα ὑμᾶς ἐπὶ τὰς τῆς γνώσεως θύρας, ὅπου ἐστὶ τὸ λαμπρὸν φῶς, τὸ καθαρὸν σκότους, ὅπου οὐδὲ εἷς μεθύει, ἀλλὰ πάντες νήφουσιν, ἀφορῶντες τῇ καρδίᾳ εἰς τὸν ὁραθῆναι θέλοντα. οὐ γάρ ἐστιν ἀκουστός, οὐδὲ λεκτός, οὐδὲ ὁρατὸς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ νῷ καὶ καρδίᾳ. πρῶτον δὲ δεῖ σε περιρρήξασθαι ὃν φορεῖς χιτῶνα, τὸ τῆς ἀγνωσίας ὕφασμα, τὸ τῆς κακίας στήριγμα, τὸν τῆς φθορᾶς δεσμόν, τὸν σκοτεινὸν περίβολον, τὸν ζῶντα θάνατον, τὸν † αἰσθητικὸν νεκρόν, τὸν περιφόρητον τάφον, τὸν ἔνοικον λῃστήν, τὸν δι' ὧν φιλεῖ μισοῦντα, καὶ δι' ὧν μισεῖ φθονοῦντα. 3 Τοιοῦτός ἐστιν, ὃν ἐνεδύσω ἐχθρὸν χιτῶνα, ἄγχων σε κάτω πρὸς αὐτόν, ἵνα μὴ ἀναβλέψας καὶ θεασάμενος τὸ κάλλος τῆς ἀληθείας, καὶ τὸ ἐγκείμενον ἀγαθόν, μισήσῃς τὴν τούτου κακίαν, νοήσας αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλήν, ἣν ἐπεβούλευσέ σοι τὰ δοκοῦντα καὶ μὴ νομιζόμενα αἰσθητήρια ἀναίσθητα ποιῶν. τῇ πολλῇ ὕλῃ αὐτὰ ἀποφράξας, καὶ μυσαρᾶς ἡδονῆς ἐμπλήσας, ἵνα μήτε ἀκούῃς περὶ ὧν ἀκούειν σε δεῖ, μήτε βλέπῃς περὶ ὧν βλέπειν σε δεῖ.

† αἰσθητόν

MERCVRII TRISMEGISTI QVOD EORVM QVÆ SVNT, NIHIL DEPERIT, AT MVtationes seducti homines abolitiones & interitus dicunt.

CAPVT OCTAVVM.

1 De anima & corpore nunc dicendum est, ô fili. Quonam modo anima sit immortalis, efficacia autem quanta sit in constitutione corporis ac dissolutione. Circa nihil etenim horum mors est: sed consideratio est immortalis denominationis, aut vanum opus, aut per priuationem primæ literæ, dicitur mortalis, pro immortalis. Mors enim abolitionis est. Eorum vero quæ sunt in mundo, nihil deperit. Nam si mundus secundus Deus sit, animalque immortale, non potest immortalis animalis pars vlla deperire. Quæ autem in mundo sunt, omnia mundi sunt partes, maxime quidem
2 homo, rationabile animal. 2 Omnium autem primus re vera æternus, ingenitus, & omnium opifex, Deus. Secundus vero qui ad ipsius imaginem ab ipso factus est, & ab ipso numine afflatus, nutritus, & immortalitate præditus, velut à proprio patre, semperuiuens tanquam immortalis. Semper viuens quidem ab æterno discrepat. Nam hic ab alio factus non est. Quod si factus esset, nusquam à seipso factus esset: quinimo semper est. Æternum enim est, cuius æternum est omne. Pater autem ipse à seipso æternus. Mundus vero à
3 patre semperuiuens, ac immortalis factus est. 3 Et quantum materiæ residebat apud se, id totum Pater in corpus redigens, & coaceruans globosum fecit, huic ipsi qualitatem circumducens, quæ & immortalis erat, habens æternum materiæ habitum. Affatim autem idearum qualia pater inserens globo, velut in antro conclusit, cum omni qualitate, ornare cupiens quod cum ipso erat quale. immortalitate enim circuiuit vniuersum corpus: ne materia ab huius commixtione recedere volens, in suam ipsius confusionem dissolueretur. Quando enim incorporea erat materia, ô fili, confusa erat. Habet autem hic etiam quandam, circa reliqua parua qualia se implicantem, id scilicet, quod est incrementi & decrementi, quod homines mortem denominant,

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ ΟΤΙ ΟΥΔΕΝ ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ ΑΠΟΛΛΥΤΑΙ ΑΛΛΑ ΤΑΣ ΜΕΤΑβολὰς ἀπωλείας καὶ θανάτους πλανώμενοι λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι.

Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος, ὦ παῖ, νῦν λεκτέον, τρόπῳ μὲν ποίῳ ἀθάνατος ἡ ψυχή, ἐνέργεια δὲ ποία ἐστὶ συστάσεως σώματος, καὶ διαλύσεως. περὶ οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ὁ θάνατος, ἀλλὰ νόημά ἐστιν ἀθανάτου προσηγορίας, ἢ κενὸν ἔργον, ἢ κατὰ στέρησιν τοῦ πρώτου γράμματος λεγόμενος θάνατος, ἀντὶ τοῦ ἀθάνατος. ὁ γὰρ θάνατος, ἀπωλείας ἐστίν. οὐδὲν δὲ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀπόλλυται. εἰ γὰρ δεύτερος θεὸς ὁ κόσμος, καὶ ζῷον ἀθάνατον, ἀδύνατόν ἐστι τοῦ ἀθανάτου ζῴου μέρος τι ἀποθανεῖν. πάντα δὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, μέρη ἐστὶ τοῦ κόσμου. μάλιστα δὲ ὁ ἄνθρωπος τὸ λογικὸν ζῷον. 2 Πρῶτος γὰρ πάντων ὄντως καὶ ἀΐδιος καὶ ἀγέννητος, καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων θεός. δεύτερος δὲ ὁ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενος, καὶ ὑπ' αὐτοῦ συνεχόμενος, καὶ τρεφόμενος, ἀθανατιζόμενος, ὡς ὑπὸ † ἰδίου πατρός, ἀεὶ ζῶν, ὡς ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀεὶ ζῶν τοῦ ἀϊδίου διαφέρει. ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ ἑτέρου οὐκ ἐγένετο. εἰ δὲ καὶ ἐγένετο, ὑφ' ἑαυτοῦ οὔποτε ἐγένετο, ἀλλ' ἀεὶ γίνεται. τὸ γὰρ ἀΐδιον, τοῦ ἀϊδίου ἐστὶ τὸ πᾶν. ὁ δὲ πατήρ, αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀΐδιος. ὁ δὲ κόσμος ὑπὸ τοῦ πατρὸς † ἀεὶ ζῶν καὶ ἀθάνατος γέγονε. 1 2
3 Καὶ ὅσον ἦν τῆς ὕλης ἀποκείμενον τῷ ἑαυτοῦ, τὸ πᾶν ὁ πατὴρ σωματοποιήσας καὶ ὀγκώσας, ἐποίησε σφαιροειδές, τούτῳ αὐτῷ τὸ ποιὸν περιθείς, οὖσαν καὶ αὐτὴν ἀθάνατον καὶ ἔχουσαν ἀΐδιον τὴν ὑλότητα. πλέον δὲ τῶν ἰδεῶν τὰ ποιὰ ὁ πατὴρ ἐγκατασπείρας τῇ σφαίρᾳ, ὥσπερ ἐν ἄντρῳ κατέκλεισε πάσῃ ποιότητι, κοσμῆσαι βουλόμενος τὸ μετ' αὐτοῦ ποιόν. τῇ δὲ ἀθανασίᾳ περιέβαλε τὸ πᾶν σῶμα, ἵνα μὴ ὕλη καὶ τῆς τούτου συστάσεως θελήσασα ἀποστῆναι διαλυθῇ εἰς τὴν ἑαυτῆς ἀταξίαν. ὅτε γὰρ ἦν ἀσώματος ἡ ὕλη, ὦ τέκνον, ἄτακτος ἦν. ἔχει δὲ καὶ ἐνθάδε † τινὰ περὶ τὰ ἄλλα μικρὰ ποιὰ εἱλουμένην, τὸ τῆς αὐξήσεως, καὶ τὸ τῆς μειώσεως, ὃν θάνατον οἱ ἄνθρωποι

† ἀϊδίου
† ἀΐδιος
† τὴν

4 nant. 4 Ipsa vero confusio fit circa terrena v: entia. Cœlestium nimirum corpora, vnicum habent ordinem, quem principius à patre sortita sunt. Obseruatur enim ipse à singulorum instauratione indissolutus. Renouatio autem constitutionis terrenorum corporum, siue dissipatio ipsa, restaurantur in corpora indissolubilia, id est inmortalia; ac periode fit sensus priuatio, non autem corporum abrogatio.

5 5 Tertium autem viuens homo, iuxta mundi imaginem factus, mentem ad Patris arbitrium habens, præter reliqua terrena animantia, non tantum cum secundo Deo sympathiam habet, verum & primi notitiam. Alterum quidem præsentit, velut corporeum; alterius autem intelligentiam suscipit, tanquam incorporei, & mentis Boni. *Hoc itaque animal num abrogatur? Bona verba, ô fili, & intellige quid Deus, quid mundus, quid animal immortale, quid animal dissolubile: & cognosce mundum quidem à Deo & in Deo, hominem vero à mundo & in mundo: initium autem & summa & omnium constitutio, Deus.*

ποι καλοῦσιν. 4 Αὕτη δὲ ἡ ἀταξία † περὶ τὰ ἐπίγεια ζῶα 4
γίνεται. τῶν γὰρ οὐρανίων τὰ σώματα μίαν τάξιν ἔχει ἣν † ἐπὶ
εἴληχεν ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχήν. τηρεῖται δὲ αὕτη ὑπὸ
τῆς ἑκάστου ἀποκαταστάσεως ἀδιάλυτος. ἡ δὲ ἀποκατάστα-
σις τῶν ἐπιγείων σωμάτων συστάσεως † ἡ δὲ διάλυσις αὐτή, † ὅλη
ἀποκαθίσταται εἰς τὰ ἀδιάλυτα σώματα, τουτέστι τὰ ἀθά-
νατα· καὶ οὕτω στέρησις γίνεται τῆς αἰσθήσεως, οὐκ ἀπώλεια
τῶν σωμάτων. 5 Τὸ δὲ τρίτον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, κατ' εἰκόνα τοῦ 5
κόσμου γενόμενος, † νοῦν κατὰ βούλησιν τοῦ πατρὸς ἔχει † τὸ
παρὰ τὰ ἄλλα ἐπίγεια ζῶα, οὐ μόνον πρὸς τὸν δεύτερον θεὸν
συμπάθειαν ἔχων, ἀλλὰ καὶ ἔννοιαν τοῦ πρώτου. τοῦ μὲν γὰρ
αἰσθάνεται ὡς σώματος· τοῦ δὲ ἔννοιαν λαμβάνει ὡς ἀσωμά-
του, καὶ νοῦ τοῦ ἀγαθοῦ. Τοῦτο οὖν οὐκ ἀπόλλυται τὸ ζῶον;
Εὐφήμησον, ὦ τέκνον, καὶ νόησον, τί θεός, τί κόσμος, τί ζῶον
ἀθάνατον, τί ζῶον διαλυτόν· καὶ νόησον, ὅτι ὁ μὲν κόσμος
ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ ἐν τῷ θεῷ· ὁ δὲ ἄνθρωπος, ὑπὸ τοῦ κόσμου, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ· ἀρχὴ δέ, καὶ περιοχὴ καὶ σύστασις πάντων, ὁ θεός.

MERCVRII TRISMEGISTI DE INTELLIgentia & sensu. Et quod in solo Deo pulchrum & bonum est, alibi vero nusquam.

CAPVT NONVM.

1 Nuper, ô Æsculapi, perfectum edidi sermonem: nunc autem necessarium arbitror consentaneum esse etiam de sensu tractatum edisserere. Sensus etenim & intelligentia discrimen habere censentur; eo quod illud materiale, hoc vero essentiale sit. Mihi tamen apparent ambo coalescere, non autem diuidi, in hominibus loquor. In cæteris namque animantibus naturæ sensus coniunguntur, in hominibus vero intelligentia. Ab intelligentia autem tantum distat intellectus, quantum à diuinitate Deus: Nimirum diuinitas à Deo est, intelligentia vero ab intellectu, soror existens sermonis, ac sibi mutuo instrumenta. Neque enim sermo voce depromitur absque intelligentia: vt nec intelligentia sine sermone elucescit.

2 2 Sensus itaque & intelligentia ambo in hominem vna confluunt, velut inter se connexa. Nam sine sensu intelligi non potest, neque sine intelligentia sensu percipi. Fieri autem potest, intelligentiam sine sensu intelligi, more istius qui in somniis visum speculatur. Mihi autem apparet fieri vtrosque effectus in somniorum visu, expergefactis enim sensus in corpus dirimitur, & in animam. Et cum vtraque sensus partes ad se inuicem conueniunt, tum intel-

3 ligentia pronunciatur à mente progenita. 3 Mens quidem omnes notitias concipit, nimirum bonas, quo temporis à Deo semina receperit, contrarias autem quando ab aliquo Dæmonum. Nulla namque mundi pars Dæmonis est exors, Dæmonis inquam à Deo splendentis: qui quidem subintrans, serit propriæ efficaciæ semen. Et enixa est mens quod satū fuerat, adulteria, cædes, parricidia, sacrilegia, impietatem, suspendia, manifestas præcipitantias, & cætera omnia, quotquot sunt Dæmonum opera.

4 4 Dei quidem semina pauca, equidem magna, pulchra, & bona. probitas, continentia, & pietas. *Est autem pietas Dei cognitio. Quem qui cognouerit appletus omnium bonorum factus, notiones Diuinas scaturit, at non vulgi intelligentiæ similes.* Quocirca qui cognitionem colunt, nec vulgo grati sunt, nec ipsi a vulgus, desipere censentur, & risui damnantur: odio & contemptui sunt: & quandoque necantur. Nequitiam enim hic habitaturam diximus, suum ipsius locum degentem. eius nimirum regio terra est, non mundus, vt nonnullis placet impie loquentibus. Dei quidem cultor omnia suffert, cognitionem percipiens. Tali namq; omnia, quantomlibet aliis mala, bona sunt. Et cū insidus petitor, omnia ad cognitionē confert: & solus mala ef-

5 ficit bona. 5 Rursus ad sermonem sensus redeo Humanū est igitur, hominem communicare sensum intelligentiæ: non tamē omnis homo, vt præfati, fruitur intelligentia. Sed alius quidē materialis, alius vero essentiæ cultor. Materialis enim malitiæ

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ.

περὶ νοήσεως, καὶ αἰσθήσεως, καὶ ὅτι ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ καλόν, καὶ τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ.

Χθές, ὦ Ἀσκληπιέ, τὸν τέλειον ἀποδέδωκα λόγον· 1
νῦν δὲ ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι ἀκόλουθον ἐκείνῳ, καὶ
τὸν περὶ αἰσθήσεως λόγον διεξελθεῖν. αἴσθησις
γὰρ καὶ † νόησις διαφέρειν μὲν δοκοῦσιν ἔχειν, † νόησιν
ὅτι ἡ μὲν ὑλική ἐστιν, ἡ δὲ οὐσιώδης· ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν ἀμφότε-
ραι ἡνῶσθαι, καὶ μὴ διαιρεῖσθαι, ἐν ἀνθρώποις † λέγω. ἐν † λόγῳ
γὰρ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἡ αἴσθησις τῇ φύσει ἥνωται, ἐν δὲ ἀν-
θρώποις ἡ νόησις. νοήσεως δὲ ὁ νοῦς διαφέρει τοσοῦτον, ὅσον ὁ
θεὸς θειότητος. ἡ μὲν γὰρ θειότης ὑπὸ τοῦ θεοῦ γίνεται·
ἡ δὲ νόησις ὑπὸ τοῦ νοῦ, ἀδελφὴ οὖσα τοῦ λόγου, καὶ ὄργανα ἀλ-
λήλων. οὔτε γὰρ ὁ λόγος ἐκφωνεῖται χωρὶς νοήσεως, οὔτε ἡ
νόησις φαίνεται χωρὶς λόγου. 2 Ἡ οὖν αἴσθησις καὶ ἡ νόησις ἀμ- 2
φότεραι εἰς τὸν ἄνθρωπον συνεπεισρέουσιν ἀλλήλαις, ὥσπερ
συμπεπλεγμέναι. οὔτε γὰρ χωρὶς αἰσθήσεως † δυνατὸν νοῆ- † δύναται
σαι, οὔτε αἰσθέσθαι χωρὶς νοήσεως· δυνατὸν δὲ νόησιν χωρὶς
αἰσθήσεως νοεῖσθαι, καθάπερ οἱ διὰ τῶν ὀνείρων φαντα-
ζόμενοι ὁράματα. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸ γεγονέναι ἀμφοτέρας
τὰς ἐνεργείας ἐν τῇ τῶν ὀνείρων ὄψει. ἐγρηγορόσι γὰρ † αἰσθήσει
† αἴσθησις, διῄρηται γὰρ εἴς τε τὸ σῶμα καὶ εἰς τὴν ψυ-
χήν· καὶ ὅταν ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς αἰσθήσεως πρὸς ἄλλη-
λα συμφωνήσῃ, τότε τὴν νόησιν ἐκφωνεῖσθαι, ἀποκυηθεῖσαν
ὑπὸ τοῦ νοῦ. 3 Ὁ γὰρ νοῦς κυεῖ πάντα τὰ νοήματα· ἀγαθὰ μέν, 3
ὅταν ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὰ σπέρματα λάβῃ· ἐναντία δέ, ὅταν ὑπό τινος
τῶν δαιμονίων, μηδενὸς μέρους τοῦ κόσμου κενοῦ ὄντος δαίμονος,
τῷ ὑπὸ τοῦ θεοῦ πεφωτισμένῳ δαίμονι, ὅστις ὑπεισελθών, ἔ-
σπειρε τῆς ἰδίας ἐνεργείας τὸ σπέρμα, καὶ ἐκύησεν ὁ νοῦς τὸ
σπαρέν, μοιχείας, φόνους, πατροτυπίας, ἱεροσυλίας, ἀσεβείας,
ἀγχόνας, κατὰ κρημνῶν καταφοράς, καὶ ἄλλα πάντα ὅσα δαι-
μόνων ἔργα. 4 Τοῦ γὰρ θεοῦ τὰ σπέρματα ὀλίγα, μεγάλα 4
μέν, καὶ καλά, καὶ ἀγαθά. ἀρετή, καὶ σωφροσύνη, καὶ εὐσέβεια·
εὐσέβεια δέ ἐστι θεοῦ γνῶσις, ὃν ὁ ἐπιγνοὺς πλήρης γενόμενος
πάντων τῶν ἀγαθῶν, τὰς νοήσεις θείας ἴσχει, καὶ οὐ τοῖς πολλοῖς
ὁμοίας. διὰ τοῦτο οἱ ἐν γνώσει ὄντες, οὔτε τοῖς πολλοῖς ἀρέσκου-
σιν, οὔτε οἱ πολλοὶ αὐτοῖς· μεμηνέναι δὲ δοκοῦσι, καὶ γέλωτα ὀ-
φλισκάνουσι, μισούμενοί τε, καὶ καταφρονούμενοι, καὶ τάχα που
καὶ φονευόμενοι. τὴν γὰρ κακίαν ἐνθάδε δεῖν οἰκεῖν εἴπομεν τῷ
ἑαυτῆς χωρίῳ οὖσαν. χωρίον γὰρ αὐτῆς ἡ γῆ, οὐχ ὁ κόσμος,
ὡς ἔνιοί ποτε ἐροῦσι βλασφημοῦντες. ὁ μὲν τοι θεοσεβὴς πάν-
τα ὑποστήσεται αἰσθόμενος τῆς γνώσεως. πάντα γὰρ
τῷ τοιούτῳ, κἂν τοῖς ἄλλοις τὰ κακά, ἀγαθά ἐστι. καὶ
ἐπιβουλευόμενος, πάντα ἀναφέρει εἰς τὴν γνῶσιν. καὶ τὰ
κακὰ μόνος ἀγαθοποιεῖ. 5 Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὸν αἰσθή-
σεως λόγον. ἀνθρώπινον οὖν τὸ κοινωνῆσαι † ἀνθρώπῳ αἴσθη- † ἀνθρώπου νόησιν.
σιν νοήσει. οὐ πᾶς δὲ ἄνθρωπος ὡς προεῖπον, ἀπολαύει τῆς νοήσεως, ἀλλ' ὁ μὲν ὑλικός, ὁ δὲ οὐσιώδης. ὁ μὲν γὰρ μετὰ κακίας

ὑλ-

malitiæ incumbens, vt effatus sum, à Dæmonibus semen intelligentiæ suscipit. Qui autem cum bono secundum essentiam sumunt, à Deo salui fiunt. Quandoquidem Deus omnium operator cū fabrefacit omnia, efficit quidem sibi similia. Vt autem hæc bona facta sunt, in effectus vsum segregat. Mundana quidem latio, generationes terens, qualitates producit, alias quidem fœdans nequitia, alias autem bono purificans. Nam mundus, ô Æsculapi, sensum proprium & intelligentiam habet, non humanæ similem, nec
6 tam variam, alias autem eximiorem ac simpliciorem. 6 Mūdi quidem sensus & intelligentia vna est: omnia scilicet facit, & in seipsum destruit, instrumentum quippe diuini nutus, & tencta instrumenti efficacia præditum: vt omnia semina suscipiens à Deo apud se, conseruans in seipso, omnia palam efficiat: & dissoluens omnia restauret. Quocirca his dissolutis constitutione renouationem velox instar boni vitæ agricolæ præstet. Non est quod non vita donet: dum fertur autem omnia viua efficit, ac pariter locus & operator
7 est vitæ. 7 Corpora autem in materia discrepant. Alia quidem sunt ex terra, quædam vero ex aqua, alia autem ex aere, aliqua demum ex igne. omnia autem sunt composita, quædam plus, quædam autem simplicius: plus quidem grauiora, minus vero leuiora. Velocitas autem lationis eius, varietatem qualium in generationibus operatur. Aura enim frequentissima existens, corporibus qualitates porri-
8 git, cum vna vitæ plenitudine. 8 Pater itaque mundi Deus, mundus vero eorum quæ in mundo sunt. Et mundus quidem Dei filius: quæ autem in mundo à mundo sunt. Et iure mundus nuncupatur. Omnia namque varietate generations ornat & assiduitate vitæ, non defatigata operatione, necessitatis velocitate, elementorum compositione, & genitorum ordine. Ipse itaque mundus necessario & proprie nominatur. Omnium igitur animalium sensus & intelligentias ab internis inducie, inspirans ab amplectente se. Mundus vero semel accepit, simul cum fieret: vti à Deo ac-
9 cepit, habet. 9 Deus autem non, vt aliquibus placet, est sensus & intelligentiæ expers. Nam superstitione excæcati inique loquuntur. Omnia nimirum quæcunque sunt, ô Æsculapi, in Deo sunt, à Deo genita, & inde pendentia: alia per corpora operantia, partim per animalem essentiam mouentia: quædam autem per spiritum vitam præstantia: alia vero defessa suscipientia, & optimo iure. Quinetiam dicam ipsum talia non habere, ac verum definiens, ipse omnia est, non extrinsecus adsciscens illa, sed extrorsum ea porrigens. Et hoc est Dei sensus & intelligentia, omnia scilicet semper mouere, & nusquam tempus erit, quo depereat quicquam eorum, quę sunt. Cum autem dico eorum quę sunt, Dei dico. Quę enim sunt, Deus habet, & extra ipsum nihil,
10 & ipse extra nihil. 10 Hæc, ô Æsculapi, intelligenti tibi vera apparebunt, ignoranti autem incredibilia. Intelligere namque credere est: non credere autem non intelligere. Sermo etenim meus ad veritatem vsque peruenit. Mens autem magna, & à sermone quadantenus deducta, ad veritatem vsque peruenire debet: omnia autem animo voluens, & iis quæ à sermone interpretata sunt consona reperiens, credidit, & pulchræ fidei acquieuit. *Illis igitur quæ de Deo dicta sunt intelligentibus, fide digna, non intelligentibus vero indigna fide erunt.* Hæc & tanta de intelligentia & sensu dicta sunto.

ὑλικὸς, ὡς εἶπον, ἀπὸ τῶν δαιμόνων τὸ σπέρμα τῆς νοήσεως ἴσχει· εἰ δὲ μετὰ τοῦ ἀγαθοῦ οὐσιωδῶς, ὑπὸ τοῦ θεοῦ σωζόμενοι. ὁ μὲν γὰρ θεὸς πάντων δημιουργὸς, δημιουργῶν πάντα, ποιεῖ μὲν ἑαυτῷ ὅμοια, ταῦτα δὲ ἀγαθὰ γενόμενα, ἐν τῇ χρήσει τῆς ἐνεργείας ἄφορα· ἡ γὰρ κοσμικὴ φορὰ τρίβουσα τὰς γενέσεις, ποιὰς ποιεῖ, τὰς μὲν ῥυπαίνουσα τῇ κακίᾳ, τὰς δὲ καθαίρουσα τῷ ἀγαθῷ. καὶ γὰρ ὁ κόσμος, ὦ Ἀσκληπιὲ, αἴσθησιν ἰδίαν καὶ † νόησιν ἔχει, οὐχ ὁμοίαν τῇ ἀνθρωπείᾳ, οὐδὲ † ἀμείνω
ὡς ποικίλην, ἄλλως δὲ κρείττω καὶ ἁπλουστέραν. 6 Ἡ γὰρ 6
αἴσθησις, καὶ νόησις τοῦ κόσμου, μία ἐστὶ τὸ πάντα ποιεῖν, καὶ εἰς ἑαυτὴν ἀποποιεῖν, ὄργανον τῆς τοῦ θεοῦ βουλήσεως καὶ ὄντως ὀργανοποιηθὲν, ἵνα πάντα παρ' ἑαυτῷ ἀπὸ τοῦ θεοῦ λαβὼν τὰ σπέρματα φυλάττων ἐν ἑαυτῷ, πάντα ποιῇ ἐναργῶς, καὶ διαλύων πάντα ἀνανεοῖ· καὶ διὰ τοῦτο λυθέντα, ὥσπερ ἀγαθὸς ζωῆς γεωργὸς, τῇ καταβολῇ ἀνανέωσιν αὐτοῖς φερόμενος παρέχει. οὐκ ἔστιν ὃ μὴ ζωογονεῖ. φερόμενος δὲ πάντα
ζωοποιεῖ· καὶ ὁμοῦ τόπος ἐστὶ καὶ δημιουργὸς ζωῆς. 7 Τὰ δὲ 7
σώματα ἀπὸ ὕλης ἐν διαφορᾷ. τὰ μὲν γάρ ἐστιν ἐκ γῆς, τὰ δὲ ἐξ ὕδατος, τὰ δὲ ἐξ ἀέρος, τὰ δὲ ἐκ πυρός. πάντα δέ ἐστι σύνθετα, καὶ τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἁπλούστερα· μᾶλλον μὲν τὰ βαρύτερα, ἧττον δὲ τὰ κουφότερα. τὸ δὲ τάχος αὐτοῦ τῆς φορᾶς, τὴν ποικιλίαν τῶν ποιῶν γενέσεων ἐργάζεται. πνοὴ γὰρ οὖσα πυκνοτάτη, προτείνει τὰ ποιὰ τοῖς σώμασι μετὰ
ἑνὸς πληρώματος τῆς ζωῆς. 8 Πατὴρ μὲν οὖν ὁ θεὸς τοῦ κό- 8
σμου. ὁ δὲ κόσμος τῶν ἐν τῷ κόσμῳ· καὶ ὁ μὲν κόσμος, υἱὸς τοῦ θεοῦ, τὰ δὲ ἐν τῷ κόσμῳ, ὑπὸ τοῦ κόσμου. καὶ εἰκότως κόσμος κέκληται. κοσμεῖ γὰρ τὰ πάντα τῇ ποικιλίᾳ τῆς γενέσεως, καὶ τῷ ἀδιαλείπτῳ τῆς ζωῆς, καὶ ἀκοπιάστῳ τῆς ἐνεργείας, καὶ τῷ τάχει τῆς ἀνάγκης, καὶ τῇ † συστάσει τῶν † συστάσει
στοιχείων, καὶ τῇ τάξει τῶν γινομένων. ὁ αὐτὸς οὖν κόσμος καὶ ἀναγκαίως, καὶ οἰκείως καλοῖτο. πάντων οὖν τῶν ζώων ἡ αἴσθησις, καὶ νόησις ἔξωθεν ἐπεισέρχεται, εἰσπνεύσασα ὑπὸ τοῦ περιέχοντος· ὁ δὲ κόσμος ἅπαξ λαβὼν, ἅμα τῷ γενέσθαι, ὑπὸ
τοῦ θεοῦ λαβὼν ἔχει. 9 Ὁ δὲ θεὸς, οὐχ ὥσπερ ἐνίοις δόξει, ἀναί- 9
σθητός ἐστι, καὶ ἀνόητος. ὑπὸ γὰρ δεισιδαιμονίας βλασφημοῦσι. πάντα γὰρ ὅσα ἐστὶν, ὦ Ἀσκληπιὲ, ταῦτα ἐν τῷ θεῷ ἐστὶ, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γινόμενα, καὶ ἐκεῖθεν ἠρτημένα· τὰ μὲν διὰ τῶν σωμάτων ἐνεργοῦντα, τὰ δὲ διὰ οὐσίας ψυχικῆς κινοῦντα, τὰ δὲ διὰ πνεύματος ζωοποιοῦντα, τὰ δὲ τὰ κεκμηκότα ὑποδεχόμενα. καὶ εἰκότως· μᾶλλον δὲ λέγω ὅτι οὐκ αὐτὸς αὐτὰ ἔχει, ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς ἀποφαίνομαι, αὐτὸς ἅπαντά ἐστιν, οὐκ ἔξωθεν αὐτὰ προσλαμβάνων, ἔξω δὲ ἐπιδιδούς. καὶ τοῦτό ἐστιν, ἡ αἴσθησις καὶ νόησις τοῦ θεοῦ, τὸ τὰ πάντα ἀεὶ κινεῖν· καὶ οὐκ ἔσται ποτὲ χρόνος, ὅτε ἀπολειφθήσεταί τι τῶν ὄντων· ὅταν δὲ λέγω τῶν ὄντων, λέγω τοῦ θεοῦ. τὰ γὰρ ὄντα ὁ
θεὸς ἔχει, καὶ οὔτε αὐτοῦ οὐδὲν ἐκτὸς, οὔτε αὐτὸς οὐδενός. 10 Ταῦ- 10
τά σοι Ἀσκληπιὲ, ἐννοοῦντι ἀληθῆ δόξειεν, ἀγνοοῦντι δὲ ἄπιστα. τὸ γὰρ νοῆσαί ἐστι τὸ πιστεῦσαι· τὸ ἀπιστῆσαι δὲ τὸ μὴ νοῆσαι. ὁ γὰρ λόγος μου φθάνει μέχρι τῆς ἀληθείας· ὁ δὲ νοῦς μέγας ἐστὶ, καὶ ὑπὸ τοῦ λόγου μέχρι τινὸς ὁδηγηθεὶς, φθάνειν ἔχει τῆς ἀληθείας· καὶ περινοήσας τὰ πάντα, καὶ εὑρὼν σύμφωνα τοῖς ὑπὸ τοῦ λόγου ἑρμηνευθεῖσιν ἐπίστευσε, καὶ τῇ καλῇ πίστει ἐπανεπαύσατο. τοῖς οὖν τὰ προειρημένα † ἐπὶ τοῦ θεοῦ νοήσασι μὲν πιστὰ, μὴ νοήσασι δὲ ἄπιστα· ταῦτα καὶ τοσαῦτα περὶ νοήσεως καὶ αἰσθήσεως λεγέσθω. † ὑπὸ

MERCVRII TRISMEGISTI clauis.

CAPVT DECIMVM.

1 HEsternam, ô Æsculapi, orationem tibi consecraui: hodiernam autem æquum est Tat filio dicare. Quando quidem singularium orationum cum illo collatarum est compēdium. Deus igitur & Pater & Bonum, ô Tat, eandem naturam habent: quinimo & efficaciam. Ea namque naturæ & incrementi est denominatio, quæ circa mutabilia, mobilia & immobilia versatur: quod est diuina & humana, quæ ipse esse vult. Alibi autem diuinorum

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ, κλείς.

Τὸν χθὲς λόγον, ὦ Ἀσκληπιὲ, σοὶ ἀνέθηκα· τὸν δὲ 1
σήμερον, δίκαιόν ἐστι τῷ Τὰτ ἀναθεῖναι. ἐπεὶ καὶ τῶν γενικῶν λόγων τῶν πρὸς αὐτὸν λελαλημένων, ἐστὶν ἐπιτομή. ὁ μὲν οὖν θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ τὸ ἀγαθὸν, ὦ Τὰτ, τὴν αὐτὴν ἔχει φύσιν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐνέργειαν. ἡ μὲν γὰρ φύσεως καὶ αὐξήσεώς ἐστι προσηγορία, ἅπερ ἐστὶ περὶ τὰ μεταβλητὰ καὶ κινητὰ, καὶ ἀκίνητα, τουτέστι τὰ θεῖά τε καὶ ἀνθρώπεια, ὧν αὐτὸς βούλεται εἶναι. ἀλλαχοῦ δὲ ἐνέργειαν, καθὼς καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἐδιδάξαμεν
θείων

diuinorum & humanorum efficaciam, velut ac aliorum e-
2 docuimus, quæ de hoc intelligenda sunt. 2 Hoius namque
efficacia voluntas est, eius vero essentia, velle omnia esse.
Quid enim est Deus & Pater & Bonum, quam omnium es-
se non adhuc existentium? Quinetiam substantia ipsa eo-
rum quæ sunt, hoc Deus est, hic Pater, hoc Bonum: cui
reliquorum nihil additur. Mundus quidem ac Sol eo-
rum quæ iuxta communionem pater est: non attamen a-
nimalibus recte boni causa est, nec viuendi. Quod si ita
se hoc habeat, omnino sane à boni voluntate adigitur,
sine qua neque esse neque fieri quicquam potest. 3 Ni-
3 mirum liberorum causa pater est, tum seminis tum et-
iam alimoniæ, per Solem orexim boni suscipiens. Nam
bonum est, quod efficiendi compos est. Hoc autem
alii cuiquam innatum esse non potest, quam vnico illi, qui
nihil recipiens omnia vult esse. Non equidem aio ei qui ef-
ficit, ô Tat, nam faciens mutilus est multo tempore, in quo
nunc quidem facit, nunc vero non facit, & qualitate &
quantitate, quandoque etenim quanta & qualia, opposita
vero nonnumquam. Deus autem, & pater & bonum est, eo
4 quod omnia sit. 4 Hæc igitur ita ei qui videre potest elu-
cescent, nam & hoc esse vult, estque illud, maxime vero si-
bi ipsi. Alia quippe cuncta propter hunc sunt. Boni namque
proprium est Bonum cognosci, ô Tat. Satiasti nos, ô Pater,
bono & pulcherrimo aspectu, & pene sanctior effectus est
meæ mentis oculus, præ tali spectaculo. Non enim velut
Solis radius ignitus existens, illustrat & oculos perstringit:
ita & boni speculatio. Quinimo econtra irradiat & adeo,
quoad suscipere quis potest influxum splendoris intelligi-
bilis. Est namque acutior in attingendo, innocua vero & o-
5 mnis immortalitatis oppleta. 5 Qui plus speculationis alli-
cere possunt, sæpe etiam corpore in pulcherrimum hunc
visum demulcentur. Cuius Cælus ac Saturnus progenito-
res nostri participes effecti sunt. Vtinam & nos, ô pater. V-
tinam sane, ô fili. Nunc etiamnum tamen mittimur ad visio-
nem, ac ita pandere non possumus nostræ mentis oculos, &
illius Boni pulchritudinem speculari, quæ citra corruptio-
nem & comprehensionem extat. Tum equidem eam
intueberis, cum nihil de ipsa dicendum habeas. Eius nam-
que cognitio & speculatio, silentium est, & omnium sen-
6 suum abrogatio. 6 Neque enim aliud quippiam cogno-
scere qui hoc cognouit: nec aliud quicquam speculari po-
test, qui hoc speculatus est: neque de alio quoquam audire:
nec vniuersum corpus mouere. Nimirum omnes corporis
sensus & motus corripiens quiescit. *Collustrans etenim omnem*
mentem ac omnem animam, illustrat & abstrahit à corpore: & o-
mnem ipsum in essentiam conuertit. Non enim, ô fili, in Deum referri
potest anima, constituta in corpore hominis, Boni pulchritudinem
7 *speculata in Deum se recipiens.* 7 Quid ais, ô Pater: De omni
anima separabili, ô fili. Mutationes autem animæ separabilis
rursus quonam modo fiunt? Num in generalibus percepi-
sti? Quod ab vna scilicet vniuersi, animæ omnes existunt. hæ
quidem qua in omni mundo velut distributæ vagantur.
Harum proinde animarum multæ mutationes, partim in
prosperiorem, partim in contrarium statum. Quędam enim
repentes in aquatiles commutantur, aquatiles autē in terre-
stres, terrestres vero in volucres, aereę autē in hominea, hu-
manæ vero immortalitatē habentes in Dæmones vertun-
tur, ipsi vero ita in Deorum non vagantium cœtu exultant.
Cœtus autē Deorū duo sunt. Quidam enim sunt errantium:
Quidam vero non errantium. Et ea est animæ absolutissima
8 gloria. 8 Anima hominis corpus ingressa, si nequā manse-
rit, neq; immortalitatem experitur, neq; boni fit particeps:
quinetiā retrogradiens per viam reuertitur, quę ducit ad re-
ptilia, & hoc animę peruersæ iudicatū est. Nā animæ malitia
est ignoratio. Anima etenim nihil intelligēs eorū quæ sunt,
neq; eorū naturā, nec Bonū, cæcutiens in passiones corporis
impingit. Infœlix autē anima, seipsam ignorans, corporibus
monstrosis & flagitiosis seruit, corpus velut sarcinā baiulās,
9 neq; imperās, sed parēs. Hæc est animæ nequitia. 9 E diuerso
autem, animæ virtus est cognitio. Nimirū qui intelligit, bo-
nus, pius ac propemodum Diuinus est. Sed quis est hic, ô Pa-
ter?

θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων, ἃ δεῖ νοεῖν ἐπὶ τούτου. 2 Ἡ γὰρ 2
τούτου ἐνέργεια, ἡ θέλησίς ἐστι· καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ, τὸ θέλειν
πάντα εἶναι· τί γάρ ἐστι θεὸς, καὶ πατὴρ, καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τὸ
τῶν πάντων εἶναι οὐκ ἔτι ὄντων· ἀλλὰ ὕπαρξις αὐτὴ τῶν ὄ-
ντων. τοῦτο ὁ θεὸς, τοῦτο ὁ πατὴρ, τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, ᾧ μηδὲν
πρόσεστι τῶν ἄλλων. ὁ μὲν γὰρ κόσμος, καὶ ὁ ἥλιος, τῶν κατὰ μετουσίαν
καὶ αὐτὸς πατήρ. οὐκ ἔτι δὲ τοῦ ἀγαθοῦ τοῖς ζώοις ἴσως αἴτιός ἐστιν,
οὐδὲ τοῦ ζῆν. εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, πάντως μέντοι ἀναγκαζόμε-
νος ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ θελήματος, οὗ χωρὶς, οὔτε εἶναι, οὔτε γε-
νέσθαι ἐστὶ δυνατόν. 3 Αἴτιος δὲ ὁ πατὴρ τῶν τέκνων, καὶ τῆς
σπορᾶς, καὶ τῆς τροφῆς τὴν ὄρεξιν λαβὼν τοῦ ἀγαθοῦ διὰ τοῦ 3
ἡλίου. τὸ γὰρ ἀγαθόν ἐστι τὸ ποιητικόν. τοῦτο δὲ οὐ δυνατὸν
ἐγγενέσθαι ἄλλῳ τινὶ, ἢ μόνῳ ἐκείνῳ, τῷ μηδὲν λαμβάνοντι,
πάντα δὲ θέλοντι εἶναι. οὐ γὰρ ἐρῶ, ὦ Τὰτ, ποιοῦντι· ὁ γὰρ ποιῶν
ἐλλιπής ἐστι πολλῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ποτὲ μὲν ποιεῖ, ποτὲ δὲ οὐ ποιεῖ, καὶ ποιό-
τητος καὶ ποσότητος. ποτὲ μὲν γὰρ πόσα καὶ ποῖα, ποτὲ δὲ τὰ
ἐναντία. ὁ δὲ θεὸς καὶ πατὴρ καὶ τὸ ἀγαθὸν, τῷ εἶναι τὰ πάν-
τα. 4 Οὕτως ἄρα ταῦτα τῷ δυναμένῳ ἰδεῖν. καὶ γὰρ τοῦτο 4
θέλει εἶναι, καὶ ἔστι καὶ αὐτὸ, μάλιστα δὲ αὐτῷ. καὶ γὰρ τὰ
ἄλλα πάντα διὰ τοῦτόν ἐστιν· ἴδιον γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ γνωρίζε-
σθαι· ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, ὦ Τάτ. Ἐπλήρωσας ἡμᾶς, ὦ πάτερ, τῆς
ἀγαθῆς, καὶ καλλίστης θέας. καὶ ὀλίγου δεῖν ἐσεβάσθη μου ὁ
τοῦ νοῦ ὀφθαλμὸς ὑπὸ τῆς τοιαύτης θέας. οὐ γὰρ ὥσπερ
ἡ τοῦ ἡλίου ἀκτὶς πυρώδης οὖσα καταυγάζει καὶ μύειν ποιεῖ
τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὕτω καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ θέα· τοὐναντίον δὲ
ἐκλάμπει, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον δύναται ὁ δυνάμενος
δέξασθαι τὴν ἐπιρροὴν τῆς νοητῆς λαμπηδόνος. ὀξυτέρα
μὲν γάρ ἐστιν εἰς τὸ καθικνεῖσθαι, ἀβλαβὴς δὲ καὶ πάσης ἀ-
θανασίας ἀνάπλεως ἦν. 5 Οἱ δυνάμενοι πλέον τι ἀρύσα- 5
σθαι τῆς θέας, κατακοιμίζονται πολλάκις δὲ ἀπὸ τοῦ σώ-
ματος εἰς τὴν καλλίστην ὄψιν, ὥσπερ Οὐρανὸς καὶ Κρόνος οἱ ἡ-
μέτεροι πρόγονοι ἐντετυχήκασιν. Εἴθε καὶ ἡμεῖς, ὦ πάτερ.
Εἴθε γὰρ, ὦ τέκνον. νῦν δὲ ἔτι ἀτονοῦμεν πρὸς τὴν ὄψιν, καὶ
οὔπω σθένομεν ἀναπετάσαι ἡμῶν τοὺς τοῦ νοῦ ὀφθαλ-
μοὺς, καὶ θεάσασθαι τὸ κάλλος τοῦ ἀγαθοῦ ἐκείνου τὸ ἄφθαρ-
τον, τὸ ἄληπτον. τότε γὰρ αὐτὸ ὄψει, ὅταν μηδὲν περὶ αὐτοῦ ἔχῃς
εἰπεῖν. ἡ γὰρ γνῶσις αὐτοῦ καὶ † θέα σιωπή ἐστι καὶ καταργία † θεία
πασῶν τῶν αἰσθήσεων. 6 Οὔτε γὰρ ἄλλο τι δύναται νοῆσαι 6
ὁ τοῦτο νοήσας, οὔτε ἄλλο τι θεάσασθαι ὁ τοῦτο θεασάμενος,
οὔτε περὶ † ἄλλου τινὸς ἀκοῦσαι, οὔτε τὸ σύνολον τὸ σῶμα κι- † ἀνθρώπου
νῆσαι. πασῶν γὰρ τῶν σωματικῶν αἰσθήσεών τε καὶ κινήσεων
ἐπιλαθόμενος, ἀτρεμεῖ. περιλάμψαν δὲ πάντα τὸν νοῦν,
καὶ τὴν ὅλην ψυχὴν, ἀναλάμπει καὶ ἀνέλκει διὰ τοῦ σώμα-
τος, καὶ ὅλον αὐτὸν εἰς οὐσίαν μεταβάλλει. ἀδύνατον γὰρ, ὦ τέ-
κνον ψυχὴν ἀποθεωθεῖσαν ἐν σώματι ἀνθρώπου, θεασαμέ-
νην τοῦ ἀγαθοῦ κάλλος, μὴ ἀποθεωθῆναι. 7 Πῶς λέγεις, 7
ὦ πάτερ. Πάσης ψυχῆς, ὦ τέκνον διαιρετῆς. Μεταβολαὶ δὲ
πῶς πάλιν διαιρετῆς. Οὐκ ἤκουσας ἐν τοῖς γενικοῖς ὅτι ἀπὸ
μιᾶς ψυχῆς τῆς τοῦ παντὸς πᾶσαι αἱ ψυχαί εἰσιν αἱ ἐν τῷ
παντὶ κόσμῳ κυλινδούμεναι, ὥσπερ ἀπονενεμημέναι; τούτων
τοίνυν τῶν ψυχῶν, πολλαὶ μεταβολαί· τῶν μὲν ἐπὶ τὸ εὐτυχέ-
στερον. τῶν δὲ, ἐπὶ τὸ ἐναντίον. αἱ μὲν γὰρ ἑρπετώδεις οὖσαι, εἰς
ἔνυδρα μεταβάλλονται· αἱ δὲ τῶν ἐνύδρων εἰς χερσαῖα· αἱ
χερσαῖαι εἰς πτηνά· αἱ δὲ ἀέριαι εἰς ἀνθρώπους· αἱ δὲ ἀνθρώ-
πειαι ἀθανασίας † μετέχουσαι, εἰς δαίμονας μεταβάλλον- † λαχοῦσαι,
ται. † οἱ δὲ οὕτως εἰς τὸν τῶν θεῶν χορὸν ἀπλανῶν χορεύουσι· † αἱ
χοροὶ δὲ δύο θεῶν, ὁ μὲν τῶν πλανωμένων, ὁ δὲ τῶν ἀπλανῶν· καὶ
αὕτη ψυχῆς ἡ τελειοτάτη δόξα. 8 Ψυχὴ δὲ εἰς ἀνθρώπου σῶ- 8
μα εἰσελθοῦσα, ἐὰν κακὴ μείνῃ, οὔτε γεύεται ἀθανασίας, οὔτε τοῦ
ἀγαθοῦ μεταλαμβάνει. παλίσσυρτος δὲ τὴν ὁδὸν ὑποστρέ-
φει τὴν εἰς τὰ ἑρπετά, καὶ αὕτη καταδίκη ψυχῆς κακῆς. κα-
κία δὲ ψυχῆς ἐστιν ἡ ἀγνωσία. ψυχὴ γὰρ μηδὲν γνοῦσα τῶν
ὄντων, μηδὲ τὴν τούτων φύσιν, μηδὲ τὸ ἀγαθὸν, τυφλώττου-
σα ἐντινάσσει τοῖς πάθεσι τοῖς σωματικοῖς· καὶ ἡ κακοδαί-
μων ἀγνοήσασα ἑαυτὴν, δουλεύει σώμασιν ἀλλοκότοις, καὶ
μοχθηροῖς, ὥσπερ φορτίον βαστάζουσα τὸ σῶμα, καὶ οὐκ ἄρχουσα, ἀλλ' ἀρχομένη. αὕτη κακία ψυχῆς. 9 Τοὐναντίον 9
δὲ ἀρετὴ ψυχῆς, γνῶσις. ὁ γὰρ γνοὺς, καὶ ἀγαθὸς, καὶ εὐσεβὴς, καὶ ἤδη θεῖος. Τίς δέ ἐστιν οὗτος, ὦ πά-
τερ

tet? Qui nec loquax est, nec loquaces audit. qui namque
duobus incumbit, verbis & auditui, vmbram impugnat.
Deus enim Pater & Bonum neque dicitur, neque auditur.
Hoc autem ita se habente, in omnibus iis, quæ sunt, sensus
insunt: cum sine ipso esse non possint. Cognitio autem à
sensu supramodum discrepat. Nam sensus est quidem su-
10 perantis, cognitio vero scientiæ finis. 10 Scientia Dei do-
num est. Omnis etenim scientia incorporea est, velut in-
strumento mente vtens, mens vero corpore. Vtraque igitur
in corpora cedunt, cum ea quæ sunt intellectus, tum quæ
materia constant. Ex oppositione namque & contrarieta-
te decet omnia constare. Hocque secus esse non potest.
Quis itaque materialis iste Deus? Pulcher mundus, non au-
tem bonus est. materia enim constat, & nullo negotio pa-
titur. Primus tamen patibilium, secundus autem eorum
quæ sunt, egenus per se? Ipse quidem aliquando genitus,
semper autem existens, existens autem in generatione, ac
semper genitus. Generatio qualium & quantorum est,
quippe mobilis. Omnis namque materiæ motio est gene-
11 ratio. 11 Intelligibilis autem quies, materialem motum
hac arte mouet. Quandoquidem mundus sphæra est, quod
caput denotat: super caput autem nihil materia constat.
Velut neque subter pedes quidquam intelligibile. Quin-
imo omne materia constat. Mens autem caput ipsa sphæræ
ritu mouetur, hoc est more capitis. Quæcunque igitur as-
sident membranæ huius capitis in qua est anima, immor-
talia natura sunt, ac veluti in anima corpus factum sit, & re-
fertam corpore animam habentia. Quæ autem procul à
membrana, in qua plus habetur animæ, degunt, corpus
sunt. Totum vero est animal: ita vt totum ex materiali &
12 intelligibili constet. 12 Et mundus quidem primum, homo
vero secundum à mundo animal. Primus autem mortalium
cæterorum animantium animæ compos est. Nec tantum
non bonus, quin & malus, vt mortalis. Mundus nanque eo
non bonus, quod mobilis existat, nec malus quod immor-
talis sit. homo vero tum vt mobilis, tum velut mortalis, ma-
13 lus est. 13 *Hominis autem anima hoc modo fertur. Mens in ratio-
ne, Ratio in anima, Anima in spiritu, Spiritus in corpore,* Spiritus
peruadit venas, arterias, & sanguinem, & animal mouet,
ac quadam arte baiulat. Quapropter quidam arbitrati sunt
animam sanguinem esse, in natura frustrati. Nec id viden-
tes, quod primitus spiritum in animam se recipere decet,
tumque sanguinem concrescere, & venas, ac arterias eua-
cuari, ac id temporis animal demoliri. hæc enim est corpo-
14 ris mors. 14 Ex vno autem principio cuncta trahuntur.
Principium autem ab vno & solo. Principium quidem mo-
uetur, vt denuo principium extet. Solum autem vnum stat,
& non mouetur. Et proinde tria sunt hæc, Deus, Pater, &
Bonum, Mundus, & Homo. Mundum enim Deus in se ha-
bet, hominem autem mundus. Est namque mundus Dei fi-
15 lius, homo vero velut mundi propagatio. 15 Haud equidem
ignorat Deus hominem: quin etiam cognoscit, & ab eo co-
gnosci cupit. *Hoc vnum salutare est homini, cognitio nempe Dei, i-
psa est in cælum ascensus.* Hoc vnico bona fit anima, & quæ bo-
na est, nunquam mala fit: sed per necessitatem fit. Quomo-
do id autumas, ô Trismegiste. Infantis animam speculare, ô
fili, cum non adhuc dissolutionem sui recipit, corpus eius
etiam paruum, & nondum prorsus amplificatum. Quomo-
do? Pulchram vndique quidem aspectu, nondum macula-
tam à corporis affectibus, etiamdum fere ab anima mundi
pendentem. Cum autem excreuit corpus, & ipsam detra-
xit in corporis moles seipsam dissoluens obliuionem parit,
& pulchri ac boni non fit particeps. Obliuio namque fit ne-
16 quitia. 16 Id idem contigit & iis, qui corpore liberari sunt.
Recurrente nimirum in seipsam anima, spiritus in sangui-
nem contrahitur, anima vero in spiritum. *Mens autem amicti-
bus nuda, natura Diuina existens, accepto corpore igneo omnem locum
perlustrat, deserens animam iudicio, & ei quod iuxta dignitatem iu-
dicato.* Quonam modo id ais, ô Pater? Mens ab anima segre-
17 gitur, & anima à spiritu, cum dixeris amictum esse mentis
quidem animam, animæ vero spiritum. 17 Concordem,
ô fili, audientem dicenti esse decet, & conspirare, & voce
dicentis auditum acutiorem habere. Horum velaminum,
ô fili,

τερ: Ὁ μὴ πολλὰ λαλῶν, μηδὲ πολλὰ ἀκούων. ὁ γὰρ δυσὶ
λόγοις σχολάζων καὶ ἀκοαῖς, ὦ τέκνον, σκιαμαχεῖ. ὁ γὰρ
θεὸς καὶ πατὴρ καὶ τὸ ἀγαθὸν, οὔτε λέγεται, οὔτε ἀκούεται. τούτου
δὲ οὕτως ἔχοντος, ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν αἱ αἰσθήσεις εἰσὶ, διὰ τὸ
μὴ δύνασθαι εἶναι χωρὶς αὐτοῦ. γνῶσις δὲ αἰσθήσεως πολὺ διαφέ-
ρει. αἴσθησις μὲν γὰρ γίνεται τοῦ ἐπικρατοῦντος· γνῶσις δέ ἐστιν
ἐπιστήμης τὸ τέλος. 10 Ἐπιστήμη δὲ, δῶρον τοῦ θεοῦ. πᾶσα γὰρ 10
ἐπιστήμη ἀσώματος, ὀργάνῳ χρωμένη αὐτῷ τῷ νῷ· ὁ δὲ νοῦς
τῷ σώματι. ἀμφότερα οὖν χωρεῖ εἰς σώματα, τά τε νοητὰ, καὶ τὰ ὑ-
λικά. ἐξ ἀντιθέσεως γὰρ, καὶ ἐναντιότητος δεῖ τὰ πάντα
συνεστάναι. καὶ τοῦτο ἄλλως εἶναι ἀδύνατον. Τίς οὖν ὁ ὑλικὸς
θεὸς οὗτος; Ὁ καλὸς κόσμος, οὐκ ἔστι δὲ ἀγαθός· ὑλικὸς γὰρ
καὶ εὐπαθητος· καὶ πρῶτος μὲν παθητῶν, δεύτερος δὲ τῶν ὄντων,
καὶ αὐτοδεής· καὶ αὐτὸς ποτὲ μὲν γενόμενος, ἀεὶ δὲ ὢν, ὢν δὲ ἐν γε-
νέσει, καὶ γινόμενος ἀεί· γένεσις τῶν ποιῶν καὶ τῶν ποσῶν· κινητὸς
γάρ. πᾶσα γὰρ ὑλικὴ κίνησις γένεσίς ἐστι. 11 Ἡ δὲ νοητὴ 11
στάσις κινεῖ τὴν ὑλικὴν κίνησιν τὸν τρόπον τοῦτον· ἐπεὶ ὁ κόσμος
σφαῖρά ἐστι, τουτέστι κεφαλή· κεφαλῆς δὲ οὐδὲν ὑπεράνω ὑλι-
κόν, ὥσπερ οὐδὲ ποδῶν οὐδὲν νοητὸν ὑποκάτω, πᾶν δὲ ὑλικόν.
νοῦς δὲ κεφαλὴ, αὕτη σφαιρικῶς κινουμένη, τοῦτό ἐστι κεφα-
λικῶς. ὅσα οὖν προσήνωται τῷ ὑμένι τῆς κεφαλῆς ταύτης,
ἐν ᾧ ἐστιν ἡ ψυχὴ, ἀθάνατα πέφυκεν. ὥσπερ ἐν ψυχῇ δὲ σώ-
ματος πεποιημένου, καὶ πλήρη τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν ἔχοντα·
τὰ δὲ πόρρω τοῦ ὑμένος, ἐν οἷς τὸ πλέον ἔχοντα τῆς ψυχῆς, τὸ
σῶμα· πᾶν δὲ ζῶον. ὥσπερ οὖν τὸ πᾶν ἐκ τοῦ ὑλικοῦ καὶ νοητοῦ
συνέστηκε. 12 Καὶ ὁ μὲν κόσμος, † πρῶτον· ὁ δὲ ἄνθρωπος, 12
δεύτερον ζῶον μετὰ τὸν κόσμον † πρῶτος δὲ τῶν θνητῶν τὸ μὲν † πρῶτος. † πρῶτον.
ἄλλων ζώων, τὸ ἔμψυχον ἔχει. οὐκ ἔτι δὲ μόνον οὐκ ἀγαθὸς,
ἀλλὰ καὶ κακὸς ὡς θνητός. ὁ μὲν γὰρ κόσμος, οὐκ ἀγαθὸς, ὡς
κινητός· οὐ κακὸς δὲ, ὡς ἀθάνατος. ὁ δὲ ἄνθρωπος καὶ ὡς κινη-
τὸς, καὶ ὡς θνητὸς κακός. 13 Ψυχὴ δὲ ἀνθρώπου ὀχεῖται τὸν τρόπον 13
τοῦτον· ὁ νοῦς ἐν τῷ λόγῳ· ὁ λόγος ἐν τῇ ψυχῇ· ἡ ψυχὴ ἐν τῷ πνεύ-
ματι. τὸ πνεῦμα ἐν τῷ σώματι. τὸ πνεῦμα διήκει διὰ φλε-
βῶν, καὶ ἀρτηριῶν, καὶ αἵματος, καὶ κινεῖ τὸ ζῶον· καὶ ὥσπερ
τρόπον τινὰ βαστάζει. διὸ καί τινες τὴν ψυχὴν αἷμα ἐνόμισαν
εἶναι, σφαλλόμενοι τὴν φύσιν. οὐκ εἰδότες ὅτι πρῶτον δεῖ τὸ
πνεῦμα ἀναχωρῆσαι εἰς τὴν ψυχήν· καὶ τότε τὸ αἷμα πα-
γῆναι. καὶ τὰς φλέβας, καὶ τὰς ἀρτηρίας κενωθῆναι, καὶ
τότε τὸ ζῶον καθελεῖν· καὶ τοῦτό ἐστι θάνατος τοῦ σώματος.
14 Ἐκ μιᾶς δὲ ἀρχῆς τὰ πάντα ἤρτηται· ἡ δὲ ἀρχὴ, ἐκ τοῦ ἑνὸς 14
καὶ μόνου. καὶ ἡ μὲν ἀρχὴ κινεῖται, ἵνα πάλιν ἀρχὴ γένηται. τὸ
δὲ ἓν μόνον ἕστηκεν, καὶ οὐ κινεῖται· καὶ τρία τοίνυν ταῦτα, ὁ θεὸς,
καὶ πατὴρ, καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ὁ κόσμος. καὶ ὁ ἄνθρωπος. καὶ
τὸν μὲν κόσμον ὁ θεὸς ἔχει, τὸν δὲ ἄνθρωπον ὁ κόσμος. καὶ γίνεται
ὁ μὲν κόσμος, τοῦ θεοῦ υἱὸς, ὁ δὲ ἄνθρωπος τοῦ κόσμου ὥσπερ ἔκγο-
νος. 15 Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ πάνυ γνω- 15
ρίζει, καὶ θέλει γνωρίζεσθαι. τοῦτο μόνον σωτήριον ἀνθρώπῳ ἐστὶν,
ἡ γνῶσις τοῦ θεοῦ. αὕτη εἰς τὸν ὄλυμπόν ἐστιν ἀνάβασις. τούτῳ μό-
νῳ ἀγαθὴ ψυχὴ, καὶ οὐδέποτε ἀγαθὴ, κακὴ γίνεται, κατ' ἀνά-
γκην δὲ γίνεται. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ τρισμέγιστε. Ψυχὴν παιδὸς
θεάσαι, ὦ τέκνον, † αὐτὴν διάλυσιν αὐτῆς μηδέπω ἐπιδεχο- † [illegible]
μένην, τοῦ σώματος αὐτῆς ἔτι † ὀλίγου, καὶ μηδέπω τὸ πᾶν ὠ- † ὀλίγου,
γκωμένου. Πῶς. Καλὴν μὲν βλέπει πανταχοῦ· μηδέπω δὲ
τεθολωμένην ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος παθῶν· ἔτι σχεδὸν ἠρτη-
μένην τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς· ὅταν δὲ ὀγκωθῇ τὸ σῶμα, καὶ κα-
τασπάσῃ αὐτὴν εἰς τοὺς τοῦ σώματος ὄγκους, διαλύσασα δὲ
ἑαυτὴν, ἐγγεννᾷ λήθην, καὶ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ οὐ μεταλαμ-
βάνει. ἡ δὲ λήθη κακία γίνεται. 16 Τὸ δὲ αὐτὸ συμβαίνει καὶ 16
τοῖς τοῦ σώματος ἐξιοῦσιν. ἀναδραμοῦσα γὰρ ἡ ψυχὴ εἰς ἑαυ-
τὴν, συστέλλεται τὸ πνεῦμα εἰς τὸ αἷμα· ἡ δὲ ψυχὴ εἰς τὸ
πνεῦμα· ὁ δὲ νοῦς καθαρὸς γενόμενος τῶν ἐνδυμάτων, θεῖος ὢν
φύσει, σώματος πυρίνου λαβόμενος, περιπολεῖ πάντα τόπον,
καταλιπὼν τὴν ψυχὴν κρίσει, καὶ τῇ κατ' ἀξίαν δίκῃ. Πῶς
τοῦτο λέγεις, ὦ πάτερ· ὁ νοῦς τῆς ψυχῆς χωρίζεται καὶ ἡ ψυχὴ
τοῦ πνεύματος. σοῦ εἰπόντος ἔνδυμα εἶναι, τοῦ μὲν νοῦ τὴν ψυ-
χὴν, τῆς δὲ ψυχῆς τὸ πνεῦμα. 17 Συννοεῖν δεῖ, ὦ τέκ- 17
νον, τὸν ἀκούοντα τῷ λέγοντι, καὶ συμπνέειν, καὶ ὀξυτέραν ἔχειν τὴν ἀκοὴν τῆς τοῦ λέγοντος φωνῆς. ἡ σύνθεσις τῶν ἐνδυμάτων τούτων
ὦ τέκ-

ô fili, structura in corpore terreno fit. Non enim potest
mens in terreno corpore per se nuda collocari. Nam ter-
renum corpus tantam immortalitatem ferre non potest.
Nec talem virtutem pati concoloratum ipsi patibile cor-
pus. Assumpsit itaque velut septum animam. Anima vero
diuina existens, tanquam igne vtitur spiritu. Spiritus autem
18 animal regit. 18 Cum igitur mens à terreno corpore mi-
grauerit: propriam illico induit tunicam igneam, quam
habere non poterat, cum corpus terreum incoleret. Terra
namque ignem non fert. Vniuersa nimirum vreretur ab
exigua scintilla. Et hac de causa aqua terræ circumiacet vel-
ut propugnaculum & mœnia, obsistens ignis flammæ.
Mens diuinarum omnium intelligentiarum acutissima, ac
principiis cunctis acutior, corpus habet ignem. Opifex ete-
nim igne vtitur ad omnium cœlorum opificium, & rerum
omnium vniuersi. Hominis vero mens, terrenorum o-
mnium. Nudata namque ab igne quæ in homine mens est,
19 Diuina operari non valet, cum sit humana incolatu. 19 A-
nima humana haud equidem omnis, quinimo pia felix hęc
est, & Diuina: ac huiusmodi anima, cum pietatis agone
transmisso à corpore libera fuerit, Deus fit (nam pietatis a-
gon est Deum cognoscere & nullum hominem iniuria pe-
tere) aut saltem Mens efficitur. Anima vero impia, in propria
essentia permanet, à seipsa pœnis affecta, & terreum cor-
pus perquirens, quoad humanum ingrediatur. Aliud nam-
que corpus humanam animam non suscipit. Neque ius est
in corpus animantis ratione carentis humanam animam
cadere. Nam ista Dei lex est, animam humanam tutari à
20 tanta contumelia. 20 Quonam igitur pacto mulctatur ani-
ma humana, ô Pater? Ecquis est humanæ animæ maior cru-
ciatus, ô fili, impietate? Qualis ignis tantam flammam ha-
bet quantam impietas? Qualis autem virulenta fera ita
corpus inficit, vt ipsam animam impietas? Num percipis
quanta mala impia anima patitur? vociferans ipsa & excla-
mans, vror, inflammor, quid dicam, quid agam nescio, la-
ceror infelix malis præpedita, nec video, nec audio. Hæ
voces num animæ mulctatæ sunt? Aut velut multi arbi-
trantur, tu opinaberis quoque, ô fili. Quod scilicet ani-
ma corpus egressa ferinum subeat: quiquidem est maximus
21 error. 21 Anima nanque hac lege mulctatur. Mentem ete-
nim cum Dæmon efficitur, corpus igneum nancisci statu-
tum est, ad Dei obsequia. Et impiissimam animam ingressa,
ipsam peccatorum flagellis verberat, à quibus cæsa anima
impia, ad cædes, contumelias, execrationes, ac varias op-
pressiones se traducit: quibus homines iniuria afficiuntur.
In animam autem piam mens ingressa, ad notitiæ lumen i-
psam dirigit. Talis vero anima, nunquam satiatur quin hy-
mnis ac bonis omnibus homines excipiat, verbisque ac o-
peribus de omnibus bene mereatur, patrem suum imitata.
22 22 Quocirca, ô fili, Te Deo gratias agentem orare decet: vt
mentem bonam adipiscamur. Anima etenim in præstan-
tius transmigrat: non equidem in deterius potest. Est au-
tem animarum communicatio. Nam Deorum animæ cum
hominum animabus communicant, Deus vero cum o-
mnibus. Nam cunctis ipse potior est, & cuncta ipso mino-
ra. Deo quidem mundus subiacet: homo mundo: irratio-
nalia homini. Deus itaque supra cuncta & circa cuncta. Et
velut quidam Dei radii sunt efficaciæ: mundi autem radii
Naturæ: hominis vero, artes & scientiæ: efficaciæ autem
per mundum efficiunt, etiam ad hominem vsque, per in-
natos mundi radios: naturæ per elementa: homines vero
23 per artes & scientias. 23 Et hæc vniuersi est dispensatio,
ab vnius natura deprompta, ac per vnam mentem perma-
nans: qua nihil diuinius, nihil est efficacius, nihil vniendi
potentius, homines quidem ad Deos, Deos autem ad ho-
mines. Iste bonus Dæmon est. fausta est anima huius con-
ferta, infelix vero anima huius exors. Quomodo hoc itera-
to dicis, ô Pater? Suspicaris itaque, ô fili, omnem animam
mentem habere bonam. Nam de hac nobis est sermo, non
autem de seruili: quam olim diximus ex iudicio deorsum
24 demissam. 24 Anima autem mentis expers, neq; quidquam
dicere,

ὦ τέκνον, ἐν σώματι γηΐνῳ γίνεται. ἀδύνατον γὰρ τὸν νοῦν ἐν γηΐ-
νῳ σώματι γυμνὸν αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν ἑδρᾶσαι, οὔτε γὰρ τὸ γήϊ-
νον σῶμα δυνατόν ἐστι τηλικαύτην ἀθανασίαν ἐνεγκεῖν, οὔτε
τὴν τοιαύτην ἀρετὴν ἀνέχεσθαι συγχρωματιζόμενον αὐτῷ
παθητὸν σῶμα. ἔλαβεν οὖν ὥσπερ περιβολὴν τὴν ψυχήν·
ἡ δὲ ψυχὴ καὶ αὐτή, θεία τις οὖσα, καθάπερ ὑπηρέτῃ τῷ πνεύ-
ματι χρῆται. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ζῷον διοικεῖ. 18 Ὅταν οὖν ὁ νοῦς 18
ἀπαλλαγῇ τοῦ γηΐνου σώματος, τὸν ἴδιον εὐθὺς ἐνεδύσατο χιτῶ-
να τὸν πύρινον, ὃν οὐκ ἐδύνατο ἔχων εἰς τὸ γήϊνον σῶμα κατοι-
κῆσαι. γῆ γὰρ πῦρ οὐ βαστάζει. πᾶσα γὰρ φλέγεται, καὶ ὑπὸ
ὀλίγου σπινθῆρος. καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὕδωρ περικέχυται τῇ γῇ,
ὥσπερ ἔρυμα καὶ τεῖχος ἀντέχον πρὸς τὴν τοῦ πυρὸς φλόγα·
νοῦς ὀξύτατος ὢν πάντων νοημάτων θείων, καὶ ὀξύτερος πάν-
των τῶν στοιχείων, ἔχει σῶμα τὸ πῦρ. δημιουργὸς γὰρ ἁπάν-
των ὀργάνων, τῷ πυρὶ πρὸς τὴν δημιουργίαν χρῆται. καὶ ὁ
μὲν τοῦ παντὸς τῶν πάντων· ὁ δὲ τοῦ ἀνθρώπου τῶν ἐπιγείων πάν-
των. γυμνὸς γὰρ ὢν τοῦ πυρὸς ὁ ἐν ἀνθρώποις νοῦς, ἀδυνατεῖ τὰ
θεῖα δημιουργεῖν ἀνθρώπινος ὢν τῇ διοικήσει. 19 Ψυχὴ δὲ 19
ἀνθρωπίνη, οὐ πᾶσα μέν, ἡ δὲ εὐσεβής, δαιμονία τίς ἐστι καὶ θεία.
καὶ ἡ τοιαύτη ψυχὴ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι τοῦ σώματος, τὸν
τῆς εὐσεβείας ἀγῶνα ἠγωνισμένη, θεὸς γίνεται· ἀγὼν δὲ εὐ-
σεβείας, τὸ γνῶναι τὸν θεόν, καὶ μηδένα ἀνθρώπων ἀδικῆσαι· ἢ
δὴ νοῦς γίνεται. ἡ δὲ ἀσεβὴς ψυχή, μένει ἐπὶ τῆς ἰδίας οὐσίας,
ὑφ' ἑαυτῆς κολαζομένη, καὶ γήϊνον σῶμα ζητοῦσα, εἰς ὃ εἰ-
σέλθῃ ἀνθρώπειον. ἄλλο γὰρ σῶμα οὐ χωρεῖ ἀνθρωπίνην ψυ-
χήν· οὐδὲ θέμις ἐστὶν εἰς ἀλόγου ζώου σῶμα, ψυχὴν ἀνθρωπί-
νην καταπεσεῖν. θεοῦ γὰρ νόμος οὗτος, φυλάσσειν ψυχὴν ἀν-
θρωπίνην ἀπὸ τῆς τοσαύτης ὕβρεως. 20 Πῶς οὖν κολάζεται, 20
ὦ πάτερ, ἀνθρωπίνη ψυχή. Καὶ τίς ἐστι μείζων κόλασις ἀν-
θρωπίνης ψυχῆς, ὦ τέκνον, ἢ ἡ ἀσέβεια· ποῖον πῦρ τοσαύτην
φλόγα ἔχει, ὅσην ἡ ἀσέβεια· ποῖον δὲ δάκετον θηρίον, ὥστε
λυμαίνεσθαι σῶμα, ὅσον αὐτὴν τὴν ψυχὴν ἡ ἀσέβεια. ἢ οὐχ ὁ-
ρᾷς, ὅσα κακὰ πάσχει ψυχὴ ἡ ἀσεβής, βοώσης αὐτῆς καὶ κε-
κραγυίας, καίομαι φλέγομαι, τί εἴπω, τί ποιήσω οὐκ οἶδα·
διεσθίομαι ἡ κακοδαίμων ὑπὸ τῶν κατεχόντων με κακῶν, οὔτε
βλέπω, οὔτε ἀκούω. αὗται αἱ φωναί, οὐ κολαζομένης εἰσὶ ψυ-
χῆς; οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ δοκοῦσι, καὶ σὺ δοξάζεις, ὦ τέκνον. ὅτι ψυ-
χὴ ἐξελθοῦσα τοῦ σώματος θηριάζεται; ὅπερ ἐστὶ πλάνη
μεγίστη. 21 Ψυχὴ γὰρ κολάζεται τοῦτον τὸν τρόπον. ὁ γὰρ νοῦς 21
ὅταν δαίμων γένηται, πυρίνου τυχεῖν σώματος τέτακται,
πρὸς τὰς τοῦ θεοῦ ὑπηρεσίας, καὶ εἰσδὺς εἰς τὴν ἀσεβεστάτην
ψυχήν, αἰκίζεται αὐτὴν ταῖς τῶν ἁμαρτανόντων μάστιξιν. ὑφ'
ὧν μαστιζομένη ἡ ἀσεβὴς ψυχή, τρέπεται ἐπὶ φόνους, καὶ ὕβρεις,
καὶ βλασφημίας, καὶ βίας ποικίλας, δι' ὧν ἄνθρωποι ἀδικοῦν-
ται· εἰς δὲ τὴν εὐσεβῆ ψυχὴν ὁ νοῦς ἐμβάς, ὁδηγεῖ αὐτὴν
ἐπὶ τὸ τῆς γνώσεως φῶς. ἡ δὲ τοιαύτη ψυχή, κόρον οὐδέποτε
ἴσχει † ὑμνοῦσα, εὐφημοῦσά τε πάντας ἀνθρώπους, καὶ λόγοις † ὑπ βοω-
καὶ ἔργοις πάντα † εὖ ποιοῦσα, μιμουμένη αὐτῆς τὸν πατέρα. † μιμοῦ-
22 Διό, ὦ τέκνον, εὐχαριστοῦντα τῷ θεῷ δεῖ εὔχεσθαι καλοῦ σα, 22
τοῦ νοῦ τυχεῖν· εἰς μὲν οὖν τὸ κρεῖττον ψυχὴ μεταβαίνει· εἰς δὲ
τὸ ἔλαττον, ἀδύνατον. κοινωνία δέ ἐστι ψυχῶν καὶ κοινωνοῦσι
μὲν αἱ τῶν θεῶν ταῖς τῶν ἀνθρώπων. ὁ δὲ θεὸς πάντων. πάντων
γάρ ἐστι κρείττων, καὶ πάντα αὐτοῦ ἐλάττονα. ὁ μὲν οὖν κόσ-
μος, ὑπόκειται τῷ θεῷ· ὁ δὲ ἄνθρωπος τῷ κόσμῳ. τὰ δὲ
ἄλογα τῷ ἀνθρώπῳ· ὁ δὲ θεὸς ὑπὲρ πάντα, καὶ περὶ πάντα. καὶ
τοῦ μὲν θεοῦ καθάπερ ἀκτῖνες αἱ ἐνέργειαι· τοῦ δὲ κόσμου ἀκτῖ-
νες, αἱ φύσεις· τοῦ δὲ ἀνθρώπου αἱ τέχναι καὶ ἐπιστῆμαι. καὶ αἱ μὲν
ἐνέργειαι διὰ τοῦ κόσμου ἐνεργοῦσι, καὶ ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, διὰ τῶν
τοῦ κόσμου φυσικῶν ἀκτίνων· αἱ δὲ φύσεις, διὰ τῶν στοιχείων. οἱ δὲ
ἄνθρωποι, διὰ τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν. 23 Καὶ αὕτη ἡ τοῦ 23
παντός ἐστι διοίκησις, ἠρτημένη ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς φύσεως, καὶ
διήκουσα δι' ἑνὸς τοῦ νοῦ. οὗ οὐδέν ἐστι θειότερον, καὶ ἐνεργέστερον, καὶ
ἑνωτικώτερον, ἀνθρώπων μὲν πρὸς τοὺς θεούς, θεῶν δὲ πρὸς
τοὺς ἀνθρώπους. οὗτός ἐστιν ὁ ἀγαθὸς δαίμων. μακαρία ψυχὴ
ἡ τούτου πληρεστάτη· κακοδαίμων δὲ ψυχή, ἡ τούτου κενή.

Πῶς τοῦτο πάλιν λέγεις, ὦ πάτερ. Οἴει οὖν, ὦ τέκνον, ὅτι πᾶσα ψυχὴ νοῦν ἔχει τὸν ἀγαθόν. περὶ γὰρ τούτου ἐστὶν ὁ νῦν ὁ
λόγος, οὐ περὶ τοῦ ὑπηρετικοῦ, οὗ ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν τοῦ καταπεμπομένου ὑπὸ τῆς δίκης. 24 Ψυχὴ γὰρ χωρὶς τοῦ νοῦ, οὔτε τι 24
εἰπεῖν

dicere, nec agere potest. Sæpenamque mens ab anima migrat: actum neque videt anima, nec audit: quinetiam irrationabili animali par est, mota est mentis potestas. At talem animam in corpus deserit propensam, & ab ipso infra præfocatam. Talis autem anima, ô fili, mentem non habet. Quare talem neque licet hominem appellare. Nam homo animal diuinum est: & cæteris terrenis animalibus non confertur: quinimmo iis qui sursum in cœlo Dii dicuntur. Quin præterea si intrepide conuenit verum loqui, supra ipsos reuera homo est, aut prorsus æque possunt adinuicem.
25 25 Quicunq, etenim Deorum cœlestium in terram descendet, cœli deserit limitem. Homo autem in cœlum se extollit, & ipsum metitur: ac ipsius, quales suot sublimitates, qualesue depressiones videt: & alia cuncta absolute percipit: & quod omnibus maius est, terram non deserens sursum fit. Tanta est illi se amplificandi copia. Quocirca audendum est dicere, hominem quidem terrenum esse Deum mortalem, Cœlestem vero Deum, esse immortalem hominem. Omnia proinde per hæc duo dispensantur, per mundum, & hominem, omnia autem ab vno.

εἰπεῖν, οὔτε τι ἔρξαι δυνάται. πολλάκις γὰρ ἐξίσταται ὁ νοῦς τῆς ψυχῆς· καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, οὔτε βλέπει ψυχὴ, οὔτε ἀκούει, ἀλλ' ἀλόγῳ ζώῳ ἔοικε. τηλικαύτη δύναμίς ἐστι τοῦ νοῦ. ἀλλ' οὐδὲ καταλείπει τὴν τοιαύτην ψυχὴν τῷ σώματι προσηρτημένην, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἀγχομένην κάτω. ἡ δὲ τοιαύτη ψυχὴ τέκνον, νοῦν οὐκ ἔχει. ὅθεν οὐδὲ ἄνθρωπον δεῖ λέγεσθαι τὸ τοιοῦτον. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ζῶόν ἐστι θεῖον· καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις οὐ συγκρίνεται τῶν ἐπιγείων, ἀλλὰ τοῖς ἐν οὐρανῷ ἄνω λεγομένοις θεοῖς· μᾶλλον δ' εἰ χρὴ τολμήσαντα εἰπεῖν τὸ ἀληθὲς, καὶ ὑπὲρ ἐκείνους ἐστὶν ὁ ὄντως ἄνθρωπος· ἢ πάντως γε ἰσοδυναμοῦσιν ἀλλήλοις. 25 Οὐδεὶς μὲν γὰρ τῶν οὐρανίων θεῶν ἐπὶ γῆς κατελεύσεται, οὐρανοῦ τὸν ὅρον καταλιπών· ὁ δὲ ἄνθρωπος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνει καὶ μετρεῖ αὐτὸν, καὶ οἶδε ποῖα μέν ἐστιν αὐτοῦ ὑψηλὰ, ποῖα δὲ ταπεινὰ, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀκριβῶς μανθάνει· καὶ τὸ πάντων μεῖζον, οὐδὲ τὴν γῆν καταλιπὼν, ἄνω γίνεται· τοσοῦτον μέγεθός ἐστιν αὐτῷ τῆς ἐκτάσεως. διὸ τολμητέον ἐστὶν εἰπεῖν, τὸν μὲν ἄνθρωπον ἐπίγειον, εἶναι θεὸν θνητόν. τὸν δὲ οὐράνιον 25
θεὸν, ἀθάνατον ἄνθρωπον. διόπερ διὰ τούτων τὰ πάντα διοικεῖται τῶν δύο, κόσμου καὶ ἀνθρώπου· ὑπὸ δὲ τοῦ ἑνὸς τὰ πάντα.

MENTIS AD MERCVRIVM.

CAPVT VNDECIMVM.

1 Conserua ideo, Trismegiste Mercuri, sermonem, ac eorum quæ dicta sunt reminiscere. Vt autem mihi succurrit, non verebor dicere. Quum multis de Deo & vniuerso multa dicentibus, eaq; discrepantia, ego veritatem non attigerim: tu domine mihi hoc dilucida. Tibi namq; vni eo
2 huius negocii patefactionē credam. 2 O fili, ausculta, quomodo tempus, Deus ac vniuersum se habent. Deus, Æuum, *Mundus], Tempus, Generatio. Deus æuum facit, æuum autem mundum, mūdus tempus, & tempus generationem. Dei autem velut essentia est, Bonum, Pulchrum, Beatitudo, Sapientia. Æui vero, esse idem: Mundi, ordo: Temporis, mutatio: Generationis, vita & mors: Dei quidem efficaciæ, Mens ac anima: Æui autem, perseuerantia & immortalitas: Mundi, restauratio & restaurationis destructio: Temporis, incrementum & diminutio: Generationis, qualitas. Æuum itaque in Deo est: Mundus autem in æuo: Tempus in mundo: Generatio in tempore. Æuum quidem stat circa Deum: Mundus vero in æuo mouetur: Tempus autem in mundo
3 transit. Generatio sane fit in tempore. 3 Origo igitur omnium Deus; essentia Æuum, Materia mundus: Dei potestas est æuum, Æui effectus mundus, non aliquando factus: quinimo semper ab æuo fit: nec idcirco vnquam corrumpetur. Æuum etenim corrumpi non potest: neque delebitur quidpiam eorum quæ in mundo sunt. Nam ab æuo mundus continetur. Dei autem sapientia quædam est Bonum, Pulchrum, Beatitas, omnis probitas, & æuum.
4 4 Æuum itaque materiam ornat, imponens ei immortalitatem & permansionem. Ipsius namque generatio ab æuo ducitur, velut æuum à Deo. Generatio nimirum ac tempus in cœlo & terra bipartita suot: In cœlo quidem mutationis & corruptionis expertia, in terra vero mutationi & corruptioni obnoxia. Porro æui anima Deus: Mundi vero æuum: Terræ cœlum: Deus quidem in mente: mens in anima: anima in materia. Hæc autem omnia per æuum. Vniuersum vero hoc corpus in quo sunt omnia corpora, anima mentis & Dei conferta, introrsum quidem explet, extra vero vniuersum vita donans circumplectitur. Extra scilicet hoc immensum & integrum animal mundum: intus vero omnia animantia. Ac sursum quidem in cœlo eundem statum conseruans, deorsum vero in terra generationem va-
5 rians. 5 Hunc autem mundum æuum possidet aut necessitate, aut prouidētia, siue natura. Et si quid aliud quisquam excogitat, aut excogitare potest, hoc in vniuersum Deus operatur. Dei nimirum efficacia potentia est insuperabilis: cui neque humana neque diuina conferat quisquam. Quapropter ô Mercuri, ne quicquam infimorum aut sublimium Deo simile existimes. nam à veritate aberrares. Nihil etenim simile est omnibus impari, & soli ac vni,

†ΝΟΥ ΠΡΟΣ ΕΡΜΗΝ. †ΝΟΥΣ.

Κατάσχες οὖν τὸν λόγον, ὦ Τρισμέγιστε Ἑρμῆ, 1
καὶ μέμνησο τῶν λεγομένων· ὡς δέ μοι ἐπῆλθεν εἰπεῖν, οὐκ ὀκνήσω. ἐπεὶ πολλὰ πολλῶν καὶ ταῦτα διάφορα, περὶ τοῦ παντὸς καὶ τοῦ θεοῦ εἰπόντων, ἐγὼ τὸ ἀληθὲς οὐκ ἔμαθον, σύ μοι περὶ τούτου, δέσποτα, διασάφησον. σοὶ γὰρ ἂν καὶ μόνῳ πιστεύσαιμι τὴν περὶ τούτου φανέρωσιν. 2 Ὁ χρόνος, ἄκουε, ὦ τέκνον, ὡς ἔχει ὁ 2
θεὸς, καὶ τὸ πᾶν. θεὸς, ὁ αἰὼν, ὁ κόσμος, ὁ χρόνος, ἡ γένεσις, ὁ θεὸς αἰῶνα ποιεῖ, ὁ αἰὼν δὲ τὸν κόσμον, ὁ κόσμος δὲ τὸν χρόνον, ὁ χρόνος δὲ τὴν γένεσιν. τοῦ δὲ θεοῦ, ὥσπερ οὐσία ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, τὸ καλὸν, ἡ εὐδαιμονία, ἡ σοφία. τοῦ δὲ αἰῶνος, ἡ ταυτότης. τοῦ δὲ κόσμου, ἡ τάξις. τοῦ δὲ χρόνου, ἡ μεταβολή· τῆς δὲ γενέσεως, ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος. ἐνέργεια δὲ τοῦ θεοῦ, νοῦς καὶ ψυχή. τοῦ δὲ αἰῶνος, διαμονὴ καὶ ἀθανασία· τοῦ δὲ κόσμου ἀποκατάστασις καὶ ἀνταποκατάστασις. τοῦ δὲ χρόνου, αὔξησις καὶ μείωσις· τῆς δὲ γενέσεως, ποιότης· ὁ μὲν αἰὼν ἐν τῷ θεῷ· ὁ δὲ κόσμος ἐν τῷ αἰῶνι· ὁ δὲ χρόνος ἐν τῷ κόσμῳ· ἡ δὲ γένεσις ἐν τῷ χρόνῳ. καὶ ὁ μὲν αἰὼν ἕστηκε περὶ τὸν θεόν· ὁ δὲ κόσμος κινεῖται ἐν τῷ αἰῶνι· ὁ δὲ χρόνος περαιοῦται ἐν τῷ κόσμῳ· ἡ δὲ γένεσις γίνεται ἐν τῷ χρόνῳ. 3 Πηγὴ μὲν 3
οὖν πάντων ὁ θεός· οὐσία δὲ ὁ αἰών· ὕλη δὲ ὁ κόσμος. δύναμις δὲ τοῦ θεοῦ ὁ αἰών· ἔργον δὲ τοῦ αἰῶνος, ὁ κόσμος, γινόμενος οὔποτε, καὶ ἀεὶ γινόμενος ὑπὸ τοῦ αἰῶνος. διὸ οὐδὲ φθαρήσεταί ποτε. αἰὼν γὰρ ἄφθαρτος· οὐδὲ ἀπολεῖταί τι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, τοῦ κόσμου ὑπὸ τοῦ αἰῶνος ἐμπεριεχομένου. ἡ δὲ τοῦ θεοῦ σοφία τίς ἐστι, τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ καλὸν, καὶ ἡ εὐδαιμονία, καὶ ἡ πᾶσα ἀρετὴ, καὶ ὁ αἰών. 4 Κοσμεῖ οὖν τὴν ἀθανασίαν καὶ 4
διαμονὴν ἐνθεὶς ὁ αἰὼν τῇ ὕλῃ. ἡ γὰρ ἐκείνης γένεσις ἤρτηται ἐκ τοῦ αἰῶνος, καθάπερ καὶ ὁ αἰὼν ἐκ τοῦ θεοῦ. ἡ γὰρ γένεσις καὶ ὁ χρόνος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν γῇ εἰσιν ὄντες διφυεῖς. ἐν μὲν οὐρανῷ, ἀμετάβλητοι καὶ ἄφθαρτοι. ἐν δὲ γῇ, μεταβλητοὶ καὶ φθαρτοί. καὶ τοῦ μὲν αἰῶνος ἡ ψυχὴ ὁ θεός· τοῦ δὲ κόσμου ὁ αἰών· τῆς δὲ γῆς, ὁ οὐρανός. καὶ ὁ μὲν θεὸς ἐν τῷ νῷ· ὁ δὲ νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ· ἡ δὲ ψυχὴ, ἐν τῇ ὕλῃ. πάντα δὲ ταῦτα διὰ τοῦ αἰῶνος· τὸ δὲ πᾶν τοῦτο σῶμα, ἐν ᾧ τὰ πάντα ἐστὶ σώματα, ψυχὴ πλήρης τοῦ νοῦ καὶ τοῦ θεοῦ, ἐντὸς μὲν αὐτὸ πληροῖ· ἐκτὸς δὲ περιλαμβάνει ζωοποιοῦσα τὸ πᾶν· ἐκτὸς μὲν, τοῦτο τὸ μέγα καὶ τέλειον ζῶον τὸν κόσμον· ἐντὸς δὲ πάντα τὰ ζῶα· καὶ ἄνω μὲν ἐν τῷ οὐρανῷ διαμένουσα τῇ ταυτότητι· κάτω δὲ ἐπὶ τῆς γῆς τὴν γένεσιν μεταβάλλουσα. 5 Συνέχει δὲ τοῦτον ὁ αἰὼν, εἴτε δι' ἀνάγκην, εἴτε διὰ πρόνοιαν, εἴτε φύσιν, καὶ εἴ τι ἄλλο οἴεταί τις ἢ οἰήσεταί τις, τοῦτο ἐστὶ πᾶν ὁ θεὸς ἐνεργῶν. ἡ δὲ ἐνέργεια θεοῦ δύναμις οὖσα ἀνυπέρβλητος, ᾗ οὔτε τὰ ἀνθρώπεια, οὔτε τὰ θεῖα παραβάλλοι ἄν τις. διὸ, Ἑρμῆ, μηδέποτε τῶν κάτω, μήτε τῶν ἄνω, ὅμοιόν τι ἡγήσῃ τῷ θεῷ· ἐπεὶ τῆς ἀληθείας ἐκπεσῇ. οὐδὲν γὰρ ὅμοιον τῷ ἀνομοίῳ καὶ μόνῳ καὶ ἑνὶ, 5

Et ne alii cuiuis hanc virtutem competere putes. Quæ e-
nim post illum facultas, vitæ, & immortalitatis, siue mora-
tionis qualitatis. Quidnam aliud ipse fecerit. Non enim o-
tio vacat Deus. Cuncta namq; otiosa forent. Omnia itaque
Dei referta sunt: quinimo nec in mundo vsquam est otium,
nec in re quaquam alia. Otium etenim dictio vacua est,
6 cum ab eo qui facit, tum ab eo quod fit. 6 Omnia autem fie-
ri decet, & semper, & iuxta cuiusque loci propensionem. O-
perans namq; in omnibus est, non in aliquo sedens, neque
quid vnicum faciens, sed omnia, nimirũ virtus effectrix exi-
stens. Nec sibi in iis quæ fiunt sufficit: quin etiam facta sub
ipso sunt. Mundum speculare tuo conspectui per me sup-
positum. Pulchritudinẽ quoq; ipsius accurate scrutare, cor-
pus quidem intemeratum, & quo nihil antiquius erit. Vn-
7 dique autem vegetum & recens, & multo viuacius. 7 In-
tuere item subiectos septẽ mundos, sempiterno ornatos or-
dine, & vario cursu æuum adimplentes, luminis autẽ omnia
plena: ignis vero nusquam. Lumen namq; amicitia & com-
mercium contrariorũ ac dissimiliũ fuit à Dei efficacia præ-
fulgens, qui omnis boni parens est, & omnis ordinis dux, ac
septem mundorum rector. Lunam etiam intuere, illorũ o-
mnium præcursorẽ, naturæ organũ, inferam materiam mu-
tantem. Terram quoq; mediam, vniuersi sedimentum, pul-
chri mundi fundamentum, educatricem ac nutricem terre-
norum. Quin etiam pluralitatem immortalium animantiũ,
quanta sit speculare, necnon mortaliũ. Inter vtraq; morta-
lia quidem & immortalia, mediam circumeuntem lunam.
8 8 Omnia autẽ animæ plena, ac omnia motu prædita, quædã
circa cœlũ, quædam circa terram. Neq; sinistrorsum dextra,
nec dextrorsum sinistra, nec sublimia deorsum, nec infima
sursum. Quod autem hæc omnia facta sunt, dilecte Mercu-
ri, non vltra eges à me discere. Corpora namq; sunt, animam
habent, ac mouentur. Hæc autem nullo coaceruante in vnũ
cogi non possunt. Oportet itaq; talem esse quendam, ac pe-
9 nitus vnum. 9 Discrepantes enim cum sint motus & plu-
res, corporaque non similia, vna vero omnibus velocitas
præscripta sit, non possunt duo aut plures esse factores. Vni-
cus etenim ordo sub pluribus nõ seruatur. Æmulatio nam-
que infirmiorum in præstantiorem consequeretur & labo-
rarent. Quod si alius esset mutabilium factor animalium, ac
mortaliũ, is etiam immortalia facere voluisset, ac immorta-
lium factor mortalia. Agedum si vnius stantis materiæ duo
fuerint ac vnius animæ: penes quem illorum operationis e-
rit erogatio? Si autem penes vtrosque: penes quem potior
10 pars? 10 Sic autem intellige, omne corpus viuẽs ex materia
& anima constitutionem habere, æque immortalis ac mor-
talis & ratione destituti. Omnia namq; corpora viuentia a-
nimata sunt: non autẽ viuentia sunt rursus per se materia. Et
anima perinde apud factorem per seipsam adiacet vitæ cau-
sa. Omnis namq; vitæ causa ex immortalibus est. Quomodo
igitur mortalia animalia à mortalibus alia sunt? Qui autẽ im-
mortale & immortalitatis effector animal non efficit?
11 11 Quod autem quispiam sit hæc efficiẽs omnino vnus, cer-
tissimũ. Vna namq; anima, vna vita, & vna materia. quis au-
tem iste? Quis nam alius, quam vnus Deus? Cui etenim alii
animata viuentia facere competit, nisi Deo soli? * ô quam
Ridiculum |! Vnus itaq; Deus. Atqui vnum mundum esse
fassus es, vnumq; Solem, Lunam item vnã, ac vnicam Diui-
nitatem. Ipsum itaq; Deum quotũ esse cupis? Omnia igitur
12 ipse per multos efficeret, * Ridiculosissimum |. 12 Quid e-
nim Deo arduum est Vitam, Animam, Immortalitatem, ac
mutationem facere, te tot res faciente? Intueris quidem, lo-
queris, auscultas, olfacis, tangis, circumambulas, intelligis,
& spiras: non autẽ alius videt, alius auscultat, alius loquitur,
*alius tangit |, alius olfacit, alius circumambulat, alius intelli-
git, & alius respirat. Quin immo vnus hæc omnia facit. Verun-
tamen ista sine Deo esse non possunt. Quemadmodum e-
nim, his abrogatis, animal esse desinis: ita nec illis in ipso
ad irritum ductis, Deus, quod nefas est dictu, vltra Deus
13 erit. 13 Si itaque demonstratum sit rem nihil esse posse, quan-
to magis, his abrogatis, Deus. Nam si quid sit, quod non effi-
ciat, & si dictu nefas imperfectus est. Quod si non otiosus:
quan-

καὶ μηδὲ ἄλλῳ τινὶ ἢ αὐτῷ τῆς δυνάμεως ἐκχωρεῖν· τίς γὰρ
μετ' ἐκεῖνον, εἴτε ζωῆς καὶ ἀθανασίας καὶ μεταβολῆς ποιό-
τητος; τί δὲ αὐτὸς ἄλλο ἔτι ποιήσειεν; οὐ γὰρ ἀργὸς ὁ θεός,
ἐπεὶ πάντα ἂν ἦν ἀργά· ἅπαντα γὰρ πλήρη τοῦ θεοῦ. ἀλλ'
οὐδὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἀργία οὐδαμοῦ, οὐδὲ ἐν τινι ἄλλῳ. ἀρ-
γία γὰρ ὄνομα κενόν ἐστι, καὶ τοῦ ποιοῦντος, καὶ τοῦ γινομένου.
6 Πάντα δὲ δεῖ γίνεσθαι, καὶ ἀεί, καὶ καθ' ἑκάστου τό- 6
που ῥοπήν. ὁ γὰρ ποιῶν ἐν πᾶσίν ἐστιν. οὐκ ἔν τινι ἱδρυμέ-
νος, οὐδὲ ἔν τινι ποιῶν, ἀλλὰ πάντα. δύναμις γὰρ ὢν ἐνεργής,
οὐκ αὐτάρκης ἐστὶ τοῖς γινομένοις· ἀλλὰ τὰ γινόμενα ὑπ'
αὐτῷ. θέασαι δὲ δι' ἐμοῦ τὸν κόσμον ὑποκείμενον τῇ σῇ
ὄψει· τό, τε κάλλος αὐτοῦ ἀκριβῶς κατανόησον· σῶμα
μὲν ἀκήρατον, καὶ οὗ παλαιότερον οὐδέν ἐστι, διὰ παντὸς δὲ
ἀκμαῖον καὶ νέον, καὶ μᾶλλον ἀκμαιότερον. 7 Ἴδε καὶ 7
τοὺς ὑποκειμένους ἑπτὰ κόσμους κεκοσμημένους, τάξει
αἰωνίῳ, καὶ δρόμῳ διαφόρῳ τὸν αἰῶνα ἀναπληροῦντας·
φωτὸς δὲ πάντα πλήρη. πῦρ δὲ οὐδαμοῦ· ἡ γὰρ φιλία, καὶ ἡ
σύγκρασις τῶν ἐναντίων καὶ τῶν ἀνομοίων, φῶς γέγονε, κατα-
λαμπόμενον ὑπὸ τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας, παντὸς ἀγαθοῦ γεν-
νήτορος, καὶ πάσης τάξεως ἄρχοντος καὶ ἡγεμόνος τῶν ἑπτὰ κό-
σμων· σελήνην δὲ ἐκείνων πρόδρομον πάντων, ὄργανον τῆς
φύσεως, τὴν κάτω ὕλην μεταβάλλουσαν· τήν τε γῆν μέ-
σην τοῦ παντὸς ὑποστάθμην τοῦ καλοῦ κόσμου ἱδρυμένην,
τροφὸν καὶ τιθηνὸν τῶν ἐπιγείων. θέασαι δὲ καὶ τὸ πλῆθος
τῶν ἀθανάτων ζῴων ὅσον ἐστί, καὶ τὸ τῶν θνητῶν, μέσην δὲ
ἀμφοτέρων, τῶν τε ἀθανάτων καὶ τῶν θνητῶν, τὴν σελή-
νην περιπορευομένην. 8 Πάντα δὲ πλήρη ψυχῆς, καὶ 8
πάντα κινούμενα, τὰ μὲν περὶ τὸν οὐρανόν, τὰ δὲ περὶ τὴν γῆν,
καὶ μήτε τὰ δεξιὰ ἐπὶ τὰ ἀριστερά, μήτε τὰ ἀριστερὰ ἐπὶ
τὰ δεξιά, μήτε τὰ ἄνω κάτω, μήτε τὰ κάτω ἄνω. καὶ
ὅτι πάντα ταῦτα γενητά, φίλτατε Ἑρμῆ, οὐκ ἔτι ἐμοῦ χρή-
ζεις μαθεῖν. καὶ γὰρ σώματά ἐστι, καὶ ψυχὴν ἔχει, καὶ κινεῖ-
ται. ταῦτα δὲ εἰς ἓν συνελθεῖν ἀδύνατον χωρὶς τοῦ συνάγον-
τος· δεῖ οὖν τινὰ εἶναι † τοιοῦτον καὶ πάντως ἕνα. 9 Ἐν διαφό- † τοῦτον
ρων γάρ, καὶ πολλῶν οὐσῶν τῶν κινήσεων, καὶ τῶν σωμάτων οὐχ 9
ὁμοίων, μιᾶς δὲ κατὰ πάντων ταχύτητος τεταγμένης, ἀ-
δύνατον δύο, ἢ πλείους ποιητὰς εἶναι. μία γὰρ ἐπὶ πολλῶν οὐ
τηρεῖται τάξις· ζῆλος δὲ τοῖς πολλοῖς παρέψεται τοῦ κρείτ-
τονος, καὶ ἐρῶσι· καὶ εἰ ἕτερος ἦν ὁ ποιητὴς τῶν μεταβλητῶν
ζῴων καὶ θνητῶν, ἐπεθύμησεν ἂν καὶ † ἀθάνατα ποιῆσαι, ὥσ- † ἀθανάτους
περ καὶ ὁ τῶν ἀθανάτων † θνητά. φέρε δὲ εἰ καὶ δύο εἰσί, μιᾶς † θνητούς
οὔσης τῆς ὕλης, καὶ μιᾶς τῆς ψυχῆς, παρὰ τίνι ἂν αὐτῶν ἡ χο-
ρηγία τῆς ποιήσεως. εἰ δέ τι καὶ παρὰ ἀμφοτέροις, παρὰ τίνι
τὸ πλεῖον μέρος. 10 Οὕτω δὲ νόει, ὡς παντὸς σώματος 10
ζῶντος, ἐξ ὕλης καὶ ψυχῆς τὴν σύστασιν ἔχοντος, καὶ τοῦ ἀθανά-
του καὶ τοῦ θνητοῦ, καὶ τοῦ ἀλόγου. πάντα γὰρ σώματα ζῶν-
τα, ἔμψυχα· τὰ δὲ μὴ ζῶντα, ὕλη πάλιν καθ' ἑαυτήν ἐστι.
καὶ ψυχὴ ὁμοίως καθ' ἑαυτὴν τῷ ποιητῇ παρακειμένη, τῆς
ζωῆς αἰτία· τῆς δὲ ζωῆς πᾶς αἴτιος ὁ τῶν ἀθανάτων. πῶς
οὖν καὶ τὰ θνητὰ ζῷα ἄλλα τῶν θνητῶν· πῶς δὲ τὸ ἀθάνατον,
καὶ ἀθανασίαν ποιοῦν, ζῷον μὴ ποιεῖ. 11 Καὶ ὅτι μέν ἐστι τις 11
ὁ ποιῶν ταῦτα, δηλονότι δὲ καὶ εἷς, φανερώτατον. καὶ γὰρ μία
ψυχή, καὶ μία ζωή, καὶ μία ὕλη. τίς δὲ οὗτος; τίς δὲ ἂν ἄλ-
λος, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός. τίνι γὰρ ἂν ἄλλῳ πρέποι ζῷα ἔμψυχα
ποιεῖν, εἰ μὴ μόνῳ τῷ θεῷ; γελοιότατον. † εἷς οὖν θεός. Καὶ τὸν
μὲν κόσμον ὡμολόγησας ἕνα εἶναι, καὶ τὸν ἥλιον ἕνα, καὶ τὴν σε-
λήνην μίαν, καὶ θειότητα μίαν· αὐτὸν δὲ τὸν θεόν, πόσον εἶναι
θέλεις. Πάντα οὖν αὐτὸς ποιεῖ ἐν † πολλοῖς· γελοιότατον. † πολλά
12 Καὶ τί μέγα τῷ θεῷ ζωὴν καὶ ψυχὴν καὶ ἀθανασίαν, καὶ μετα- 12
βολὴν ποιεῖν, σοῦ τοσαῦτα ποιοῦντος. καὶ γὰρ βλέπεις, καὶ λα-
λεῖς, καὶ ἀκούεις καὶ ὀσφραίνῃ καὶ ἅπτῃ, καὶ περιπατεῖς, καὶ νοεῖς, καὶ
πνεῖς· καὶ οὐχ ἕτερος μέν ἐστιν ὁ βλέπων, ἕτερος δὲ ὁ ἀκούων, ἕτε-
ρος δὲ ὁ λαλῶν, ἄλλος δὲ ὁ ἁπτόμενος, ἄλλος δὲ ὁ ὀσφραινό-
μενος, ἄλλος δὲ ὁ περιπατῶν καὶ ἄλλος ὁ νοῶν, καὶ ἄλλος ὁ ἀ-
ναπνέων· ἀλλὰ εἷς ὁ ταῦτα πάντα. ἀλλ' οὐδὲ δυνατὰ ἐκεῖνα χωρὶς τοῦ θεοῦ εἶναι· ὥσπερ γὰρ ἂν τούτων καταργηθῇς οὐκ ἔτι
ζῷον εἶ, οὕτως οὐδ' ἂν ἐκείνων καταργηθῇ, ὁ θεός, ὃ μὴ θέμις ἐστὶν εἰπεῖν, οὐκ ἔτι ἐστὶ θεός. 13 Εἰ γὰρ ἀποδέδεικται 13
μηδὲν δυνάμενον εἶναι, πόσῳ μᾶλλον ὁ θεός. εἰ γάρ τι ἐστὶν ὃ μὴ ποιεῖ, καὶ εἰ μὴ θέμις εἰπεῖν, ἀτελής ἐστιν. εἰ δὲ μήτε
ἀργὸς

quinimo perfectus sit, omnia igitur efficit. Paulisper mihi teipsum indulge, ô Herma. Expedite cognosces opus vnum Dei esse, vt omnia fiant quæ fiunt: aut quæ iam semel facta sunt, aut quæ facienda sunt. Hoc autem, ô charissime vita est. Hoc est Pulchrum: hoc est Bonum: hoc est Deus.

14 14 Quod si id effectu percipere cupis: conspice, quid tibi generare volenti contingit. Non attamen illi hoc simile. Nimirum ipse nec oblectatur, neque alium quemquam habet operis consortem. sibi namque ipsi assistens opifex semper adest operi, ipse quod efficit existens. Quod si ab eo diuellatur, omnia subuerti, omnia mori necessum est, vtpote vita absente. Si autem omnia viuunt, vnaq; sit vita, vnus itaq; Deus. Si rursum cuncta viua sint, cum in cœlo, tum in terra, vna vero in omnibus vita à Deo sit, ipsaque Deus sit, à Deo igitur omnia fiunt. *Vita autem est mentis & animæ copula* Mors vero non est compositorum abrogatio, sed coniunctionis

15 dissolutio. 15 Idcirco imago Dei Æuum est, Æui mundus, Mundi Sol, Solis autem homo. Mutationem sane mortem esse dicunt: eo quod corpus quidem dissoluitur, vita vero dissolui latens præterit. Hac de causa, mihi charissime Herma, religiose vt percipis mundum mutari dico: eo quod diebus singulis pars eius oculos effugit: nō autem dissoluitur. Hæ sunt vtiq; mundi perturbationes, vertigines, & latitationes. Vertigo autem conuersio, latitatio vero restaura-

16 tio est 16 Omnes autem formas non equidem expositas habens, sed eas in seipso varians. Quum igitur mundus in omnes formas factus sit: hunc faciens quid erit? Informis quidem non erit. Quod si omnis formæ fuerit, mundo similis erit. At si vnicam habeat formam, in hoc mundo inferior erit. Quid igitur ipsum esse dicemus? Ne amabo te sermoné ambiguitate circumuoluamus. Nihil enim est dubium eorum quæ de Deo intelliguntur. Vnam itaque ideam habet, quæ ipsi peculiaris est, quæ quidem incorporea aspectui non

17 subslat, & omnes per corpora prodit. 17 Ne etiam mirum feceris, si quæpiam incorporea sit idea. Est enim qualis dictionis, aeto picturis elationes. Videntur namq; admodum sustolli, planæ tamen suapte natura & adæquatæ protsus existunt. Intellige quod audacius dico, attamen verius. Quemadmodum absq; vita homo viuere non potest: ita nec Deus esse potest, quin Bonum efficiat. Hoc enim vitæ instar & motus Deo inest, omnia scilicet mouere ac viua efficere.

18 18 Aliqua nimirum eorum quæ dicuntur, peculiarem sententiam habere debent, quale quod dico, Percipe. Omnia sunt in Deo, non tanquam in loco sita. Nam locus & corpus est & immobile. Quæ vero ibi sita sunt, motum nō habent, Sita enim aliusmodi sunt in imaginatione incorporea. Considera omnia complectentem: ac intellige nihil rem incorpoream circumscribere: nihil celerius, nihil potentius: quinimo ipsam inter omnia circumscribi non posse, eamq; celer-

19 rimam ac potentissimam. 19 Et ita apud teipsum speculare: & tuæ animæ impera illoabite, & ocyus imperato ibidem erit. Præcipe item ei oceanum tranare: sic eâ rursum ibi celerius erit, non, tanquam à loco in locum delata, sed velut ibi existens. Iube in cœlum euolet. Non alis egebit. Sed neque ipsi quicquam obest: non Solis ardor, non æther, non volubilitas, non cæterorum astrorum corpora, vniuersa quidem penetrans ad nouissimum vsque corpus peruolat.

20 Quod si hoc vniuersum perrumpere volueris, & quæ foris (siquidem quid foris sit) speculari tibi licet. 20 Conspice quantam virtutem, quantam velocitatem habes. Tandem tu hæc potes. Deus autem nequaquam? Hoc itaque modo Deum considera, tanquam omnes intelligentias in se habétem, ac mundum ipsum totum. Proinde nisi teipsum Deo contuleris, Deum cognoscere non potes. Simile namq; per similia noscitur. Effer teipsum magnitudine immensa, toto prosiliens corpore, & omne corpus transcendens, æuum esto, & Deum intelliges. Nihil teipsum non posse supponens te immortalem arbitrare, ac omnia intelligendi capacem, omnem quidem artem, omnem scientiam, * omnis animalis habitus |. Omni altitudine sublimior fias, omni infimo humilior. Omnes item sensus eorum quæ facta sunt in teipso

ἀργός ἐστι, τέλειος δὲ, ἄρα πάντα ποιεῖ. Πρὸς ὀλίγον δέ μοι σεαυτὸν ἐπίδος ὦ Ἑρμῆ, ῥᾴδιον νοήσεις τοῦ θεοῦ ἔργον ἓν ὄν, ἵνα πάντα γίνηται τὰ γινόμενα, ἢ τὰ ἅπαξ γεγενημένα, ἢ τὰ μέλλοντα γίνεσθαι· ἔστι δὲ τοῦτο, ὦ φίλτατε, ζωή· τοῦτο δέ ἐστι τὸ καλόν, τοῦτό ἐστι τὸ ἀγαθόν· τοῦτό ἐστιν ὁ θεός. 14 Εἰ δὲ 14

καὶ ἔργῳ αὐτὸ θέλεις νοῆσαι, ἰδὲ τί σοι ἐγγίνεται θέλοντι γεννῆσαι. ἀλλ᾽ οὐκ ἐκείνῳ τοῦτο ὅμοιον. ἐκεῖνος ἄρα οὐχ ἥδεται. οὐδὲ γὰρ ἄλλον ἔχει συνεργόν. αὐτουργὸς γὰρ ὢν ἀεί ἐστιν ἐν τῷ ἔργῳ, αὐτὸς ὢν ὃ ποιεῖ. εἰ γὰρ χωρισθείη αὐτοῦ, πάντα μὲν συμπεσεῖσθαι, πάντα δὲ τεθνήξεσθαι ἀνάγκη, ὡς μὴ οὔσης ζωῆς. εἰ δὲ πάντα ζῶα, μία δὲ καὶ ἡ ζωή, εἷς ἄρα καὶ ὁ θεός. καὶ πάλιν εἰ πάντα ζῶά ἐστι, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, μία δὲ κατὰ πάντων ζωὴ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γίνεται, καὶ αὕτη ἐστὶ θεός. ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἄρα γίνεται πάντα, ζωὴ δέ ἐστιν ἕνωσις νοῦ καὶ ψυχῆς. θάνατος δὲ, οὐκ ἀπώλεια τῶν συναχθέντων, διάλυσις δὲ τῆς ἑνώσεώς ἐστι. 15 Εἰκὼν τοίνυν τοῦ 15

θεοῦ ὁ αἰών· τοῦ δὲ αἰῶνος ὁ κόσμος· τοῦ δὲ κόσμου ὁ ἥλιος· τοῦ δὲ ἡλίου, ὁ ἄνθρωπος. τὴν δὲ μεταβολὴν θάνατόν φασιν εἶναι, διὰ τὸ τὸ μὲν σῶμα διαλύεσθαι. τὴν δὲ ζωὴν εἰς τὸ ἀφανὲς χωρεῖν † τοῦ διαλυομένου. τούτῳ τῷ λόγῳ, φίλτατέ μοι Ἑρμῆ, καὶ τὸν κόσμον δεισιδαιμονῶν, ὡς ἀκούεις, φημὶ μεταβάλλεσθαι, διὰ τὸ γίνεσθαι μέρος αὐτοῦ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ ἀφανεῖ, μηδέποτε διαλύεσθαι. καὶ ταῦτά ἐστι τὰ τοῦ κόσμου πάθη, δινήσεις τε καὶ κρύψεις· καὶ ἡ μὲν δίνησις, στροφή· ἡ δὲ κρύψις ἀνανέωσις. 16 Παντόμορφος 16

† τοῦ διαλυομένου

δέ ἐστιν οὐ τὰς μορφὰς † ἐγκειμένας ἔχων, ἐν ἑαυτῷ δὲ αὐτὸς μεταβάλλων. ἐπεὶ οὖν ὁ κόσμος παντόμορφος γέγονεν, ὁ ποιήσας τί ἂν εἴη. ἄμορφος μὲν γὰρ μὴ γένοιτο· εἰ δὲ καὶ αὐτὸς παντόμορφος, ὅμοιος ἔσται τῷ κόσμῳ. ἀλλὰ μίαν ἔχων μορφήν, κατὰ τοῦτο ἐλάττων ἔσται τοῦ κόσμου. τί οὖν φαμὲν αὐτὸν εἶναι· μὴ εἰς ἀπορίαν τὸν λόγον περιστήσωμεν. οὐδὲν γὰρ ἄπορον περὶ τοῦ θεοῦ νοούμενον. μίαν οὖν ἔχει ἰδέαν, ἥτις ἐστὶν αὐτοῦ ἰδία, ἥτις ταῖς ὄψεσιν οὐχ ὑποπίπτει ἀσώματος, καὶ πάσας διὰ τῶν σωμάτων δείκνυσι. 17 Καὶ μὴ 17

† τὰς

θαυμάσῃς, εἰ ἔστι τις ἀσώματος ἰδέα. ἔστι γὰρ ὥσπερ ἡ τοῦ λόγου, καὶ ἐν ταῖς γραφαῖς ἀκρώρειαι· φαίνονται μὲν γὰρ πάνυ ἐξέχουσαι· λεῖαι δὲ τῇ φύσει, καὶ ὁμαλαί εἰσι πάνυ. ἐνόησον δὲ τὸ λεγόμενον τολμηρότερον, ἀληθέστερον δέ. ὥσπερ γὰρ ὁ ἄνθρωπος χωρὶς ζωῆς οὐ δύναται ζῆν, οὕτως οὐδὲ ὁ θεὸς δύναται, μὴ ποιῶν τὸ ἀγαθόν. τοῦτο γὰρ ὥσπερ ζωή, καὶ ὥσπερ κίνησίς ἐστι τοῦ θεοῦ. κινεῖν τὰ πάντα καὶ ζωοποιεῖν. 18 Ἔνια δὲ τῶν λεγομένων ἰδίαν ἔννοιαν ἔχειν ὀφείλει· οἷον ὃ λέγω, νόησον. πάντα ἐστὶν ἐν τῷ θεῷ, οὐχ ὡς ἐν τόπῳ κείμενα. ὁ μὲν γὰρ τόπος, καὶ σῶμά ἐστι, καὶ ἀκίνητον· καὶ τὰ κείμενα, κίνησιν οὐκ ἔχει. κεῖται γὰρ ἄλλως ἐν ἀσωμάτῳ φαντασίᾳ· νόησον τὸν περιέχοντα τὰ πάντα, καὶ νόησον, ὅτι τοῦ ἀσωμάτου οὐδέν ἐστι περιεκτικόν, οὐδὲ ταχύτερον, οὐδὲ δυνατώτερον. αὐτὸ δὲ πάντων καὶ ἀπεριόριστον, καὶ ταχύτατον, καὶ δυνατώτατον. 19 Καὶ οὕτω νόησον ἀπὸ σεαυτοῦ, καὶ κέλευσόν σου τῇ ψυχῇ εἰς Ἰνδίαν δὲ καὶ πορευθῆναι, καὶ ταχύτερον τῆς κελεύσεως ἐκεῖ ἔσται· μετελθεῖν δὲ αὐτῇ κέλευσον ἐπὶ τὸν ὠκεανόν· οὕτως ἐκεῖ πάλιν ταχέως ἔσται· οὐχ ὡς μεταβᾶσα ἀπὸ τόπου εἰς τόπον, ἀλλ᾽ ὡς ἐκεῖ οὖσα. κέλευσον δὲ αὐτῇ καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτῆναι· καὶ οὐδὲ πτερῶν δεηθήσεται· ἀλλ᾽ οὐδὲ αὐτῇ οὐδὲν ἐμπόδιον· οὐ τὸ τοῦ ἡλίου πῦρ, οὐχ ὁ αἰθήρ, οὐχ ἡ δίνη, οὐχὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀστέρων σώματα. πάντα δὲ διατεμοῦσα, ἀναπτήσεται μέχρι τοῦ ἐσχάτου σώματος. εἰ δὲ βουληθείης καὶ αὐτὸ ὅλον διαρρήξασθαι, καὶ τὰ ἐκτός, εἴ γέ τι ἐκτὸς τοῦ κόσμου, θεάσασθαι, ἔξεστί σοι. 20 Ἰδὲ ὅσην δύναμιν, ὅσον τάχος ἔχεις. εἶτα σὺ μὲν δύνασαι ταῦτα, ὁ θεὸς δὲ οὔ; τοῦτον οὖν τὸν τρόπον νόησον τὸν θεόν, ὥσπερ νοήματα τὰ πάντα ἐν ἑαυτῷ ἔχειν, τὸν κόσμον † αὐτὸν ὅλον. ἐὰν οὖν μὴ σεαυτὸν ἐξισάσῃς τῷ θεῷ, τὸν θεὸν νοῆσαι οὐ δύνασαι. τὸ γὰρ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ νοητόν. συναύξησον σεαυτὸν τῷ ἀμετρήτῳ μεγέθει, παντὸς σώματος ἐκπηδήσας, καὶ πάντα χρόνον ὑπεράρας αἰὼν γενοῦ, καὶ νοήσεις τὸν θεόν. μηδὲν ἀδύνατον ἐν σεαυτῷ ὑποστησάμενος, σεαυτὸν ἡγήσαι ἀθάνατον, καὶ πάντα δυνάμενον νοῆσαι, πᾶσαν μὲν τέχνην, πᾶσαν δὲ ἐπιστήμην, παντὸς ζῴου ἦθος. παντὸς δὲ ὕψους ὑψηλότερος γενοῦ, καὶ παντὸς βάθους ταπεινότερος. πάσας δὲ τὰς αἰσθήσεις τῶν ποιητῶν σύλλαβε ἐν

† ἑαυτὸν

teipso complectere, ignis, aquæ, sicci, & humidi: ac te pa-
riter vbique esse existima, in terra, in mari, in cœlo, * non
adhuc natum in vtero esse, iuuenem, senem, mortuum, &
quæ à morte succedunt]. Hæc autem cuncta simul intelli-
gens, tempora, loca, opera, qualitates, quantitates, tum de-
21 mum cognoscere Deum poteris. 21 Quod si tuam animam
corpore constrinxeris: ac ipsam abiiciens dixeris. Nihil
scio: nihil possum: mare expauesco; in cœlum scandere non
valeo: ignoro quis eram; ignoro quis ero. Quid tibi & Deo?
Nihil etenim eorum quæ pulchra & bona sunt potes per-
cipere, corporis cultor ac nequam existens. Completa nam-
que malitia, ignorare Diuinitatem est. Cognoscere autem,
velle, ac sperare posse via recta est. Boni peculiaris, trita, ac
facilis: tibi iter agenti vbique obuiam erit; vbique appare-
bit: quo & quando non expectas, experrecto, dormienti,
nauiganti, iter facienti, noctu, diu, loquenti, silenti. Nam ni-
22 hil est, quod in imagine sepulchri non sit. 22 Non igitur
videri potest Deus? Bene ominare. Quisnam ipso manife-
stior? In hoc ipsum omnia operatus est: vt per omnia ipsum
cernas. Hoc bonum Dei est. Hoc equidem ipsius virtus, i-
psum per omnia manifestari. Nimirum incorporeorum
nullum videri potest. Mens in meditando cernitur, Deus in
faciendo. Hactenus tibi hæc patefacta sunto, ô Trismegiste.
Cætera autem omnia per teipsum pariter speculare, & non
frustraberis.

σεαυτῷ, πυρός, ὕδατος, ξηροῦ καὶ ὑγροῦ· καὶ ὁμοῦ πανταχῇ εἶ-
ναι, ἐν γῇ, ἐν θαλάττῃ, ἐν οὐρανῷ· μηδέπω γεγενῆσθαι, ἐν τῇ
γαστρὶ εἶναι, νέος, γέρων, τεθνηκέναι, τὰ μετὰ τὸν θάνατον, καὶ
ταῦτα πάντα ὁμοῦ νοήσας, χρόνους, τόπους, πράγματα, ποιό-
τητας, ποσότητας, δύνασαι νοῆσαι τὸν θεόν. 21 Ἐὰν δὲ κα- 21
τακλείσῃς σου τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι, καὶ ταπεινώσῃς
αὐτὴν, καὶ εἴπῃς, οὐδὲν νοῶ, οὐδὲν δύναμαι, φοβοῦμαι τὴν θά-
λασσαν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι οὐ δύναμαι· οὐκ οἶδα τίς ἤ-
μην, οὐκ οἶδα τίς ἔσομαι. τί σοι, καὶ τῷ θεῷ. οὐδὲν γὰρ δύνα-
σαι τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν, φιλοσώματος καὶ κακὸς ὢν, νοῆ-
σαι· ἡ γὰρ τελεία κακία, τὸ ἀγνοεῖν τὸ θεῖον· τὸ δὲ δύνασθαι
γνῶναι καὶ θελῆσαι καὶ ἐλπίσαι, ὁδός ἐστιν εὐθεῖα, ἰδία τοῦ ἀ-
γαθοῦ καὶ φέρουσα, καὶ ῥᾳδία ὁδεύοντί σοι πανταχοῦ συναντή-
σει, πανταχοῦ ὀφθήσεται, ὅπου τε καὶ ὅτε οὐ προσδοκᾷς, γρηγο-
ροῦντι, κοιμωμένῳ, πλέοντι, ὁδεύοντι, νυκτός, ἡμέρας, λαλοῦν-
τι, σιωπῶντι. οὐδὲν γάρ ἐστιν, ὃ οὐκ ἔστιν ἐν εἰκόνι ταφῆς. 22 Ἀ- 22
όρατος ὁ θεός; εὐφήμησον. καὶ τίς αὐτοῦ φανερώτατος. δι' αὐτὸ
τοῦτο πάντα ἐποίησεν, ἵνα διὰ πάντων αὐτὸν βλέπῃς· τοῦτ'
ἐστι τὸ ἀγαθὸν τοῦ θεοῦ. τοῦτο δὲ αὐτοῦ ἀρετὴ, τὸ αὐτὸν φαίνε-
σθαι διὰ πάντων. οὐδὲν γὰρ ὁρατὸν, οὐδὲ τῶν ἀσωμάτων· νοῦς
ὁρᾶται ἐν τῷ νοεῖν, ὁ θεὸς ἐν τῷ ποιεῖν. ταῦτά σοι ἐπὶ τοσοῦτον
πεφανέρωται, ὦ Τρισμέγιστε. τὰ δὲ ἄλλα πάντα, ὁμοίως κα-
τὰ σεαυτὸν νόει, καὶ οὐ διαψευσθήσῃ.

MERCVRII TRISMEGISTI DE MENTE COMMVNI, AD TAT,

CAPVT DVODECIMVM.

1 MEns, ô Tat, ex propria essentia Dei est. Aliqua
siquidem est Dei essentia; qualiscunque tamē illa
sit: hæc ipsum sola absolute nouit. Mēs vtique ab
essentiæ Dei habitu non est præcisa: quinetiam
velut diffusa, Solis splendoris instar. Hæc autē
mens in hominibus quidem Deus est, ea de causa aliqui ho-
minum Dii sunt, ac ipsorum humanitas Diuinitati est confi-
nis. Bonus namque Genius hos quidem Deos immortales di-
xit, homines autem Deos mortales. In animantibus vero ir-
2 rationalibus, natura hæc est mens. 2 Vbi namque anima, ibi &
mēs est: ac vbi vita, ibi anima. Sed in animalibus ratione de-
stitutis, anima vita est mentis expers. Nam in hominum ani-
mas benefica mens est: eas etenim in bonum excolit. Ast in
irrationalibus cum singulorum natura cōspirat, hominum
autem animabus refragatur. Nimirū omnis anima in corpus
manans, confestim mœrore & voluptate deprauatur. à cor-
pore namque composito mœror & voluptas ac succus exæstu-
ant: in quæ anima ingressa mergitur. 3 Quibuslibet igitur a-
3 nimabus mens præfuerit, illas suo lumine illustrat, obsistens
instantibus ipsorum periculis. Vtque bonus chirurgus præ-
uentum morbo corpus angit, illud incendens aut dissecans:
haud secus animam molestia mens afficit, sensim ipsius vo-
luptatem resecans, à qua omnis animæ prodit ægritudo. A-
nimæ vero summa infirmitas, atheismus. Inde ad omnes ne-
quitias opinio subsequitur, nullum autē bonum. Num igi-
tur mens ipsi refragans bonum animæ confert, ceu corpori
4 valetudinem medicus? 4 Quotquot autē animæ humanæ
mentem moderatricem nō assequutæ sunt, idē ferunt quod
animantium ratione destitutorum animæ. Operis namque
consors ipsis existens, & cupiditates excitans, ad quas effræ-
nato feruntur appetitu, ad rationis spretum vergētes, velut
animantium irrationale, præter rationem ira succendi, ac
præter rationem cupere nō desinunt: & nunquam malis sa-
tiantur. * Affectus namque & cupiditates rationis expertes
nequitiæ sunt exuberantes]. Illis Deus legē præscripsit, velut
5 vltorem & vindicem. 5 In his, ô Pater, mentio dudū mihi de
fato exposita, prosterni periclitatur. Nam si prorsus fatū de-
cernat quempiam mœchari, sacra legere, * vel quicquam
aliud mali patrare]: cur is qui fati necessitate patrauit opus,
mulctatur? Fati nimirum, ô fili, cuncta sunt opera: ac
præter

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ.

περὶ νοῦ κοινοῦ πρὸς Τάτ.

Ο Νοῦς, ὦ Τάτ, ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας ἐ- 1
στιν, εἴγε τίς ἐστιν οὐσία θεοῦ, καὶ ποία τις οὖσα
τυγχάνει· οὗτος μόνος ἀκριβῶς αὐτὸν οἶδεν. ὁ
νοῦς οὖν οὐκ ἔστιν ἀποτετμημένος τῆς οὐσιότη-
τος τοῦ θεοῦ· ἀλλ' ὥσπερ ἡπλωμένος, καθάπερ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς.
οὗτος δὲ ὁ νοῦς, ἐν μὲν ἀνθρώποις, θεός ἐστι. διὸ καί τινες τῶν
ἀνθρώπων, θεοί εἰσι· καὶ † αὐτῶν ἀνθρωπότης ἐγγύς ἐ-
στι τῆς θεότητος. καὶ γὰρ ὁ ἀγαθὸς δαίμων, τοὺς μὲν θεοὺς εἶ-
πεν ἀθανάτους· τοὺς δὲ ἀνθρώπους θεοὺς θνητούς. ἐν δὲ
τοῖς ἀλόγοις ζώοις, ἡ φύσις ἐστίν. 2 Ὅπου γὰρ ψυχὴ, ἐ- 2
κεῖ καὶ νοῦς ἐστιν, ὥσπερ ὅπου καὶ ζωὴ, ἐκεῖ καὶ ψυχή ἐ-
στιν· ἐν δὲ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἡ ψυχὴ ζωή ἐστι κενὴ τοῦ νοῦ· ὁ
γὰρ νοῦς ψυχῶν ἐστιν εὐεργέτης ἀνθρώπων· ἐργάζεται γὰρ
αὐτὰς εἰς τὸ ἀγαθὸν, καὶ τοῖς μὲν ἀλόγοις, τῇ δὲ ἑκά-
στου φύσει συνεργεῖ· ταῖς δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἀντιπράσσει.
ψυχὴ γὰρ πᾶσα ἐν σώματι γενομένη, εὐθέως ὑπό τε τῆς λύ-
πης, καὶ τῆς ἡδονῆς κακίζεται. σώματος γὰρ συνθέ-
του, ὥσπερ χυμοὶ ζέουσιν, ἥ τε λύπη καὶ ἡ ἡδονὴ, εἰς ἃς ἐμ-
βᾶσα ἡ ψυχὴ βαπτίζεται. 3 Ὅσαις ἂν οὖν ψυχαῖς ὁ 3
νοῦς ἐπιστατήσῃ, ταύταις φαίνει ἑαυτοῦ τὸ φέγγος, ἀντι-
πράσσων αὐτῶν τοῖς προλήμμασι. ὥσπερ ἰατρὸς ἀγαθὸς
λυπεῖ τὸ σῶμα προειλημμένον ὑπὸ νόσου, καίων, ἢ τέ-
μνων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ νοῦς ψυχὴν λυπεῖ, ἐξυφαι-
ρῶν αὐτὴν τῆς ἡδονῆς, ἀφ' ἧς πᾶσα νόσος ψυχῆς γίνεται. νό-
σος δὲ μεγάλη ψυχῆς, ἀθεότης. ἔπειτα δόξα εἰς πάντα τὰ
κακὰ ἐπακολουθεῖ, καὶ ἀγαθὸν οὐδέν. ἄρ' οὖν ὁ νοῦς ἀντιπράσσων
αὐτῇ, τὸ ἀγαθὸν περιποιεῖται τῇ ψυχῇ. ὥσπερ καὶ ὁ ἰα-
τρὸς τῷ σώματι τὴν ὑγίειαν. 4 Ὅσαι δὲ ψυχαὶ ἀνθρώπι- 4
ναι οὐκ ἔτυχον κυβερνήτου τοῦ νοῦ, τὸ αὐτὸ πάσχουσι ταῖς τῶν ἀ-
λόγων ζώων. συνεργὸς γὰρ αὐταῖς γενόμενος, καὶ ἀ-
νείσας ταῖς ἐπιθυμίαις, εἰς ἃς φέρονται τῇ ῥύμῃ τῆς ὀρέ-
ξεως, πρὸς τὸ ἄλογον συντείνουσας, ὥσπερ τὸ ἄλογον τῶν
ζώων, ἀλόγως θυμούμεναι, καὶ ἀλόγως ἐπιθυμοῦσαι οὐ παύ-
ονται. καὶ οὐδὲν κόρον ἔχουσι τῶν κακῶν. θυμοὶ γὰρ καὶ ἐπιθυ-
μίαι ἄλογοι, κακίαι ὑπερβάλλουσαι. ταύταις δὲ ὥσπερ τι-
μωρὸν καὶ ἔλεγχον, ὁ θεὸς ἐπέστησε τὸν νόμον. 5 Ἐνταῦθα,
ὦ πάτερ, ὁ περὶ τῆς εἱμαρμένης λόγος ὁ ἔμπροσθέν μοι
ἐξεληλυθὼς, κινδυνεύει ἀνατρέπεσθαι· εἰ γὰρ πάντως εἵμαρται τῷ δεῖνι μοιχεῦσαι, ἢ ἱεροσυλῆσαι, ἢ ἄλλο τι κακὸν δρά-
σαι, διὰ τί κολάζεται ὁ ἐξ ἀνάγκης τῆς εἱμαρμένης δράσας τὸ ἔργον. Εἱμαρμένης γὰρ πάντα τὰ ἔργα, ὦ τέκνον, καὶ
χωρὶς

præter hoc nihil corporeorum neq; bonum neque malum
fieri conuenit. Fato autem statutum est, eum, qui male agit,
pati, ac ideo molitur, vt patiatur, quod suffert, quia patrauit.
6 6 Vt autem se nunc res habet, de malitia & fato mentio fuit.
Alibi namq; de iis diximus. Nunc vero de mente nobis est
loquutio; quid possit mens: ac quantum differat: in homi-
nibus qualis, in brutis vero aliter. Ac rursum quod in ani-
mantibus ratione destitutis non est benefica: quinimo dis-
crepat, in hominibus iracundiam & cupiditatem suffocans.
Et horum alios quidem rationis participes viros intellige-
re decet, alios vero irrationales. Homines tamen omnes fa-
7 to subiiciuntur, genesi, & mutationi. 7 Hæc autem ini-
tium & finis fati existunt. Omnes enim homines fatalia
ferunt. Elegantes autem quibus mentem præesse diximus,
non perinde ac alii patiuntur: quinetiam nequitiam abhor-
rentes, nec mali existentes sufferunt. Qui denuo ais, ô Pa-
ter, adulterum non malus, homicida non malus, * & reliqui
omnes |? Atqui eximius ille, ô fili, non adulter, tolerabit, ast
velut adulter, nec homicida, sed tanquam homicida. Nam
qualitatis mutatio vitari non potest, nec generationis. Ne-
8 quitiam autem mentem habenti fugere licet. 8 Bonum ita-
que genium, ô fili, semper dicentem audiui, quæ si literis cō-
mendasset, admodum humanum genus subleuasset. Ille
namque vnicus, ô fili, vere tanquam primo-genitus Deus o-
mnia intuitus, Diuina verba effatus est. Audiui quippe eum
quondam dicentem, vnum esse omnia, præcipue corpora
intelligibilia. Viuimus quidem potentia, efficacia, & æuo.
Mens itaque huius Deus est: quæ & ipsius est anima. Hoc
posito, nihil ab intelligibilibus remotum est, maxime cum
fieri possit, mentem omnibus dominantem ac animam Dei
9 existentem, quæ vult exequi. 9 Tu vero considera, & hunc
sermonem ad quæstionem, quam à me dudum sciscitabaris,
reduc, de mentis, inquam fato. Nam si litigiosa verba semo-
ueris accurate, ô fili, haud dubie comperies mentem Dei a-
nimam omnibus imperare, * cum fato |, tum legi, ac cæteris
omnibus. Nihilq; illi vltra potentiam esse neque humanam
animam fato superponere, * neque eandem ea quæ illi con-
gruunt aspernantem fato subiugare |. Hæc quidem hacte-
nus boni Dæmonis optima dicta sunto. Hæc Diuinitus, ô
10 Pater, vere, ac frugaliter. 10 Id quidem mihi etiam patefac.
Dicebas nanq; in animantibus ratione destitutis, mentem
naturæ officium exequi, vna cum eorum affectibus operan-
tem. Animalium autem irrationabilium affectus, ni fallor,
passiones sunt. * Si autem mens cum affectibus operetur,
affectus vero passiones sint |: mens itaque passionibus con-
color: passio erit. Euge, ô fili, Ingenue percūctaris, æquum est
11 & me respondere. 11 Omnia, ô fili, incorporea, quæ in cor-
pore, patibilia sunt, ac ipsa proprie passiones sunt. Omne
namque mouens corpore vacat. Omne vero motum, cor-
pus. Incorporea autem à mente mouentur, motus vero
passio est. Vtraque nimirum patiuntur, & mouens ac
motum, aliud quidem imperans, aliud obediens. Corpore
vero liber, & passione liber est. Quinimo, ô fili, quandoque
nihil est passionis expers: ast omnia patibilia sunt. Discrepat
autem à patibili passio. Alterum etenim agit, alterū vero pa-
titur. Corpora autem per seipsa operantur, aut equidem im-
mobilia sunt, aut mouentur, vtrumlibet fuerit, passio est. In-
corporea vero semper operantur, ac proinde patibilia sunt.
Ne ideo te denominationes confundant. nam actio & paf-
sio idem sunt, faustiore tamen vti nomine graue non e-
12 rit. 12 Planissime, ô Pater, sermonem demonstrasti. Illud
quoque, ô fili, conspice. Deū nempe duo hæc homini con-
tulisse præter mortalia animantia cuncta, mentem scilicet
ac verbum, immortalitate paria. * Enunciatiuum enim ver-
bum habet |. Si igitur quispiam hisce, vt decet, vsus sit: nihilo
ab immortalibus discrepat: quinetiam corpore liberatus,
13 ab vtroq; ad Deorum & beatorū cœtum deducetur. 13 Re-
liqua autem animantia, ô Pater, non verbo vtuntur? Non,
fili, sed voce. Prorsus nanque à voce verbum segregatur.
Commune enim hominibus cunctis verbum: vox autem
singulis animantium generibus propria. Verum ac homini-
bus, ô Pater, per singulas nationes differens est verbum?
Diffe-

χωρὶς ἐκείνης ὕλη τι τῶν σωματικῶν, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν
γενέσθαι συμβαίνει. εἵμαρται δὲ καὶ τὸ κακὸν ποιήσαντα, παθεῖν.
καὶ διὰ τοῦτο δρᾷ, ἵνα πάθῃ ὃ πάσχει, ὅτι ἔδρασε.
6 Τὸ δὲ νῦν ἔχον, ὁ περὶ κακίας καὶ εἱμαρμένης λόγος· ἐν 6
ἄλλοις μὲν περὶ τούτων εἰρήκαμεν· νῦν δὲ περὶ νοῦ ἐστιν ἡ-
μῖν ὁ λόγος, τί δύναται νοῦς, καὶ πῶς διάφορός ἐστιν, ἐν
μὲν ἀνθρώποις τοιόσδε· ἐν δὲ τοῖς ἀλόγοις, ἠλλαγμένος· καὶ
πάλιν, ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἀλόγοις ζώοις οὐκ ἔστιν εὐεργετικός,
ἀλλ' ἀνόμοιος ἐν † ἀνθρώποις τὸ θυμικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμη- † πᾶσι
τικὸν σβεννύων καὶ τούτων, τοὺς μὲν, ἐλλογίμους ἄνδρας δεῖ
νοεῖν· τοὺς δὲ, ἀλόγους. πάντες δὲ οἱ ἄνθρωποι εἱμαρμένῃ ὑ-
πόκεινται καὶ γενέσει καὶ μεταβολῇ. ἀρχὴ γὰρ καὶ τέλος ταῦ-
τα εἱμαρμένης. 7 Καὶ πάντες μὲν ἄνθρωποι πάσχουσι τὰ εἱ- 7
μαρμένα· οἱ δὲ ἐλλόγιμοι, ὧν ἔφαμεν τὸν νοῦν ἡγεμονεύειν, οὐχ ὁ-
μοίως τοῖς ἄλλοις πάσχουσιν· ἀλλὰ τῆς κακίας ἀπηλλαγμέ-
νοι, οὐ κακοὶ ὄντες πάσχουσι. Πῶς πάλιν λέγεις, ὦ πάτερ, ὁ
μοιχὸς, οὐ κακός; ὁ φονεὺς, οὐ κακός; καὶ οἱ ἄλλοι πάντες; ἀλλ' ὁ ἐλ-
λόγιμος, ὦ τέκνον, οὐ μοιχεύσας πείσεται, ἀλλ' ὡς μοιχεύσας,
οὐδὲ φονεύσας, ἀλλ' ὡς φονεύσας. καὶ ποιότητα μεταβολῆς
ἀδύνατόν ἐστι διαφυγεῖν, ὥσπερ καὶ γενέσεως, κακίας δὲ τῷ
νοῦν ἔχοντι διαφυγεῖν ἐστι. 8 Διὸ καὶ τοῦ ἀγαθοῦ δαίμο- 8
νος, ὦ τέκνον, ἐγὼ ἤκουσα λέγοντος ἀεὶ, καὶ εἰ ἐγγράφως ἐκδεδώ-
κει, πάνυ ἂν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὠφελήκει. ἐκεῖνος γὰρ
μόνος, ὦ τέκνον, ἀληθῶς, ὡς πρωτόγονος θεὸς, τὰ πάντα κα-
τιδὼν, θείους λόγους ἐφθέγξατο. ἤκουσα γοῦν αὐτοῦ ποτὲ λέγον-
τος. ὅτι ἕν ἐστι τὰ πάντα, καὶ μάλιστα νοητὰ σώματα· ζῶμεν δὲ
δυνάμει, καὶ ἐνεργείᾳ, καὶ αἰῶνι. καὶ ὁ νοῦς τούτου † ἀγα- † ἀγαθὸς
θός ἐστιν, † ὅσπερ ἐστὶν αὐτοῦ καὶ ψυχή. τούτου δὲ τοιούτου ὄντος, † ὥσπερ
οὐδὲν διαστατὸν τῶν νοητῶν. ὡς οὖν δυνατὸν νοῦν, ἄρχοντα πάν-
των, καὶ ψυχὴν ὄντα τοῦ θεοῦ, ποιεῖν ὅπερ † βούλεται. 9 Σὺ δὲ 9
νόει, καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἀνένεγκαι πρὸς τὴν πεῦσιν, ἣν ἐπή- † βούλεσθαι
ρου μου ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· λέγω δὲ περὶ τῆς εἱμαρμένης τοῦ
νοῦ. ἐὰν γὰρ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους ἀκριβῶς ἀφέλῃς, ὦ τέκνον,
εὑρήσεις ὅτι ἀληθῶς πάντων ἐπικρατεῖ ὁ νοῦς, ἡ τοῦ θεοῦ ψυ-
χὴ, καὶ εἱμαρμένης, καὶ νόμου, καὶ τῶν ἄλλων πάντων· καὶ οὐ-
δὲν αὐτῷ ἀδύνατον, οὔτε εἱμαρμένης ὑπεράνω † θεῖναι ψυ- † θεῖναι
χὴν ἀνθρωπίνην, οὔτε ἀμελήσασαν, ἅπερ συμβαίνει, ὑπὸ
τὴν εἱμαρμένην † θεῖναι. καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον λελέχ- † εἶναι
θω † τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος ἄριστα. † Καὶ θείως, ὦ πάτερ, † τὰ
ταῦτα, καὶ ἀληθῶς καὶ ὠφελίμως. 10 Ἐκεῖνο δέ μοι ἔτι διασα- † τῷ
φησον. ἔλεγες γὰρ τὸν νοῦν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις, φύσεως δί- 10
κην ἐνεργεῖν. συνεργοῦντα αὐτῶν ταῖς ὁρμαῖς· αἱ δὲ ὁρμαὶ
τῶν ἀλόγων ζώων ὡς οἶμαι, πάθη εἰσίν· εἰ δὲ καὶ ὁ νοῦς συν-
εργεῖ ταῖς ὁρμαῖς, αἱ δὲ ὁρμαὶ πάθη, καὶ ὁ νοῦς ἄρα πάθος
ἐστὶ, συσχηματίζων τοῖς πάθεσιν. Εὖγε, ὦ τέκνον, γενναίως
πυνθάνῃ· δίκαιον δὲ καὶ με ἀποκρίνασθαι. 11 Πάντα, ὦ 11
τέκνον, τὰ ἐν σώματι ἀσώματα, παθητὰ, καὶ κυρίως αὐτά ἐστι
πάθη. πᾶν γὰρ τὸ κινοῦν, ἀσώματον· πᾶν δὲ τὸ κινούμε-
νον, σῶμα. καὶ τὰ ἀσώματα δὲ κινεῖται ὑπὸ τοῦ νοῦ· κίνησις
δὲ, πάθος. πάσχει οὖν ἀμφότερα, καὶ τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινού-
μενον· τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον. ἀπαλλαγεὶς δὲ τοῦ σώμα-
τος, ἀπηλλάγη καὶ τοῦ πάθους. μᾶλλον δέ ποτε, ὦ τέκνον, οὐδὲν ἀ-
παθές· πάντα δὲ παθητά. διαφέρει δὲ πάθος παθητοῦ. τὸ
μὲν γὰρ ἐνεργεῖ, τὸ δὲ πάσχει· τὰ δὲ σώματα, καὶ καθ'
αὐτὰ ἐνεργεῖ. ἢ γὰρ ἀκίνητά ἐστιν ἢ κινεῖται· ὁπότερον δ'
ἂν ᾖ, πάθος ἐστί· τὰ δὲ ἀσώματα ἀεὶ ἐνεργεῖται, καὶ διὰ τοῦτο
παθητά ἐστι. μὴ οὖν σε αἱ προσηγορίαι ταραττέτωσαν· ἥ τε
γὰρ ἐνέργεια καὶ τὸ πάθος, ταυτόν ἐστιν. εὐφημοτέρῳ δὲ τῷ
ὀνόματι χρήσασθαι, οὐ λυπεῖ. 12 Σαφέστατα, ὦ πάτερ, τὸν λόγον 12
ἀποδέδωκας. Κἀκεῖνο δὲ ἴδε, ὦ τέκνον, ὅτι δύο ταῦτα τῷ ἀν-
θρώπῳ ὁ θεὸς παρὰ πάντα τὰ θνητὰ ζῷα ἐχαρίσατο,
τόν τε νοῦν καὶ τὸν λόγον, ἰσότιμα τῇ ἀθανασίᾳ· τὸν δὲ προφο-
ρικὸν λόγον ἔχει. τούτοις δὲ εἴ τις χρήσαιτο εἰς ἃ δεῖ, οὐδὲν τῶν
ἀθανάτων διοίσει· μᾶλλον δὲ καὶ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ σώματος, ὁδη-
γηθήσεται ὑπὸ ἀμφοτέρων, εἰς τὸν τῶν θεῶν καὶ μακάρων χορόν. 13 Τὰ γὰρ ἄλλα ζῷα, λόγῳ οὐ χρῆται, ὦ πάτερ; 13
Οὔ, τέκνον, ἀλλὰ φωνῇ. πάμπολυ δὲ διαφέρει λόγος φωνῆς· ὁ μὲν γὰρ λόγος, κοινὸς πάντων ἀνθρώπων· ἰδία δὲ ἑκά-
στου γένους ζῴου φωνή ἐστι. Ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὦ πάτερ, ἑκάστου κατὰ ἔθνος διάφορος ὁ λόγος

Διάφορος

Differens equidem, ô fili. * Sed vt vnus est homo [ita & ver-
bum vnum est: quod explicatum, idem in Ægypto, Perside,
& Græcia, esse comperitur. Videris autem mihi, ô fili, vires,
& amplitudinem ignorare verbi. Beatus namque Deus Bo-
nus Dæmon, animam quidem in corpore esse, mentem in a-
nima, Verbum in mente: Deum itaq; horum patrem effatus
14 est. 14 Verbum igitur imago est mentis, * mens autem Dei |,
& corpus ideæ, idea autem animæ. Materiæ ergo subtilissi-
mum aer, aeris anima, animæ mens, mentis Deus. Et Deus
quidem circa omnia & per omnia. Mens autem circa ani-
mam, anima circa aerem, aer circa materiam. Necessitas au-
tem, prouidentia, & natura, instrumenta sunt mundi, &
ordinis materiæ. Intelligibilium autem vnumquodque es-
sentia est, essentia vero ipsorum, esse idem. Corporum autē
vniuersi singula, multa sunt. Corpora namq; cōposita eun-
dem statum habentia, ac mutationem ad inuicem efficien-
15 tia, eiusdem status incorruptionem obseruant. 15 In aliis au-
tem cunctis corporibus compositis, singulorum numerus
est. Nam absque numero constructio, structura, aut dissolu-
tio fieri non potest. Vnitates autem numerum generant, ac
adaugent, ac denuo solutæ in seipsas excipiunt. Materia
vero vnica est. Omnis simul hic mundus, magnus Deus,
& maioris imago, ac ipsi coniunctus, patris ordinem & vo-
luntatem obseruans, plenitudo vitæ est. Ac nihil est in hoc
patriæ restaurationis, nec vniuersi, nec partium, quod per
omne æuum non viuat: mortuum enim ne vnum quidem
fuit, neque est, neque in mundo erit. Vitam namque voluit
pater ipsi inesse quoad constaret. Quapropter Deum es-
16 se necessum est. 16 Qua itaque lege poterunt, ô fili, in Deo,
in vniuersi imagine, in vitæ complemento, mortua esse?
Mors etenim corruptio est, corruptio autem abrogatio.
Quomodo igitur incorrupti pars aliqua corrumpi potest,
aut Dei quicquam abrogari? Non igitur obeunt animalia
quæ ipsum incolunt, ô Pater, partes eius existentia? Bona
verba, ô fili. Rei denominatione deciperis. Non equidem
moriuntur, ô fili, quinimo dissoluuntur tanquam coadu-
nata corpora. Dissolutio autem mors non est, at tempe-
ramenti solutio. Dissoluuntur quidem, non vt pereant,
17 sed vt noua fiant. 17 Insuper quæ est vitæ efficacia? num mo-
tus? Quid igitur in mundo motus expers? Nil ô fili. Nun-
quid terra tibi apparet immobilis, ô Pater? Nequaquam fili,
quin etiam pluribus tractatur motibus, sola vero & quie-
scens. Quomodo risum id non excitaret, omnium altricem
orbari motu, quæ pullulat ac omnia gignit: non enim si-
ne motu potest quicquam parere pariens. Ridiculosissime
vero sciscitabaris an quarta pars otiosa foret: nihil etenim a-
18 liud sibi vult immobile corpus præter otium. 18 Quicquid
itaque (in genere scito ô fili) est in mundo, mobile est, aut in
decrementum, aut in incrementum. Quod autem moue-
tur viuit. Quod vero viuit, non necessario idem est. Vniuer-
sus igitur mundus simul est immutabilis, ô fili. Partes au-
tem eius omnes mutabiles, nihil vero interitui vel abroga-
tioni obnoxium. At denominationes homines concitant.
Non enim generatio vita est, * at sensus |, neque mutatio
mors, at obliuio. Cum hæc ita se habeant, cuncta à morte
sunt libera, materia, vita, spiritus, mens, anima, ex quibus o-
19 mne constituitur animal. 19 Omne itaq; animal per se-
ipsum mortis expers, potissimū autem omnium homo, qui
Dei capax est, ac Dei essentiæ consors est. Cum hoc nanq; v-
nico animali Deus consuetudinem habet, noctu per so-
mnia, interdiu per ostenta, ac per omnia illi futura præfatur,
per aues, per intestina, per flatum, per arborem. Quare profi-
20 tetur homo antea acta, præsentia, ac futura scire. 20 Illud et-
iam intuere, ô fili, quod scilicet vnumquodq; animalium v-
nicam mundi partem incolit, aquatilia aquā, terrestria ter-
ram, sublimia aerem. Homo autē hisce omnibus vtitur, ter-
ra, aqua, aere, igne. Cœlū quidē inspicit, ac sensu illud attin-
git. Deus autem circa omnia & per omnia. Efficacia nanq;
21 potentia est: Deumq; cognoscere non est acerbū. 21 Quod
si ipsum spectare desideras, ordinem mundi conspice, ac
ordinis concinnitatē, apparentium necessitatem considera,
prouidentiamque eorum quæ facta sunt, & facienda sunt.
Materiam

Διάφορος μὲν, ὦ τέκνον. εἷς δὲ ὁ ἄνθρωπος, οὕτω καὶ ὁ λόγος εἷς
ἐστὶ, καὶ μεθερμηνεύεται καὶ ὁ αὐτὸς εὑρίσκεται καὶ ἐν Αἰ-
γύπτῳ, καὶ Περσίδι καὶ Ἑλλάδι. δοκεῖς δέ μοι, ὦ τέκνον, ἀγνο-
εῖν ἀρετὴν καὶ μέγεθος λόγου. ὁ γὰρ μακάριος θεὸς, ἀγα-
θὸς δαίμων, ψυχὴν μὲν ἐν σώματι ἔφη εἶναι· νοῦν δὲ ἐν ψυ-
χῇ, λόγον δὲ ἐν τῷ νῷ, τὸν οὖν θεὸν τούτων πατέρα. 14 Ὁ οὖν 14
λόγος ἐστὶν εἰκὼν τοῦ νοῦ, καὶ νοῦς τοῦ θεοῦ· καὶ τὸ σῶμα δὲ τῆς
ἰδέας· ἡ δὲ ἰδέα τῆς ψυχῆς. ἔστιν οὖν τῆς μὲν ὕλης τὸ λεπτο-
μερέστατον, ἀήρ. ἀέρος δὲ, ψυχή. ψυχῆς δὲ, νοῦς· νοῦ δὲ, θεός.
καὶ ὁ μὲν θεὸς, περὶ πάντα καὶ διὰ πάντων· ὁ δὲ νοῦς, πε-
ρὶ τὴν ψυχήν· ἡ δὲ ψυχὴ, περὶ τὸν ἀέρα· ὁ δὲ ἀὴρ, περὶ τὴν
ὕλην. ἀνάγκη δὲ καὶ ἡ πρόνοια, καὶ ἡ φύσις, ὄργανά ἐστι τοῦ
κόσμου, καὶ τῆς τάξεως τῆς ὕλης· καὶ τῶν μὲν νοητῶν ἕκαστον ἐστὶν
οὐσία· οὐσία δὲ αὐτῶν ἡ ταυτότης. τῶν δὲ τοῦ παντὸς σωμά-
των ἕκαστον πολλά ἐστιν. ἔχοντα γὰρ τὴν ταυτότητα τὰ σύνθε-
τα σώματα, καὶ τὴν μεταβολὴν εἰς ἄλληλα ποιούμενα ἀεὶ
τῆς ταυτότητος τὴν ἀφθαρσίαν σώζει. 15 Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις 15
συνθέτοις πᾶσι σώμασιν, ἀριθμὸς ἑκάστου ἐστί. χωρὶς γὰρ
ἀριθμοῦ σύστασιν, ἢ σύνθεσιν, ἢ διάλυσιν, ἀδύνατον γενέ-
σθαι· αἱ δὲ ἑνάδες τὸν ἀριθμὸν γεννῶσι καὶ αὔξουσι· καὶ πάλιν
διαλυόμενον, εἰς ἑαυτὰς δέχονται. καὶ ἡ ὕλη μία· ὁ δὲ σύμ-
πας κόσμος οὗτος ὁ μέγας θεὸς, καὶ τοῦ μείζονος εἰκὼν, καὶ ἡνωμέ-
νος ἐκείνῳ, καὶ συσώζων τὴν τάξιν, καὶ βούλησιν τοῦ πατρὸς
πλήρωμά ἐστι τῆς ζωῆς. καὶ οὐδέν ἐστιν ἐν τούτῳ διὰ παντὸς τοῦ
αἰῶνος, τῆς πατρῴας ἀποκαταστάσεως, οὔτε τοῦ παντὸς, οὔτε τῶν
κατὰ μέρος, ὃ οὐχὶ ζῇ. νεκρὸν γὰρ οὐδὲ ἓν, οὔτε γέγονεν, οὔ-
τε ἐστὶν, οὔτε ἔσται ἐν κόσμῳ. † ζωὴν γὰρ ἠθέλησεν ὁ πατὴρ † ζῶον
αὐτῷ εἶναι, ἕως ἂν συνέστηκε· διὸ καὶ θεὸν εἶναι ἀνάγκη.
16 Πῶς ἂν οὖν δύναιτο, ὦ τέκνον, ἐν τῷ θεῷ, ἐν τῇ τοῦ παν- 16
τὸς εἰκόνι, ἐν τῷ τῆς ζωῆς πληρώματι, νεκρὰ εἶναι· ἡ γὰρ νε-
κρότης, φθορά ἐστιν· ἡ δὲ φθορὰ, ἀπώλεια. πῶς οὖν μέρος
τι δύναται φθαρῆναι τοῦ ἀφθάρτου, ἢ ἀπολέσθαι τι τοῦ θεοῦ.
Οὐκ ἀποθνήσκει οὖν, ὦ πάτερ, τὰ ἐν αὐτῷ ζῷα, ὄντα αὐ-
τοῦ μέρη; Εὐφήμησον, ὦ τέκνον, πλανώμενος τῇ προσηγο-
ρίᾳ τοῦ γινομένου. οὐ γὰρ ἀποθνήσκει, ὦ τέκνον, ἀλλ' ὡς σύν-
θετα σώματα διαλύεται· ἡ δὲ διάλυσις, οὐ θάνατός ἐ-
στιν, ἀλλὰ κράματος διάλυσις. διαλύεται δὲ, οὐχ ἵνα ἀ-
πόληται, ἀλλ' ἵνα νέα γένηται. 17 Ἐπεὶ τίς τῆς ζωῆς ἐ- 17
στιν ἡ ἐνέργεια· οὐχὶ κίνησις; Τί οὖν ἐν τῷ κόσμῳ ἀκίνη-
τον. Οὐδὲν, ὦ τέκνον. Οὐδ' ἡ γῆ ἀκίνητός σοι δοκεῖ, ὦ πά-
τερ; Οὐ τέκνον, ἀλλὰ καὶ πολυκίνητος μόνη ἡ δὲ καὶ στά-
σιμος. πῶς οὐκ ἂν γελοῖον εἴη τὴν τροφὸν πάντων ἀκίνητον
εἶναι, τὴν φύουσαν καὶ γεννῶσαν τὰ πάντα. ἀδύνατον γὰρ
χωρὶς κινήσεως φύειν τι τὸν φύοντα· γελοιότατον δὲ ἐπύθου
εἰ τὸ τέταρτον μέρος ἀργὸν ἦν. οὐδὲν γὰρ ἕτερον σημαίνει τὸ
ἀκίνητον σῶμα, ἢ ἀργίαν. 18 Πᾶν τοίνυν ἴσθι καθολικῶς, ὦ 18
τέκνον, τὸ ὂν ἐν κόσμῳ κινούμενον ἢ κατὰ μείωσιν, ἢ αὔξησιν
τὸ δὲ κινούμενον, καὶ ζῇ· τὸ δὲ ζῶον πᾶν, οὐκ ἀνάγκη τὸ αὐτὸ
εἶναι. ὅλος γὰρ ὁμοῦ σύμπας ὁ κόσμος, ἀμετάβλητος, ὦ τέ-
κνον, ἐστί· τὰ δὲ μέρη αὐτοῦ πάντα μεταβλητά. οὐδὲν δὲ
φθαρτὸν ἢ ἀπολλύμενον· αἱ δὲ προσηγορίαι τοὺς ἀνθρώ-
πους ταράττουσιν. οὐ γὰρ ἡ γένεσις ἐστὶ ζωὴ, ἀλλ' ἡ αἴσθη-
σις. οὐδὲ ἡ μεταβολὴ θάνατος, ἀλλὰ λήθη. τούτων τοίνυν οὕ-
τως ἐχόντων ἀθάνατα πάντα. ἡ ὕλη, ζωὴ, τὸ πνεῦμα, ὁ νοῦς,
ψυχὴ, ἐξ ὧν πᾶν ζῶον συνέστηκε. 19 Πᾶν ἄρα ζῶον ἀθά- 19
νατον δι' αὐτόν· πάντων δὲ μᾶλλον ὁ ἄνθρωπος, ὁ καὶ τοῦ θεοῦ
δεκτικὸς, καὶ τῷ θεῷ συνουσιαστικός. τούτῳ γὰρ μόνῳ τῷ
ζώῳ ὁ θεὸς ὁμιλεῖ, νυκτὸς μὲν δι' ὀνείρων, ἡμέρας δὲ διὰ
συμβόλων, καὶ διὰ πάντων αὐτῷ προλέγει τὰ μέλλοντα,
διὰ ὀρνέων, διὰ σπλάγχνων, διὰ πνεύματος, διὰ δρυός·
διὸ καὶ ἐπαγγέλλεται ὁ ἄνθρωπος ἐπίστασθαι τὰ προγεγενη-
μένα, καὶ ἐνεστῶτα, καὶ μέλλοντα. 20 Κἀκεῖνο δὲ ὅρα, ὦ τέ- 20
κνον, ὅτι ἕκαστον τῶν ζώων, ἑνὶ μέρει ἐπιφοιτᾷ τοῦ κόσμου, τὰ
μὲν ἔνυδρα τῷ ὕδατι, τὰ δὲ χερσαῖα τῇ γῇ, τὰ δὲ μετάρ-
σια τῷ ἀέρι· ὁ δὲ ἄνθρωπος, τούτοις πᾶσι χρῆται, γῇ,
ὕδατι, ἀέρι, πυρί· ὁρᾷ δὲ καὶ οὐρανόν· ἅπτεται δὲ καὶ τούτου αἰσθήσει. ὁ δὲ θεὸς, καὶ περὶ πάντα καὶ διὰ πάντων.
ἐνέργεια γάρ ἐστι δύναμις· καὶ οὐδὲν δύσκολόν ἐστι νοῆσαι τὸν θεὸν, ὦ τέκνον. 21 Εἰ δὲ θέλεις αὐτὸν καὶ θεωρῆσαι, ἴδε τὴν 21
τάξιν τοῦ κόσμου, καὶ τὴν εὐκοσμίαν τῆς τάξεως. ἴδε τὴν ἀνάγκην τῶν φαινομένων, καὶ τὴν πρόνοιαν τῶν γεγονότων τε καὶ γινομένων.

Materiam intuere, vitæ confertissimam existentem, tantæ
authoritatis Deum, vna cum cunctis bonis ac pulchris Diis
Dæmonibus ac hominibus se mouentem. At ipsi, ô Pater,
prorsus sunt effectus. Si itaque effectus omnino sint, ô fili,
à quo fiunt? Num ab alio Deo? Aut ignoras quod veluti
mundi membra Cœlum, Terra, Aqua, Aer, existunt: Haud
secus Dei membra sunt, Vita, immortalitas, efficacia, * spi-
ritus, | necessitas, prouidentia, natura, anima, & mens. O-
mnium autem horum perennitas est id quod Bonum di-
citur: nihilque est insuper eorum quæ fiunt, aut facta sunt,
22 vbi non sit Deus. 22 In materia igitur, ô Pater? Materia, ô fili,
seorsum est à Deo, vt quendam ipsi locum distribuas. Quid
præter aceruum eam esse reris non confectam? Si autem
conficiatur, à quo conficitur? Efficacitas namque Dei partes
esse prædiximus. A quo ergo viua fiunt cuncta animantia?
à quo immortalitate donantur immortalia? à quo mutan-
tur mutabilia? Aut equidem materiam, siue corpus, vel es-
sentiam dixeris, has Dei peculiares efficacias esse scito.
23 23 Materia namque materiæ habitum operatur, ac corpo-
rum corporalem habitum, essentia vero essentiæ habitum.
Et hoc Deus est, hoc vniuersum. Nihil autem est in vniuer-
so quod non sit, Ex quo nec magnitudo, nec locus, nec qua-
litas, nec figura, neque tempus, circa Deum est. Omne nam-
que est, Omne quidem, per omnia, ac circa omnia. Hoc
verbum, ô fili, venerare & celebra. *Dei autem vna est cultura,
non esse malum.*

MERCVRII TRISMEGISTI, AD FILIVM TAT IN MONTE, SERMO ARCANVS, DE REgeneratione & silentii professione.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

1 IN generalibus, ô Pater, per ænigmata non
autem liquido disseruisti de Deitate discε-
ptans, & non patefecisti: cum diceres nemi-
nem seruari posse ante renascentiam: cum et-
iam tibi in montis transitu fierem supplex,
postquam mecum dissertasses, & accepissem, vt renascendi
muneris propositum edocerer. Hoc nimirum præter o-
mnia solum ignoro. Teque mihi traditurum dixisses, cum
à mundo alienus eris. Expeditus sum, ac consilium meum
à mundi suadela secreui. Tu vero defectus supple, quibus
te mihi renascendi noticiam traditurum dixisti, voce aut
occulte proponens, ô Trismegiste, ignoro ex qua matrice
2 natus sit homo, & ex quo semine. 2 O fili, sapientia intelli-
gibilis in silentio, ac semen id verum bonum. Quonam se-
minante, ô Pater? Prorsus namque ambigo. Dei arbitrio,
ô fili. Miror, ô Pater, cuias is qui gignitur, est. Nam eius es-
sentiæ & intelligentiæ quæ in me est sorte careus, alius erit
is, qui gignitur à Deo, Deus filius. Omne in omni, ex omni
bus virtutibus constitutum. Ænigma mihi dicis, ô Pater,
neque more patris filium compellas. Hoc genus, ô fili, non
edocetur; quinimo à Deo, quando libet, memoriæ com-
3 mendatur. 3 Quæ fieri non possunt mihi dicis, ô Pater, &
violenta. Quare merito hæc refellere volo. Adeone natu-
ra alienus sum filius à paterno genere; ne me, ô Pater, æ-
muleris: ingenuus enim sum filius. Renascendi modum
mihi dilucida. Quid dicam, ô fili, fari non valeo præter hoc.
Video non fictum spectaculum Dei commiseratione in
me genitum, ac à meipso in immortale corpus exii, nunc-
que sum à me pristino alius, in mentem quidem natus.
Hoc munus non edocetur, neque per formatum hoc ele-
mentare videri potest. Quapropter constructa prius statu-
4 ra, mihi contemptui est. 4 Num, ô Pater, quod colore im-
butus sim, ac tactum & mensuram habeam, ab iis nunc se-
cretus sum. * Conspice me, ô fili, oculis, dum obtutu fixo
me corporeo visu consideras. Ego nunc non hisce oculis
conspicio, ô fili. | In furorem non exiguum ac mentis insa-
niam coniecisti me, ô Pater. Nunc enim meipsum non vi-
deo. O si & ex teipso, ô fili, exiisses, ac eorum instar qui so-
5 mniant meditareris, citra somnum tamen. 5 Hoc quoque
mihi profer. Quis est renascentiæ auctor? Dei filius, homo
vnus,

ἴδε τὴν ὕλην πλήρη, οὖσαν ζωῆς, τὸν τηλικοῦτον θεὸν
κινούμενον, μετὰ πάντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν θεῶν τε καὶ δαιμό-
νων, καὶ ἀνθρώπων. Ἀλλ' αὗται, ὦ πάτερ, ἐνέργειαι ὅλως εἰσίν;
Εἰ οὖν ἐνέργειαι ὅλως εἰσίν, ὦ τέκνον, ὑπὸ τίνος οὖν ἐνεργοῦν-
ται; ὑπὸ ἄλλου θεοῦ; ἢ ἀγνοεῖς ὅτι ὥσπερ τοῦ κόσμου † μέλη εἰ- † μέρη
σὶν οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ, τὸν αὐτὸν τρόπον μέλη ἐστὶ θεοῦ,
ζωὴ, καὶ ἀθανασία, καὶ ἐνέργεια καὶ † πνεῦμα, καὶ ἀνάγκη, καὶ πρό- † αἰών
νοια, καὶ φύσις, καὶ ψυχὴ, καὶ νοῦς, καὶ τούτων πάντων ἡ διαμονὴ,
τὸ λεγόμενον ἀγαθὸν, καὶ οὐκ ἔτι ἐστί τι τῶν γινομένων ἢ τῶν γεγο-
νότων, ὅπου οὐκ ἔστιν ὁ θεός; 22 Ἐν τῇ ὕλῃ οὖν, ὦ πάτερ; Ἡ γὰρ 22
ὕλη, ὦ τέκνον, χωρὶς θεοῦ ἐστιν, ἵνα ποῖον αὐτῇ ἀπονείμῃς τό-
πον; τί δὲ οὖσαν ἢ σωρὸν αὐτὴν οἴει εἶναι μὴ ἐνεργουμένην; εἰ δὲ
ἐνεργεῖται, ὑπὸ τίνος ἐνεργεῖται; τὰς γὰρ ἐνεργείας ἔφα-
μεν εἶναι μέρη τοῦ θεοῦ. ὑπὸ τίνος οὖν ζωοποιεῖται τὰ πάντα
ζῷα; ὑπὸ τίνος ἀθανατίζεται τὰ ἀθάνατα; ὑπὸ τίνος μετα-
βάλλεται τὰ μεταβλητά; εἴτε δὲ ὕλην, εἴτε σῶμα, εἴτε οὐσίαν
φῄς, ἴσθι καὶ ταύτας αὐτὰς ἐνεργείας τοῦ θεοῦ. 23 Καὶ ὕλη ἐνερ-
γεῖ τὴν ὑλότητα, καὶ τῶν σωμάτων σωματότητα, καὶ τὴν οὐσίαν τὴν 23
οὐσιότητα. καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ θεὸς, τὸ πᾶν. ἐν δὲ τῷ παντὶ, οὐδέν ἐστιν
ὃ μὴ ἐστίν· ὅθεν οὔτε μέγεθος, οὔτε τόπος, οὔτε ποιότης, οὔτε
σχῆμα, οὔτε χρόνος περὶ τὸν θεόν ἐστι. πᾶν γάρ ἐστι· τὸ δὲ πᾶν
διὰ πάντων καὶ περὶ πάντα. τοῦτον τὸν λόγον, ὦ τέκνον, προσκύ-
νει, καὶ θρήσκευε. θρησκεία δὲ τοῦ θεοῦ μία ἐστί, μὴ εἶναι κακόν.

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ, ΠΡΟΣ τὸν υἱὸν Τὰτ ἐν ὄρει λόγος ἀπόκρυφος, περὶ παλιγγενεσίας, καὶ σιγῆς ἐπαγγελίας.

ΕΝ τοῖς γενικοῖς, ὦ πάτερ, αἰνιγματωδῶς καὶ οὐ
τηλαυγῶς ἔφρασας περὶ θειότητος διαλε- 1
γόμενος· οὐκ ἀπεκάλυψας. φάμενος μη-
δένα δύνασθαι σωθῆναι πρὸ τῆς παλιγγενε-
σίας, ἐμοῦ τε σοῦ ἱκέτου γενομένου ἐπὶ τῆς τοῦ ὄρους μεταβάσεως,
μετὰ τὸ σὲ ἐμοὶ διαλεχθῆναι, καὶ πυθομένου τὸν τῆς παλιγγε-
νεσίας λόγον μαθεῖν, ὅτι τοῦτον παρὰ πάντα μόνον ἀγνοῶ· καὶ
ἔφης ὅταν μέλλῃς κόσμου ἀπαλλοτριοῦσθαι, παραδιδόναι μοι·
ἕτοιμος ἐγενόμην, καὶ ἀπηλλοτρίωσα τὸ ἐν ἐμοὶ φρόνημα, καὶ
ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου ἀπάτης· σὺ δέ μοι καὶ τὰ ὑστερήματα ἀνα-
πλήρωσον, οἷς ἔφης μοι παλιγγενεσίαν παραδοῦναι προθέ-
μενος ἐκ φωνῆς ἢ κρυβήν· ἀγνοῶ, ὦ Τρισμέγιστε, ἐξ οἵας μή-
τρας ἄνθρωπος ἐγεννήθη, σπορᾶς δὲ ποίας. 2 Ὦ τέκνον, σοφία 2
νοερὰ ἐν σιγῇ, καὶ ἡ σπορὰ τὸ ἀληθινὸν ἀγαθόν. Τίνος σπεί-
ραντος, ὦ πάτερ; τὸ γὰρ σύνολον ἀπορῶ. Τοῦ θελήματος τοῦ
θεοῦ, ὦ τέκνον. Καὶ ποταπὸς ὁ γεννώμενος, ὦ πάτερ; ἄμοιρος
γὰρ τῆς ἐν ἐμοὶ οὐσίας καὶ τῆς νοητῆς. † ἄλλος ἔσται ὁ γεννώ- † 4
μενος θεοῦ θεὸς παῖς· τὸ πᾶν ἐν παντὶ, ἐκ πασῶν δυνάμεων
συνεστώς. Αἴνιγμά μοι λέγεις, ὦ πάτερ, καὶ οὐχ ὡς πατὴρ υἱῷ
διαλέγῃ. Τοῦτο τὸ γένος, ὦ τέκνον, οὐ διδάσκεται, ἀλλ' ὅταν
θέλῃ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀναμιμνήσκεται. 3 Ἀδύνατά μοι λέγεις,
ὦ πάτερ, καὶ βεβιασμένα· ὅθεν πρὸς ταῦτα ὀρθῶς ἀντειπεῖν 3
θέλω· ἀλλότριος υἱὸς πέφυκα τοῦ πατρῴου γένους, μὴ φθόνει μοι
πάτερ· γνήσιος υἱός εἰμι· διάφρασόν μοι τῆς παλιγγενεσίας τὸν
τρόπον. Τί εἴπω, ὦ τέκνον; οὐκ ἔχω λέγειν, πλὴν τοῦτο, † ὁ- † ὁρῶν τι
ρῶν τιν' ἐν ἐμοὶ ἄπλαστον θέαν γεγενημένην ἐξ ἐλέου θεοῦ, καὶ † † ἐγεννήθην
ἐμαυτοῦ ἐξελήλυθα εἰς ἀθάνατον σῶμα· καί εἰμι νῦν οὐχ ὁ
πρὶν, ἀλλ' ἐγεννήθην ἐν νῷ. τὸ πρᾶγμα τοῦτο οὐ διδάσκεται.
οὐδὲ τῷ πλαστῷ τούτῳ † στοιχείῳ δι' οὗ ἔστιν ἰδεῖν, καὶ διὸ ἠμέ- † στοιχείῳ δι' οὗ
ληταί μοι τὸ πρῶτον σύνθετον εἶδος. 4 Οὐχ ὅτι κεχρωμάτισμαι,
καὶ ἁφὴν ἔχω, καὶ μέτρον, ἀλλότριος τούτων εἰμὶ νῦν. Ὁρᾷς με, 4
ὦ τέκνον, ὀφθαλμοῖς, ὅτι δὴ κατανοεῖς ἀτενίζων σώματι καὶ ὁ-
ράσει· οὐκ ὀφθαλμοῖς τούτοις θεωροῦμαι νῦν, ὦ τέκνον. Εἰς
μανίαν με οὐκ ὀλίγην καὶ οἴστρησιν φρενῶν ἐνέσεισας, ὦ πά-
τερ. ἐμαυτὸν γὰρ νῦν οὐχ ὁρῶ. Εἴθε, ὦ τέκνον, καὶ σὺ σε-
αυτὸν διεξελήλυθας, ὡς οἱ ἐν ὕπνῳ ὀνειροπολούμενοι, χω- 5
ρὶς ὕπνου. 5 Λέγε μοι καὶ τοῦτο. τίς ἐστι γενεσιουργὸς τῆς παλιγγενεσίας, Ὁ τοῦ θεοῦ παῖς, ἄνθρωπος 5

vnus, Dei volontate. Nunc deinceps, ô Pater, obmutesce-
re me cogis: à pristino namque furore alienus amplitudi-
nem tuam specto, vna cum tua effigie, ac io ipsa, mendacio.
Mortalium namque species in dies immutatur. Per tempus
etenim varia fit, in incrementum & diminutionem, men-
6 dacii instar. 6 Verum itaque quid erit, ô Trismegiste? Quod
immaculatum est, ô fili, quod non definitur, non colora-
tum, sine figura, immotum, nudum, apparens, sibi com-
prehensibile, immutabile, Bonum, incorporeum. Vtique
insanio, Pater. Existimante namque me abs te doctum ef-
fici, sensus mei obstructi sunt hac notitia. Ita se res habet, ô
fili, pars sursum velut ignis fertur, pars deorsum vergit vt
terra, pars humidum vt aqua, pars vt aer conspirat. Qua-
nam arte id sensu percipies, quod nec durum, nec humi-
dum, nec constrictum, nec transiliens, quod tantum virtu-
7 te & efficacia percipitur. 7 Sola deest mens, quæ genera-
tionem, quæ in Deo est, intelligere possit. Impotens itaque
sum, ô Pater. Absit, ô fili, euoca ad te, & veniet: velis & fiet:
corporis sensus abroga, * tum erit Deitatis genitura]: pur-
ga te à materiæ vindicibus ratione destitutis. Num apud
meipsum vindices habeo, ô Pater? Haud exiguos, ô fili,
quinimo formidabiles ac multos. Nescio, ô Pater. Prima, ô
fili, vltrix ipsa est ignorantia, secunda mœror, tertia intem-
perantia, quarta cupiditas, quinta iniustitia, sexta auaritia,
septima suadela, octaua inuidia, nona dolus, decima ira,
vndecima temeritas, duodecima prauitas. Sunt autem ipsæ
duodecim numero. Sub iis, ô fili, quam plures aliæ per
hunc carcerem corporis internum hominem sensu pati
8 compellunt. 8 Secedunt autem hæ non affatim ab eo cuius
miserescit Deus. Ita namque constituitur regenerandi sta-
tus ac sermo. Cæterum, ô fili, obmutesce: ac fauste ominare.
Nam ea propter Dei miseratio se nobis non abdicabit. Læ-
tare igitur, ô fili, noxiis per Dei potentias ablatis, in sermo-
nis articulationem. Venit in nos Dei notitia. Cum hæc ve-
nit, ô fili, propulsa est ignorantia. Venit in nos gaudii co-
gnitio. Cum hæc adfuit, ô fili, mœror fugam init, ad eos
9 qui eius sunt capaces. 9 Virtutem nuncupo ad gaudium
docem, temperantiam. O facultas gratissima! Alacres, ô fi-
li, ipsam assumamus. Quo modo vna cum adsunt, intempe-
rantiam depulit. Quartam vero nunc continentiam enun-
cio, virtutem cupiditatibus aduersam. Gradus hic, ô fili, iu-
stitiæ sedes est. Aspice, ô fili, quomodo nullo molimine in-
iustitiam expulerit. Iusti namque efficimur, absente iniu-
stitia. Sextam, potentiam inter nos communionem contra
auaritiam voco. Qua recedente, iam veritatem euoco:
tum suasio fugam arripit, & veritas auxiliatur. Intuere, ô fi-
li, quonam pacto Bonum adimpletum est, veritate fauen-
te. A nobis enim inuidia demigrauit. Veritati autem Bo-
num vna cum vita & luce accessit: nec vltra tenebratum
vltio quæquam subiit. Quinetiam superatæ impetus stri-
10 dore volarunt. 10 Nosti, ô fili, regenerandi morem. Dena-
rio fauente, ô fili, generatio intelligibilis constructa est,
quæ Duodenarium detrudit, & contemplatores effecti
sumus generatione. Quicumque igitur Dei miseratione
ea quæ secundum Deum est generatione potitur, derelicto
sensu corporeo, seipsum ex istis constructum nouit, ac sta-
bilis effectus à Deo lætatur. O Pater, non oculorum aspe-
ctu imaginor, ast intelligibili facultatum efficacia, in cœlo
sum, in terra, in aqua, in aere, in animalibus sum, in plantis,
11 in vtero, ante vterum, post vterum, vbique. 11 At insuper
id mihi dicas. Quanam arte tenebrarum vltrices duode-
cim numero, à decem virtutibus propulsæ sunt. Quæ for-
ma, ô Trismegiste? Tabernaculum hoc, ô fili, * quod exui-
mus], ex circulo animalium latore constat, qui quidem ex
duodecim numeris vnius naturæ ac omniformis ideæ con-
12 structus est. 12 Ad errorem tamen hominis, ô fili, distin-
ctiones in ipsis existunt, in operatione connexæ. Temeritas
namque ab ira non discernitur. * Sunt & indefinitæ]. Iure
itaque secundum rectam rationem diuisionem efficiunt,
vtpote à decem potentiis propulsæ, hoc est à denario. De-
narius namque, ô fili, animæ genitor est; vita autem ac lux
connexæ

ὡς, θελήματι θεοῦ. Νῦν τὸ λοιπὸν, ὦ πάτερ, εἰς ἀφασίαν με ἤ-
νεγκας, τῶν πρὶν γὰρ ἀπολειφθεὶς φρενῶν, τὸ μέγεθός σου βλέ-
πω τὸ σὸν, τὸ † σὺν αὐτῷ, ὦ πάτερ, τῷ χαρακτῆρι καὶ ἐν τού- † σοί.
τῳ ψεύδῃ· τὸ γὰρ θνητὸν εἶδος καθ' ἡμέραν ἀλλάσσεται.
χρόνῳ γὰρ τρέπεται εἰς αὔξησιν καὶ μείωσιν ὡς ψεῦδος. 6 Τί ὅ
οὖν ἀληθές ἐστιν, ὦ Τρισμέγιστε. Τὸ μὴ θολούμενον, ὦ τέκνον,
τὸ μὴ διοριζόμενον, τὸ ἀχρώματον, τὸ ἀσχημάτιστον, τὸ ἄτρε-
πτον, τὸ γυμνὸν, τὸ φαῖνον, τὸ αὐτῷ καταληπτὸν, τὸ ἀναλλοίω-
τον, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἀσώματον. Μέμηνα ὄντως, ὦ πάτερ. δο-
κοῦντος γάρ μου ὑπὸ σοῦ σοφοῦ γεγονέναι, ἐνεφράχθησαν
αἱ αἰσθήσεις † μου τούτου τοῦ νοήματος. Οὕτως ἔχει, ὦ τέκνον. † τοῦτο μου.
τὸ μὲν ἀναφερὲς ὡς πῦρ· τὸ δὲ καταφερὲς ὡς γῆ, καὶ ὑγρὸν ὡς
ὕδωρ, καὶ σύμπνοον ὡς ἀήρ· πῶς αἰσθητῶς αὐτὸ νοήσεις; τὸ μὴ
σκληρὸν, τὸ μὴ ὑγρὸν, τὸ ἀσφίγγωτον, τὸ μὴ διαδυόμενον, τὸ
μόνον δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ νοούμενον. 7 † Δέη μόνου δὲ τοῦ δυ- 7 † Δωρεὰ θεοῦ
ναμένου νοεῖν τὴν ἐν θεῷ γένεσιν. Ἀδύνατος οὖν εἰμὶ, ὦ πάτερ.
Μὴ γένοιτο, ὦ τέκνον· ἐπίσπασαι εἰς ἑαυτὸν, καὶ ἐλεύσεται·
θέλησον, καὶ γίνεται. κατάργησον τοῦ σώματος τὰς αἰσθήσεις,
καὶ ἔσται ἡ γένεσις τῆς θεότητος· κάθαραι σεαυτὸν ἀπὸ τῶν
ἀλόγων τῆς ὕλης τιμωριῶν. Τιμωροὺς γὰρ ἐν ἑαυτῷ ἔχω, ὦ
πάτερ; Οὐκ ὀλίγους, ὦ τέκνον, ἀλλὰ καὶ φοβεροὺς καὶ πολ-
λούς. Ἀγνοῶ, ὦ πάτερ. Μία αὕτη, ὦ τέκνον, τιμωρία, ἡ ἄγνοια·
δευτέρα δὲ, λύπη· τρίτη, ἀκρασία· τετάρτη, ἐπιθυμία· πέμ-
πτη, ἀδικία· ἕκτη, πλεονεξία· ἑβδόμη, ἀπάτη· ὀγδόη, φθό-
νος· ἐνάτη, δόλος· δεκάτη, ὀργή· ἑνδεκάτη, προπέτεια· δω-
δεκάτη, κακία· εἰσὶ δὲ καὶ αὗται τὸν ἀριθμὸν δώδεκα· ὑπὸ δὲ ταύ-
ταις πλείονες ἄλλαι, ὦ τέκνον, διὰ τοῦ δεσμωτηρίου τοῦ
σώματος αἰσθητικῶς πάσχειν ἀναγκάζουσι τὸν ἐνδιάθετον ἄν-
θρωπον. 8 Ἀφίστανται δὲ αὗται οὐκ ἀθρόως, ἀπὸ τοῦ ἐλεηθέν- 8
τος ὑπὸ τοῦ θεοῦ· καὶ οὕτω συνίσταται ὁ τῆς παλιγγενεσίας
τρόπος καὶ λόγος. λοιπὸν σιώπησον, ὦ τέκνον, καὶ εὐφήμησον·
καὶ διὰ τοῦτο οὐ καταπαύσει τὸ ἔλεος εἰς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ θεοῦ· χαῖ-
ρε λοιπὸν, ὦ τέκνον, ἀνακαθαιρόμενος ταῖς τοῦ θεοῦ δυνάμε-
σιν εἰς συνάρθρωσιν τοῦ λόγου. ἦλθεν ἡμῖν γνῶσις τοῦ θεοῦ, ταύ-
της δὲ ἐλθούσης, ὦ τέκνον, ἐξηλάθη ἡ ἄγνοια. ἦλθεν ἡμῖν γνῶ-
σις χαρᾶς· παραγενομένης ταύτης ὦ τέκνον, ἡ λύπη φεύξεται
εἰς τοὺς χωροῦντας αὐτήν. 9 Δύναμιν καλῶ ἐπὶ χαρᾷ τὴν 9
χωροῦσαν ἐπὶ τὴν ἐγκράτειαν, ἧς δύναμις ἡδίστη· προσλά-
βωμεν αὐτὴν, ὦ τέκνον, ἀσμενέστατα. πῶς ἅμα τῷ παραγε-
νέσθαι, ἀπώσατο τὴν ἀκρασίαν. τετάρτην δὲ νῦν καλῶ καρ-
τερίαν, τὴν κατὰ τῆς ἐπιθυμίας δύναμιν. ὁ βαθμὸς οὗτος, ὦ
τέκνον, δικαιοσύνης ἐστὶν ἕδρασμα. χωρὶς γὰρ κρίσεως ἴδε
πῶς τὴν ἀδικίαν ἐξήλασεν. ἐδικαιώθημεν, ὦ τέκνον, ἀδικίας
ἀπούσης. ἕκτην δύναμιν καλῶ εἰς ἡμᾶς τὴν κατὰ τῆς πλεο-
νεξίας κοινωνίαν. ἀποστάσης δὲ, ἔτι καλῶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ
φεύγει ἀπάτη. ἀλήθεια παραγίνεται. ἴδε πῶς τὸ ἀγαθὸν πε-
πλήρωται, ὦ τέκνον, παραγινομένης τῆς ἀληθείας. φθόνος
γὰρ ἀφ' ἡμῶν ἀπέστη· τῇ δὲ ἀληθείᾳ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐπεγένετο
ἅμα ζωῇ καὶ φωτί· καὶ οὐκ ἔτι ἐπῆλθεν οὐδεμία τοῦ σκότους τι-
μωρία· ἀλλ' ἐξέπτησαν νικηθεῖσαι ῥοίζῳ. 10 Ἔγνωκας, ὦ τέκ- 10
νον, τῆς παλιγγενεσίας τὸν τρόπον. τῆς δεκάδος παραγινομένης,
ὦ τέκνον, συνετέθη νοερὰ γένεσις, καὶ τὴν δωδεκάτην ἐξε-
λαύνει· καὶ ἐθεωρήθημεν τῇ γενέσει. Ὅστις οὖν ἔτυχε κατὰ τὸ ἔ-
λεος τῆς κατὰ θεὸν γενέσεως, τὴν σωματικὴν αἴσθησιν κατα-
λιπὼν, ἑαυτὸν γνωρίζει ἐκ τούτων συνιστάμενος, καὶ εὐφραί-
νεται ἀκλινὴς γενόμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ. ὦ πάτερ, φαντάζομαι
οὐχ ὁράσει ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ τῇ διὰ δυνάμεων νοητικῇ ἐνερ-
γείᾳ. ἐν οὐρανῷ εἰμὶ, ἐν γῇ, ἐν ὕδατι, ἐν ἀέρι, ἐν ζώοις εἰμὶ, ἐν
φυτοῖς, ἐν γαστρὶ, πρὸ γαστρὸς, μετὰ γαστέρα πανταχοῦ. 11 Ἀλλ' 11
ἔτι τοῦτό μοι εἰπὲ, πῶς αἱ τιμωρίαι τοῦ σκότους οὖσαι ἀριθμῷ
δώδεκα, ὑπὸ δέκα δυνάμεων ἀπωθοῦνται. τίς ὁ τρόπος, ὦ
Τρισμέγιστε. Τὸ σκῆνος τοῦτο, ὦ τέκνον, ὃ διεξεληλύθαμεν,
ἐκ τοῦ ζωοφόρου κύκλου συνέστη, καὶ τούτου συνεστῶτος, ἐξ ἀριθ-
μῶν δώδεκα ὄντων τὸν ἀριθμὸν, φύσεως μιᾶς παντομόρφου ἰ-
δέας. 12 Εἰς πλάνην τοῦ ἀνθρώπου διαζυγαὶ ἐν αὐταῖς εἰσὶν, ὦ τέκνον, ἡνωμέναι ἐν τῇ πράξει. ἀχώριστος ἐστὶν ἡ 12
προπέτεια τῆς ὀργῆς· εἰσὶ δὲ καὶ ἀδιόριστοι. εἰκότως οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, τὴν ἀπόστασιν ποιοῦνται, καθάπερ καὶ
ἀπὸ δέκα δυνάμεων ἐλαυνόμεναι, τουτέστιν ἀπὸ τῆς δεκάδος. ἡ γὰρ δεκάς, ὦ τέκνον, ἐστὶ ψυχογόνος. ζωὴ δὲ καὶ φῶς
ἡνωμέναι

conoex æ sunt, quando vnitatis numerus natus est à spiritu.
Iure itaque vnitas denarium habet, ac denarius vnitatem.
13 13 Omne video, Pater, ac in mente meipsum. Is est rena-
scendi habitus, ô fili, non vltra in corpus triplici dimensio-
ne distans imaginari, propter hunc de regenerandi modo
sermonem, * in quem commentarium feci]. Ne totius v-
niuersi calumniatores in vulgus habeamur, ad quos ipse
14 Deus hæc non vult prodire. 14 Fare mihi, ô Pater. Hoc
corpus quod ex potentiis constat, solutionem ne quon-
dam patietur? Melius ominare, & quæ fieri non possunt,
ne proferas. Quandoquidem peccares, & mentis tuæ ocu-
lus fieret impius. Hoc sensibile naturæ corpus, eminus est
ab essentiali generatione. Hoc etenim dissolubile, illud ve-
ro indissolubile, hoc mortale, illud immortale. Ignoras
15 quod natura Deus es, ac vnius filius, atque ego. 15 Opta-
rem, ô Pater, per hymnum, benedictionem potentiarum,
quam in octonario me nato dicebas audire. Quemadmo-
dum octonario Pimandras vaticinatus est, ô fili, fauste ta-
bernaculi solutionem properas, nempe purgatus. Piman-
dras enim qui per se est Mens, non plura mihi quam scripta
sunt tradidit, percipiens quod à meipso omnia intelligere
possim, *ac quæ cupiam audire, videreque cuncta; & ille
pulchra me facere iussit]. Quocirca virtutes quæ in me
16 sunt, in omnibus concinunt. 16 Volo, pater, audire atque
hæc intelligere cupio. Sile, ô fili, & compositam nunc be-
nedictionem ausculta, renascendi hymnum: quem in-
consulte in lucem sic promere non censui; nisi tibi in fi-
ne totius. Quare hoc non edocetur, quinimo in sileo-
tio delitescit. Sic itaque, ô fili, in loco subdiuali stans, au-
strum ventum aspectans, circa Solis occumbentis lapsum,
adora. Haud secus & redeunte Sole, ad subsolanum. O fili,
itaque quiesce,

οὕτως ἡνωμέναι εἰσὶν, ἔνθα ὁ τῆς δεκάδος ἀριθμὸς πέφυκε τοῦ πνεύ-
ματος. ἡ ἑνὰς οὖν κατὰ λόγον τὴν δεκάδα ἔχει, καὶ ἡ δεκὰς τὴν
ἑνάδα. 13 Πάτερ τὸ πᾶν ὁρῶ, καὶ ἐμαυτὸν ἐν τῷ νοΐ. Αὕτη ἐστὶν 13
ἡ παλιγγενεσία, ὦ τέκνον, τὸ μηκέτι φαντάζεσθαι εἰς τὸ σῶμα
τὸ τριχῇ διαστατὸν, διὰ τὸν λόγον τοῦτον τὸν περὶ τῆς παλιγ-
γενεσίας, εἰς ὃν ὑπεμνηματισάμην, ἵνα μὴ ὦμεν διάβολοι
τοῦ παντὸς εἰς τοὺς πολλοὺς, εἰς οὓς † αὐτὸς ὁ θεὸς θέλει. 14 Εἰ- † αὐτός
πέ μοι, ὦ πάτερ, σῶμα τοῦτο τὸ ἐκ δυνάμεων συνεστὸς λύσιν 14
ἴσχει ποτέ; Εὐφήμησον, καὶ μὴ ἀδύνατα φθέγγου. ἐπεὶ ἁμαρ-
τήσεις, καὶ ἀσεβηθήσεταί σου ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ νοῦ. τὸ αἰσθητὸν τῆς
φύσεως σῶμα, πόρρωθέν ἐστι τῆς οὐσιώδους γενέσεως. τὸ μὲν γάρ
ἐστι διαλυτὸν, τὸ δὲ ἀδιάλυτον· καὶ τὸ μὲν θνητὸν, τὸ δὲ ἀθά-
νατον. ἀγνοεῖς ὅτι θεὸς πέφυκας, καὶ τοῦ ἑνὸς παῖς, ὃ κἀγώ. 15 Ἐ-
βουλόμην, ὦ πάτερ, τὴν διὰ τοῦ ὕμνου εὐλογίαν, ἣν ἔφης ἐπὶ 15
τὴν ὀγδοάδα γενομένου μου ἀκοῦσαι τῶν δυνάμεων. Καθὼς
ὀγδοάδα ὁ Ποιμάνδρης ἐθέσπισε τέκνον, καλῶς σπεύδεις
λῦσαι τὸ σκῆνος, κεκαθαρμένος γάρ. ὁ Ποιμάνδρης, ὁ τῆς
αὐθεντίας νοῦς, πλέον μοι τῶν ἐγγεγραμμένων οὐ παρέδωκεν, εἰ-
δὼς ὅτι ἀπ' ἐμαυτοῦ δυνήσομαι πάντα νοεῖν, καὶ ἀκούειν ὧν βού-
λομαι, καὶ ὁρᾶν τὰ πάντα, καὶ ἐπέτρεψέ μοι ἐκεῖνος ποιεῖν τὰ
καλά. διὸ καὶ ἐν πᾶσιν καὶ αἱ δυνάμεις αἱ ἐν ἐμοὶ ᾄδουσι.
16 Θέλω πάτερ ἀκοῦσαι, καὶ βούλομαι ταῦτα νοῆσαι. Ἡσύχα- 16
σον, ὦ τέκνον, καὶ τῆς ἁρμοζούσης νῦν ἄκουε εὐλογίας, τὸν ὕμνον τῆς
παλιγγενεσίας, ὃν οὐκ ἔκρινα οὕτως ἐκφάναι εὐκόλως, εἰ μὴ
σοὶ ἐπὶ τέλει τοῦ παντός. ὅθεν τοῦτο οὐ διδάσκεται, ἀλλὰ κρύπτε-
ται ἐν σιγῇ. οὕτως οὖν, ὦ τέκνον, † στὰς ἐν ὑπαιθρίῳ τόπῳ, νότῳ † πῶς,
ἀνέμῳ ἀποβλέπων, περὶ καταφορὰν ἡλίου δύνοντος προσ-
κύνει, ὁμοίως καὶ ἀνιόντος πρὸς ἀπηλιώτην. ἡσύχασον οὖν, ὦ
τέκνον.

CANTIO ARCANA.

17 17 Omnis mundi natura hymni auditum excipiat. Disseca-
re Terra. Perfringatur omnis pluuiæ vectis. Arbores ne
tremite. Cantaturus sum fabricæ dominum, & omne ac v-
num. Perrumpimini cœli. Quiescite venti. Immortalis Dei
circulus meam precationem suscipiat. Omnia namque
construentem cantare debeo, eum qui Terram concreuit:
Cœlum appendit: ex oceano aquam dulcem * in terram
cultam & incultam] existere iussit, in alimentum & posses-
sionem cunctorum hominum. Qui ignem splendere in o-
mnem operationem Diis ac hominibus imperauit. Omnes
vna ipsi benedictionem præstemus in cœlis sublimi, vniuer-
sæ naturæ structori. Iste qui mentis est oculus, mearum po-
18 tentiarum benedictionem recipiat. 18 Quæ in me estis po-
tentiæ vnum & omne canite. Cum voluntate mea omnes
quæ in me estis virtutes concinite. Notitia sancta, à te illu-
stratus, lux intelligibilis per te psallens, in mentis iubilo læ-
tor. Potentiæ meæ cunctæ, vna mecum psallite. Tu quoque
temperantia mecum cane. Iustitia mea iustum per me can-
ta. Communio, quæ in me es, totum cane. Per me, ô Veri-
tas, veritatem cane. O Bonum, Bonum cane. O Vita, & lux
à nobis ad vos benedictio transcendit. O Pater, virtutum
efficacia, tibi gratias ago. O Deus, mearum efficaciarum
virtus, grates tibi rependo. Per me tuum verbum te psallit:
per me, ô Totum, verbo verborum sacrificium excipe.
19 19 Hæc quæ in me sunt potentiæ, vociferantur: te totum
concinunt, tuam voluntatem peragunt. Abs te tua volun-
tas ad te, ô Totum. A cunctis verborum hostiam suscipe.
Totum quod in nobis est, ô Vita, serua, ô lux illustra, ô spi-
ritus Deus. Tuum namque sermonem mens gubernat: ô
spiritus lator opifex. Tu es Deus. Hæc tuus homo, per i-
gnem, per aerem, per terram, per aquam, per spiritum,
per tua opera clamat. A tuo æuo benedictionem ade-
20 ptus sum. Quicquid vero quæram, voluntati tuæ me
reprimo. 20 O Pater, benedictionem hanc tuo arbi-
trio enunciari intuitus sum: eam quoque in meo mundo
locaui. In intelligibili dixeris, ô fili. In intelligibili dice-
re possum, ô Pater. A tua cantione tuaque benedictione
illustrata mens mea est. Cæterum opto pariter ego à
mente propria benedictionem Deo mittere. Ne incaute,
21 ô fili. 21 In mente, ô Pater. Quæ speculor ego Tat, tibi pro-
fero

ΥΜΝΩΔΙΑ ΚΡΥΠΤΗ.

17 ΠΑΣΑ φύσις κόσμου, προσδεχέσθω τοῦ ὕμνου τὴν ἀ- 17
κοήν. ἀνοίγηθι γῆ, ἀνοιγήτω μοι πᾶς μοχλὸς ὄμβρου. τὰ δέν-
δρα μὴ σείεσθε. ὑμνεῖν μέλλω τὸν τῆς κτίσεως κύριον, καὶ τὸ πᾶν,
καὶ τὸ ἕν. ἀνοίγητε οὐρανοί, ἄνεμοί τε στῆτε. ὁ κύκλος ὁ ἀθάνατος
τοῦ θεοῦ, προσδεξάσθω μου τὸν λόγον. μέλλω γὰρ ὑμνεῖν τὸν κτί-
σαντα πάντα. τὸν πήξαντα τὴν γῆν, καὶ οὐρανὸν κρεμάσαντα, καὶ
ἐπιτάξαντα ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ τὸ γλυκὺ ὕδωρ εἰς τὴν οἰκουμένην
καὶ ἀοίκητον ὑπάρχειν εἰς διατροφὴν καὶ κτῆσιν πάντων ἀν-
θρώπων· τὸν ἐπιτάξαντα πῦρ φανῆναι εἰς πᾶσαν πρᾶξιν
θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις. δῶμεν πάντες ὁμοῦ αὐτῷ τὴν εὐλογίαν
τῷ ἐπὶ τῶν οὐρανῶν μετεώρῳ, τῷ πάσης φύσεως κτίστῃ. οὗτός
ἐστιν ὁ τοῦ νοῦ ὀφθαλμός. καὶ δέξαιτο τῶν δυνάμεών μου τὴν εὐλο-
γίαν. 18 Αἱ δυνάμεις αἱ ἐν ἐμοὶ, ὑμνεῖτε τὸ ἓν, καὶ τὸ πᾶν. συν- 18
ᾄσατε τῷ θελήματί μου πᾶσαι αἱ ἐν ἐμοὶ δυνάμεις. γνῶσις
ἁγία, φωτισθεὶς ἀπὸ σοῦ, διὰ σοῦ τὸ νοητὸν φῶς ὑμνῶν, χαί-
ρω ἐν χαρᾷ νοῦ. πᾶσαι δυνάμεις ὑμνεῖτε σὺν ἐμοί. καὶ σύ μοι
ἐγκράτεια ὕμνει. δικαιοσύνη μου τὸ δίκαιον ὕμνει δι' ἐμοῦ. κοι-
νωνία ἡ ἐν ἐμοὶ τὸ πᾶν ὕμνει. δι' ἐμοῦ ὕμνει ἀλήθεια τὴν ἀλή-
θειαν. τὸ ἀγαθὸν ἀγαθὸν ὕμνει. ζωὴ καὶ φῶς, ἀφ' ἡμῶν εἰς ὑ-
μᾶς χωρεῖ ἡ εὐλογία. εὐχαριστῶ σοι πάτερ, ἐνέργεια τῶν δυ-
νάμεων. εὐχαριστῶ σοι θεέ, δύναμις τῶν ἐνεργειῶν μου. ὁ σὸς λό-
γος δι' ἐμοῦ ὑμνεῖ σε. δι' ἐμοῦ δέξαι τὸ πᾶν λόγῳ, λογικὴν
θυσίαν. 19 Ταῦτα βοῶσιν αἱ δυνάμεις αἱ ἐν ἐμοί. σὲ τὸ πᾶν 19
ὑμνοῦσι. τὸ σὸν θέλημα τελοῦσι. ἡ σὴ βουλὴ ἀπὸ σοῦ. ἐπὶ σὲ τὸ
πᾶν. δέξαι ἀπὸ πάντων λογικὴν θυσίαν. τὸ πᾶν τὸ ἐν ἡμῖν
σῶζε ζωή, φώτιζε φῶς. πνεῦμα θεέ. λόγον γὰρ τὸν σὸν ποιμαί-
νει ὁ νοῦς, πνευματοφόρε δημιουργέ. σὺ εἶ ὁ θεός. ὁ σὸς ἄνθρω-
πος ταῦτα βοᾷ διὰ πυρὸς, δι' ἀέρος, διὰ γῆς, διὰ ὕδατος,
διὰ πνεύματος, διὰ τῶν κτισμάτων σου. ἀπὸ σοῦ αἰῶνος
εὐλογίαν εὗρον, καὶ ὃ ζητῶ, βουλῇ τῇ σῇ ἀναπέπαυμαι. 20 Εἶ- 20
δον θελήματι τῷ σῷ τὴν εὐλογίαν ταύτην λεγομένην, ὦ πά-
τερ, τέθεικα καὶ ἐν κόσμῳ τῷ ἐμῷ. Ἐν τῷ νοητῷ λέγε τέκνον.
Ἐν τῷ νοητῷ, ὦ πάτερ, δύναμαι. ἐκ τοῦ σοῦ ὕμνου καὶ τῆς σῆς
εὐλογίας, ἐπιπεφώτισταί μου ὁ νοῦς. † πλέον θέλω κἀγὼ † πέμ-
πέμψαι ἐξ ἰδίας φρενὸς, εὐλογίαν τῷ θεῷ. Ὦ τέκνον,
μὴ ἀσκέπτως. 21 Ἐν τῷ νῷ, ὦ πάτερ. ἃ θεωρῶ λέ-
γω σοι

fero authori opificii generationis Deo, verborum hostias mitto. Tu Deus Pater, Tu Dominus, Tu Mens. Verbalia quæ vis à me suscipe. Te namque volente cuncta peraguntur. Tu, ô fili, Deo patri omnium acceptam oblationem mitte. * Verum, ô fili, per Verbum adde]. Tibi, ô Pater, gratias ago, qui me hæc volentem gratum habuens. Lætor, ô fili, te ex veritate fructum edidisse bona, immortalia quippe germina. Hoc à me edoctus virtutis, silentium profitere, nemini exponens, ô fili, regenerationis ritum, ne velut calumniatores habeamur. Affatim namque nostrum quisque studium impendit, ego dicens, tu vero audiens: teipsum intelligentia nosti, ac nostrum patrem.

γαι σοι γενάρχᾳ τῆς γενεσιουργίας Τὰτ θεῷ πέμπω λογικὰς θυσίας. θεὰ σὺ πάτερ, σὺ ὁ κύριος, σὺ ὁ νοῦς· δέξαι λογικὰς ἃς θέλεις ἀπ' ἐμοῦ. σοῦ γὰρ βουλομένου πάντα τελεῖται. Σὺ, ὦ τέκνον, πέμψον δεκτὴν θυσίαν τῷ πάντων πατρὶ θεῷ. ἀλλὰ καὶ προσθὲς, ὦ τέκνον, διὰ τοῦ λόγου. Εὐχαριστῶ σοι πάτερ ταῦτά μοι αἰνεῖν εὐξαμένῳ. Χαίρω τέκνον, καρποφορήσαντος ἐκ τῆς ἀληθείας τὰ ἀγαθὰ, τὰ ἀθάνατα γεννήματα. τοῦτο μαθὼν παρ' ἐμοῦ τῆς ἀρετῆς σιγὴν † ἐπάγγειλαι μηδενὶ τέκνον ἐκφαίνων τῆς παλιγγενεσίας τὴν παράδοσιν, ἵνα μὴ ὡς διάβολοι λογισθῶμεν. ἱκανῶς γὰρ ἕκαστος ἡμῶν ἐπεμελήθη ἐγώ τε ὁ λέγων, σύ τε ὁ ἀκούων. νοερῶς ἔγνως σεαυτὸν, καὶ τὸν πατέρα τὸν ἡμέτερον.

† ἐπάγγελαι

MERCVRII TRISMEGISTI, ÆSCVLAPIO, BENE SAPERE,

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

1 QVandoquidem filius meus Tat, cum abesses,
eorum quæ sunt, naturam ediscere cupiuit:
cunctari vero me non passus est, * tanquam
filius [&] iunior nouissime prodiens ad vniuscuiusque
noticiam, plura dicere sustinui, vt illi
intellectu facilis fieret speculatio. Tibi vero potissima eorum
quæ dicta sunt capita deligens, paucis scribere volui, ipsa
magis occultius explicans, vtpote tanto ac naturæ scientissimo.
2 An omnia quæ apparent facta sint & fiant.
2 Nam quæ fiunt non à se quinetiam ab alio fiunt. Plura autem
sunt facta. Omnia potissimum quæ apparent, & cuncta
discrepantia ac non similia. Quæ autem fiunt ab alio
fiunt. Est quispiam hæc efficiens, & hic ingenitus, vt iis quæ
facta sunt senior existat. Nam facta ab alio fieri dico. Eorum
autem quæ facta sunt, nihil antiquius omnibus esse
3 potest, quam solus ingenitus. 3 Hic autem potentior & vnus
ac solus omnia sciens extat, tanquam nihil antiquius
habens, prælucet enim, tum frequentia, tum & amplitudine,
ac genitorum discrepantia, & operationis assiduitate.
Genita sane aspectui subduntur, ipse vero conspici non potest.
Hac namque de causa efficit, vt videri non possit: semper
vtique facit. Visui itaque non subest. Sic patet intelligere,
& intelligentem admirari, ac admirantem seipsum
beatum censere, Patrem cognoscentem. 4 Quid namque
4 ingenuo patre dulcius. Quis igitur est hic, & quanam arte
ipsum cognoscemus: Num huic solum Dei nomenclaturam
ascribere æquum est, aut factoris, aut Patris, aut equidem
horum trium. Deum quidem ob potentiam, factorem
autem ob efficaciam, Patrem vero propter bonum. Potentia
quidem à genitis discrepat: efficacia vero in eo quod omnia
fiunt habetur. Quocirca loquacitatem & vaniloquium
propulsantes, duo hæc considerare decet, factum
scilicet & faciens. nam horum medium nullum est, nec tertium
5 quicquam. 5 Idcirco cuncta cognoscens, & cuncta
audiens, duorum horum reminiscere, atque hæc arbitrare
omnia esse, nihil in ambiguo constituens, supernorum aut
infernorum, diuinorum aut mutabilium, vel eorum quæ
in penetrali sunt. Duo namque omnia existunt, factum videlicet
& faciens. Alterum autem ab altero secerni non
potest. Neque etenim faciens sine facto esse potest. Vtrumque
enim ipsorum hoc ipsum est. Quapropter nõ est quod
6 alterum ab altero distrahatur, ast ipsum in seipso est. 6 Si
quidem faciens nil aliud est ab eo quod solum facit, simplex
& inconstructum facere hoc sibi idem necessarium est,
cui facientis generatio est ipsum efficiens. Et omne quod
fit, à se factum esse non potest. Nam quod fit, ab alio fieri
necesse est. Absque faciente enim factum nec fit, nec est.
Nam alterum sine altero peculiarem naturam absumit, alterius
spoliatione. Atqui si duo in confesso fuerint, quod fit
& quod efficit vnum sunt vnitate. Vnum quidem antecedens,
aliud vero consequens. Antecedens quidem Deus efficiens,
consequens vero id quod factum est qualequunque
7 fit. 7 Ac propter eorum quæ facta sunt varietatem tibi
consule, veritusque Deo abiectionem & gloriæ contemptum

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ,

ἀσκληπιῷ εὖ φρονεῖν.

ΕΠεὶ ὁ υἱός μου Τὰτ, ἀπόντος σου τὴν τῶν ὄν- 1
των ἠθέλησε φύσιν μαθεῖν, ὑπερτίθεσθαι δὲ
μοι οὐκ ἐπέτρεπεν, ὡς υἱὸς καὶ νεώτερος ἄρτι
παρελθὼν ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῶν περὶ ἑνὸς ἑκάστου,
ἠναγκάσθην πλείονα εἰπεῖν, ὅπως εὐπαρακολούθητος
αὐτῷ γένηται ἡ θεωρία. σοὶ δὲ ἐγὼ τῶν λεχθέντων τὰ κυριώτα-
τα κεφάλαια ἐκλεξάμενος. δι' ὀλίγων ἠθέλησα ἐπιστεῖλαι,
μυστικώτερον αὐτὰ ἑρμηνεύσας, ὡς ἂν τηλικούτῳ καὶ ἐπι-
στήμονι τῆς φύσεως. 2 Εἰ τὰ φαινόμενα πάντα γέγονε καὶ γί- 2
νεται· τὰ δὲ γενητὰ οὐχ ὑφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρου γίνεται·
πολλὰ δὲ γενητὰ· μᾶλλον δὲ πάντα τὰ φαινόμενα καὶ πάντα τὰ
διάφορα, καὶ οὐχ ὅμοια· γίνεται δὲ ὑφ' ἑτέρου τὰ γινόμενα·
ἔστι τις ὁ ταῦτα ποιῶν, καὶ οὗτος ἀγέννητος, ἵν' ᾖ πρεσβύτε-
ρος τῶν γενητῶν. τὰ γὰρ γενητὰ φημὶ ὑφ' ἑτέρου γίνεσθαι· τῶν
δὲ γενητῶν ὄντων ἀδύνατόν τι πρεσβύτερον πάντων εἶναι, ἢ μό-
νον τὸ ἀγέννητον. 3 Οὗτος δὲ κρείττων, καὶ εἷς, καὶ μόνος ὄντως 3
σοφὸς τὰ πάντα, ὡς μὴ ἔχων μηδὲν πρεσβύτερον· ἄρχει γὰρ
καὶ τῷ πλήθει, καὶ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ διαφορᾷ τῶν γενο-
μένων, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς ποιήσεως. ἔπειτα δὲ τὰ γενητὰ
ὁρώμενά ἐστι, ἐκεῖνος δὲ ἀόρατος. διὰ τοῦτο γὰρ ποιεῖ, ἵνα
ἀόρατος ᾖ. ἀεὶ οὖν ποιεῖ. ἀόρατος τοίνυν ἐστίν. οὕτως αὐτὸν
ἔστι νοῆσαι, καὶ νοήσαντα θαυμάσαι, καὶ θαυμάσαντα ἑαυτὸν
μακαρίσαι, τὸν πατρικὸν γνωρίσαντα. 4 Τί γὰρ γλυκύτερον 4
πατρὸς γνησίου. τίς οὖν ἐστιν οὗτος, καὶ πῶς αὐτὸν γνωρίσομεν.
ἢ τούτῳ τὴν τοῦ θεοῦ προσηγορίαν μόνον δίκαιον ἀνακεῖσθαι, † μο.
ἢ τὴν τοῦ ποιητοῦ, ἢ τὴν τοῦ πατρός. ἢ καὶ τὰς τρεῖς. θεὸν μὲν,
διὰ τὴν δύναμιν· ποιητὴν δὲ, διὰ τὴν ἐνέργειαν· πατέρα δὲ,
διὰ τὸ ἀγαθόν. δύναμις γάρ ἐστι διάφορος τῶν γενομένων·
ἐνέργεια δὲ, ἐν τῷ πάντα γίνεσθαι. διὸ τῆς πολυλογίας καὶ
ματαιολογίας ἀπαλλαγέντας χρὴ νοεῖν δύο ταῦτα, τὸ γινό-
μενον καὶ τὸν ποιοῦντα. μέσον γὰρ τούτων οὐδὲν, οὐδὲ τρίτον τι.
5 Πάντα οὖν νοῶν, καὶ πάντα ἀκούων, τῶν δύο τούτων μέμνησο. 5
καὶ ταῦτα εἶναι νόμιζε τὰ πάντα, μηδὲν ἐν ἀπορίᾳ τιθέ-
μενος, μήτε τῶν ἄνω, μήτε τῶν κάτω, μήτε τῶν θείων, μήτε τῶν με-
ταβλητῶν, ἢ τῶν ἐν μυχῷ. δύο γάρ ἐστι τὰ πάντα, τὸ γινό-
μενον καὶ τὸ ποιοῦν· καὶ διαστῆναι τὸ ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου ἀδύ-
νατον. οὔτε γὰρ τὸν ποιοῦντα χωρὶς τοῦ γινομένου δυνατόν ἐστιν εἶναι. ἑκά-
τερος γὰρ αὐτῶν, αὐτὸ τοῦτό ἐστι· διὸ οὐκ ἔστι τὸ ἕτερον τοῦ ἑ-
τέρου χωρισθῆναι, ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτοῦ. 6 Εἰ γὰρ ὁ ποιῶν ἄλλο οὐ- 6
δέν ἐστιν, ἢ τὸ ποιοῦν μόνον, ἁπλοῦν, ἀσύνθετον, ποιεῖν ἀνά-
γκη τοῦτο αὐτὸ ἑαυτῷ, ᾧ γένεσίς ἐστι τὸ ποιεῖν τοῦ ποιοῦντος· καὶ
πᾶν τὸ γινόμενον, ἀδύνατον ὑφ' ἑαυτοῦ γινόμενον εἶναι. γινό-
μενον δὲ ὑφ' ἑτέρου ἀνάγκη γίνεσθαι. τοῦ δὲ ποιοῦντος ἄνευ τὸ
γενητὸν, οὔτε γίνεται, οὔτε ἐστί. τὸ γὰρ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἄνευ, ἀ-
πώλεσε τὴν ἰδίαν φύσιν, στερήσει τοῦ ἑτέρου. εἰ τοίνυν δύο
ὡμολόγηται, τὸ γινόμενον καὶ τὸ ποιοῦν, ἕν ἐστι τῇ ἑνώ-
σει, τὸ μὲν προηγούμενον, τὸ δὲ ἑπόμενον· προηγούμε-
νον μὲν, ὁ ποιῶν θεός· ἑπόμενον δὲ, τὸ γινόμενον ὁποῖον
ἂν ᾖ. 7 Καὶ μὴ διὰ τὴν ποικιλίαν τῶν γινομένων φυ- 7
λάξῃ ὁ φοβούμενος μὴ ταπεινότητα, καὶ ἀδοξίαν τῷ θεῷ
περιά

ptum imponas. Vna etenim est ipsi gloria, Omnia nempe facere. Et hoc est velut Dei corpus, factio. Operanti autem ipsi, nihil malum, nihil æstimatur obscœnum. Hæ namque passiones sunt generationis comites, tanquam æris ærugo, ac corporis sordes. Non tamen æruginem faber fecit, neque sordes effector produxit, neque malitiam Deus. Quinetiam generationis perseuerantia, quasi turgescere facit. Quapropter Deus mutationem condidit, velut genera-
8 tionis purgationem. 8 Sub hæc, cum eidem pictori Cœlum, Deos, Terram, Mare, Homines, ac cuncta anima & ratione destituta facere concedatur. Deus autem hæc efficere non poterit? O dementiam multam, & eorum quæ Dei sunt ignorantiam. Nam quidpiam omnium absurdissimum tales patiuntur. Quum enim Deum se benedicere profitentur, in hoc quod omnium structuram ipsi non ascribant, neque Deum intuentur, in eum autem non aspicientes, maxima contra eum impie gerunt, passionem ipsi imponentes, arrogantiam quidem aut impotentiam (nam si cuncta non efficit, aut arrogans est, aut impotens) quod im-
9 pium est. 9 Deus enim vnam tantum passionem habet, Bonum. Bonus autem neque arrogans neque impotens est. Hoc namque Deus est, Bonum autem est omnia construendi vniuersa potestas. Omne autem factum à Deo factum est, quod ad Bonum spectat, & ad eum qui cuncta facere potis est. Conspice quonam modo is operatur, ac quomodo genita fiant. Quod si edoceri cupias: tibi conceditur pulcherrimam ac simillimam imaginem videre. Speculare semen in terram demittentem colonum, tum frumentum, tum hordeum, vel aliud quoduis semen. Conspice ipsum vitem inserentem, malum, ac alias arbores. Ita Deus in cœlo quidem immortalitatem seminat, in terra vero mutationem. In vniuerso autem vitam & motum. Hæc quidem haud multa sunt, quinimo perpauca & numeratu facilia. Vniuersa namque quatuor sunt, & ipse Deus ac generatio, in quibus quæ sunt, existunt.

EX IOANNIS STOBÆI COLLECTANEIS. MERCVRII, EX IIS QVÆ ad Tat,

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

1 DE veritate, ô Tat, non potest homo (animal imperfectum imperfectis membris constructum ac multis & alienis corporibus.) tabernaculum constans audacter dici. Quod autem esse potest, & iustum est, hoc dico veritatem esse, in solis perpetuis corporibus: quorum ipsa corpora vera sunt. Ignis ipse ignis tantum, nihil que aliud. Terra ipsa terra, ac nil aliud. Aer ipse aer. Nostra autem corpora, ex his cunctis constituta sunt. habent autem ignis, habent terræ, habent aquæ & aeris aliquid, & nec ignis nec terra, nec aqua, nec
2 aer sunt, nec verum quicquam. 2 Si autem nostri constitutio initium veritatem non adepta sit, quanam arte potest videri aut dici veritas, at intelligi tantum si Deo libuerit? Omnia itaque, ô Tat, quæ in terra sunt, non equidem veritas sunt, sed veritatis simulacra, ac non omnia, quinimo pauca hæc: cætera vero mendacium sunt & dolus, ô Tat, ac imagi-
3 nationis opiniones, effigierum instar composita. 3 Cum vero è sublimi imaginatio influxum habuerit, tum fit imitatio veritatis. Nam semota superna efficacia, mendacium relinquitur. Et velut imago picturæ quidem corpora indicat, ipsa tamen iuxta eius quod spectatur imaginem corpus non est: & oculos quidem videtur habere & aures: videt autem nihil, ac nihil penitus audit. Habet insuper reliqua omnia pictura, sed commenta sunt intuentium visus frustrantia, qui tamen veritatem intueri putant, quum procul
4 dubio mendacia sint. 4 Nam quicunque mendacium non vident, veritatem vident. Si itaque singula horum ita cognoscamus, & cernamus, vti sunt: vera intelligimus & videmus: si autem præter id quod est: nihil verum intelligemus, aut ediscemus. Est ne igitur, ô Pater, in terra veritas? Non incaute deciperis, ô fili. Nam veritas, ô Tat, in terra non est, ne quidem fuisse potest. De veritate autem aliquos homines

περιάψῃς. μία γάρ ἐστιν αὐτῷ δόξα, τὸ ποιεῖν τὰ πάντα· καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ θεοῦ ὥσπερ σῶμα, ἡ ποίησις. αὐτῷ δὲ τῷ ποιοῦντι, οὐδὲν κακὸν, οὐδ᾽ αἰσχρὸν νομιζόμενον. ταῦτα γάρ ἐστι τὰ πάθη τὰ τῇ γενέσει παρεπόμενα, ὥσπερ ἰὸς τῷ χαλκῷ, καὶ ὁ ῥύπος τῷ σώματι· ἀλλ᾽ οὔτε τὸν ἰὸν ὁ χαλκουργὸς ἐποίησεν, οὔτε τὸν ῥύπον ὁ ποιητὴς γεγέννηκεν, οὔτε τὴν κακίαν ὁ θεός· ἡ δὲ τῆς γενέσεως διαμονὴ, καθάπερ ἐξανθεῖν ποιεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ἐποίησε τὴν μεταβολὴν ὁ θεὸς, ὥσπερ ἀνακάθαρσιν τῆς γενέσεως. 8 Εἶτα 8
τῷ μὲν αὐτῷ ζωγράφῳ ἔξεστι καὶ οὐρανὸν ποιῆσαι, καὶ θεοὺς, καὶ γῆν, καὶ θάλασσαν, καὶ ἀνθρώπους, καὶ τὰ ἄλογα πάντα, καὶ τὰ ἄψυχα. τῷ δὲ θεῷ ἀδύνατον ταῦτα ποιεῖν; ὢ τῆς πολλῆς ἀνοίας καὶ ἀγνωσίας, τῆς περὶ τὸν θεόν· τὸ γὰρ πάντων καινότατον πάσχουσιν οἱ τοιοῦτοι. τὸν γὰρ θεὸν φάσκοντες εὐλογεῖν, τῷ μὴ τὴν τῶν πάντων ποίησιν αὐτῷ ἀνατιθέναι, οὔτε τὸν θεὸν οἴδασι. πρὸς δὲ τῷ μὴ εἰδέναι, καὶ τὰ μέγιστα εἰς αὐτὸν ἀσεβοῦσι, πάθη αὐτῷ περιτιθέντες ὑπερηφανίαν ἢ ἀδυναμίαν. εἰ μὴ γὰρ πάντα ποιεῖ, ἢ ὑπερήφανος ὢν οὐ ποιεῖ, ἢ μὴ δυνάμενος, ὅπερ ἐστὶν ἀσεβές. 9 Ὁ γὰρ θεὸς ἓν μόνον πάθος ἔχει, τὸ ἀ- 9
γαθόν· ὁ δὲ ἀγαθὸς, οὔτε ὑπερήφανος, οὔτε ἀδύνατος. τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ θεός. τὸ γὰρ ἀγαθὸν, ἡ πᾶσα δύναμις τοῦ ποιεῖν τὰ πάντα. πᾶν δὲ τὸ γεννητὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ γέγονεν, ὅπερ ἐστὶ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τοῦ τὰ πάντα δυναμένου ποιεῖν. ἴδε πῶς μὲν αὐτὸς ποιεῖ, πῶς δὲ τὰ γινόμενα γίνεται. καὶ εἰ βούλει μαθεῖν, ἔξεστί σοι ἰδεῖν εἰκόνα καλλίστην καὶ ὁμοιοτάτην. ἴδε γεωργὸν σπέρμα καταβάλλοντα εἰς γῆν, ὅπου μὲν πυρὸν, ὅπου δὲ κριθὴν, ὅπου δὲ ἄλλο τι τῶν σπερμάτων. ἴδε τὸν αὐτὸν ἄμπελον φυτεύοντα, καὶ μηλέαν, καὶ τὰ ἄλλα τῶν δένδρων. οὕτως ὁ θεὸς, ἐν μὲν οὐρανῷ ἀθανασίαν σπείρει, ἐν δὲ γῇ, μεταβολὴν, ἐν δὲ τῷ παντὶ ζωὴν καὶ κίνησιν. ταῦτα δὲ οὐ πολλά ἐστιν, ἀλλ᾽ ὀλίγα καὶ εὐαρίθμητα. τὰ γὰρ πάντα τέσσαρά ἐστι, καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς, καὶ ἡ γένεσις, ἐν οἷς τὰ ὄντα ἐστίν.

ΕΚ ΤΩΝ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΣΤΟβαίου ἐκλογῶν. Ἑρμοῦ ἐκ τῶν πρὸς Τάτ.

Περὶ ἀληθείας, ὦ Τάτ, οὐκ ἔστι δυνατὸν ἄνθρωπον ὄντα, ζῷον ἀτελὲς, ἐξ ἀτελῶν συγκείμενον μελῶν, καὶ ἐξ ἀλλοτρίων σωμάτων καὶ πολλῶν τὸ σκῆνος συνεστὸς, τολμῆσαι εἰπεῖν. ὃ δ᾽ ἔστι δυνατὸν ἢ δίκαιον, τοῦτό φημι, ἀλήθειαν εἶναι ἐν μόνοις τοῖς ἀϊδίοις σώμασιν, ὧν καὶ τὰ σώματα αὐτὰ ἀληθῆ ἐστι· πῦρ αὐτὸ πῦρ μόνον, καὶ οὐδὲν ἄλλο· γῆ αὐτὴ γῆ, καὶ οὐδὲν ἄλλο· ἀὴρ αὐτὸ ἀήρ. τὰ δὲ ἡμέτερα σώματα, ἐκ πάντων τούτων συνέστηκεν. ἔχει μὲν γὰρ πυρὸς, ἔχει δὲ καὶ γῆς, ἔχει καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος· καὶ οὔτε πῦρ ἐστιν, οὔτε γῆ, οὔτε ὕδωρ, οὔτε ἀὴρ, οὔτε οὐδὲν ἀληθές. 2 Εἰ δὲ ἐν τῇ ἀρ- 2
χῇ οὐδὲ ἡ σύστασις ἡμῶν ἔσχε τὴν ἀλήθειαν, πῶς ἂν δύναιτο ἀλήθειαν ἢ ἰδεῖν ἢ εἰπεῖν; νοῆσαι δὲ μόνον, ἐὰν ὁ θεὸς θέλῃ. πάντα οὖν, ὦ Τάτ, τὰ ἐπὶ γῆς, ἀλήθεια μὲν οὐκ ἔστι, τῆς δὲ ἀληθείας μιμήματα· καὶ οὐ πάντα, ὀλίγα δὲ ταῦτα. ἄλλα δὲ ψεῦδος καὶ πλάνος, ὦ Τάτ, καὶ δόξαι φαντασίας, καθάπερ εἰκόνες συνεστῶτα. 3 Ὅταν δὲ ἄνωθεν τὴν ἐπίρροιαν 3
ἔχῃ ἡ φαντασία, τῆς ἀληθείας γίγνεται μίμησις· χωρὶς δὲ τῆς ἄνωθεν ἐνεργείας, ψεῦδος καταλείπεται· καθάπερ καὶ ἡ εἰκὼν, τὸ μὲν σῶμα τῆς γραφῆς ἐνδείκνυσιν, αὐτὴ δὲ οὐκ ἔστι σῶμα κατὰ τὴν φαντασίαν τοῦ ὁρωμένου· καὶ ὀφθαλμοὺς μὲν ὁρᾶται ἔχουσα, βλέπει δὲ οὐδέν. καὶ ὦτα, ἀκούει δὲ οὐδὲ ὅλως. καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἔχει ἡ γραφή· ψευδῆ δέ ἐστι, τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις ἐξαπατῶντα, τῶν μὲν δοκούντων ἀλήθειαν ὁρᾶν, τῶν δὲ ὡς ἀληθῶς ὄντων ψευδῶν. 4 Ὅσοι μὲν οὖν οὐ ψεῦδος ὁρῶσιν, 4
ἀλήθειαν ὁρῶσιν. ἐὰν οὖν ἕκαστον τούτων οὕτω νοῶμεν, ἢ ὁρῶμεν, ὡς ἔστιν, ἀληθῆ καὶ νοοῦμεν καὶ ὁρῶμεν. ἐὰν δὲ παρὰ τὸ ὄν, οὐδὲν ἀληθὲς, οὔτε νοήσομεν οὔτε εἰσόμεθα. Ἔστιν οὖν, πάτερ, ἀλήθεια καὶ ἐν τῇ γῇ; Καὶ οὐκ ἀσκόπως σφάλλῃ, ὦ τέκνον. ἀλήθεια μὲν οὐδαμῶς ἐστιν ἐν τῇ γῇ, ὦ Τάτ. οὔτε γὰρ γενέσθαι δύναται. περὶ δὲ ἀληθείας νοεῖν ἐνίους τῶν ἀνθρώπων,

nes intelligere, quib. speculatiuã Deus facultatẽ præstiterit,
5 factũ esse. 5 Hoc modo verum non est in terra, cogitatu aut
loquutione: quinimo veræ menti & rationi omnia imagi-
nationes sunt ac opiniones. Non itaque vera dicere aut co-
gitare hoc veritatem appellare decet. Quid ergo? Quę sunt,
cogitare & dicere conuenit. Sed in terra nihil verum est.
Nos quicquam verum nescire, hoc verum est. Hic, ô fili,
quomodo esse potest? Nimirum veritas perfectissima vir-
tus est, ipsum supremum bonum, quod à materia non tur-
batum est, neque corpore circunseptum, nudum, splendi-
dum, immotum, augustum, immutabile, Bonum. Quæ au-
tem hic degunt, ô fili, qualia videri possunt Boni huiusce
capacia? nempe corrumpenda, patibilia, dissolubilia, muta-
6 bilia, alterationi dedita, alia ex aliis effecta. 6 Quæ itaque
nec erga seipsa vera sunt, quanam arte vera esse possunt? O-
mne nanque quod alteratur commentum est: non enim in
eo, quod est, permanet. Quinetiam se conuertens imagina-
tiones alias ac alias nobis profert. Neque homo verus est,
ô Pater? Quatenus homo, ô fili, verus non est. Verum ete-
nim est, quod ex se tantum constitutionem habet, & quale
est, per se manens. Homo vero ex multis constat, nec in se
manet. Variatur autem & mutatur ab ætate in ætatem, & à
specie in speciem. Hæc autem, cum est in tabernaculo. Ac
plures pauco interiecto tempore filios non nouerunt. Nec
rursus itidem filii genitores. Quod igitur sic variatur vt co-
gnitum non sit, verum ne esse potest, ô Tat? Non, quinẽ
diuerso, vanitas est, in variis imaginationum mutationi-
7 bus existens. 7 Tu quidem id verum esse considera, quod
permanet, ac iustum est. Homo autem non semper extat:
non igitur verum quicquam est. Quinimo imaginatio quæ-
dam est homo. Imaginatio quippe supremum est menda-
cium. Neque igitur hæc, ô Pater, perpetua corpora, quan-
doquidem mutantur, vera sunt? Quicquid sane factum &
mutabile est, verum non est. Quæ autem à progenitore fa-
cta sunt, veram materiam possunt habuisse. Veruntamen &
hæc aliquid mendacii in mutatione habent. Nam nihil ve-
rum est, quod in se non permanet. Verum, ô Pater: Quid i-
taque dicet aliquis Solem esse, vnicum præter cætera cun-
cta non mutabilem, quinetiam in seipso permanentem?
Veritatem. Quocirca omnium quæ in mundo sunt artifi-
cium ipsi soli creditum est, omnium duci, ac omnia effi-
cienti, quem veneror & veritatem eius adoro, & post v-
8 num ac primum, hunc opificem agnosco. 8 Quæ erit ergo
prima veritas, ô Pater? Vnus ac solus, ô Tat, qui ex materia
non est, non in corpore, non coloratur, non figuratur, non
voluitur, non alius fit, semper existens. Mendacium autem,
ô fili, abrogatur. Hæc autem quæ in terra sunt, corruptio
detinet ac circundat, ac veri prouisio circumuoluet. Nam
absque corruptione ne generatio quidem constare potest.
Omnem etenim generationem corruptio sequitur, vt de-
nuo fiat. Genita namque ex corruptis necesse fiunt. Et quæ
fiunt corrumpi necessum est, ne eorum quæ sunt generatio
9 cesset. 9 Primum igitur operatorem in generationem eo-
rum, quæ sunt, agnosce. Quæ vtique ex corruptione fiunt,
mendacia sunt. Vt quæ nunc alia, quandoque alia fiunt.
Nam eadem fieri non possunt. Quod autem idem non est,
qui verum erit? Imaginationes itaque hæc dicere decet, ô
fili. siquidem hominem recte enunciamus, humanitatis i-
maginationem, ac puerum pueri imaginationem, adole-
scentem adolescentis imaginationem, virum viri imagina-
tionem, senem senis imaginationem. Nam homo homo
non est, neque puer puer, nec adolescens adolescens, nec
senex senex, neque vir vir. Quæ enim mutantur mentiun-
tur, & quæ iam fuerunt, ac quæ sunt. Hæc proinde ita co-
gnosce, ô fili, velut has mendaces operationes è sublimi ab
ipsa veritate deduci. Hoc ita se habente, mendacium dico
veritatis opus esse.

πων, οἷς ἐὰν ὁ θεὸς τὴν θεοπτικὴν δωρήσηται δύναμιν, γενέσθαι.
5 Οὕτως ἀληθὲς οὐδὲ ἔστιν ἐν τῇ γῇ νόημα καὶ λόγος· φαντασίαι 5
δὲ εἰσὶ καὶ δόξαι πάντα ἀληθεῖ νόῳ καὶ λόγῳ. Οὐκοῦν τό, τι ἀ-
ληθῆ νοεῖν καὶ λέγειν, τοῦτο ἀλήθειαν δεῖ καλεῖν. Τί δαί; Τὰ
ὄντα δεῖ νοεῖν καὶ λέγειν· ἔστι δὲ οὐδὲν ἀληθὲς ἐπὶ τῆς γῆς. Τοῦτο
ἀληθές ἐστι, τὸ μὴ εἰδέναι μηδὲν ἀληθές. Ἐνθάδε πῶς ἂν καὶ
δύναιτο γενέσθαι, ὦ τέκνον; ἡ γὰρ ἀλήθεια τελειοτάτη ἀρε-
τή ἐστιν, αὐτὸ τὸ ἀκρότατον ἀγαθόν, τὸ μὴ ὑπὸ ὕλης θο-
λούμενον, μήτε ὑπὸ σώματος περιβαλλόμενον, γυμνόν,
φανόν, ἄτρεπτον, σεμνόν, ἀναλλοίωτον, ἀγαθόν. Τὰ δὲ ἐνθάδε,
ὦ τέκνον, οἷά ἐστιν ὁρᾶσθαι δεκτὰ τοῦδε τοῦ ἀγαθοῦ; φθαρτά,
παθητά, διαλυτά, τρεπτά, ἀεὶ ἐναλλοιούμενα, ἄλλα ἐξ ἄλ-
λων γινόμενα; 6 Ἃ οὖν μήτε πρὸς ἑαυτὰ ἀληθῆ ἐστι, πῶς 6
δύναιτο ἀληθῆ εἶναι; πᾶν γὰρ τὸ ἀλλοιούμενον, ψεῦδός ἐστι,
μὴ μένον ἐν ᾧ ἐστι· φαντασίας δὲ μετατρεπόμενον, ἄλλας καὶ
ἄλλας ἐπιδείκνυται ἡμῖν. Οὐδὲ ἄνθρωπος ἀληθής ἐστιν, ὦ
πάτερ; Καθό τι ἄνθρωπος, οὐκ ἔστιν ἀληθής, ὦ τέκνον. Τὸ
γὰρ ἀληθές ἐστι τὸ ἐξ αὐτοῦ μόνον τὴν σύστασιν ἔχον, καὶ μέ-
νον καθ' αὐτό, οἷόν ἐστιν· ὁ ἄνθρωπος δὲ ἐκ πολλῶν συνέστηκε,
καὶ οὐ μένει καθ' αὐτόν· τρέπεται δὲ καὶ μεταβάλλεται ἡλι-
κίαν ἐξ ἡλικίας, καὶ ἰδέαν ἐξ ἰδέας, καὶ ταῦτα ἔτι ὢν ἐν τῷ
σκήνει. Καὶ πολλοὶ τέκνα οὐκ ἐγνώρισαν, χρόνου ὀλίγου μετα-
ξὺ γενομένου, καὶ πάλιν τέκνα γονεῖς ὁμοίως. Τὸ οὖν οὕτως
μεταβαλλόμενον ὥστε ἀγνοεῖσθαι, δύναται ἀληθὲς εἶναι, ὦ
Τάτ; οὐ, τὸ δ' ἀντίον, ψεῦδός ἐστιν, ἐν ποικίλαις γινόμενον φαν-
τασίαις τῶν μεταβολῶν. 7 Σὺ δὲ νόει ἀληθές τι εἶναι, τὸ 7
μένον καὶ δίκαιον· ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἀεί. Ἄρα οὐδὲ ἀλη-
θές ἐστι· φαντασία δέ ἐστί τις ἄνθρωπος· ἡ δὲ φαντασία,
ψεῦδος ἂν εἴη ἀκρότατον. Οὐδὲ ταῦτα οὖν, ὦ πάτερ, τὰ ἀΐ-
δια σώματα, ἐπεὶ μεταβάλλεται, ἀληθῆ ἐστί. Πᾶν μὲν οὖν
τὸ γεννητὸν καὶ μεταβλητόν, οὐκ ἀληθές, ὑπὸ δὲ τοῦ προπά-
τορος γενόμενα, τὴν ὕλην δύναται ἀληθῆ ἐσχηκέναι· ἔχει
δέ τι καὶ ταῦτα ψεῦδος ἐν τῇ μεταβολῇ. Οὐδὲν γὰρ μὴ μένον
ἐφ' αὑτῷ ἀληθές ἐστιν. Ἀληθές, ὦ πάτερ. Τί οὖν ἂν εἴποι τις
μόνον τὸν ἥλιον παρὰ τὰ ἄλλα πάντα μὴ μεταβαλλόμενον, μέ-
νοντα δὲ ἐφ' ἑαυτῷ; Ἀλήθειαν. Διὸ καὶ τὴν ἐν τῷ κόσμῳ
πάντων δημιουργίαν αὐτὸς μόνος πεπίστευται, ἄρχων πάν-
των, καὶ ποιῶν πάντα, ὃν καὶ σέβομαι, καὶ προσκυνῶ αὐτοῦ
τὴν ἀλήθειαν, καὶ μετὰ τὸν ἕνα καὶ πρῶτον, τοῦτον δημιουρ-
γὸν γνωρίζω. 8 Τί οὖν ἂν εἶναι λέγεις τὴν πρώτην ἀλή- 8
θειαν, ὦ πάτερ; Ἕνα καὶ μόνον, ὦ Τάτ, τὸν μὴ ἐξ ὕλης, τὸν μὴ ἐν
σώματι, τὸν ἀχρώματον, τὸν ἀσχημάτιστον, τὸν ἄτρεπτον, τὸν μὴ ἀλ-
λοιούμενον, τὸν ἀεὶ ὄντα. Τὸ δὲ ψεῦδος, ὦ τέκνον, φθείρεται.
Ταῦτα δὲ τὰ ἐπὶ γῆς φθορὰ κατέλαβε καὶ ἐμπεριέχει, καὶ
ἐμπεριέξει ἡ τοῦ ἀληθοῦς πρόνοια. Χωρὶς γὰρ φθορᾶς, οὐδὲ γένε-
σις δύναται συστῆναι· πάσῃ δὲ γενέσει φθορὰ ἕπεται ἵνα πά-
λιν γένηται. Τὰ γὰρ γινόμενα, ἐκ τῶν φθειρομένων ἀνάγκη
γίγνεσθαι· φθείρεσθαι δὲ τὰ γινόμενα ἀνάγκη, ἵνα μὴ στῇ ἡ
γένεσις τῶν ὄντων. 9 Πρῶτον οὖν τὸν δημιουργὸν γνώριζε εἰς τὴν 9
γένεσιν τῶν ὄντων. Τὰ οὖν ἐκ φθορᾶς γινόμενα, ψευδῆ ἂν εἴη, ὡς
ποτὲ μὲν ἄλλα, ποτὲ δὲ ἄλλα γινόμενα. Τὰ γὰρ αὐτὰ γί-
νεσθαι ἀδύνατον· τὸ δὲ μὴ αὐτό, πῶς ἂν ἀληθὲς εἴη; Φαντασίας
οὖν καλεῖν δεῖ ταῦτα, ὦ τέκνον, εἴ γε ὀρθῶς προσαγορεύομεν
τὸν ἄνθρωπον, ἀνθρωπότητος φαντασίαν· τὸ δὲ παιδίον, παι-
δίου φαντασίαν· τὸν δὲ νεανίσκον, νεανίσκου φαντασίαν· τὸν δὲ ἄν-
δρα, ἀνδρὸς φαντασίαν· τὸν δὲ γέροντα, γέροντος φαντασίαν.
Οὔτε γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος· οὔτε τὸ παιδίον, παιδίον·
οὔτε ὁ νεανίσκος, νεανίσκος· οὔτε ὁ γέρων, γέρων· οὔτε ὁ ἀνὴρ ἀ-
νήρ· μεταβαλλόμενα δὲ, ψεύδεται καὶ τὰ προόντα, καὶ τὰ ὄν-
τα. Ταῦτα μέντοι οὕτω νόει, ὦ τέκνον, ὡς καὶ τὰς ψευδεῖς ταύτας ἐνεργείας ἄνωθεν ἠρτημένας ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Τούτου δὲ
οὕτως ἔχοντος, τὸ ψεῦδός φημι τῆς ἀληθείας ἐνέργημα εἶναι.

MERCVRII AD TAT.

10 10 Deum quidem cognoscere arduum, describere autem vltra potentiam est. Incorporeum namque corpore exprimi non potest: nec perfectum ab imperfecto concipi, & æternum cum eo qui exigui est temporis conue-

ΕΡΜΟΥ ΠΡΟΣ ΤΑΤ.

10 Θεὸν μὲν νοῆσαι χαλεπόν, φράσαι δὲ ἀδύνατον. Τὸ γὰρ ἀσώματον σώματι σημῆναι ἀδύνατον, καὶ τὸ τέλειον τῷ ἀτελεῖ καταλαβέσθαι οὐ δυνατόν· καὶ τὸ ἀΐδιον τῷ ὀλιγοχρονίῳ συγγε-

conuenire difficile. Illud enim semper est, hoc autem effluit: illud veritate est, hoc autẽ imaginatione adumbratur. debilius à fortiore, & deterius à præstantiore tantum discrepat, quantum à diuino mortale. Media autem horum secretio, Pulchri speculationem obliterat. Oculis quidem corpora spectantur, lingua autem visibilia denunciantur. Incorporeum autem ac quod videri aut figurari non potest, & quod materia non constat, sub nostris sensibus relinqui non potest. Intelligo o Tat, intelligo, quod exponi non potest, hoc Deus est.

MERCVRII.

11 11 De morte vero nunc tractandum est. Vulgum enim mors terret, velut malum immensum facti ignorantia. Mors enim dissolutio est fessi corporis. Completo namque compagum corporis numero, (cum numerus commissurarum corporis existat) interit corpus, quando hominem vlterius ferre non potest. Hoc autem mors est, corporis quidem dissolutio, & corporei sensus abrogatio.

EX SVIDA.

12 12 Mercurius Trismegistus iste fuit sapiens Ægyptius. Floruit autem ante Pharaonem, nuncupatus vero Trismegistus: quia de Trinitate loquutus est, dicens, in Trinitate vnam esse Deitatem, sic. Erat lumen intelligibile ante lumen intelligibile: & erat semper mens à mente lucens: ac nihil aliud erat huius vnitas quam spiritus omnia circumplectens. Extra hoc non Deus, non Angelus, non essentia quæpiam alia. Omnium enim Dominus & Pater & Deus: & omnia sub ipso & in ipso sunt. Nam verbum eius absolutissimum extat, & fœcundum ac opifex in fœcunda natura, filius existens, & aqua fœcunda conceptum hominem fecit. Hæc quoque fatus, preces suscepit dicens. Adiuro te, ô Cœlum Dei magni sapiens opus. Adiuro te, ô Vox patris, quam primam effatus est, quando vniuersum firmauit mundum. Adiuro te per Vnigenitum Verbum & Patrem, qui cuncta circumambit, propitius, propitius esto.

ÆSCVLAPII AD AMMONEM Regem, definitiones.

De Deo, De materia, De fato,
De Sole, De intelligibili essentia, De Diuina essentia,
De homine,
De administratione summa septem stellarum,
De homine qui est secundum imaginem,

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

1 SVblimem, ô Rex, sermonem ad te misi, cæterorum omnium veluti summam & monumentum, non iuxta vulgi sententiam constructum, sed multam illis repugnantiam habentem. Tibi namque apparebit quibusdam verbis meis dissonus. Mercurius namque meus præceptor frequenter mecum & priuatim & Tat interdum præsente disceptans, aiebat. Videbitur enim meos libros legentibus apertissima esse constructio ac euidens, E diuerso tamen obscura cum sit, & dictionum intellectum latentem habeat: ac præterea obscurissima, quod post hæc Græci nostrum idioma in proprium transferre conentur. Quod quidem scriptorum maxima inuersio erit ac obscuritas.

2 2 Dictio namque patria linguæ proprietate enunciata, perspicuum verborum intellectum habet. Ipsa etenim vocis qualitas, & Ægyptiorum nominum potestas, in seipsa eorum quæ dicuntur efficaciam habet. Quantum itaq;, ô Rex, tibi fas est (nihil enim non potes) sermonem nõ interpretandũ tuere: vti ne talia in Græcos perueniant arcana, neq; Græcorum dictio arrogans & soluta, ac veluti fucata, id quod graue & forte est obliteret, & efficacem nominum dictionem.

3 3 Nam Græci, ô Rex, dictiones vanas habent, ostentatio-

συνημμένα εἶναι δύσκολον· τὸ μὲν γὰρ ἀεί ἐστι, τὸ δὲ παρέρχεται. καὶ τὸ μὲν ἀληθείᾳ ἐστί, τὸ δὲ ὑπὸ φαντασίας σκιάζεται. τὸ δὲ ἀσθενέστερον τοῦ ἰσχυροτέρου, καὶ τὸ ἔλαττον τοῦ κρείττονος διέστηκε τοσοῦτον, ὅσον τὸ θνητὸν τοῦ θείου· ἡ δὲ μέση τούτων διάστασις, ἀμαυροῖ τὴν τοῦ καλοῦ θέαν. ὀφθαλμοῖς μὲν γὰρ τὰ σώματα θεατά, γλώττῃ δὲ τὰ ὁρατὰ λεκτά. τὸ δὲ ἀσώματον καὶ ἀφανὲς καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ μήτε ἐξ ὕλης ὑποκείμενον ὑπὸ τῆς ἡμετέρας αἰσθήσεως καταληφθῆναι οὐ δύναται. ἐννοῶ, ὦ Τάτ, ἐννοῶ ὃ ἐξειπεῖν ἀδύνατον, τοῦτό ἐστιν ὁ θεός.

ΕΡΜΟΥ.

11 ΠΕΡΙ δὲ τοῦ θανάτου νῦν λεκτέον. τοὺς γὰρ πολλοὺς ὁ θάνατος φοβεῖ, ὡς κακὸν μέγιστον, ἀγνοίᾳ τοῦ πράγματος. θάνατος γὰρ γίνεται διάλυσις καμόντος σώματος· ἤ γὰρ ἀριθμοῦ πληρωθέντος τῆς ἁρμονίας τοῦ σώματος (ἀριθμὸς γάρ ἐστιν ἡ ἁρμογὴ τοῦ σώματος) ἀποθνήσκει τὸ σῶμα, ὅταν μηκέτι δύνηται φέρειν τὸν ἄνθρωπον. καὶ τοῦτό ἐστι θάνατος, διάλυσις σώματος καὶ ἀφανισμὸς αἰσθήσεως σωματικῆς. 11

ΕΚ ΤΟΥ ΣΟΥΙΔΑ.

12 Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος. οὗτος ἦν Αἰγύπτιος σοφός. ἤκμαζε δὲ πρὸ τοῦ Φαραώ. ἐκέκλητο δὲ Τρισμέγιστος, διότι περὶ τριάδος ἐφθέγξατο εἰπών, Ἐν τριάδι μίαν εἶναι θεότητα. οὕτως, ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοὸς φωτεινός, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἡ τούτου ἑνότης. † ἢ πνεῦμα πάντα περιέχον, ἐκτὸς τούτου οὐ θεός, οὐκ ἄγγελος, οὐκ οὐσία τις ἄλλη. πάντων γὰρ κύριος, καὶ πατὴρ καὶ θεός, καὶ πάντα ὑπ' αὐτὸν καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν. ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ παντέλειος ὤν, καὶ γόνιμος, καὶ δημιουργὸς ἐν γονίμῳ φύσει πεσὼν ἐπὶ γονίμῳ ὕδατι, ἔγκυον † τὸ ἄνδρα ἐποίησε, καὶ ταῦτ' εἰρηκώς, ηὔξατο λέγων. ὁρκίζω σε οὐρανέ, θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον. ὁρκίζω σε φωνὴ πατρός, ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, ἡνίκα τὸν πάντα κόσμον ἐστηρίξατο. ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ μονογενοῦς λόγου καὶ τοῦ πατρός, τοῦ περιέχοντος πάντα, ἵλεως ἵλεως ἴσο. 12

† τῷ
† τὸ ὕδω.

ΟΡΟΙ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΠΡΟΣ Ἀμμόνα βασιλέα.

Περὶ θεοῦ, περὶ ὕλης, περὶ εἱμαρμένης,
περὶ ἡλίου, περὶ νοητῆς οὐσίας, περὶ θείας οὐσίας,
περὶ ἀνθρώπου,
περὶ οἰκονομίας τοῦ πληρώματος τῶν ἑπτὰ ἀστέρων,
περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπου.

ΜΕγάν σοι λόγον, ὦ βασιλεῦ, διεπεμψάμην, πάντων τῶν ἄλλων ὥσπερ κορυφὴν καὶ ὑπόμνημα, οὐ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν συγκείμενον, ἔχοντα δὲ πολλὴν ἐκείνοις ἀντίδειξιν. φανήσεται γάρ σοι καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐνίοις λόγοις ἀντίφωνος. Ἑρμῆς μὲν γὰρ ὁ ἐμὸς διδάσκαλος πολλάκις μοι διαλεγόμενος, καὶ ἰδίᾳ, καὶ τοῦ Τὰτ ἐνίοτε παρόντος, ἔλεγεν, ὅτι δόξει τοῖς ἐντυγχάνουσί μου τοῖς βιβλίοις ἁπλουστάτη εἶναι ἡ σύνταξις καὶ σαφής, ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων, ἀσαφὴς οὖσα καὶ κεκρυμμένον τὸν νοῦν τῶν λόγων ἔχουσα. καὶ ἔτι ἀσαφεστάτη, τῶν Ἑλλήνων ὕστερον βουληθέντων τὴν ἡμετέραν διάλεκτον, εἰς τὴν ἰδίαν μεθερμηνεῦσαι, ὅπερ ἔσται τῶν γεγραμμένων μεγίστη διαστροφή τε, καὶ ἀσάφεια. 1

2 Ὁ δὲ λόγος τῇ πατρῴᾳ διαλέκτῳ ἑρμηνευόμενος, ἔχει σαφῆ τὸν τῶν λόγων νοῦν. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ τῆς φωνῆς ποιὸν καὶ ἡ τῶν Αἰγυπτίων ὀνομάτων δύναμις ἐν ἑαυτῇ ἔχει τὴν ἐνέργειαν τῶν λεγομένων. ὅσον οὖν δυνατόν ἐστι σοι βασιλεῦ, πάντα δὲ δύνασαι, τὸν λόγον διατήρησον ἀνερμήνευτον, ἵνα μήτε εἰς Ἕλληνας ἔλθῃ τοιαῦτα μυστήρια, μήτε ἡ τῶν Ἑλλήνων ὑπερήφανος φράσις καὶ ἐκλελυμένη, καὶ ὥσπερ κεκαλλωπισμένη, ἐξίτηλον ποιήσῃ τὸ σεμνὸν καὶ στιβαρόν, καὶ τὴν ἐνεργητικὴν τῶν ὀνομάτων φράσιν. 2

3 Ἕλληνες γάρ, ὦ βασιλεῦ, λόγους ἔχουσι † κενούς, ἀποδεί- 3

† καινούς.

num efficaces. Et hæc est Græcorum philosophia, dictio-
num fremitus. Nos equidem non verbis coloramus, quin-
etiam maximis effectuum vocibus. Idcirco sermonem
hinc auspicabor, Deum omnium dominum factorem pa-
trem ac septum implorans, ac omnia vnum existentia, & v-
num omnia existentem. Nam omnium plenitudo, vnum
est, & in vno. Nec vnius secundum est, quinimo vtrumque
vnum existens. Et hanc, ô Rex, mihi serua mentem, per to-
4 tam hanc sermonis occupationem. 4 Nam si qui prorsus o-
mnia & vnum (quæ idem esse creduntur) ab vno seiungere
molitur, omnium denominationem ad multitudinem,
non ad plenitudinem explicans, quod quidem non licet,
omne ab vno dissoluens, id omne perdet. Nam omnia v-
num esse decet: siquidem vnum est. Sunt vtique, & nun-
quam vnum esse desinunt, ne plenitudo dissoluatur. In ter-
ra plures aquarum scaturigines intueri licet, ac ignis in me-
diis partibus salientes, ac in eo tres naturas conspici, ignis,
aquæ, & terræ, ab vna stirpe deductas. Quocirca vniuersæ
materiæ promptuarium esse creditur, & sursum propriam
suppeditationem prodit. E contra vero è sublimi substan-
5 tiam accipit. 5 Sic etenim cœlum & terram agit operator:
Sol inquam, essentiam quidem deorsum agens, materiam
autem attollens, ac circa se & in se omnia rapiens, & à se i-
pso cuncta tribuens, lumen omnibus affatim largitur. Nam
ipse est, cuius bonæ efficaciæ, non tantum in cœlo & aere,
verum & in terra ad infimum vsque fundum ac abyssum
penetrant. Quod si qua sit intelligibilis essentia, ipsa huius
est moles, cuius receptaculum lumen huius est. Vnde au-
tem ipsa consistat, aut influat, solus ipse nouit, & loco & na-
tura sibimet proximus existens, à nobis non videtur, conie-
6 cturis autem vrgentibus percipitur. 6 Huius autem specu-
latio conicientis non est: quin & ipse aspectus vniuersum
orbem imminentem perspicue circumillustrat. Medius
namque considens, mundum corona cingit: & boni aurigæ
instar, omnem mundi currum in seipsum firmat & alligat:
ne temere feratur. *Sunt autem habenæ, vita, anima spiritus, im-
mortalitas, & generatio.* Laxat eum itaque vt feratur non pro-
7 cul à seipso, quin (si verum dicere licet) secum. 7 Et hac lege
cuncta construit, immortalibus quidem perpetuam per-
mansionem impertitur, & superiori circumferentiæ quid-
piam suæ lucis emittit, ad alteram partem, quæ Cœlum a-
spicit. immortales mundi partes fouet. In eo autem quod
omne continet & illuminat, in eo aquæ, terræ, & aeris ca-
pacitatem vita decorat, & generationem ac mutationes
concitat: animalia quæ has mundi partes degunt, cochleæ
more variat, ac in mutua generum genera & specierum spe-
cies transformat, ad se inuicem obsistente mutatione: velut
8 ac in magnis corporibus construens efficit. 8 Omnis ete-
nim corporis perseuerantia mutatio est, immortalis qui-
dem dissolutionis expers, mortalis vero dissolutioni obno-
xia. Et hæc est immortalis à mortali distinctio, siue mortalis
ab immortali. Nam veluti lux ipsius frequens est, haud se-
cus vitæ genitura ipsius, loco & suppeditandi copia fre-
quens ac citra dissolutionem est. Etenim circa ipsum quam-
plures sunt geniorum cœtus, variis copiis conferendi, ac
familiares, non procul ab immortalibus existentes, hinc au-
tem regionem horum sortientes, humanis ephoros agunt.
Quæ autem à Diis iubentur, exequi pergunt, turbinibus,
procellis, presteribus, ignis mutationibus, terræ concussio-
nibus, insuper esurie, & bellis, impietatem vlciscentes. Ea
namque est hominum in Deos maxima prauitas. *Nimirum
Deorum est bona conferre: hominum autem pios esse: Dæmonum vero
9 vltionem sumere.* 9 Quæ enim ab hominibus temere fiunt, si-
ue errore, siue confidentia, aut necessitate, quam fatum
nuncupant, aut ignorantia, cuncta hæc coram Diis noxa sol-
uuntur. Vnica autem impietas iudicato subditur. Sol autem
est omnis generis conseruator ac educator. Et mundi in-
telligibilis instar sensilem mundum amplectens, ipsum va-
riis & formarum omnium ideis amplificans explet: haud
secus Sol omnia in mundo circumambiens, omnium gene-
rationes amplificat & fortificat: quæ mortuorum autem &
fluxorum sunt, clam excipit. Sub hoc enim applicatur Dæ-
monū chorus, quinetiam chori, permulti namq; sunt isti ac
varii,

ξιων ἐνεργητικός. καὶ αὕτη ἐστὶν ἑλλήνων φιλοσοφία, λόγων
ψόφος. ἡμεῖς δὲ οὐ λόγοις χρώμεθα, ἀλλὰ φωναῖς † μεγι- † μεσταῖς
σταις τῶν ἔργων. ἄρξομαι δὲ τοῦ λόγου ἔνθεν, τὸν θεὸν ἐπικαλεσά-
μενος τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, καὶ ποιητήν, καὶ πατέρα, καὶ περί-
βολον, καὶ πάντα ὄντα τὸν ἕνα, καὶ ἕνα ὄντα τὸν πάντα. τῶν πάντων
γὰρ τὸ πλήρωμα, ἕν ἐστι, καὶ ἐν ἑνί, οὐ δευτεροῦντος τοῦ ἑνός, ἀλλ'
ἀμφοτέρων ἑνὸς ὄντος. καὶ τοῦτόν μοι τὸν νοῦν διατήρησον ὦ βα-
σιλεῦ, παρ' ὅλην τὴν τοῦ λόγου πραγματείαν. 4 Ἐὰν γάρ τις 4
ἐπιχειρήσῃ τὰ πάντα καὶ ἓν δοκοῦντα καὶ ταυτὸ εἶναι τοῦ ἑνὸς χω-
ρίσαι, ἐκδεξάμενος τὴν τῶν πάντων προσηγορίαν ἐπὶ
πλήθους, οὐκ ἐπὶ πληρώματος, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον, τὸ
πᾶν τοῦ ἑνὸς λύσας, ἀπολέσει τὸ πᾶν. πάντα γὰρ ἓν εἶναι δεῖ,
εἴ γε ἕν ἐστιν. ἔστι δέ, καὶ οὐδέποτε παύεται ἓν ὄντα, ἵνα μὴ τὸ πλή-
ρωμα λυθῇ. ἴδε οὖν ἐπὶ τῇ γῇ πολλὰς πηγὰς ὑδάτων, καὶ
πυρὸς ἀναβλυζούσας ἐν τοῖς μεσαιτάτοις μέρεσι, καὶ ἐν τῷ αὐ-
τῷ τὰς τρεῖς φύσεις ὁρωμένας, πυρός, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς, ἐκ μιᾶς
ῥίζης ἠρτημένας. ὅθεν καὶ πάσης ὕλης πεπίστευται εἶναι τα-
μεῖον. καὶ ἀναδίδωσι μὲν αὐτῆς τὴν χορηγίαν, ἀντιλαμβά-
νει δὲ τὴν ἄνωθεν ὕπαρξιν. 5 Οὕτω γὰρ οὐρανὸν καὶ γῆν † ἄγει 5
ὁ δημιουργός, λέγω δὴ ὁ ἥλιος, τὴν μὲν οὐσίαν κατάγων, τὴν δὲ † ἀεὶ
ὕλην ἀνάγων, καὶ περὶ αὐτὸν καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα ἕλκων, καὶ
ἀπὸ ἑαυτοῦ πάντα διδούς, πᾶσι καὶ τὸ φῶς ἄφθονον χαρίζεται.
αὐτὸς γάρ ἐστιν, οὗ ἀγαθαὶ ἐνέργειαι, οὐ μόνον ἐν οὐρανῷ καὶ ἀέρι,
ἀλλὰ καὶ ἐπὶ γῆς, εἰς τὸν κατώτατον βυθὸν καὶ ἄβυσσον διήκου-
σιν. εἰ δέ τίς ἐστι καὶ νοητὴ οὐσία, αὕτη ἐστὶν ὁ τούτου ὄγκος, ἧς ὑπο-
δοχὴ ἂν εἴη τὸ τούτου φῶς. πόθεν δὲ αὕτη συνίσταται ἢ ἐπιρρεῖ,
αὐτὸς μόνος οἶδεν. ἢ καὶ τῷ τόπῳ καὶ τῇ φύσει ἐγγὺς ὢν ἑαυτοῦ,
μὴ ὑφ' ἡμῶν ὁρώμενος, στοχασμῷ δὲ βιαζομένων νοεῖν. 6 Ἡ 6
δὲ τούτου θέα, οὐκ ἐστὶ στοχαζόντων, ἀλλ' αὐτὴ ἡ ὄψις λαμ-
προτάτη περιλάμπει πάντα τὸν κόσμον τὸν ὑπερκείμενον. μέ-
σος γὰρ ἵδρυται στεφανηφορῶν τὸν κόσμον, καὶ καθάπερ ἡνίοχος
ἀγαθὸς τὸ τοῦ κόσμου ἅρμα ἀσφαλισάμενος, καὶ ἀναδήσας εἰς
ἑαυτόν, μή πως ἀτάκτως φέροιτο. εἰσὶ δὲ αἱ ἡνίαι, ζωὴ καὶ
ψυχή, καὶ πνεῦμα, καὶ ἀθανασία, καὶ γένεσις. ἀφῆκεν οὖν φέρεσθαι,
οὐ πόρρωθεν ἑαυτοῦ. ἀλλ' εἰ χρὴ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, σὺν ἑαυτῷ.
7 Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον δημιουργεῖ τὰ ἅπαντα· τοῖς μὲν ἀθανά- 7
τοις τὴν ἀΐδιον διαμονὴν ἀπονέμων· καὶ τῇ ἄνω περιφερείᾳ
τῆς φωτὸς ἑαυτοῦ ὅσον ἀναπέμπει ἐκ θατέρου μέρους τοῦ πρὸς
οὐρανὸν βλέποντος, τὰ ἀθάνατα μέρη τοῦ κόσμου τρέφων. τῷ
δὲ ἐναποκλειομένῳ καὶ περιλάμποντι τὸ πᾶν, ὕδατος καὶ
γῆς καὶ ἀέρος κύτος ζωοποιῶν, καὶ ἀνακινῶν γενέσεσι καὶ μετα-
βολαῖς, τὰ ἐν τούτοις τοῖς μέρεσι τοῦ κόσμου ζῷα, ἕλικος τρόπον
μεταποιῶν καὶ μεταμορφῶν εἰς ἄλληλα γένη γενῶν, καὶ εἴδη
εἰδῶν. ἀντικαταλλασσομένης τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς, καθάπερ
καὶ ἐπὶ τῶν μεγάλων σωμάτων ποιεῖ δημιουργῶν. 8 Παντὸς 8
γὰρ σώματος διαμονή, μεταβολή. καὶ τοῦ μὲν ἀθανάτου, ἀ-
διάλυτος, τοῦ δὲ θνητοῦ μετὰ διαλύσεως. καὶ αὕτη ἡ διαφορά
ἐστι τοῦ ἀθανάτου πρὸς τὸ θνητόν, καὶ ἡ τοῦ θνητοῦ πρὸς τὸ ἀθά-
νατον. ὥσπερ δὲ τὸ φῶς αὐτοῦ πυκνόν, οὕτω καὶ ἡ ζωογονία
αὐτοῦ, συνεχής τις καὶ ἀδιάλυτος τῷ τόπῳ καὶ τῇ χορηγίᾳ. καὶ
γὰρ δαιμόνων χοροὶ περὶ αὐτὸν πολλοί, καὶ ποικίλαις στρα-
τιαῖς ἐοικότες οἱ συνοικοῦντες, καὶ τῶν ἀθανάτων οὐκ εἰσὶ πόρ-
ρω. ἔνθεν διαλαχόντες τὴν τούτων χώραν, τὰ τῶν ἀνθρώπων
ἐφορῶσι. τὰ δὲ ὑπὸ τῶν θεῶν ἐπιταττόμενα, ἐνεργοῦσι θυέλ-
λαις, καὶ καταιγίσι, καὶ πρηστῆρσι, καὶ μεταβολαῖς πυρός,
καὶ σεισμοῖς. ἔτι δὲ λιμοῖς καὶ πολέμοις ἀμυνόμενοι τὴν ἀ-
σέβειαν. αὕτη γὰρ ἀνθρώποις, εἰς θεοὺς ἡ μεγίστη κακία. θεῶν
μὲν γὰρ τὸ εὖ ποιεῖν, ἀνθρώπων δὲ τὸ εὐσεβεῖν, δαιμόνων
δὲ τὸ ἐπαμύνειν. 9 Τὰ γὰρ ὑπ' ἀνθρώπων τολμώμενα, ἢ 9
πλάνῃ, ἢ τόλμῃ, ἢ ἀνάγκῃ, ἣν καλοῦσιν εἱμαρμένην, ἢ ἀ-
γνοίᾳ, ταῦτα πάντα παρὰ θεοῖς ἀνεύθυνα. μόνη δὲ ἡ ἀσέ-
βεια, δίκῃ ὑποπέπτωκε. σωτὴρ δὲ καὶ τροφεύς ἐστι παντὸς
γένους, ὁ ἥλιος. καὶ ὥσπερ ὁ νοητὸς κόσμος, τὸν αἰσθητικὸν κό-
σμον περιέχων, πληροῖ αὐτὸν ὀγκῶν ταῖς ποικίλαις καὶ παν-
τομόρφοις ἰδέαις· οὕτω καὶ ὁ ἥλιος, πάντα ἐν τῷ κόσμῳ
περιέχων, ὀγκοῖ πάντων τὰς γενέσεις, καὶ ἰσχυροποιεῖ. κα-
μόντων δὲ καὶ ῥευσάντων, ὑποδέχεται. ὑπὸ τούτῳ δὲ ἐτάγη ὁ τῶν δαιμόνων χορός· μᾶλλον δὲ χοροί. πολλοὶ γὰρ οὗτοι καὶ
ποικίλοι

vatii, sub astrorum cuspides ordinati, cuilibet horum nu-
10 mero æquales. 10 Vnicuique igitur stellarum præceptum exequi parant, boni ac mali existentes naturis, id est effectibus. Dæmonis nimirum essentia efficacia est. Sunt item ipsorum nonnulli ex bono ac malo temperati, hi omnes terrenarum rerum facultatem adepti sunt: & rerum terrestrium tumultuationem ac variam discordiam in commune cient vrbibus ac nationibus, & priuatim singulis. Effingunt io animabus nostris, ac sursum ad seipsos eas excitant, nostris neruis, medullis, venis, arteriis, ipsique cerebro in-
11 sidentes, ac ad viscera vsque peruenientes. 11 Vnumquemque etenim nostrum genitum ac animatum, excipiunt Dæmones illi, qui per honorem genituræ nostræ subseruiunt, & qui vnicuique stellarum applicati sunt. hi namque in instanti variantur, non iidem perseuerantes, sed repetitioni obnoxii. Illi vtique binas animæ partes subeuntes per corpus ipsam singuli ad proprium effectum versant. *Pars attamen animæ rationis compos geniorum imperii expers est, Dei excipiendi idonea.* Ei itaque cui per Solem radius, rationalem partem illustrat, hi quidem omnes pauci sunt, & horum abrogantur Dæmones. *Nullus etenim Dæmonum aut Deorum in v-*
12 *num Dei radium quicquam potest.* 12 Cæteri autem cuncti, per animas & corpora à Dæmonibus aguntur & feruntur, eorum effectus obseruantes & diligentes. Ratio namque est non amor quæ decipit & fallitur. Terrenam igitur hanc dispensationem omnem regunt, hancque per nostrorum corporum instrumenta. Eam vero dispositionem Mercurius fatum denominauit. A Deo igitur intelligibilis mundus dependet, sensibilis vero ab intelligibili. Sol autem per intelligibilem ac sensilem mundum influxum
13 à Deo subministrat Boni, quod est operationis. 13 Porro circa Solem octo sunt globi, ab eo pendentes: non vagantium vnus, sex autem vagantium, & circa terram vnus. Ab his autem globis Dæmones dependent, à Dæmonibus vero homines: ac ita omnia & omnes à Deo pendent. *Quocirca omnium quidem pater Deus est, Opifex Sol, & mundus structuræ instrumentum. Regit autem intelligibilis essentia cælum, Cælum vero Deos, Dæmones vtique Diis obnoxii regunt homines. Hæc est Deorum ac Dæmonum expeditio.* Hæc autem Deus per hæc sibi efficit, ac omnia Dei partes existunt. Siquidem cuncta partes sint, omnia itaque Deus. Cuncta proinde efficiens, seipsum efficit, nec vnquam quieuerit. nam & ipse irrequietus est. Et quemadmodum Deus finem non habet: ita nec ipsius factio initium aut finem habet.

ποικίλοι· ὑπὸ τὰς τῶν ἀστέρων πλινθίδας τεταγμένοι, ἑκάστῳ τούτων ἰσάριθμοι. 10 Διατεταγμένοι οὖν ὑπηρε- 10
τοῦσιν ἑκάστῳ τῶν ἀστέρων, ἀγαθοὶ καὶ κακοὶ ὄντες τὰς φύσεις, τουτέστι τὰς ἐνεργείας. δαίμονος γὰρ οὐσία, ἐνέργεια. εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν κεκραμένοι ἐξ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ. οὗτοι πάντες τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων τὴν ἐξουσίαν κεκληρωμένοι εἰσί, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς θορύβων, καὶ ποικίλην ταραχὴν ἐργάζονται, καὶ κοινῇ ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ. ἀναπλάττουσι γὰρ καὶ ἀνεγείρουσι τὰς ψυχὰς ἡμῶν εἰς αὐτοὺς, ἐγκαθήμενοι ἡμῶν νεύροις, καὶ μυελοῖς, καὶ φλεψὶ, καὶ ἀρτηρίαις, καὶ αὐτῷ τῷ ἐγκεφάλῳ, διήκοντες μέχρι καὶ αὐτῶν
τῶν σπλάγχνων. 11 Γενόμενον γὰρ ἡμῶν ἕκαστον καὶ ψυχωθέντα, 11
παραλαμβάνουσι δαίμονες, οἱ κατ᾽ ἐκείνην τὴν στιγμὴν τῆς γενέσεως ὑπηρέται, οἳ ἐτάγησαν ἑκάστῳ τῶν ἀστέρων. οὗτοι γὰρ κατὰ στιγμὴν ἐναλλάσσονται, οὐχ οἱ αὐτοὶ ἐπιμένοντες, ἀλλ᾽ ἀνακυκλούμενοι. οὗτοι οὖν εἰς τὰ δύο μέρη τῆς ψυχῆς δύντες διὰ τοῦ σώματος, στροβοῦσιν αὐτὴν ἕκαστος πρὸς τὴν ἰδίαν ἐνέργειαν· τὸ δὲ λογικὸν μέρος τῆς ψυχῆς ἀδέσποτον τῶν δαιμόνων ἕστηκεν, ἐπιτήδειον εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θεοῦ. τῷ οὖν ἐν τῷ λογικῷ ἀκτὶς ἐπιλάμπει διὰ τοῦ ἡλίου· οὗτοι δὲ πάντες ὀλίγοι εἰσί. τούτων καταργοῦνται οἱ δαίμονες. οὐδεὶς γὰρ οὐδὲν δύναται, οὔτε δαιμόνων, οὔτε θεῶν, πρὸς μίαν ἀκτῖνα τοῦ θεοῦ.
12 Οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἄγονται καὶ φέρονται, καὶ τὰς ψυχὰς 12
καὶ τὰ σώματα ὑπὸ τῶν δαιμόνων, ἀγαπῶντες καὶ στέργοντες τὰς ἐκείνων ἐνεργείας· καὶ ὁ λόγος, οὐκ ἔρως ἐστὶν ὁ πλανώμενος καὶ πλανῶν. τὴν οὖν ἐπίγειον διοίκησιν ταύτην πᾶσαν διοικοῦσι, καὶ δι᾽ ὀργάνων τῶν ἡμετέρων σωμάτων. ταύτην δὲ τὴν διοίκησιν Ἑρμῆς εἱμαρμένην ἐκάλεσεν. ἤρτηται οὖν ὁ νοητὸς κόσμος τοῦ θεοῦ· ὁ δὲ αἰσθητὸς, τοῦ νοητοῦ· ὁ δὲ ἥλιος διὰ τοῦ νοητοῦ καὶ αἰσθητοῦ κόσμου, τὴν ἐπιρροὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ χορηγεῖται τοῦ ἀγαθοῦ, τουτέστι τῆς δημιουργίας. 13 Περὶ δὲ τὸν ἥλιον, αἱ 13
ὀκτώ εἰσι σφαῖραι τούτου ἠρτημέναι, ἥ τε τῶν ἀπλανῶν, καὶ αἱ ἓξ τῶν πλανωμένων, καὶ ἡ μία περίγειος· τούτων δὲ τῶν σφαιρῶν ἤρτηνται οἱ δαίμονες· τῶν δὲ δαιμόνων, οἱ ἄνθρωποι. καὶ οὕτω πάντα τε καὶ πάντες ἀπὸ τοῦ θεοῦ εἰσιν ἠρτημένοι. διὸ πατὴρ μὲν πάντων ὁ θεός· δημιουργὸς δὲ, ὁ ἥλιος· ὁ δὲ κόσμος, ὄργανον τῆς δημιουργίας· καὶ οὐρανὸν μὲν ἡ νοητὴ οὐσία διοικεῖ· οὐρανὸς δὲ θεούς· δαίμονες δὲ θεοῖς ὑποτεταγμένοι, ἀνθρώπους διοικοῦσιν. αὕτη ἡ θεῶν καὶ δαιμόνων στρατιά· ταῦτα δὲ ὁ θεὸς ποιεῖ διὰ τούτων ἑαυτῷ, καὶ μόρια τοῦ θεοῦ πάντα ἐστίν· εἰ δὲ πάντα μόρια, πάντα ἄρα ὁ θεός· πάντα οὖν ποιῶν, ἑαυτὸν ποιεῖ, καὶ οὐκ ἄν ποτε παύσαιτο· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἄπαυστος. καὶ ὥσπερ ὁ θεὸς οὐ τέλος ἔχει, οὕτως οὐδὲ ἡ ποίησις αὐτοῦ ἀρχὴν ἢ τέλος ἔχει.

ΤΕΛΟΣ.

INDEX
SENTENTIARVM HOC PIMANDRA CONTENTARVM.

Primus numerus indicat caput, secundus sectionem.

A

B

C

D

Denarius

Pompatum

FINIS.

PYMAN-

HERMETIS
MERCVRII
TRISMEGISTI
PIMANDRAS VTRA-
QVE LINGVA RE-
ſtitutus,

D. FRANCISCI FLVSSATIS CAN-
DALLÆ INDVSTRIA.

AD MAXIMILIANVM CÆSAREM EIVS
nominis Quartum.

IANVS RIVIERIVS BVRDIGALENSIS AERARII REGII ANTIGRAPHEVS, IN Triſmegiſtum D. Fran. Fluſſatis Candallæ.

Num ſpirat, num viuit adhuc ter Maximus Hermes:
Religione ſacer: doctrina inſignis, & arte:
Niliacæ iuſtus moderator & arbiter oræ:
Te viuo: noſtri, princeps, laus maxima ſecli,
Fluſſatides? Seu tu genus hoc ab origine prima
Herôum referas. quorum pars inclyta, Reges
Frænarunt domitas & iure & robore gentes.
Seu bona, quæ largo fundit ſors proſpera cornu,
Æternis permixta bonis, cum corpore, ſpectes:
Nil tibi deeſt: coniuncta manent tria maxima vobis.
His annecte nouas, queis fulges ſplendidus, artes:
Et dignos tanto ſacrorum antiſtite mores.
Quos pia Religio comitatur, & anteit, inſtar
Ardentis flammæ: dum recto tramite, Lynceis
Æthereos oculis peragras, cæleſtia, motus.
At quicunque, prius nulli conceſſa moueri,
Tentarunt ſacri tractare arcana miniſtri,
Obſtupuere omnes: & centum-luminis Argi,
In loca, ceu cæci repſerunt deuia Talpæ.
Tu nouus interpres diuum: Tu Maximus Hermes:
(Si modo Pythagoræ ſint dogmata vera renati)
Mercurium nigris merſum phlegetontidos vndis,
Linquentem patrii Memphitica ſacra Canopi
Marte tuo, ſuperas reuocatum mittis in auras,
Et nitidum puro reddis, ſine tegmine, cælo.
Tuque Deum, rapidoque Deus te ſurripit Orco,
Clara ſolo ſpargens, & figens nomina Cælo,
Ingenii monimenta tui: quo ſoſpite, nunquam
Cedet Romanis Aquitanica Muſa Camænis,
Gallica ſeu Latiis iungas, ſeu Græca Latinis
Permutes: vero fulget rediuiua colore
Pagina, quæ primos imitetur, & augeat ortus.

INVICTISSIMO CÆSARI MAXIMILIANO HVIVS NOMINIS QVARTO, FRANCISCVS FLVSSAS CANDALLA, ROBVR ET IMPERIVM.

VIRTVTVM & clementiæ splendor, quo tuæ sublimitatis vndique præfulget meritum, Sacra Maiestas, omnium peritorum animos excitat, in ea potissimum studia, quibus viros illustres & inclytos ad agnoscendos & excipiendos culturæ labores vrgeant, quorum authoritate & sanctimonia apud probos & claros gratior adsit lucubratio. Nos autem licet eo nomine, pro authoris dignitate rem expolitam, tuæ celsitudini consectare non possimus: attamen suapte natura præclarum ac generosum antiquissimi Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου Pimandram, de potentia & diuina natura libellum, tot annorum millibus inexpositum, pro virium facultate perlustrandum, restituendum, & commentario gallico propalandum, eo consilio duximus, vt nunc primum tuæ celsitudini vtraque lingua descriptum proponentes, quantum tibi perpetuis vinculis astricti simus, ingenue noscitemus. Hunc siquidem Termaximum tua sublimitate dignum reor. Vtpote qui præter eos omnes, qui hactenus de Diuina essentia & natura disseruerunt, rerum diuinarum notitiam assequutus est, nec solum eam, quæ prioribus tam fœlicis copulæ Christi cum homine paranymphis à summo Deo reuelata est: sed etiam eam, quæ intimis ipsius Christi sequacibus cernentibus & astantibus vix agnita fuit. Quam non minus præclare descripsit, quam si à Seruatoris corporeo consortio à cunabulis edoctus esset. Nimirum hic vnus inter eos, qui olim diuinitus inspirati sunt, de omnipotentis Dei essentia solerti admodum colloquio quamplura deregit, mundi facturam, hominis ad Dei imaginem ac similitudinem opificium, eiusdem insuper tantæ miseriæ lapsum, huius denique lapsus amplioris fœlicitatis medelam, vndique Deum incorporeum, ac extra materiam scitcitandum edocet. At si exigua sint hæc, & antiquos diuini nutus nuncios nihilo antecellentia, aderunt quamplura, quæ à Mose, prophetis, ac quibusuis Christi patefactionem præcedentibus silentio prætermissa sunt, Mercurio huic termaximo patefacta. Qualia sunt, de Triade summa vno Deo sermo: Diuinum insuper Verbum Patris filium: ac à Patre & Verbo spiritum ignis & spiritus Deum, prolatum, cunctorum operatorem fuisse: Verbum autem vnum hominem, Diuino nutu regenerandorum hominum ἐγγυητὴν extitisse: ab hoc insuper regenerandi solo effectu salutem pendere. Cratere item Spiritu referto sacrosanctum aperit Baptisma. Corporibus officio functis ad sua munia reditum pollicetur. Precationes demum omnipotenti Deo prolatas, per Verbum offerri iubet. Quæ præter hæc, qui ab ipso Seruatore domino educati sunt, patefacient. Licet hic non tantum Domini discipulos tempore præcesserit, verum & quoscunq; prophetas, legis doctores, ac vt ab antiquis dicitur, Mosen ipsum, qui vetustissimorum scriptorum auctor à quampluribus habetur. Qui fieri alioqui potest, hunc priorem cuncta incognita tanti momenti protulisse, quin ipsi Diuina & familiaris adfuisset bonitas? Quinetiam qui plura hunc edoceret, plus ei quam cæteris opitularetur, ac ipsi conspiraret, Recte admirandum hoc Diuinæ bonitatis opus est. Quapropter, inclyta Maiestas, Termaximum hunc Mercurium sublimem θεωρίαν propalantem, tibi principum

ἀρχικῶ voueo & consecto, iam antea latinis literis ἀμελῶς mandatum, nunc demum interpretandum, diligentiori cura restitutum, & vtraque lingua euulgatum. Ad hoc autem me impellit animus, tuæ maiestatis fretus clementia. Quandoquidem me tuæ amplitudinis obsequentissimum cultorem, hoc honore prosapiæ quamuis immeritum decoras, ut iæ scilicet tuæ celsitudinis Hungarorum reginæ memoria, ea namque patris mei soror extitit. Hoc itaque ab eo, qui natura tuus est, munusculum, quamuis exile, tua generositate honestas. Quæ non solum in regendis tanti imperii proceribus, magnatibus, ac populis coruscat: verum in sacrarum literarum, disciplinarum philosophiæque notione percrebrescit. Quocirca vt dignum Cæsare munus Cæsari deferam, nostri Mercurii texturam, græcis ac latinis tantum elementis cultam obruli, nulla commentarii prolixitate adhibita, ad tantum principem spectare ratus. quo magis agnoscam iura, quibus tibi deuinctus sum, non tantum ea quæ tibi Cæsari, principum amplissimo, à cunctorum mortalium cœtu debentur: verumetiam ea quibus singulari quodam vinculo me libentem in tuæ maiestatis immortalia cogis obsequia. Hac de causa gallico idiomate eandem texturam vna cum commentariorum facilitate, reginæ nostræ tuæ sublimitatis filiæ, propediem consecrandam expectamus. Vt quæ summum Deum propria lingua percunctari cœpit, regni sibi commissi linguæ facundia, eiusdem cultum fauste peragat. Confisus nimirum augustæ suæ indolis elegantia, hoc fore sibi gratum opus spero. Tua igitur, ô Cæsar, inclyta maiestas tuo clientulo decus annuens, me sui obsequentissimum, humilique officio deditum sua benignitate suscipiat. Quod faxit summum illud Bonum Optimum Maximum, ac sua clementia tibi conspirans, vires imperium, & decus perpetuæ felicitati conferat. é Bachabelleo castro, ad borealis poli altitudinem 45. grad, longitudinem vero 18. grad, infra Burdigalam sito, ad 3. Cal, Maias anno salutis, 1574.

FRAN.

FRANCISCVS FLVSSAS LEctori θεοφίλῳ εὐτυχεῖν.

QVandoquidem omnium eorum quæ sunt, causas, à Diuinis ortum ducere constat: vniuersus philosophiæ splendor apud omnes & singulos eius scopum disquirentes, vnicus fuit supremi illius Boni perquirendi conatus, nullo discrimine recte ac oblique philosophantibus: quo nihil præstantius vel potentius extat. Id vtique vni tantum animantium se discernendum præbet, ei nimirum quod ex ipsius Boni proprio potißimam constitutionem suscipit. Quo vetus illa priscorum παροιμία, τὸ ὅμοιον, τῷ ὁμοίῳ φίλον, partibus suis functa, omne genus hominum in propria munera obeunda prorsus adigat. Hominis namque concinnitatem, in iis, quæ à bona mente tractantur speculandis consistere citra controuersiam habetur. Homo quippe animal Diuinum solum philosophandi capax, Diuina contemplatur, ac per summet Diuinitatis spectationem supremum illud Bonum omnis potentiæ simul ac virtutis originem Deum omnium opificem, & causam, peculiari & sibi destinato munere concipit: tumque veræ philosophiæ insectator est, cum philosophiæ verum & vnicum insectatur scopum. Quum autem à vero excidit & alienum inquirens, non philosophus, at φιλόδικος, aut equidem φιλόδοξος nuncupandus est. Quocirca ne proprii instituti fungendi præcipuo tuo homini depereat occasio, præstantißimi huius Boni conceptum sub Pimandræ vocabulo, illustrißimi huius Ter maximi Mercurii opera denunciatum, exhibeo. Cuius prouentu, candide Θεόφιλε, tria hæc cuiuis animæ ratiocinanti admodum elegantia suscipies, Dei nempe, sui, ac mundi considerandi copiam, ac horum assequendorum conatus, subtili breuiloquentia tradita. Quæ cum antiquißima, ac præter chartarum præsidium vetusta sint, ne si pleraque varia in transcribendis exemplaribus pingentium incuria, aut ignorantia rei suborta sint, mireris. Quantum itaque in nobis extitit, intemeratam texturæ sinceritatem nec minus tuendam, quam vt par erat, sensum pro dignitate inuestigandum curauimus. Quapropter dictiones aut particulas quas à Græco exemplari ad annum 1554. edito detraximus, ad oram codicis è regione contulimus: vt tibi varietatis causa nullo tædio sit obuia. harum autem dictionum nonnullas à pristinæ editionis indice selegimus: quas aliquando à textura deletas esse, idem indicat index: aliquas vero, accito consultorum assensu, non tantum græcarum, sed etiam orientalium linguarum (vtpote Iosephi Scaligeri, iuuenis illustrißimi, non minus doctis linguis eruditi, quam conditione & prosapia præclari, opera) perpaucos pingentis errores sarcientes, transtulimus, quarum loquutiones paßim à latinis alienas, cum verborum phrasi, tum hieroglyphicarum significationum vetusta frequentia, comperies. At quoniam hic Mercurii libellus philosophiam Diuino permiscet oraculo: vtrique, philosophiæ nempe & diuino sermoni denunciando, cum sæpenumero latina vocabula desint, ab iis qui philosophiam ac Diuina scripserunt, verba sumenda fuere: vt quam accurate liceret authoris conceptum verbis assequeremur. Nam diuinarum rerum & philosophiæ expertes, qui linguæ latinæ primordia construxerunt, propriæ linguæ vocibus ignota proferre non poterant. A Græcis ideo qui & philosophiæ & religionis nullum non mouerunt lapidem, peculiaria quamplura verba commodo suscepimus, à latinis authoribus hinc inde ac vtcunque sata. Ante nos Marcilius Ficinus, vir non mediocri scientia præditus, antiquam hanc Græcam versionem in latinam velut sui laboris nouale transtulit: hunc sequutus Gabriel Prateolus, in nostrum Gallorum idioma conuertit, nulla interpretandæ rei sollicitudine ducti, ac ea propter ab authoris sententia subinde diuagantes. Et licet Ægyptium non constet exemplar: Græcum tamen huius Pimandræ à peritißimo quopiam antiquo translatum esse liquet, cum dictionis venustate, tum admiranda verborum ἐμφάσει, in enunciandis tantæ philosophiæ secretis. Ficinus namque hunc latino donans, sua liminari, qua via de Græca versione intellexerit, silentio prætermittit, Id vnum tamen effundit, Mercurium nempe literis AEgyptiis primum edidisse, eundemque Græcæ linguæ peritum, translato volumine AEgyptiorum mysteria

Græcis communicasse. Quod habuisse videtur à religioso quodam Leonardo Pistoriensi, qui tractatum hunc, cui de Potestate & sapientia Dei nomen indidit, prior in Florentiam è Macedonia detulit, & manibus principis Cosmæ Medicis commisit. Cuius præcepto Ficinus in latinum tanquam à me cœnate suscipiens, & suæ culturæ noualia persoluens, transtulit. obiter quidem. transferendum enim non interpretandum volumen pluribus passim variatis necnon omissis aggressus est, quæ omissa hac stellula & hac virgula| recta conclusa reperies. Non arbitror equidem Ficinū temere græcam versionem eidem Mercurio ascripsisse. Quocirca non immerito præsagiendum fuit, peritum quendam græcam editionem constituisse. Quod secus Apuleio in traducendo volumine de voluntate Dei ab eodem Mercurio contigit. Is namque aliqua vulgo prodidit, quæ Mercurium nostrum idololatriæ contagio (quamuis à se remotissimo) impie affecerunt, abrogato exemplari græco, ne (vt putatur) pateat illius in hunc patratum scelus. Homo namque ἄπιςος, ac innumeris sceleribus obsitus legitur Apuleius. Quare non erit mirum tanti viri nomen, huius κακόζηλος conatu impugnari. Quinproinde iustum censemus, fœdatum libellum (exemplaris græci redemptionem præstolantes) inter hæc omitti: vt quæ citra labem ab hoc Diuino philosopho suscepimus, tibi vigili θεοφόρῳ ac pio lectori, augustum quidem opus, licet non pro sui dignitate cultum exhibeamus, temporis quidem lapsu vitio maculatum, sed pro conatu restitutum ac elucidatum: vt Dei, tui, mundique noscendi copiam fauste perhibens, infima intelligentiæ Diuinæ nocua coerceat, & suprema sola mente concipienda, tuæ speculationi coniuncta perpetuo foueat. De Mercurii vero ter maximi conditione & tempore plura narrantur: ac inter antiquos de hoc antiquissimo loquentes, non citra controuersiam. Recentiorum vero Joannes Functius chronologia sua Mercurium testatur floruisse annis 21. ante legem Mosi datam in deserto, anno exitus Israelis ab Ægypto. Quod etiam difficulter constabit. Nam apud antiquos receptum est, Mercurium hunc ideo Ter maximum nuncupari, quod iuxta vetustos AEgyptiorum mores, à maximo philosopho in sacerdotium vocaretur, à maximo vero sacerdote in regem accitus esset. Vnde ter maximum illum dici, philosophum, sacerdotem, ac regem receptum est, ac proinde in AEgyptios imperium obtinuisse constat: & apud eos literarum seu scripturæ primordia comperisse. Antiquarum autem rerum scrutatores, plures inquiunt fuisse Mercurios, nec quis horum Trismegistus fuerit, satis constat.*

Cap. 10. sect. 4. *Hunc tamen à Cælo & Saturno progenitum propria testantur scripta, ac AEgyptiis θωθ nuncupatum, quod nomen filio Tat græcum pater scribens, inuariatis præcipuis literis transtulisse patet, sui nominis monimentum posteris inculcans, veram dictionem græcam ἑρμῆν, quæ* Mercurium *Latinis sonat, data opera præteriens, ne ab eo inchoatum nomen, à futura progenie deleretur. Quod non parum indicat* Mercurium *suipsius græcum fuisse interpretem. Alius namque Græcus* Mercurii *veram denominationem ἑρμῆν, ægre silentio prætermisisset: vt filio Tat, patris Ægyptiacam vocem θωθ conferret: quæ quidem ab ipso* Mercurio *sumens originem, in futuras progenies graderetur. Quocirca non temere in tanta scribentium controuersia,* Mercurius *hic Trismegistus, aliorum* Mercuriorum *progenitor aut saltem secundus fuisse videretur, cum is ipse non à* Mercurio, *sed à Cælo & Saturno se genitum fateatur.*

Act. 7. c. *Nam hac lege satius illi congruerent, quæ de tanto connumerantur homine. Literarum enim auctor esse non poterat, quin Mosis tempora præcederet. Mosen namque à cunabulis omni AEgyptiorum doctrina, scriptura sacra testatur imbutum, quod absque literis fuisse difficile creditur. Nec insuper Ægyptiorum imperium consequi: post Pharaones, ac alia pleraque nomina, quibus, qui de ipso narrant sibi congrediuntur. Præterea cum ante & post Mosen alii Ægyptiis imperantes historiis enumerati sint, Trismegistum antea regnum tenuisse necessarium appareret. Non enim alias esset* Mercurius *Saturni filius, qualem se 10. cap. profitetur: nam floruit Saturnus Sarug ataui Abraham temporibus. Quare circa tempora Abraham illum floruisse putaremus. Inter quæ tam variis fluctibus æstuantia præ vetustate rei, antiqui illius græci Suidæ scriptis consultis, quæ de* Mercurii *tempore dixerit narrabimus. Ait namque Suidas,* Mercurium *Trismegistum sapientem AEgyptium floruisse ante Pharaonem. Pharaonem autem fatur idem, illum fuisse AEgypti regem, qui sequentibus nomen indidit. Quare si primum Pharaonē præcesserit, non citra horum trium patriarcharum tempora fuisse constat, cum Abraham, Jacob aut Israelis tempore iam adessent regno Pharaones. Hæc sagaci lectori à nobis collecta discutienda relinquimus. Quocirca* Christiane *lector, quoquo se vertat Termaximi illius status aut conditionis negotium, iis quæ de ipsius dicuntur tempore, disciplinam ab ipso traditam antepone: ac* Mercurium *suscipe, non modo tanquam philosophum prophetam, verum & philosophum euangelistæ nomen promeritum. hic nanque gratiam præcipuis effectibus nunciatis homini propalauit, & huius salutem, a Dei filio vno homine regenerandis hominibus dato, pendere primus aperuit.*

aperuit. Exponendum autem volumen vtrisque græcis ac latinis è regione constitutis curauimus characteribus, distinctiones sectionum ad interiorem exemplaris oram numeris designantes, quas quidem commentariis gallicis scribendis obseruauimus. AEqui igitur bonique consule & labori nostro indulge.

Εἰς Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου Ποιμάνδρην Στέφανος ὁ Μανιαλδὸς.

Ἐνθάδ᾽ εὐχ ἕξεις Φοίβου χρησμήτορος ᾠδήν.
Ἡ βίβλος εἰ καίνην οὐ κατέχει σοφίην.
Ἀλλ᾽ Ἑρμοῦ μεγάλου ἕξεις παναληθέα φωνὴν,
Καὶ μεγάλου Θεοῦ ῥήματα θεσπέσια.
Εἰ σοφὸς εἶ, βίβλον λάβε ἐς χέρας, εἰ δὲ γε νῆϊς
Εἶ μουσῶν, βίβλον καὶ λάβε ἐς παλάμας.
Νῦν πάντεσσι σαφὴς λόγος Ἑρμοῦ, ὃς πρὶν ἀμαυρὸς.
Ὁ ΦΛΟΥΣΣΑΣ ζόφερον τὸ σκότος ἐσκέδασεν.

Mar. Monerius.

Hoc Græcæ nocuit sophiæ, quod pallia, pera,
Centones, baculi, mendicæ opprobria dextræ,
Et genus id sordens vitam infamarit egestas,
Cæterà Principibus quæ fortunatior esset.
Ecce vni coiere simul Princepsque, Sophusque:
Pôl Superi, credo, baculis Diademata mutant.

IN MERCVRII PIMANDRAM D. FRANCISCI FLVSSATIS CANDALLÆ VIRI NOBILISSIMI INDVSTRIA RESTITVTVM, ET Commentariis doctissimis locupletatum, Steph. Manialdus Medicus Burdigalensis.

Plurima veridico secreta ex ore profudit
Doctorum veterum gloria Mercurius:
Quæ tenebris densis cæca & caligine mersa,
Nulli nota prius, delituere diu.
Gentis Aquitanæ ornamentum & gloria tandem
Franciscus Flussas, nobiliumq; decus,
E tenebris tantis tam clarum extollere lumen
Aggreditur primus, primus & assequitur.
Mercurii Graii fuerant quæ trunca resarcit:
Peruia cuiq; facit quæ salebrosa prius.
Illius abstrusos sensus, occultaque dicta
Incepit patriis irradiare sonis.
Quæ doctis docte & succincte scripserat Hermes,
Exornat multis amplificatq; modis.
Quæq; prius docti non cognouere, repulsis
Nunc tenebris, rudibus sunt manifesta satis.
Non audita prius cognoscit dogmata doctus,
Philosophus veram repperit hic sophiam.
Pythagoras quicquid fertur dixisse tacendo,
Quicquid & eximium turba Cleanthis habet.
Socratico quicquid manauit ab ordine rarum,
Quod Plato, quod magnus scripsit Aristoteles.
Sanctorumq; etiam mysteria maxima patrum,
Hic inclusa latent, hicq; reclusa patent.
Haurit & hinc simplex etiam documenta popellus,
Et multa hic discit fœmina quæq; rudis.
Omnibus istud opus conscriptum est, turba sophorum
Hoc legat, hoc etiam rustica turba legat.
Franciscus Flussas tam mira hoc arte poliuit,
Prodesse vt cunctis atq; placere queat.

MERCVRII TRISMEGISTI PIMANDRAS.

CAPVT PRIMVM.

1 CVm eorum quæ sunt, aliquando speculatio mihi contingeret, & intellectus meus sublimia peteret, sopitis penitus corporeis meis sensibus: velut iis qui somno premuntur euenit, satietate pastus, aut defatigatione corporis: videbar mihi intueri immensum aliquem mensura indefinita, qui me nomine vocans aiebat: quid audire & videre cupis? quid discere & noscere sentis? Tum ego, Tu quidem quis es? ² Ego

2 enim, ait, sum Pimandras, mens eius qui per se est. Video

3 quid aues: ac tibi vbiuis adsum. ³ Aio ego, ea quæ sunt discere volo, & horum naturam considerare, Deumque cognoscere. quodammodo, inquam, audire præopto? Mihi rursum ait. Habe mente tua quæcunque discere cupis, & ego te erudiam. Sic effatus formam transtulit, ac illico cun-

4 cta concepi temporis articulo. ⁴ Tum cerno indefinitum spectaculum, omnia quidem lumen effecta, suaue, ac hilare, quod amaui adspectans. Et paulo post tenebræ deorsum ferebantur, partim trepidandæ ac tristes effectæ, tortuose terminatæ: vt imaginarer me vidisse commutatas tenebras in humidam quandam naturam, vltra quam dici potest agitatam, & velut ab igne fumum euomere, ac sonum aliquem edere inenunciabilem & lugubrem. Sub hæc vox ex ipsa inarticulata sic emittebatur, vt suspicarer vocem esse lumi-

5 nis. ⁵ Ex lumine autem quid? Verbum sanctum naturæ superstabat, & ignis purus exiliuit ex humida natura in sublime sursum: leuis enim erat & acutus, simul ac efficax. Aer autem agilis existens consequebatur spiritum, dum ascenderet ad ignem vsque à terra & aqua,* vt crederetur ab ipso pendere †. Terra quidem & aqua manserunt in seipsa commista, ita vt non videretur præ aqua. Hæc autem mouebantur à verbo spirituali, quod super ea ferebatur, ad au-

6 ditum. ⁶ Mihi autem Pimandras, Considerasti, ait, visionem hanc, ac quid sibi velit? & noscam inquam ego. Lumen illud, ait, ego mens Deus tuus sum, qui sum ante naturam humidam, quæ ex tenebris eluxit. Quod autem ex mente lucidum verbum, Dei filius est. Quid ergo? inquam. Sic nosce. Quod in te videt, & audit, verbum domini: mens autem, Pater Deus. Non etenim seiunguntur à se inuicem:

7 vnitas namque horum est vita. ⁷ Gratias tibi ago, inquam ego. Attamen considera lumen & hoc cognosce. Hæc loquutus, multo tempore ex aduerso me fixus aspexit, ita vt eius tremerem figuram. Abnuente autem eo, speculor in mente mea lumen in viribus innumeris existens, & mundum indefinitum effectum, ac obsessum esse ignem virtute maxima, & statum tenuisse coactum. Hæc autem ego perci-

8 piens animaduerti ob Pimandræ verba. ⁸ In meo autem stupore existenti ait mihi denuo. Vidisti in mente tua exemplarem speciem antiquiorem principio interminato? Hæc mihi Pimandras. Ego inquam. Naturæ elementa vnde prodierunt? Rursus ille ad hæc. Ex voluntate Dei, quæ assumens verbum, & videns pulchrum mundum imitata est, mundum construens per suiipsius elementa & germina

9 nuda. ⁹ Mens autem Deus ambisexus existens vita & lumen, vt auctor peperit Verbo alteram mentem opificem, quæ Deus ignis & spiritus existens construxit dispensatores quosdam septem, in circulis complectentes mundum sensibilem, & dispensatio ipsorum fatum nuncupatur.

10 ¹⁰ *Prosiliit mox à deorsum ruentibus elementis Dei, verbum Dei, ad purum naturæ artificium, & coniunctum est opifici Menti. Consubstantiale namque erat. Et dimissa sunt sine ratione deorsum vergentia Na-*

11 *turæ principia, vt sint materia sola.* ¹¹ Opifex autem mens vna cum Verbo complectens circulos & rotans stridore impetus, versauit sua ipsius opificia, & permisit volui à principio indefinito ad infinitum finem. Inde namque incipit vbi desinit. Horum autem circumlatio, vt menti placuit, ex deorsum cadentibus elementis animantia conflauit ratione destituta. non enim rationem eis concessit. Aer volatilia protulit, aqua natantia. Discreta sunt autem ab inuicem terra & aqua

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ ΠΟΙΜΑΝΔΡΗΣ.

ΕΝΝΟΙΑΣ μοί ποτε γενομένης περὶ τῶν ὄντων, καὶ μετεωρισθείσης μοι τῆς διανοίας, σφόδρα κατασχεθεισῶν μου τῶν σωματικῶν αἰσθήσεων, καθάπερ οἱ ἐν ὕπνῳ βεβαρημένοι ἐκ κόρου τροφῆς, ἢ ἐκ κόπου σώματος, ἔδοξά τινα ὑπερμεγέθη μέτρῳ ἀπεριορίστῳ τυγχάνοντα, καλεῖν τὸ ὄνομα, καὶ λέγοντά μοι, τί βούλει ἀκοῦσαι καὶ θεάσασθαι, καὶ νοήσας μαθεῖν καὶ γνῶναι. 1

Φημὶ ἐγώ, σὺ γὰρ τίς εἶ; Ἐγὼ μέν φησιν, εἰμὶ ὁ Ποιμάνδρης, ὁ τῆς αὐθεντίας νοῦς, οἶδα ὃ βούλει, καὶ σύνειμί σοι πανταχοῦ. 2

³ Φημὶ ἐγώ, μαθεῖν θέλω τὰ ὄντα, καὶ νοῆσαι τὴν τούτων φύσιν, καὶ γνῶναι τὸν θεόν, πῶς, ἔφην, ἀκοῦσαι βούλομαι; Φησὶν † ἐμοὶ πάλιν, ἔχε νῷ σῷ ὅσα θέλεις μαθεῖν, κἀγώ σε διδάξω. τοῦτο εἰπὼν, ἠλλάγη τῇ ἰδέᾳ, καὶ εὐθέως πάντα μοι ἤνοικτο ῥοπῇ. 3 † ἐμέ.

⁴ Καὶ ὁρῶ θέαν ἀόριστον. φῶς δὲ πάντα γεγενημένα ἥδιόν τε καὶ ἱλαρόν. καὶ ἠράσθην ἰδών, καὶ μετ᾽ ὀλίγον σκότος κατωφερὲς ἦν, ἐν μέρει γεγενημένον φοβερόν τε καὶ στυγνόν, σκολιῶς † πεπειρασμένον. ὡς εἰκάσαι με εἶδότα μεταβαλλόμενον τὸ σκότος εἰς ὑγράν τινα φύσιν, ἀφάτως τεταραγμένην, καὶ καπνὸν ἀποδιδοῦσαν ὡς ἀπὸ πυρός, καί τινα ἦχον ἀποτελοῦσαν ἀνεκλάλητον γοώδη. εἶτα βοὴ ἐξ αὐτῆς ἀσυνάρθρως ἐξεπέμπετο, ὡς εἰκάσαι φωνὴν φωτός. 4 † πεπειρασμένον.

⁵ Ἐκ δὲ φωτὸς τὶ λόγος ἅγιος ἐπέβη τῇ φύσει, καὶ πῦρ ἄκρατον ἐξεπήδησεν ἐκ τῆς ὑγρᾶς φύσεως ἄνω εἰς ὕψος. κοῦφον δὲ ἦν καὶ ὀξύ, δραστικόν τε ἅμα. καὶ ὁ ἀὴρ ἐλαφρὸς ὢν, ἠκολούθησε τῷ πνεύματι, ἀναβαίνοντος αὐτοῦ μέχρι τοῦ πυρὸς ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος. ὡς δοκεῖν κρέμασθαι αὐτὸν ἀπ᾽ αὐτοῦ. γῆ δὲ καὶ ὕδωρ ἔμενε καθ᾽ ἑαυτὰ συμμεμιγμένα, ὡς μὴ θεωρεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ὕδατος. κινούμενα δὲ ἦν, διὰ τὸν ἐπιφερόμενον πνευματικὸν λόγον εἰς ἀκοήν. 5

⁶ Ὁ δὲ Ποιμάνδρης ἐμοί, ἐνόησας, φησί, τὴν θέαν ταύτην ὅ,τι καὶ βούλεται; Καὶ γνώσομαι, ἔφην ἐγώ. Τὸ φῶς ἐκεῖνο, ἔφη, ἐγώ, νοῦς ὁ σὸς θεός, ὁ πρὸ φύσεως ὑγρᾶς τῆς ἐκ σκότους φανείσης. ὁ δὲ ἐκ νοὸς φωτεινὸς λόγος, υἱὸς θεοῦ. Τί οὖν; φημί. Οὕτω γνῶθι. τὸ ἐν σοὶ βλέπον καὶ ἀκοῦον, λόγος κυρίου. ὁ δὲ νοῦς πατὴρ θεός. οὐ γὰρ διΐστανται ἀπ᾽ ἀλλήλων. ἕνωσις γὰρ τούτων ἐστὶν ἡ ζωή. 6

⁷ Εὐχαριστῶ σοι, ἔφην ἐγώ. ἀλλὰ δὴ νόει τὸ φῶς, καὶ γνώριζε τοῦτο. Εἰπόντος ταῦτα, ἐπὶ πλείονα χρόνον ἀντώπησέ μοι, ὥστε με τρέμειν αὐτοῦ τὴν ἰδέαν, ἀνανεύσαντος δὲ, θεωρῶ ἐν τῷ νοΐ μου, τὸ φῶς ἐν δυνάμεσιν ἀναριθμήτοις ὂν, καὶ κόσμον ἀπεριόριστον γεγενημένον, καὶ περιίσχεσθαι τὸ πῦρ δυνάμει μεγίστῃ καὶ στάσιν ἐσχηκέναι κρατούμενον. Ταῦτα δὲ ἐγὼ διενοήθην ὁρῶν διὰ τὸν τοῦ Ποιμάνδρου λόγον. 7

⁸ Ὡς δὲ ἐν ἐκπλήξει μου ὄντος, φησὶ πάλιν ἐμοί, εἶδες ἐν τῷ νῷ τὸ ἀρχέτυπον εἶδος τὸ προάρχον τῆς ἀρχῆς τῆς ἀπεράντου. ταῦτα ὁ Ποιμάνδρης ἐμοί. Τὰ οὖν, ἐγώ φημι, στοιχεῖα τῆς φύσεως, πόθεν ὑπέστη; Πάλιν ἐκεῖνος πρὸς ταῦτα. ἐκ βουλῆς θεοῦ, ἥτις λαβοῦσα τὸν λόγον, καὶ ἰδοῦσα τὸν καλὸν κόσμον, ἐμιμήσατο κοσμοποιηθεῖσα διὰ τῶν ἑαυτῆς στοιχείων καὶ γεννημάτων † ψιλῶν. 8 † ψυχῶν.

⁹ Ὁ δὲ νοῦς ὁ θεὸς ἀρρενόθηλυς ὢν, ζωὴ καὶ φῶς ὑπάρχων, ἀπεκύησε λόγῳ ἕτερον νοῦν δημιουργόν, ὃς θεὸς τοῦ πυρὸς καὶ πνεύματος ὢν, ἐδημιούργησε διοικητάς τινας ἑπτὰ ἐν κύκλοις περιέχοντας τὸν αἰσθητὸν κόσμον. καὶ ἡ διοίκησις αὐτῶν, εἱμαρμένη καλεῖται. 9

¹⁰ Ἐπήδησεν εὐθὺς ἐκ τῶν κατωφερῶν στοιχείων τοῦ θεοῦ, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, εἰς τὸ καθαρὸν τῆς φύσεως δημιούργημα, καὶ ἡνώθη τῷ δημιουργῷ νῷ. ὁμοούσιος γὰρ ἦν. καὶ κατελείφθη τὰ ἄλογα τὰ κατωφερῆ τῆς φύσεως στοιχεῖα, ὡς εἶναι ὕλην μόνην. 10

¹¹ Ὁ δὲ δημιουργὸς νοῦς σὺν τῷ λόγῳ, ὁ περιίσχων τοὺς κύκλους, καὶ δινῶν ῥοίζῳ, ἔστρεψε τὰ ἑαυτοῦ δημιουργήματα, καὶ εἴασε στρέφεσθαι ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀορίστου εἰς ἀπέραντον τέλος. ἄρχεται γὰρ οὗ λήγει. ἡ δὲ τούτων περιφορά, καθὼς θέλει ὁ νοῦς, καὶ ἐκ τῶν κατωφερῶν στοιχείων ζῷα ἤνεγκεν ἄλογα. οὐ γὰρ ἐπεῖχε τὸν λόγον. ἀὴρ δὲ πετεινὰ ἤνεγκε, καὶ τὸ ὕδωρ νηκτά. διακεχώρισται δὲ ἀπ᾽ ἀλλήλων, ἥ τε γῆ καὶ τὸ ὕδωρ 11

aqua quatenus mens voluit & produxit à se, quæ habebat animalia, quadrupedia, reptilia, beluas, fera ac cicura.
12 12 *Pater autem omnium mens vita & lumen existens, hominem sibi similem enixus est, quem proprii partus instar amauit.* Valde pulcher enim erat, patris imaginem habens, vere etenim propriam formam Deus amauit, concessitque ei sua ipsius
13 omnia opera. 13 Cum autem considerasset in patre artificis constructionem, Ipse quoque operari voluit. Et relictus est à patre natus in opificiali globo, habens omnem facultatem cognoscendi fratrum operationes. Qui quidem amauerunt eum, vnusquisq; autem participem fecit eum propriis muneris. Et hauriens horum essentiam, ac assumpta eorum natura, voluit perrumpere circulorum ambitum, ac immi-
14 nentis igni potentiam opprimere. 14 Inde qui omnem potestatem mortalium animantium ac irrationalium mundi habet, per harmoniam emersit confracta potentia, & patefecit deorsum latæ naturæ pulchram Dei figuram. Quem intuens pulchritudinis insatiabilis, omnem effectum gubernatorum in seipso habentem & Dei figuram, risit amore. Nimirum quia speciem pulcherrimæ hominis formæ in aqua vidisset, ac vmbram in terra. Ipse autem videns figuram sibi similem, existentem in aqua valde amauit eam, voluitque ibi degere, & vna cum voluntate prolatus effectus est:
15 incoluitque irrationalem formam. 15 Natura quod amabat amplexa, tota se impliciuit & coierunt: * sese namque diligebant }. *Quã de re præter omnia, quæ super terram animalia, duplex est homo mortalis quidem causa corporis, immortalis autem propter essentialem hominem:* immortalis autem existens, & omnium potestatem habens, *mortalia patitur esse subdita fato.* superior itaque existens harmonia, per harmoniam fit seruus. Ambisexus vero, ab ambisexo patre, & insomnis, ab
16 insomni domatur. 16 Et post hæc mens mea quid. * nam & ego ipse cupio sermonem }. Pimandras vero dixit, Hoc est penetrale mysterium ad hanc vsque diem. Natura namque se permiscens homini miraculum edidit quam admirabile. Nam habens ipse harmoniæ horum septem naturam, vt tibi dixi, à Patre & Spiritu, non sustinuit natura: ast illico septem enixa est homines, iuxta naturas septem dispensatorum masculo fœmineas ac elatas. Quid præter hæc ô Pimandra? In magnam enim cupidinem nunc prouehor, & opto audire, ne excurras. Et Pimandras ait. Sed sile, nondum enim tibi compleui primum sermonem. Ecce sileo, inquam ego. Facta est itaque horum septem generatio, vt dixi, hoc
17 ordine. 17 Fœminina erat terra, Aqua autem salax. Ea enim ab igne maturitatem, ab aere vero spiritum suscepit: & protulit natura corpora ad hominis speciem. *Homo autem à vita & lumine genitus est in animam & mentem, à vita quidem animam, à lumine vero mentem.* Et ita steterunt omnia sensibilis
18 mundi vsque ad circuitus finem. 18 Audi reliquum quem appetis audire sermonem. Completo ambitu solutus est omnium nexus, ex voluntate Dei. Omnia namque animalia ambisexa existentia distinguebantur, vna cum homine: & fiebant masculina partim aliqua, & perinde quædam fœminea. Deus autem mox Verbo sancto dixit. Crescite in incrementum & multiplicamini in multitudinem, omnia creata ac opificia mea: *& agnoscat seipsum quisque mente præditus immortalem esse, ac causam mortis esse cupiditatem, & omnia quæ*
19 *sunt.* 19 Hoc dicens prouidentia per fatum & harmoniam temperamenta fecit, ac generationes condidit, & multiplicata sunt iuxta proprium genus omnia. Et qui seipsum recognouit in præcipuum bonum accessit: at qui errore cupidinis corpus amauit, hic manet in tenebris seductus, sensu
20 patiens ea, quæ sunt mortis. 20 Quid hactenus peccant, inquam ego, qui ignorant, vt immortalitate priuentur. Videris, ô amice, solicitus non fuisse eorum quæ audisti. Non inquam tibi intellexisse videor? Quinimo percipio & memini, ac gratias vna persoluo. Si intellexeris, dic mihi, cur digni habentur morte, qui in morte existunt. Eo quod amicum corpus præoccupant inuisæ tenebræ. Inde natura humida, à qua corpus constitutum est in sensili mundo, ex quo mors trahitur. Recte consideras ô amice.

21 Qua

τῆς ὑγρᾶς, καθὼς ἠθέλησεν ὁ νοῦς. καὶ ἐξήνεγκεν ἀπ' αὐτῆς, ἃ εἶχε ζῶα τετράποδα, ἑρπετά, θηρία, ἄγρια, καὶ ἥμερα. 12 Ὁ δὲ 12
πάντων πατὴρ, ὁ νοῦς ὢν ζωὴ καὶ φῶς ἀπεκύησεν ἄνθρωπον αὐτῷ ἴσον, οὗ ἠράσθη ὡς ἰδίου τόκου. περικαλλὴς γὰρ, τὴν τοῦ πατρὸς εἰκόνα ἔχων. ὄντως γὰρ καὶ ὁ θεὸς ἠράσθη τῆς ἰδίας μορφῆς. καὶ παρέδωκε τὰ ἑαυτοῦ πάντα δημιουργήματα.
13 Καὶ καταvοήσας δὲ τὴν τοῦ δημιουργοῦ κτίσιν ἐν τῷ πατρὶ, 13
ἠβουλήθη καὶ αὐτὸς δημιουργεῖν. καὶ συνεχωρήθη ἀπὸ τοῦ πατρὸς γενόμενος ἐν τῇ δημιουργικῇ σφαίρᾳ † ἔχων τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν † κατενόησε τῶν ἀδελφῶν τὰ δημιουργήματα. οἱ δὲ ἠράσθησαν αὐτοῦ, ἕκαστος δὲ μετεδίδου τῆς ἰδίας τάξεως. καὶ καταμαθὼν τὴν τούτων οὐσίαν, καὶ μεταλαβὼν τῆς ἑαυτῶν φύσεως, ἠβουλήθη ἀναρρῆξαι τὴν περιφέρειαν τῶν κύκλων, καὶ τὸ κράτος τοῦ ἐπικειμένου ἐπὶ τοῦ πυρὸς † καταπονῆσαι.

† ἐξὸν † κατανοῶν τῶν ἀδελφῶν. † κατανοῆσαι.

14 Καὶ ὁ τοῦ τῶν θνητῶν κόσμου ζώων καὶ τῶν ἀλόγων ἔχων πᾶσαν ἐξουσίαν, διὰ τῆς ἁρμονίας παρέκυψεν ἀναρρήξας τὸ κράτος. καὶ ἔδειξε † τῇ κατωφερεῖ φύσει τὴν καλὴν τοῦ θεοῦ μορφήν. ὃν ἰδοῦσα ἀκόρεστον κάλλος πᾶσάν τε ἐνέργειαν ἐν ἑαυτῷ ἔχοντα τῶν διοικητόρων τήν τε μορφὴν τοῦ θεοῦ, ἐμειδίασεν ἔρωτι, ἅτε τῆς καλλίστης μορφῆς τοῦ ἀνθρώπου τὸ εἶδος, ἐν τῷ ὕδατι ἰδοῦσα, καὶ τὸ σκίασμα ἐπὶ τῆς γῆς. ὁ δὲ ἰδὼν τὴν ὁμοίαν αὐτῷ μορφὴν ἐν ἑαυτῷ οὖσαν ἐν τῷ ὕδατι, ἐφίλησε, καὶ ἠβουλήθη † αὐτοῦ οἰκεῖν. ἅμα δὲ τῇ βουλῇ ἐγένετο ἐνέργεια, καὶ ᾤκησε † τὴν ἄλογον μορφήν. 14

† τὴν κατωφερῆ φύσιν. † αὐτῇ

15 Ἡ δὲ φύσις λαβοῦσα τὸν ἐρώμενον, περιεπλάκη ὅλη, καὶ ἐμίγησαν. ἐρώμενοι γὰρ ἦσαν. καὶ διὰ τοῦτο παρὰ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς ζῶα, διπλοῦς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, θνητὸς μὲν διὰ τὸ σῶμα, ἀθάνατος δὲ διὰ τὸν οὐσιώδη ἄνθρωπον. ἀθάνατος γὰρ ὢν, καὶ πάντων τὴν ἐξουσίαν ἔχων, τὰ θνητὰ πάσχει ὑποκείμενα τῇ εἱμαρμένῃ. ὑπεράνω οὖν ὢν τῆς ἁρμονίας, ἐναρμόνιος γέγονε δοῦλος. ἄρρην θῆλυς δὲ ὢν, ἐξ ἀρρενοθήλυος ὢν πατρὸς, καὶ ἄυπνος ἀπὸ ἀΰπνου κρατεῖται. 15
16 Καὶ μετὰ ταῦτα † ὁ νοῦς μου ... καὶ αὐτὸς γὰρ ἐρῶ τοῦ λόγου. Ὁ δὲ Ποιμάνδρης εἶπε, τοῦτό ἐστι τὸ κεκρυμμένον μυστήριον μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας. ἡ γὰρ φύσις ἐπιμιγεῖσα τῷ ἀνθρώπῳ, ἤνεγκέ τι θαῦμα θαυμασιώτατον. ἔχοντος γὰρ αὐτοῦ τῆς ἁρμονίας τῶν ἑπτὰ τὴν φύσιν, οὓς ἔφην σοι, ἐκ πατρὸς καὶ πνεύματος, οὐκ ἀνέμενεν ἡ φύσις, ἀλλ' εὐθὺς ἀπεκύησεν ἑπτὰ ἀνθρώπους, πρὸς τὰς φύσεις τῶν ἑπτὰ διοικητόρων, ἀρρενοθήλεας καὶ μεταρσίους. 16 καὶ μετὰ ταῦτα, ὦ Ποιμάνδρη, εἰς μεγάλην γὰρ νῦν ἐπιθυμίαν ἦλθον, καὶ ποθῶ ἀκοῦσαι. μὴ ἔκτρεχε. Καὶ ὁ Ποιμάνδρης εἶπεν, ἀλλὰ σιώπα. οὔπω γάρ σοι ἀνέπλωσα τὸν πρῶτον λόγον. Ἰδοὺ σιωπῶ, ἔφην ἐγώ. Ἐγένετο οὖν ὡς ἔφην, τῶν ἑπτὰ τούτων ἡ γένεσις τοιῷδε τρόπῳ. 16

† τοῦτο ὁ

17 Θηλυκὴ † γῆ ἦν, καὶ ὕδωρ ὀχευτικόν. τὸ δὲ ἐκ πυρὸς, πέπειρον. ἐκ δὲ αἰθέρος τὸ πνεῦμα ἔλαβε, καὶ ἐξήνεγκεν ἡ φύσις τὰ σώματα πρὸς τὸ εἶδος τοῦ ἀνθρώπου. ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐκ ζωῆς καὶ φωτὸς ἐγένετο εἰς ψυχὴν καὶ νοῦν. ἐκ μὲν ζωῆς ψυχὴν, ἐκ δὲ φωτὸς νοῦν. καὶ ἔμεινεν οὕτω τὰ πάντα τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου, μέχρι περιόδου τέλους. 17

† γάρ † αἰθέρος

18 Ἄκουε λοιπὸν, ὃν ποθεῖς λόγον ἀκοῦσαι. τῆς περιόδου πεπληρωμένης, ἐλύθη ὁ πάντων σύνδεσμος ἐκ βουλῆς θεοῦ. πάντα γὰρ τὰ ζῶα, ἀρρενοθήλυα ὄντα, διελύετο ἅμα τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ ἐγένετο, τὰ μὲν ἀρρενικὰ ἐν μέρει, τὰ δὲ θηλυκὰ ὁμοίως. ὁ δὲ θεὸς εὐθὺς εἶπεν ἁγίῳ λόγῳ, αὐξάνεσθε ἐν αὐξήσει, καὶ πληθύνεσθε ἐν πλήθει πάντα τὰ κτίσματα, καὶ δημιουργήματα. καὶ ἀναγνωρισάτω ὁ ἔννους ἑαυτὸν ὄντα ἀθάνατον, καὶ τὸν αἴτιον τοῦ θανάτου ἔρωτα, καὶ πάντα τὰ ὄντα. 18
19 Τοῦτο εἰπόντος, ἡ πρόνοια διὰ τῆς εἱμαρμένης καὶ ἁρμονίας τὰς μίξεις ἐποιήσατο, καὶ τὰς γενέσεις κατέστησε, καὶ ἐπληθύνθη κατὰ γένος τὰ πάντα. καὶ ὁ ἀναγνωρίσας ἑαυτὸν, ἐλήλυθεν εἰς τὸ περιούσιον ἀγαθόν. ὁ δὲ ἀγαπήσας τὸ ἐκ πλάνης ἔρωτος σῶμα, οὗτος μένει ἐν τῷ σκότει πλανώμενος, αἰσθητῶς πάσχων τὰ τοῦ θανάτου. 19
20 Τί τοσοῦτον ἁμαρτάνουσιν, ἔφην ἐγὼ, οἱ ἀγνοοῦντες, ἵνα στερηθῶσι τῆς ἀθανασίας. Ἔοικας, ὦ οὗτος, τούτων μὴ πεφροντικέναι ὧν ἤκουσας. Οὐκ ἔφην σοι νοεῖν; νοῶ καὶ μιμνήσκομαι, εὐχαριστῶ δὲ ἅμα. Εἰ ἐνόησας, εἰπέ μοι, διὰ τί ἄξιοί εἰσι τοῦ θανάτου, οἱ ἐν τῷ θανάτῳ ὄντες. Ὅτι † προκατάρχεται τοῦ οἰκείου σώματος τὸ στυγνὸν σκότος, ἐξ οὗ ἡ ὑγρὰ φύσις, ἐξ ἧς τὸ σῶμα συνέστηκεν ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ, ἐξ οὗ θάνατος ἀρδεύεται. Ἐνόησας ὀρθῶς, ὦ οὗτος. 20

† προκατάρχεται.

21 Κατὰ

21 21 Quia vla autem intellexisti teipsum in id progredi, quod habet Dei verbum? Ego inquam. Quia ex luce & vita constat Pater omnium, à quo natus est homo. Bene, inquit, dicis. Vita & lux Deus est, & pater à quo natus est homo. *Si itaque disces te ex vita & luce constitutum,* * *quodque ex his constas*], *in vitam denuo euades.* Hæc loquutus est Pimandras. Sed præter hæc mihi dicas, Quo pacto in vitam progrediar, inquam ego, ô mens? Mens enim Deus dixit, Homo qui mente affectus est, agnoscat seipsum. Num igitur homines omnes mé-

22 tem habent? Bene, ait, loqueris o amice. 22 *Adsum ego mens proprius, bonis, sinceris, miserantibus, & pie viuentibus. Comitatus meus fit illis præsidium: & actutum omnia cognoscunt ac patrem placant ex animo: & gratias habent benedicentes, & hymnos ipsi ordine præ amore canentes. At priusquam corpus transferant propria morti, abhorrent sensilia, conspicientes eorum effectus.* Quinetiam non permittam ego mens ipsa, *irruentes effectus corporis ad finem perduci. Ianitor existens, obturo vias malorum & obscœnorum effectuum, cogi-*

23 *tationes intercipiens.* 23 Ab insipientibus autem, malis, improbis, inuidis, auaris, homicidis, & impiis, procul absum, vindici cedens genio, qui ignis acumen incitans, vulnerat ipsos per sensus: & præter hæc ad scelera eos præparat: vt maiorem vindictam incurrant: & non vacat, quin ad inexplebiles cupidines desiderium eorum insaturabiliter eleuet. Ac In tenebris pugnans hos conficit, & magis torquet, ac in i-

24 psos ignem vehementius auget. 24 Recte me omnia, vti optabam, edocuisti, ô mens. Tum etiam dic mihi de faciendo ascensu. Ad hæc loquotus est Pimandras. Primo quidem in corporis materialis resolutione, datur ipsum corpus alterationi, & figura, quam habebas, obtutum effugit: *ac animi indoles effectus expers Dæmoni restituitur*, & corporis sensus se in suas origines recipiunt, partes effecti, ac denuo in sua munera congressuri. Insuper ira & cupiditas in naturam rationis expertem procedit. Ita reliquum per harmoniam sursum prodit. Et primæ zonæ das augendi & minuendi efficaciam: Secundæ machinam malorum, nempe dolum effectus expertem: Tertiæ cupiditatis suadelam effectu vacuam: Quartæ imperiosam ostentationem potentia nudatam: Quintæ confidentiam iniquam, & audaciæ temeritatem: Sextæ occasiones malas diuitiarum effectu quassas: Septimæ zonæ insidiosum mendacium. Et hoc temporis harmoniæ nodatus effectibus, fit super octauam naturam, *propriam virtutem habens, & cum ibi degentibus patrem canit.* * Congaudent autem astantes huius præsentia, & similis factus simul stantibus audit & potestates super octauam naturam constitutas, voce quadam peculiari Deum canentes. Tum demum composite ad patrem ascendunt]. Et hi in potestates seipsos dantes, ac potestates effecti, in Deo fiunt. *Hoc est*

25 *bonus finis, vt qui cognitionem adepti sunt in Deo fiant.* 25 Cæterum quid moraris, quin hæc omnia ita sumens ductor viæ fias eorum, qui digni sunt, vt humanitatis genus per te à Deo incolume seruetur. Hæc loquens mihi Pimandras potestatibus se miscuit. Ego autem, actis gratiis, benedicens patrem omnium, surrexi, ab ipso roboratus ac edoctus vniuersi naturam, & maximam visionem. Tum cœpi hominibus proclamare pietatis & notitiæ pulchritudinem. O populi viri terrigenæ, qui temulentiæ ac somno Deique ignorantiæ vosipsos consecrastis, sobrii estote, quiescite autem crapulantes, delusi somno rationis experte. Qui audientes concurrunt vnanimes. Ego inquam. Quid vosipsos, ô viri terrigenæ, in mortem dedidistis, facultatem habentes immortalitatis participes esse. Resipiscite qui cum errore commercium habuistis, ac cum ignorantia communicastis: liberamini à tenebrosa luce, immortalitatis estote participes, corruptionem deserentes. Aliqui autem eorum deludentes abierunt, viæ mortis seipsos deuouentes. Alii vero vt seipsos docerem rogabant, ad pedes meos decumbentes. At ego eos eleuans dux effectus sum prosapiæ verba docens qui & quomodo salui fiant. Tum inseui ipsis sapientiæ sermones, & alti sunt aqua immortali. Vesperascente autem die, & solis aurora

penitus

21 Καὶ τί δὴ ἐννοήσας ἑαυτὸν εἰς † αὐτὸν χωρεῖν, ὅπερ ἔχει ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. φημὶ ἐγώ, ὅτι ἐκ φωτὸς καὶ ζωῆς συνέστηκεν ὁ πατὴρ τῶν ὅλων, ἐξ οὗ γέγονεν ὁ ἄνθρωπος. Εὖ † φῂς λαλῶν. φῶς καὶ ζωή ἐστιν ὁ θεός, καὶ ὁ πατήρ, ἐξ οὗ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος. ἐὰν οὖν μάθῃς ἑαυτὸν ἐκ ζωῆς καὶ φωτὸς ὄντα, καὶ ὅτι ἐκ τούτων τυγχάνεις, εἰς ζωὴν πάλιν χωρήσεις. ταῦτα ὁ Π. μάνδρης εἶπεν. ἀλλ' ἔτι μοι εἰπέ, πῶς εἰς ζωὴν χωρήσω, ἐγὼ ἔφην, ὦ νοῦς. Ἐμός φησὶ γὰρ ὁ θεός, ὁ ἔννους ἄνθρωπος ἀναγνωρισάτω ἑαυτόν. οὐ πάντες † οὖν ἄνθρωποι νοῦν ἔχουσιν. Εὖ † φησὶ ὦ οὗτος λαλῶν. 21

† αὐτόν. † φησί.

22 Παραγίνομαι ἐγὼ ὁ νοῦς τοῖς † ἰδίοις, καὶ ἀγαθοῖς, καὶ καθαροῖς, καὶ ἐλεήμοσι, τοῖς εὐσεβοῦσι. καὶ ἡ παρουσία μου γίνεται βοήθεια, καὶ εὐθὺς τὰ πάντα γνωρίζουσι, καὶ τὸν πατέρα ἱλάσκονται ἀγαπητικῶς, καὶ εὐχαριστοῦσιν εὐλογοῦντες, καὶ ὑμνοῦντες τεταγμένως πρὸς αὐτὸν τῇ στοργῇ· καὶ πρὸ τοῦ παραδοῦναι τὸ σῶμα ἰδίῳ θανάτῳ μυσάττονται τὰς αἰσθήσεις, εἰδότες αὐτῶν τὰ ἐνεργήματα· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐάσω αὐτὸς ὁ νοῦς τὰ προσπίπτοντα ἐνεργήματα τοῦ σώματος ἐκτελεσθῆναι· πυλωρὸς ὢν ἀποκλείσω τὰς εἰσόδους τῶν κακῶν, καὶ αἰσχρῶν ἐνεργημάτων τὰς ἐνθυμήσεις ἐκκόπτων. 22

† γάρ. † φημί. † ὁσίοις.

23 Τοῖς δὲ ἀνοήτοις, καὶ κακοῖς, καὶ πονηροῖς, καὶ φθονεροῖς, καὶ πλεονέκταις, καὶ φονεῦσι, καὶ ἀσεβέσι πόρρωθέν εἰμι, τῷ τιμωρῷ ἐκχωρήσας δαίμονι, ὅστις τὴν ὀξύτητα τοῦ πυρὸς προσβάλλων, θρώσκει † αὐτοὺς αἰσθητικῶς, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τὰς ἀνομίας † αὐτοὺς ὁπλίζει, ἵνα † τύχωσι μείζονος τιμωρίας· καὶ οὐ παύεται ἐπ' ὀρέξεις ἀπλέτους τὴν ἐπιθυμίαν † ἀνέχων ἀκορέστως, σκοτομαχῶν καὶ † τούτους ἀφανίζει, καὶ ἐπὶ πλέον βασανίζει. καὶ ἐπ' † αὐτοὺς πῦρ ἐπὶ πλεῖον αὐξάνει. 23

† αὐτό. † αὐτόν. † τύχῃ. † ἔχων. † τοῦτον. † αὐτόν.

24 Εὖ με πάντα, ὡς ἐβουλόμην, ἐδίδαξας, ὦ νοῦς. ἔτι δέ μοι εἰπὲ περὶ τῆς ἀνόδου τῆς γενομένης. Πρὸς ταῦτα ὁ Ποιμάνδρης εἶπε, πρῶτον μὲν ἐν τῇ ἀναλύσει τοῦ σώματος τοῦ ὑλικοῦ παραδίδωσιν αὐτὸ τὸ σῶμα εἰς ἀλλοίωσιν. καὶ τὸ εἶδος, ὃ εἶχες, ἀφανὲς γίνεται. καὶ τὸ ἦθος τῷ δαίμονι ἀνενέργητον παραδίδωσι. καὶ αἱ αἰσθήσεις τοῦ σώματος εἰς τὰς ἑαυτῶν πηγὰς ἐπανέρχονται μέρη γινόμεναι, καὶ πάλιν † συνανιστάμεναι εἰς τὰς ἐνεργείας. καὶ ὁ θυμός, καὶ ἡ ἐπιθυμία εἰς τὴν ἄλογον φύσιν χωρεῖ. οὕτως ὁρμᾷ λοιπὸν ἄνω διὰ τῆς ἁρμονίας, καὶ τῇ πρώτῃ ζώνῃ δίδωσι τὴν αὐξητικὴν † ἐνέργειαν, καὶ τὴν μειωτικήν. καὶ τῇ δευτέρᾳ τὴν μηχανὴν τῶν κακῶν, δόλον ἀνενέργητον. καὶ τῇ τρίτῃ τὴν ἐπιθυμητικὴν ἀπάτην ἀνενέργητον. καὶ τῇ τετάρτῃ τὴν ἀρχοντικὴν προφανίαν ἀπλεονέκτητον. καὶ τῇ πέμπτῃ τὸ θράσος τὸ ἀνόσιον, καὶ τῆς τόλμης τὴν προπέτειαν. καὶ τῇ ἕκτῃ τὰς ἀφορμὰς τὰς κακὰς τοῦ πλούτου ἀνενεργήτους. καὶ τῇ ἑβδόμῃ ζώνῃ, τὸ ἐνεδρεῦον ψεῦδος. καὶ τότε γυμνωθεὶς ἀπὸ τῶν τῆς ἁρμονίας ἐνεργημάτων, γίνεται ἐπὶ τὴν ὀγδοατικὴν φύσιν τὴν ἰδίαν δύναμιν ἔχων, καὶ ὑμνεῖ σὺν τοῖς οὖσι τὸν πατέρα. συγχαίρουσι δὲ οἱ παρόντες τῇ τούτου παρουσίᾳ, καὶ ὁμοιωθεὶς τοῖς συνοῦσιν, ἀκούει καὶ τῶν δυνάμεων ὑπὲρ τὴν ὀγδοατικὴν φύσιν οὐσῶν φωνῇ τινὶ ἰδίᾳ ὑμνουσῶν τὸν θεόν. καὶ τότε τάξει ἀνέρχονται πρὸς τὸν πατέρα, καὶ αὐτοὶ εἰς δυνάμεις ἑαυτοὺς παραδιδόασι, καὶ δυνάμεις γενόμενοι, ἐν θεῷ γίνονται. τοῦτό ἐστι τὸ ἀγαθὸν τέλος, τοῖς γνῶσιν ἐσχηκόσι θεωθῆναι. 24

† συνιστάμεναι. † ἐνέργειαν.

25 λοιπὸν τί μέλλεις, οὐχ ὡς πάντα παραλαβών, καθοδηγὸς γίνῃ τοῖς ἀξίοις, ὅπως τὸ γένος τῆς ἀνθρωπότητος διὰ σοῦ ὑπὸ θεοῦ σωθῇ. ταῦτα εἰπὼν ἐμοὶ ὁ Ποιμάνδρης, ἐμίγη ταῖς δυνάμεσιν. ἐγὼ δὲ εὐχαριστήσας, καὶ εὐλογήσας τὸν πατέρα τῶν ὅλων, ἀνέστην ὑπ' αὐτοῦ δυναμωθεὶς, καὶ διδαχθεὶς τοῦ παντὸς τὴν φύσιν, καὶ τὴν μεγίστην θέαν· καὶ ἦργμαι κηρύσσειν τοῖς ἀνθρώποις τὸ τῆς εὐσεβείας καὶ γνώσεως † κάλλος. ὦ λαοὶ ἄνδρες γηγενεῖς, οἱ μέθῃ καὶ ὕπνῳ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες, καὶ τῇ ἀγνωσίᾳ τοῦ θεοῦ, νήψατε. παύσασθε δὲ κραιπαλῶντες, θελγόμενοι ὕπνῳ ἀλόγῳ. οἱ δὲ ἀκούσαντες, παρεγένοντο ὁμοθυμαδόν. Ἐγὼ δέ, φημί, τί ἑαυτούς, ὦ ἄνδρες γηγενεῖς, εἰς θάνατον ἐκδεδώκατε, ἔχοντες ἐξουσίαν τῆς ἀθανασίας μεταλαβεῖν; μετανοήσατε οἱ συνοδεύσαντες τῇ πλάνῃ, καὶ συγκοινωνήσαντες τῇ ἀγνοίᾳ. ἀπαλλάγητε τοῦ σκοτεινοῦ φωτός, μεταλάβετε τῆς ἀθανασίας καταλείψαντες τὴν φθοράν. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν καταφλυαρήσαντες ἀπέστησαν, τῇ τοῦ θανάτου ὁδῷ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες· οἱ δὲ παρεκάλουν διδαχθῆναι ἑαυτοὺς πρὸ ποδῶν μου ῥίψαντες. Ἐγὼ δὲ ἀναστήσας αὐτούς, καθοδηγὸς ἐγενόμην τοῦ γένους, τοὺς λόγους διδάσκων, πῶς καὶ τίνι τρόπῳ σωθήσονται. καὶ ἔσπειρα αὐτοῖς τοὺς τῆς σοφίας λόγους· καὶ ἐτράφησαν ἐκ τοῦ ἀμβροσίου ὕδατος. Ὀψίας δὲ γενομένης, καὶ τῆς τοῦ ἡλίου αὐγῆς ἀρχομένης δύεσθαι 25

† καλόν.

ὅλης,

penitus occumbente, iussi ipsos Deo gratias habere. Et adimplentes gratiarum actionem, vnusquisque in propriam secessit cellam. Ego autem Pimandræ beneficentiam in me inscripsi, & repletus eorum quæ volui, lætus quieui. Factus est autem corporis somnus animæ sobrietas, & oculorum compressio, vera visio, silentium meum, prægnans boni, sermonis autem prolatio, fœtus bonorum. Hoc mihi contigit suscipienti à mente mea, id est Pimandra per se existentiæ Verbo. Vnde Diuinitus veritate afflatus veni. Quamobrem ex anima ac totis viribus do benedictionem patri
26 Deo. 26 Sanctus es Deus pater omnium. Sanctus Deus, cuius voluntas adimpletur à propriis virtutib. Sanctus Deus qui cognosci vult, & à propriis cognoscitur. Sanctus es, qui Verbo constituisti quæ sunt. Sanctus es, cuius vniuersa natura est Imago. Sanctus est, quem natura non finxit. Sanctus es omni virtute fortior. Sanctus es omni affluentia maior. Sanctus es excellentior omne laude. Suscipe Verborum hostias puras, ab anima & corde tibi oblatas. O ineffabilis, * intemerate | silentio compellande, obsecranti ne abnuas, cognitionem essentiæ nostræ propriam mihi annue: ac roborame: & qui in huius gratiæ ignorantia sunt, illustra, generis mei fratres, filios vero tuos. Quamobrem credo, ac testor, in vitam & lucem transeo. Benedictus es Pater. *Tuus homo tecum sanctus fieri cupit, perinde ac illi omnem potestatem concessisti.*

ὅλης, ἐκέλευσα αὐτοῖς εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ, καὶ ἀναπληρώσαντες τὴν εὐχαριστίαν, ἕκαστος ἐτράπη εἰς τὴν ἰδίαν κοίτην. ἐγὼ δὲ τὴν εὐεργεσίαν τοῦ Ποιμάνδρου ἀνεγραψάμην εἰς ἐμαυτόν. καὶ πληρωθεὶς ὧν ἤθελον, ἐξηυφράνθην. ἐγένετο γὰρ ὁ τοῦ σώματος ὕπνος, τῆς ψυχῆς νῆψις· καὶ ἡ κάμμυσις τῶν ὀφθαλμῶν, ἀληθινὴ ὅρασις· καὶ ἡ σιωπή μου, ἐγκύμων τοῦ ἀγαθοῦ· καὶ ἡ τοῦ λόγου ἐκφορά, γεννήματα ἀγαθῶν. τοῦτο δὲ συνέβη μοι λαβόντι ἀπὸ τοῦ νοός μου, τουτέστι τοῦ Ποιμάνδρου τοῦ τῆς αὐθεντίας λόγου. ὅθεν θεόπνους γενόμενος τῆς ἀληθείας ἦλθον. διὸ δίδωμι ἐκ ψυχῆς καὶ ἰσχύος ὅλης εὐλογίαν τῷ πατρὶ
θεῷ. 26 Ἅγιος ὁ θεὸς ὁ πατὴρ τῶν ὅλων· ἅγιος ὁ θεός, οὗ ἡ βουλὴ τελεῖται ἀπὸ τῶν ἰδίων δυνάμεων· ἅγιος ὁ θεός, ὃς γνωσθῆναι βούλεται, καὶ γινώσκεται τοῖς ἰδίοις· ἅγιος εἶ ὁ λόγῳ συστησάμενος τὰ ὄντα· ἅγιος εἶ, οὗ πᾶσα φύσις εἰκὼν ἔφυ· ἅγιος εἶ, ὃν ἡ φύσις οὐκ ἐμόρφωσεν· ἅγιος εἶ, ὁ πάσης δυνάμεως ἰσχυρότερος· ἅγιος εἶ ὁ πάσης ὑπεροχῆς μείζων· ἅγιος εἶ, ὁ κρείττων τῶν ἐπαίνων. δέξαι λογικὰς θυσίας, ἁγνὰς ἀπὸ ψυχῆς καὶ καρδίας πρὸς σὲ ἀνατεταμένης, ἀνεκλάλητε, ἄρρητε, σιωπῇ φωνούμενε. αἰτουμένῳ τὸ μὴ σφαλῆναι, τῆς γνώσεως τῆς κατ' οὐσίαν ἡμῶν ἐπίνευσόν μοι, καὶ ἐνδυνάμωσόν με· καὶ τῆς χάριτος ταύτης φώτισον τοὺς ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ γένους μου ἀδελφούς, υἱοὺς δὲ σοῦ. διὸ πιστεύω, καὶ μαρτυρῶ, εἰς ζωὴν 26
καὶ φῶς χωρῶ. εὐλογητὸς εἶ πάτερ· ὁ σὸς ἄνθρωπος συναγιάζειν σοι βούλεται, καθὼς παρέδωκας αὐτῷ τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν.

MERCVRII TRISMEGISTI AD ÆSCVLAPIVM SERMO VNIVERSALIS.

CAPVT SECVNDVM.

1 VEl Deus, vel Diuinitas, nunc aio esse non quid factum, quinimo quid non factum esse. Si quidem sit diuinitas, essentia præditum est. Si autem Deus, non essentia præditum. Alias autem intellectui parens hac arte. Nam Deus primus est intellectui nostro parens non sibi ipsi. Quod enim intellectu percipitur, intelligenti per sensum subiacet. Non itaque Deus à se intelligitur. non enim velut aliud quicquam ab intellecto existens à seipso intelligitur: sed nobis
2 aliud quid est: quapropter à nobis intelligitur. 2 Quod si intellectui patefiat locus, non vt Deus * sed tanquam locus]. Siquidem veluti Deus, non vt locus, sed velut efficacia capax. Omne autem motum non in mobili mouetur, sed in stante: & mouens quiescit. Non enim simul cum ipso moueri potest. Quonam igitur pacto, ô Trismegiste, quæ hic degunt, simul cum motis mouentur. Cum enim dixeris errantes sphæras moueri ab sphæra aplana. Non est hic, ô Æsculapi, motus, sed motus contrarietas, cum non pariter, quinetiam opposite inter se moueantur. Oppositio nanque obluctationem motus habet stabilem. Nam renitentia statum præse fert. 3 Errantes igitur sphæræ contrario aplanæ
3 motæ, ab innicem contrario occursu circa repugnantiam ab stante mouentur, ac secus haberi non potest. Nam visas has, quas mergere nec conspicis, nec emergere, attamen circa idem se circumuehentes, moueri existimas, an quiescere? Moueri, ô Trismegiste. Quali motu ô Æsculapi? eo quo circa idem voluuntur, latio autem circa idem, * & circa idem motio, à fixo cohibetur. Nam quod est circa, impedit quod vltra idem est. Impedito autem eo, quod vltra idem est, quiescente in id quod circa idem est: haud secus opposita latio stabilis est, cum à repugnãtia firmatur. 4. Ex-
4 emplum autem tibi describam oculis obuium. Terrena animantia velut hominem dico specularee natantem, serente enim aqua renitentia pedum & manuum fit homini status, ne simul cum aqua deffluat. Manifestissimum exemplũ dixisti, ô Trismegiste. Omnis proinde motus in stante & ab stante mouetur. Motus itaq; animantis & omnis viuentis materialis ab iis quæ extra mundum sunt fieri non contigit. quinimo ab intimis ad externa siue ab anima, siue à spiritu aut ab alio quodam incorporeo. Corpus namq; corpus ani-
5 matum non mouet: sed neque in vniuersum corpus licet inanimatum. 5 Quonam pacto id ais, ô Trismegiste? Ligna lapides ac alia cuncta animata, nonne quæ mouent ea corpora sunt? Neutiquam, ô Æsculapi. Quid enim intra corpua

ΕΡΜΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ ΠΡΟΣ † Ἀσκληπιὸν λόγος καθολικός. † ΤΑΤ.

Ὁ Θεός, ἢ τὸ θεῖον· λέγω νῦν οὐ τὸ γεννητὸν ἀλλὰ τὸ 1
ἀγέννητον. εἰ μὲν οὖν τὸ θεῖον, οὐσιῶδές ἐστιν· εἰ δὲ ὁ θεός, καὶ ὑπερούσιον γίνεται. ἄλλως δὲ νοητὸς οὗτος· νοητὸς γὰρ πρῶτος ὁ θεός ἐστιν ἡμῖν, οὐχ ἑαυτῷ. τὸ γὰρ νοητὸν τῷ νοοῦντι αἰσθήσει ὑποπίπτει. ὁ θεὸς οὖν οὐχ ἑαυτῷ νοητός. οὐ γὰρ ἄλλο τι ὢν τοῦ νοουμένου, ὑφ' ἑαυτοῦ νοεῖται· ἡμῖν δὲ ἄλλο τί ἐστι· διὰ τοῦτο ἡμῖν νοεῖται. 2 Εἰ δὲ νοη- 2
τὸς ὁ τόπος, οὐχ ὁ θεός, ἀλλ' ὁ τόπος· εἰ δὲ καὶ ὡς θεός, οὐχ ὡς τόπος ἀλλ' ὡς ἐνέργεια χωρητική. πᾶν δὲ τὸ κινούμενον οὐκ ἐν κινουμένῳ κινεῖται, ἀλλ' ἐν ἑστῶτι· καὶ τὸ κινοῦν δὲ ἕστηκεν. ἀδύνατον γὰρ αὐτῷ συγκινεῖσθαι. Πῶς οὖν, ὦ τρισμέγιστε, τὰ ἐνθάδε συγκινεῖται τοῖς κινουμένοις; τὰς γὰρ σφαίρας ἔφης τὰς πλανωμένας κινεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἀπλανοῦς σφαίρας. Οὐκ ἔστιν αὕτη, ὦ Ἀσκληπιέ, κίνησις, ἀλλ' ἀντικίνησις. οὐ γὰρ ὁμοίως κινοῦνται, ἀλλ' ἐναντίαι ἀλλήλαις. ἡ δὲ ἐναντίωσις τὴν ἀντέρεισιν τῆς κινήσεως ἔχει ἑστῶσαν. ἡ γὰρ ἀντιτυπία στάσις ἐστὶ
φορᾶς. 3 Αἱ οὖν πλανώμεναι σφαῖραι ἐναντίως κινούμεναι τῇ 3
ἀπλανεῖ, ὑπ' ἀλλήλων τῇ ἐναντίᾳ ὑπαντήσει περὶ τὴν ἐναντιότητα αὐτὴν ὑπὸ τῆς ἑστώσης κινοῦνται· καὶ ἄλλως ἔχειν ἀδύνατον. τὰς γὰρ ἄρκτους ταύτας, ἃς ὁρᾷς μήτε δυνούσας, μήτε ἀνατελλούσας, περὶ δὲ τὸ αὐτὸ περιφερομένας, ἆρ' οἴει κινεῖσθαι, ἢ ἑστάναι; Κινεῖσθαι, ὦ τρισμέγιστε. Κίνησιν ποίαν, ὦ Ἀσκληπιέ; Τὴν περὶ τὸ αὐτὸ στρεφομένην. ἡ δὲ περιφορὰ τὸ αὐτό, καὶ ἡ περὶ τὸ αὐτὸ κίνησις ὑπὸ στάσεως κατεχομένη. τὸ γὰρ περὶ τὸ αὐτὸ κωλύει τὸ ὑπὲρ τὸ αὐτό. κωλυόμενον δὲ τὸ ὑπὲρ τὸ αὐτό, εἰ ἵσταται εἰς τὸ περὶ τὸ αὐτό, οὕτω καὶ ἡ ἐναντία φορὰ ἕστηκεν ἑδραία,
ὑπὸ τῆς ἐναντιότητος στηριζομένη. 4 Παράδειγμα δέ σοι 4
τοῖς ὀφθαλμοῖς πρόσγειον φράσω· τὰ ἐπίγεια ζῷα, οἷον, τὸν ἄνθρωπον λέγω· ἴδε νηχόμενον. φερομένου γὰρ τοῦ ὕδατος, ἡ ἀντιτυπία τῶν ποδῶν, καὶ τῶν χειρῶν, στάσις γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ, μὴ συγκαταπνιχθῆναι τῷ ὕδατι. Σαφὲς τὸ παράδειγμα εἶπες, ὦ τρισμέγιστε. Πᾶσα οὖν κίνησις, ἐν στάσει, καὶ ὑπὸ στάσεως κινεῖται. ἡ οὖν κίνησις τοῦ κόσμου, καὶ παντὸς δὲ ζῴου ὑλικοῦ, οὐχ ὑπὸ τῶν ἐκτὸς τοῦ κόσμου συμβαίνει γίνεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἐντὸς εἰς τὸ ἐκτός, ἤτοι ψυχῆς, ἢ πνεύματος, ἢ ἄλλου τινὸς ἀσωμάτου· σῶμα γὰρ σῶμα ἔμψυχον οὐ κινεῖ· ἀλλ' οὐδὲ τὸ σύνολον σῶμα, κἂν ᾖ ἄψυχον.
5 Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ τρισμέγιστε; Τὰ οὖν ξύλα, καὶ τοὺς 5
λίθους, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἔμψυχα, οὐ σώματά ἐστι τὰ κινοῦντα; Οὐδαμῶς, ὦ Ἀσκληπιέ. τὸ γὰρ ἔνδον τοῦ σώματος,
† τοῦ κι-

De mundi principio.

ceret Plato, motum illum, ante mundi exornationem, rerumque distinctionem naturalem non posse, neque violentum appellari motum: nondum certe erat primum .i. cœlum, à quo discernendi, distinguendique motus ratio proficiscitur omnis. Elementa reuera confusa, & indistincta iacebant, tametsi suis in locis iactatione illa inordinata rapterentur. Neq; verum est, hunc, quem nunc videmus ordinem, mundum habuisse: nam figuris, distinctisq; speciebus, atque numeris, sine quibus ordo esse non potest, nondum mundi opifex, rerum naturas exornauerat. Rursus Aristo. arguit. Erat ne possibile, inordinate mota, talibus etiam mixtionibus aliqua misceri, ex quibus corpora constant, quæ secundum naturam constituuntur? Si possibile fuit, tunc plane non confusa, sed ordinata erant, ex quibus corpora secundum naturam fiebant; eratque ex elementis mixtorum generatio. Si possibile non erat, elementa igitur nequaquam iacebant confusa. Quidquid ergo dixeris, mundum præfuisse dicet. Plato respondet, inordinate mota fuisse dicimus, motui comparata, quem post illorum ornatum habuerunt: fieri quoq; ex illis mixtorum corpora, non sic quidem confuse iacentibus, sed post ipsorum distinctionem, ordinemq;, ad quem vtique orbis conditur, inordinate prius mota redigere placuit. Quomodo enim fierent mixta, si adhuc non erant distincta simplicia: hunc plane conditi orbis modum Aristot. si percepisset, aut non neglexisset, aut à Platone minime dissensisset. Iterum comm. 24. ipsum esse inordinate nihil aliud est, quam esse præter naturam: ordo enim propria natura sensibilium est: at vero & hoc absurdum, & impossibile est, ipsum videlicet infinitum inordinatum motū habere. est enim eorum natura, vt quod est ordinatum, maiori tempore moueatur. Quare, si infinito tempore elementa inordinate mota sunt, inordinatum, ordinatum esse, necessarium est; sed hoc est & absurdum, & impossibile. Contrarium igitur ipsis accidit, inordinationem quidē esse secundum naturam, ordinem vero, atque mundum præter naturam. Verum, si Platonis mentem eum diligentia contempleris, ordinem, atque mundum, præter naturam esse, inuenies nunquam. Etenim aliquid præter naturam moueri dicimus, si à natura institutum violare ordinem, legesque cōmunes infringere tētauerit: vbi autem hæc pacto non sunt, nulla reuera erit ordinis, aut communium sane legum violatio. Porro ante mundi ornatum, rerumque distinctionem, cœlo, atque elementis, distinctas figuras, species, numerosque non habentibus, certus non erat ordo naturæ, neque illius aliqua legum violatio. Recte ergo dici non potest, elementa prius mota fuisse ordine in naturali, aut motu præter naturam. Præterea, tempus cœlo coæuum Plato esse asserit, quæ autem principium creationis ab opifice habent, qua ratione, inordinate tempore infinito motu fuisse dicemus? *Fas autem neq; erat* (inquit Plato) *neque est quicquam facere eum, ni pulcherrimum, qui optimus est. Pulcherrimum autem est, inordinate acta, in ordinem redigere, illaq; non sinere inordinata & æterna iactatione agitari. Illis namq; modus, aut ratio non inerat: at vbi cuncta redigi ad modum placuit, tunc quatuor, quæ elementorum præseferebant vestigia, distinctis figuris exornauit. Si placuit, igitur, non necessitate, sed voluntate, mundum condidit. si elementorum præseferebant vestigia, motus à casu, vel præter naturam nondum illis acciderat.* Tetigimus hanc superius Platonis sententiam, dum Auerrois argumenta adduceremus. Platonem studet Themistius defendere. comm. 25. *Non, inquit, intellexerunt Platonis verba, falsoq; illi imponunt, quod non intelligunt. Mundum enim fieri ex inordinata apud Platonem, perinde est, ac si dixisset, mundus factus est ex informi materia: Informi, inquam, quæ distinctam, quietam, atq; ornatam in rebus formam non habebat.* Consentit Themistio Simplicius, pro tuenda Platonis opinione quos tamen Auerr. multis oppugnat argumentis, quæ ex his, quæ diximus, soluta esse arbitror. Vnum est, Platoni consonum, quod in oppugnandis plane prædictis, ab Auerr. assumitur, tempus scilicet æternum non esse, sicut illi putauerunt. Plato, tempus generat, inquit, quod cum orbis motum sequatur, motum, atque orbem ab æterno non fuisse, patet. Quam ob causam, non bene sensisse putandi sunt, qui mundum Deo coæternum, etiam secundum Platonem fuisse arbitrati sunt, inordinationemque, natura, non tempore ordinem præcessisse. vbi enim tempus initium habet: non solum naturæ, sed etiam temporis prius inueniri, necessarium est. hæc latius apud Auerroem patent legenti.

Ante cælū non erat motus naturalis, aut violentus.

Arguit.

Solutio.

Arguit.

Solutio.

Alia ratio pro Platone.

Themistius Platonem defendit. Simplicius tuetur Platonem.

QVÆSTIONIS SECVNDÆ CAP. I.

Plato, mundum, natura quidem dissolubilem, sed Dei voluntate, æternum esse asseruit.

PLATO volens in Timæo ostendere, quomodo mundus non corrumpitur, inducit Deum sic alloquentem angelos. Inquit, *Dij deorum, quorum opifex ego, & pater sum, hæc attendite quæ à me facta sunt, me ita volente indissolubilia sūt. Omne siquidē quod vinctū est, solui potest. Sed mali est, quod pulchre cōpositū est, velle dissoluere. Quapropter quia generati estis, immortales quidē, & indissolubiles omnino nō estis. Nec tamen vnquā dissoluemini, nec mortis fatum subibitis: nā voluntas mea maius, præstantiusq; vobis est vinculum ad vitæ custodiam, quam nexus illi, quibus estis tunc, cum gignebamini, colligati.* immortales Deos .i. angelos, non sua quidem natura, sed Dei opificis voluntate esse ostendit. hoc idem, paulo superius; vniuerso tribuere videtur. Cum igitur hoc à se factū sempiternorum Deorum pulchrum simulacrum moueri, inquit, & viuere pater ille, qui genuit animaduerteret, delectatus est opere, & hac ductus lætitia, opus suo multo etiam magis primo illi exemplari simile reddere cogitauit. Itaque quemadmodum illud sempiternum animal est .i. idea patris, sapientia, atque mundus archetypus, quem Catholici filium patris appellant; ita vniuersū hoc pro viribus, tale facere statuit. Illius quidem animalis æterna natura est, quod genito operi congruere omnino non potest: idcirco imaginem æui mobilem effingere decreuit: ac dū cœlum exornaret, fecit æternitatis in vnitate manentis æternam quandam in numero fluentem imaginem, quam nos tempus vocamus. æternum reuera tempus, sed genitū cum prius non esset, firmissime ostendit. *Dies,* inquit, *& noctes, & menses, & annos, qui ante cœlum non erant, tunc nascente mundo, nasci iussit: tempus vero vna cum cœlo factum est, vt vna orta, vna etiam dissoluantur, si qua his dissolutio vnquam contigerit. Propter eam, quam superius posuit rationem, mali est, quod pulchre factum est, dissoluere.* Amplius, *Vnum* inquit, *totum, ex omnibus totis, & perfectum perfectum, morbi, & senectutis expertem Deus mundum constituit. Videbat enim eam esse naturam corporis, vt, importuna caloris, vel frigoris, aliarumq; rerum vehementium accessione lædatur, & in morbos, seniumq; impulsum deficiat.* Angelos igitur cœlum, terramque, ac vniuersa prorsus elementa, tempora, & quæ sunt generis eiusdem, licet cum non essent, de nouo condita sunt: infinito tamen tempore seu æuo mansura, non natura quidem, sed voluntate opificis: Ita clare dilucideque Plato affirmat, vt superfluus sit omnis sermo, qui alio, clarissimam ipsius mentem retorquere aliquo pacto vellet. Id præterea (inquit Plotinus) quod in seipso, non autem a seipso fluit, permanens idem, nec augetur, neque minuitur, neque igitur consenescit: nam & in nobis dum partes assiduæ permutantur, affluuntque foras, diu quilibet interea viuit: vbi vero extra nihil exhalat, natura corporis non dissentit ab anima, quominus vnum ex vtrisque conficiatur animal semperque maneat. Si quis autem adiunxerit potissimam causam animam vna cum corporibus adeo puris, omninoque melioribus viuere; is certe solidum de immortalitate cœli sententiam in medium adduxisse videtur. Si quis autem animam ex Deo manantem, non iudicauerit omni vinculo fortiorem; is profecto causam omnia continentem ignorare videbitur. Absurdum est certe opinari animam, quæ ad tempus cœlum continere potest, non etiam id semper efficere: perinde ac si per violentiam continuerit. Item, quasi quicquam possit vi quadam illata, constitutionem mundi dissoluere, ac veluti regnum, & principatum animæ naturam labefactare. proinde hoc ipsum quod nunquam mundus inceperit (alioqui absurdum fuerit) de futura eius perseuerantia facit fidem: si in Dei certe natura consideratur, in actu semper eodem existens, penitusq; immutabilis; mundus videtur inde fuisse sēper, & fore. In diuinis n. idē est agere, & posse. Quare, si actionē fuisse sēper, & fore constat, æternam, perfectam, omni impedimento carentē, effectum quoque pulcherrimum, quem mundum vocamus, illam comitatum fuisse, Plotinus putauit. Verum si libera in Deo consideratur voluntas, vt Plato aliiq; sentiunt, mundū de nouo, sine diuinæ essentiæ nouitate conditum fuisse facile intelliges: non enim necessitate, sed libera voluntate, mundum Deus creauit. Quæ enim naturæ diuinæ necessitate generantur; ea profecto à diuina essentia non dissentiunt. Quapropter si mundum, à Deo quidem, sed necessitate ada-

Mundus est incorruptibilis.

Mundus archetypus.

Tempus est genitum, [illegible]

Plotinus. Enn. 2. lib. 1. c. 2.

Mundi incorruptio.

Reprehenditur Plotinus.

Mundus libere à Deo conditus est.

De mūdi principio.

cto genitum fuisse, ideoque temporis intium non habere dixeris, ad hoc te proruturum profundum scias, vt hoc vniuersum Deum esse fatearis: quod profecto omnium absurdissimum, ne dicam impiissimum est. Mundi igitur æternitatem, nedum primo principio, sed animæ etiam orbem mouenti corporique bene se habenti, Plotinus tribuisse videtur. Amplius, quid in causa esse potest, vt mundus aliquando desinat: non enim elementa mundi, instar lignorum, reliquorumque talium conteruntur. Cum igitur semper maneant, nimirum manet vniuersum. Pythagoras (authore Plutarcho) mundum à Deo genitum docuit, & suæ quidem naturæ respectu, vtpote qui sensibilis sit propter corpulentiam, corruptioni obnoxium, nec ideo tamen interiturum, nam diuina eum natura perenne continebit. Heraclitus apud Plutharcum, & Hippasus Metapontinus, ex igne omnia nasci, & in ignem omnia desinere asseuerarunt. Hesiodus etiam apud Gellium, mundum, & omnia corpora in vniuersi olim conflagratione soluta iri asserüit. Panetius, vt refert Cicero, idem ait. *Ex quo, inquit, euenturum nostri putant id, de quo Panetium addubitare dicebant, vt ad extremum omnis mundus ignesceret.* Didicerunt hoc ex Sibylla, cum ait:

2. Plutarch. lib. 2. de placit. philos. Pythagoras mundum dicit esse incorruptibilem. Heraclitus lib. 1. de placit. Hippasus. Gellius. Hesiodus. Panetius. Cicer. l. 2. de nat. Deor. Ouid. lib. 1. met. fab. 7.

Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cæli
Ardeat: & mundi moles operosa laboret.

Sybylla Erythræa 18. de Ciuitate Dei.

Iudicij signum, tellus sudore madescet.
E cælo rex aduenict per secla futurus.
Scilicet in carnem præsens, vt iudicet orbem.
Vnde Deum cernent, incredulus atq; fidelis,
Celsum cum sanctis, æui iam termino in ipso.
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipse,
Cum iacet incultus densis in vepribus orbis.
Reijcient simulacra viri, cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis, pontumq; polumq;
Inquirens, tetri portas confringet auerni:
Sanctorum sed enim, cuncta lux libera carni
Tradetur, sontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus retegens tunc quisq; loquetur
Secreta, atq; Deus reserabit pectora luci.
Tunc erit, & luctus, stridebunt dentibus omnes,
Eripitur Solis iubar, & chorus interit astris.
Soluetur cælum, Lunaris splendor obibit,
Deijciet colles, valles extollet abimis.
Non erit in rebus hominum sublime, vel altum,
Iam æquantur campis montes, & cærula ponti.
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit,
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni.
Et tuba tunc sonitum tristem demittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum, variosq; labores,
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens,
Et coram hic domino, reges sistentur ad vnum.
Decidet è cælo, ignisq;, & sulphuris amnis.

Lucanus, Stoicus.

Inuida fatorum series, summisq; negatum
Stare diu, nimioq; graues sub pondere lapsus
Nec se Roma ferens. Sic cum compage soluta
Secula tot mundi, suprema coegerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos, omnia mistis
Sydera syderibus concurrent: ignea pontum
Astra petent: tellus extendere littora nolet.
Excutietq; fretum, fratri contraria Phœbe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem.
Indignata, diem poscet sibi, totaq; discors
Machina, diuulsi turbabit fœdera mundi.

Lucretius, Stoicus.

Vna dies dabit exitio, multosq; per annos
Sustentata ruet moles, & machina mundi,
Nec me animi, quam res noua, miraq; menti
Accidat exitium cæli, terræq; futurum.

Seneca.

Non terra, inquit, in epistolis, *non cælum, non semper hic omnium rerum contextus, quamuis Deo agente ducatur. Non semper tenebit hunc ordinem, sed illum ex hoc cursu, dies aliquis deijciet.* Consentiunt his, quæ supra posita sunt, & Catholici, sanctarum eruditi authoritate scripturarum, mundum plane igne cremandum, asserentes, non quidem, vt penitus intereat, sed vt in meliorem rerum ordinem, atque statum, secundum partes, commutetur.

De mūdi principio.

CAP. II.

Aristot. atque Auerr. rationes contra Platonem.

Arguit Philosophus contra Platonem. lib. 1. cæl. cō. 102

EA namque sola probabiliter ponenda sunt, quæ in multis (inquit Philosophus) aut in omnibus esse videmus: at de hoc, nempe mundum ortum esse, atque nunquam interiturum, contrarium accidit, cuncta siquidem orta occidi videntur: male ergo sensit Plato. 1. Præterea, quod generatur, ex aliquo gigni principio necesse est, sicut primo phys. dicitur: quod si aliter se habere non potest, in eademque maneat dispositione, fieri non potest, vt aliquid ex illo generetur. Si autem transmutari potest, etiam postquam mundus ex illo constitutus est, transmutabitur. Quare, cum principium, seu principia aliter sese habere possunt, & non semper ita sese habere, necesse est: constituta quoque dissoluentur, & dissoluta prius constiterunt, idque infinities. Ad hæc Plato. Omne siquidem quod vinctum est, solui potest, sed mali est, quod pulchre compositum est, velle dissoluere: mundus igitur dissolubilis est, sed Dei voluntate, nunquam dissoluetur. Nam voluntas mea maius præstantiusque vobis est vinculum ad vitæ custodiam, inquit, quam nexus illi, quibus estis tunc, cum gignebamini, colligati. Ad illud, idque infinities. Plato respondit, tempus vna cum cœlo factum esse, vt vna orta, vna etiam dissoluantur, nisi diuinæ voluntatis vinculum obsisteret. Dies, & noctes, & menses, & annos, qui ante cœlum non erant, nascente mundo, nasci iussit. Itaque constituta, non prius dissoluta constiterunt, idque infinities, cum, tum ipsa, tum etiam ipsorum principia, prius non essent. natus profecto est mundus, non quemadmodum animal ex animali nasci consueuit; sed sicut artificiatum ex artifice: alioqui, si mundus ex Deo natus est, erit igitur filius Dei, quod supra reprobauimus. Porro, artificiatum quandam habet imaginem nascentis: nam sicut genitum, ex natura gignentis; sic artificiatum, ex mente quasi generatur artificis, habetque quodammodo artificis impressam naturam. Quapropter mundum à Deo genitum fuisse ad primi animalis exēplar expressum, natura diuersum, vtpote corruptibilem, & non æternum, Plato superius ostendit. Itaque, quemadmodum illud sempiternum animal est, ad cuius imaginē mundus factus est, ita vniuersum hoc pro viribus tale facere statuit. Sed hoc interest, quod primi animalis natura sit æterna, quæ sane vniuerso operi omnino congruere non potest. Si itaque imperfecto animali similis esset factus, pulcher certe non esset. Imò vero illius animalis eum simillimum esse dicamus, cuius animalia cætera, & singulatim, & generatim partes sunt. Singula Platonis verba animo, complecti opus, atque ita fiet nobis facile, quod dicit. Mundum enim, nunc natum, nunc factum, iam constitutum, iam opus esse dicit artificis: ex quo animaduertere possumus, de vera eum generatione non loqui. Præterea, primi naturam animalis æternam esse asseuerat, eamque genito operi nequaquam congruere: quæ autem vere generantur, à generante dissentiunt minime in naturæ ratione. Ex quo tria quædam reuera animalia, animo Platonem complexum fuisse, cognoscimus, & primum quidem, omnium principium, ex quo secundum eiusdem naturæ ortum est, ad cuius exemplar, tertium, quod est vniuersum, constitutum est: cui profecto natura secundi animalis, congruere omnino non potest. Argumenta itaque Philosophi, Platonem rectissime iustissimeque oppugnarent, si vera mundum generatione genitum esse diceret, atqui diuersum omnino Plato dixisse videtur, idcirco Aristotelis, atque Auerr. aliorumque Peripatheticorum rationes, aduersus Platonem militare non possunt. Cæterum, quilibet artifex, quia finita potentia consistit, materia indiget aliena, opus certe aliquod fabricaturus: sed mundi faber infinita cum sit potentia, mundum producturus, aliorum ope non indiguit; quod profecto perfectissimi sapientis, agentisque indicium fuit: Agens enim per suam substantiam, neque motu, neque subiecto indiget quod natura quidem creata efficere nequit: quippe, qui per potentiam suæ essentię habitam operatur, atque immediate accidens aliquod producit: semper enim effectus immediatæ causæ assimilatur in genere. Amplius, quo præstantius agens est, eo minus aliquid præsupponit in agendo: naturale namque agens, paucioribus in agendo indiget, quam artificiale, quia illa præstantius est. agens autem diuinum, quoniam omnium præstantissimum est, in mundi structura componenda, materia opus non habuit priori, quæ longe ante suum opus præcessisset; alioqui non diuinum, sed naturale, aut artificiale

Responsio Platonis. 1. 2. *Quomodo mundus est natus apud Platonem.* *Expenduntur verba Platonis.* *Tria animalia ponuntur à Platone.* *Argumenta Philosophi non pugnant contra Platonem* *Deus non indiget materia.* 1.

De mundi principio. *Cicero reprehenditur.*

ciale agens esset appellandum. Explodenda est ergo Ciceronis, aliorumque similium sententia, quam paulo superius recitauimus, qua diuinum agens, fabro terreno comparare audet. Qui ædificaturus, inquit, non ipse facit materiam, sed vtitur ea, quæ sit parata. quo igitur ab homine Deus differt et si opus indiget aliena? indiget autem, si nihil moliri possit nisi materia prius existente. Si hæc, cum prudenti animo veritatis amore, sine studio contradicendi quispiam contemplari voluerit, Platonem recte diuineque de mundi genitura (vt mihi ipsi videre videor) & dixisse & scripsisse, intuebitur.

CAP. III.

Aliæ eorundem rationes.

Arguit contra Platonem.

1. IGitur nec id quod semper est (inquit 1. cœli comment. 124.) neque id quod semper non est, generabile, aut corruptibile est. Præterea perspicuum est, & si generabile, aut corruptibile sit, non semper esse simul: namque erit possibile semper esse, & possibile non semper esse. Sed hoc impossibile est:

2. *Auerroes.* Impossibile est (inquit Auer.) aliquod infinitum ad esse, vel non esse potentiam habere: alioqui, esset illud, & non esset simul. semper enim cum vnius contrarij potentia, alterum contrarium coalescit, veluti cum posse esse ægrum, stat sanum esse, & è conuerso: Potentiæ enim, quemadmodum, & actus, sibi mutuo succedunt: Quare, si in sempiterno, potentia est ad esse, ad non esse etiam erit, atque ita, duo contradictoria in eo verificari possunt. in sempiterno igitur simpliciter nulla est potentia. *In sempiterno non esse potentiam.* Quia ergo videbat impedentem responsionem, mundum quidem æternum esse à parte post, habereque potentiam ad non esse, & cum actu contrario, contrarij potentiam consistere posse, rursus arguit: Tunc, inquit, duæ potentiæ ad esse, & non esse in eodem inuenirentur: quod enim ex vna parte est æternum, etiam ex omni idem erit. quod si habet potentiam ad non esse, quandoq; ergo non erit. Porro, quia sempiternum est, semper erit: vtrasque igitur potentias habebit. vel potentia ad non esse erit superflua, quæ ad actum deduci non potest.

Responsio Platonicorum. Respondent Platonici: Mundus, inquiunt, respectu sui, est corruptibilis: respectu vero ipsum regentis incorruptibilis; quia suum opus destruere, sapiens artifex non vult. hac enim lege conditus est mundus, vt sit æternus.

Obiectio. Sed iterum arguit. Si mundus corruptibilis est, tum ab intrinseco. tum etiam ab extrinseco, corrumpetur tandem. possibile namque, quod nunquam erit, non solum possibilis, sed etiam impossibilis nomen meretur. si enim esset corruptibilis ab intrinseco, posset poni in esse corrupto. Aut igitur à se, vel ab agente: non à se, sine agente: igitur ab vtroque, aliter in esse constitui non posset, destrueretque possibilis definitionem. *Possibile quid sit.* Nam possibile est, quo posito in esse, nullum sequitur impossibile. Si ab extrinseco corruptibilis est, ab intrinseco etiam idipsum patietur, quandoquidem cuilibet potentiæ actiuæ passiuam correspondere, necessarium sit: ab intrinseco namque possibile, atque ab extrinseco coincidere videntur. Quam ob causam, si mundus natura est corruptibilis, æternus dici non potest: ne dum simul contradictoria vera esse dicamus.

Responsio Platonis. Ad hæc Plato. Voluntas mea (inquit mundi faber) maius, præstantiusque vobis est vinculum ad vitæ custodiam, quam nexus illi, quibus estis tunc, cum gignebamini, colligati. Neq; n. Plato, quæ in primo de cælo ab Arist. & Auer. lõgo sermone de genito, & ingenito, corruptibili, & incorruptibili, possibili, & impossibili, disputata sunt, reprobat, falsaq; esse demonstrat, immo omne creatũ, natura corruptibile esse ostendit. Vos, inquit, natura mortales estis. Quare mundum quidem genitum, & materiæ respectu corruptibilem, Dei autem voluntate ipsum conseruantis, nunquam interiturum esse, docet. Maius enim vinculum ad vitæ custodiam est diuina voluntas, quam ad vitæ destructionem, corruptibilitas materiæ.

Deus est infinitæ vigoris. An fortassis in dubium reuocandus Deus est, vtrum infiniti vigoris sit, nec ne. Vnum nobis sufficere arbitror, si Deum, infiniti vigoris, etiam secundum Arist. esse ostenderimus, quemadmodũ præclarissima hactenus ingenia semper, & vbiq; testata sunt. *Vide Arist. 8. phys. co. 79. & 12. met. co. 41.*

1. Causam namque effectiuam motus infiniti, infinitam secundum vigorem esse, necesse est: Deus vero secundum philosophum, infiniti motus causa prima est: per se ergo, & non per accidens causa est. Etenim causa per accidens, primæ causæ rationem subire non potest: *2. phys.*

2. Adhuc, causæ per se, similis quoque effectus respondet, ne causa per se frustretur. Inuenienti namque thesaurum, effectus fortuitus, illius inuentione, sepeliendi autem defuncti gratia, fossio sepulchri, effectus per se nominatur. Quapropter, motus reiteratione infinitus, primi est per accidens effectus mouentis: alius ergo per se infinitus est illi tribuẽdus, qui plane motorem secũdum virtutem requirit infinitum. Igitur, & si motus per se infinitus esse non possit, nihil tamen refert, quin Deus in mouendo vigore non sit infinito: repugnat certe mobili actu infinito, non autem infinitæ motoris virtuti. *De mundi principio.*

3. Amplius. Nulla virtus infinita est in magnitudine: sed virtus primi motoris est infinita: non ergo est in magnitudine. *8 phys. com. 79.* Minor profecto de vigore, non de duratione infinita intelligitur: nam cœlum duratione, infinitum est, eiusque virtus, cum sit corpus, in magnitudine est. Maior ergo, atque minor veræ esse non possunt, nisi minorem, de virtute intensiue infinita loqui, asseramus. Ageret, inquit, in instanti, non ergo de virtute duratione infinita, quæ in cœlo est, & tamen non agit in instanti, philosophus loquitur.

4. Amplius, quod est tota entitas eminenter, entis possibilis, & entis actu, siue creata, siue increata, est secundum perfectionem simpliciter infinitum: sed primum principium est tale. secundum perfectionem ergo simpliciter perfectum est. *5. met. com. 21.* Quamobrem dubium non est, Deum, mundum æternitatis dono, etiam ipsum natura corruptibilem, donare posse. Præterea, argumentorum vis, præcipue aduersus illa militat, quæ vera sunt generatione genita, mundus autem vere genitus dici non potest, quamuis genitus appelletur secundum eum certe modum, quem Philosophus ponit. Genitum, inquit, vno dicitur modo, si sit quippiam posterius, quod prius non erat, siue per generationem, siue sine generatione; vt motus, quo aqua actu calescit, genitusque dicitur, non per generationem plane, nam mutationis non est mutatio. 5. phys. Et motus non est ad motum. com. 10. *Ari. 1. cœli, com. 112.* Mundus igitur à Platone genitus vocatur, sine generatione tamen, quam philosophi rationes rectissime expugnant. Dicit ergo Plato ad Arist. Tu quidem bene argumentaris, sed in me nihil habes expugnandi. Itaque philosophi rationes eos expugnant, qui mundum generatione naturali genitum esse astruere conantur, quod nunquam Plato sensisse videtur. *Philosophi rationes nõ militant contra Platonem.* Cœlum præterea, cum careat contrarijs, & intelligentiæ materia, quæ corruptionis principium est. 8. meth. Corruptioni non subduntur, sed annihilationi, quam Plato corruptibilitatem vocat. Si enim à conditis rebus, diuina sese subtraheret prouidentia, eo redirent plane, vnde venerunt omnia. Et hæc quidem de mundi æternitate secundum Platonem dixisse, sufficiat.

CAP. IV.

Aristotelis positio.

ARistoteles Platonis discipulus, vir excellentis ingenij, Stagiræ natus ex Nicomacho & Phæstide, Olymp. 99. anno primo, ad Platonem erudiendum accessit annos natus xv. mansitque in eius schola xx. annos, de quo Plato, *Aristoteles in nos recalcitrauit*, inquit, *vt in matrem pulli*: ingenio, atque diligentia omnes superauit, variarum rerum cognitione Platone superior, eloquio vero impar fuit: gloriæ, carpendique alios auidior, non omnino pecuniæ contemptor, in tradendis artibus mirabilis, neminique secundus, vtinam in refutandis aliorum opinionibus amicius, candidiusque egisset. *Aristotelis laudes.* hunc Græci δαίμονα nominabant: fuit enim regula in natura, & exemplar, quod natura inuenit, vt in materiis vltimam perfectionem humanam demostraret. 3. *de anima comm. 14. & in prologo primi phy. & 1. de gener. com. 38. & 3. mete. de tride. Insuper in 1. de genera. animalium in digress. contra Galenum* de Aristotele inquit: Laudemus Deum, qui separauit hunc virum ab alijs in perfectione, appropiauitque ei vltimam dignitatem humanam, quam non omnis homo potest quacunque ætate attingere. & is philosophiæ pater, Methodi magister, authore Auer. Græcorum primus fuit, qui problema de cœli æternitate, in partem contrariam retorsit. *Auerroes lib. 1. cœl. com. 21.* Omnes n. qui ante eum fuerunt Græcorum philosophi, cœlum factum esse dixerunt, ipse autem primus, cœli æternitatem probauit. Quam ob causam in neglectæ religionis suspicionem incidit, accusatusque apud Hirophantam, summum eo tempore sacerdotem, quod mundum æternum demonstrauerat, in Chalcidem aufugit, ne Athenienses in philosophum bis peccarent. Nam paulo ante, Socratem contemptæ religionis crimine falso accusatum, mortis supplicio affecerant. Et *eiusdem libri com. 12.* Aristoteles primus inter Græcos, huius fuit opinionis inuentor, quam tamen ex occultis Chaldeorum verbis excipi posse arbitratur; verisimilius tamen, hoc tanquam problema neutrum apud Aristotelem fuisse mundique *Mundi æternitatem fuisse problema neutrum.*

De mūdi principio.

motu naturali non incepisse, semper demonstrare voluisse. Qui enim simpliciter demonstrat, rationes etiam simpliciter veras format, quæ ex præmissis veris, & necessariis simpliciter constant, quibus Aristot. nequaquam vsum fuisse constat.

Philosophi rationes nō demonstrans.

Etenim 12. *meth. comm* 30. impossibile est, inquit, motum, aut ortum aut corruptionem subire, semper enim erat, & tempus simili modo. Est enim impossibile, si tempus non sit, prius aut posterius esse. Tempus certe, aut est idem quod motus: aut est quidam motus affectus. sed hæc ratio necessario non demonstrat. neque enim si tempus aliquando incepisse dicimus, prius ponere, necessarium est; nisi imaginatum tantum. Sic quoque dicere consueuimus, extra cœlum, non quidem verum, sed imaginarium. Non possumus certe non imaginari, aliquod extra cœlum spatium esse. Extra autem, si affirmatiue intelligatur, tunc loci, in natura esse habentis, differentia est. vt extra domum, & cætera. si vero negatiue, sola imaginatione concipitur. Prius quoque & posterius eodem plane modo se habent. Si enim affirmatiue intelligantur, differentiæ temporis essentiales sunt, vt ante senectutem, senectutis erat nihil. Negatiue vero, in imaginatione sola consistunt, vt ante tempus, non est tempus. Quando ergo arguit, si cæpisset tempus ante tempus, tempus præfuisset, non demonstrat, sed per quandam imaginem loquitur, aduersus eos, qui mundum reuera generatione physica ortum esse contendebant.

Textus 8. phys.

Idem *octauo phys. com.* 13 & ipsum autem corruptibile, corruptum fore oportebit, cum corrumpitur. & post hæc rursus id, quod huius est corruptiuum.

Contra antiquos disputas.

Et com. 7. Quare ante primam mutationem, mutatio prior erit. Et 9. Erit ergo quædam mutatio prior prima. Et 11 Impossibile quidem est tempus sine nunc intelligere. sed nunc, principij, finisue subit rationem: principij quidem futuri: finis vero transacti, tempus sit semper profecto necesse est. Et 12. Si motus ortus esse dicitur, fit, vt prima mutatione sit aliqua prior. Si ergo tempus inceperit, ait. ante temporis ortum, prius erat. quod absque tempore nequit consistere. Itaq; ante tempus, erat tempus. Hæc profecto, atque similia, in eos iaciebat, qui (vt diximus) motu physico, mundum genitum esse putauerunt. huius autem rei fidem nobis facit, perpetuus philosophi contextus, quo in hac materia vtitur. Semper reuera antiquorum

1.

hoc in negotio testimonia adducit, quod non demostrantis, sed est probabiliter persuadentis.

2. Topic. Philosophum inuenitur opinionis quod mundus sit æternus.

Amplius, Sunt quædam inquit, problemata dialectica, de quibus rationes non habemus: vt, vtrum mundus sit æternus. Dicis, quam igitur ob causam, huius inuentor opinionis appellatur? Respondeo, nihil referre Aristotelem ita tenuisse, cogentemque rationem non habuisse: quemadmodum, perpetuam inferiorem generationem, & primum agens, naturæ necessitate agere, animam quoque intellectiuam immortalem esse &c. Credidisse (quidam aiunt) demunstrasse vero, aut probasse minime.

Quare æternum esse mūdum putauit.

Quia vero sensibilia, aptiorem habent modum suadendi, idcirco in hanc partem declinauit. Ordo namque, quem in cœlestis substātia corporis perpetuo cernimus, in continua etiam, atque vniformi elementorum, mixtorumque generatione, inuiolabilis motus, præteritarum quoque rerum memoria, ita illi persuaserunt; vt induceret animum ad credendū mundi æternitatem, quamuis veras, atque necessarias, cogentesq; rationes ad probandum non haberet.

1.

Animaduertit preterea multa in absurda antiquos incidisse, qui physico muto mundum genitum esse dixerunt.

2.

Lib. de cœl. 2. com. 1. & 2.

Insuper quibusdam antiquorum hoc suadensibus fidem præstitit. 2. cœli 1. & 2. com. Cœlum igitur, vniuersumq;, neque ortum esse, neque corrumpi posse, quidam dicunt: Magnum & hoc vtique momentum, inquit, ad faciendam fidem de immortalitate, æternitateque ipsius habet. Quare bene se habet quemque sibi persuadere, veteres, & maiorum maxime nostrorum sententias veras esse: quæ quidem asserunt esse quippiam eorum immortale, atq; diuinum, quæ motum quidem subeunt, talem tamen, vt nullus ipsius sit finis, quippe qui neque principium, neque exitum vllum habet.

Rationes contra Aristotelem.

Cæterum si bene se habet, quemquam sibi persuadere, maiorum sententias veras esse; quare non sibi persuasit, Platonis philosophi celeberrimi, suique magistri sententiam, de mundi æternitate, veram esse, sed eam multis modis labefactare, euertereque tentauit?

2.

Adhuc. si inter Problemata Dialectica, de quibus rationes non habemus, mundi æternitatem inferendam, numerandamque esse in topicis docuit, quid tot passim suis in libris argumentis, æternitatem mundi statuere conatur?

Arist. arguit contra Platonem. 8. phy. c. 53. & 54.

Sed ille respondet: esse quidē motum omnes affirmant de natura aliquid dicentes: impossibile reuera est mundum sine motu esse, qui circularis dicitur, qui vtique sēper est. Si igitur, inquit, semper motum esse necesse est, & latio sit motuum prima, necesse est. hic autem motus inest vt vita, & natura his, quæ motus huiusmodi aguntur.

De mūdi principio.

Quemadmodum igitur vita est actus viuentis, ita & motus circularis omnium, quæ sub cœlo continentur, quo profecto semper currente, omnia etiam illius actu viuunt, atque ita non solum superior. sed hic etiam inferior mundus æternus esse reputatur.

2.

Adde, quod primum corporum nunquam senescit, primo cœli com. 22. Omnes enim homines de Diis existimationem habent, & vniuersi, qui Deos esse putant, tam Græci quam barbari, ipsum supremum locum distribuerunt, propterea quod immortale ad immortale est accomadatum. Emergit autem hoc, & per sensum respectu fidei humanæ sufficienter: in toto namque præterito tempore per traditam successionem memoriam posteris, non mutatum vllo pacto fuisse videtur, aut in toto vltimo cœlo, aut in suarum partium vlla.

Plato dissentit ab Aristotele.

Verum Plato his consentit minime: Cum, inquit, mundi faber, mundum hunc sensibilem faceret, primo, cœlestem circulum fecit, eundemque in duos circulos diuisit: non ergo omnes philosophi motum circularem æternum, & sine principio esse dixerunt.

Cœlum sedes Dei.

Porro cœlum, esse Dei sedem secundum antiquos. nihil momenti habet ad faciendam fidem rei, quam statuere satagit.

Soluuntur rationes Arist.

Deus sane sine principio est, quod cœlo cōgruet omnino non potest Principium siquidem vniuersitatis non est nisi vnum vt ipse dicit in epistola de principio vniuersitatis, authore Alpharabio, à quo sunt omnia, & in quo, sicut in regente, & mouente, sicut in duce exercitus. 12. *met.* 52. omnia, esse, & ceperunt, & habent. De fide autem humana propter traditam successionem memoriam, demonstratiuus non est argumentandi modus, diluuiis enim, atque incendiis sæpe terra obruta, hominū memoriam mutauit, vna solummodo apud Hebræos diuinitus remanente. Neque cœlum carere principio etiam temporis, manifestat, sed in solum, cœlum postquam factum est, nulla suscepisse mutationis decrementa,

Philosophi rationes pugnant contra physicos.

Philosophi itaque rationes, quas supra recitauimus, aduersus eos, qui mundum physica quidem generatione genitum esse, similique etiam corruptione interiturum fore crediderunt, iustissime; rectissimeque proceduut; non autem aduersus eos, qui simplici emanatione mundum conditum esse arbitrati sunt.

Alb. 4. phy. c. de vacuo. & 8.

Suffragatur huic profecto sententiæ Albertus Magnus, non minus Theologus quam philosophus, qui docet philosophum librum de natura Deorum scripsisse, in eoque mundum factum esse, aperte demonstrasse.

CAP. V.

Aliæ rationes philosophi, quibus mundi æternitatem probare videtur, ex parte materiæ, atque diuinæ potentiæ.

MAteria, inquit, philosophus non occidit, neque oritur: nam si gignitur, subijciatur aliquid primum oportet, ex quo hoc pacto nascetur, vt inst. in ipsa, hoc autem est ipsius natura. 1.

Arist. 1. phy. c. 82.

2.

Id. 7. meth. c. 26. & 27 23.

Idem quoque Subiectum non nisi per accidens fit Itaque si materia ingenerabilis est atq; incorruptibilis, mundus autem sine matéria fieri non poterat: Materiam igitur antequam mundus fieret, præfuisse dicere oportet. atqui mundi sensibilis res à materia nunquam separantur, neque materia ab eis. 4. *phy. tom.* 59.

Soluuntur.

Materia nun est separabilis à corporibus: Mundus ergo erat antequam fieret. Verum quidem est materiam physica generatione factam non esse, sed emanatione simplici productam, ex qua post modum fiunt alia, & in ipsam redeunt:

Alia ratio. 12. met. c. 28.

Si sit motiuum vel effectiuum inquit, nihil autem operetur, motus non erit: fieri enim potest, vt id, quod potentiam habet, omnino non operetur. nulla ergo prorsus erit vtilitas. Si enim non operabitur, motus profecto non erit, nec etiam si operabitur; substantia autem ipsius potentia est. non enim perpetuus motus erit. quod autem potentia est, id potest non esse. Quare primum principium tale esse oportet, vt substantia ipsius sit actus per suā essentiam perpetuus. hunc autē actū actio comitatur. Porro, cuius actio est æterna, effectus quoq; est æternus, veluti si Sol esset æternus, & lumen quoq; Solis esset æternum. sed actio Dei est æterna, sua enim substantia est: ergo effectus est æternus 12. *met.* 39. Inest illi vita, mentis enim operatio vita est. illud autem est ipsa operatio atque actus: Actus igitur. qui est per se, illius est optima, atque perpetua vita. Dicemus autem ipsum Deum animal perpetuum optimum esse.

Vita Dei.

quare Deo vita, nimirum æuum continuum, atque perpetuum inest: hoc enim est ipse Deus. Vera plane, atque catholica hæc est, quæ à philosopho depromitur, doctrina. Dei enim actus, ipsius

volu-

[*De mundi principio.*] [illegible] est, [illegible] iucundissima: quæ per se est optima, eius profecto operatio, mentis illius est. Seipsum ergo intelligendo semper actu agit, & actio illius perpetua, cuius effectus æterna voluptas est: non enim aliunde, quam seipso beatus. Etenim si operatio diuinæ mentis, vita illius est & voluptas itidem. Deus ergo hæc omnia, quæ nobis alijs sub nominibus, ob nostri paruitatem ingenij, tenuitatemque intellectus innotescunt. Quando igitur dicitur, cuius actio æterna, & effectus æternus, diuinæ sane respectu [*Responsio.*] essentiæ, vt diximus, verum esse dicimus, aliorum verò à Deo, negamus. Dicis, frustra est agens, quod propria ope- [*Obiectio.*] ratione caret, recte quidem diuino primoque agenti hoc conuenire dicimus, nunquam enim sine propria operatione, nedum non est, sed neque esse potest: operatio namque mentis diuinæ, ipsius vita est, Deus autem sine vita non est: [*Lib. 3 de animi com. 45*] neque ergo sine propria operatione erit. Dicis, Deus & natura nihil frustra faciunt, quod si natura nihil facit frustra, inquit, neque necessariorum quidquam omittitur &c. Si [*Deus nunquam est ociosus.*] ab æterno mundi producendi actum perfectissimum habens, non produxit, nulla prorsus sui actus fuisset vtilitas, fuissetque ociosus: Deo autem ocioso existente, omnia prorsus essent ociosa. Respondeo, non potest esse ociosus, cuius actus est summa per propriam essentiam voluptas, cuius intellectio est perfecta iucunditas: ipse enim perpetuo degit, quippe cum & voluptas ipsius sit actus, & idcirco vigilia, sensus, intellectio iucundissima sunt. Si igitur Deus semper sic se habet, vt aliquando nos bene habemus, admirabile quid est ipse, quod si magis & bene se habet, magis admirabile est profecto: at sic se habet nunquam ergo ociosus, qui à propria operatione nunquam cessat. vtilitas autem suipsius, est actus eius, non enim ex mundi fabrica, aliquam sibi [*Deus seipso beatus.*] vtilitatem comparauit, quam prius non habuerit, cum suis proprijs diuitijs diues sit. Nam, si ex mundo genito aliquam sibi vtilitatem nouam accidisse dixeris; non erit profecto animal perpetuum, atque optimum: quod enim externis indiget rebus, vt sit perpetuum, nullo modo perpetuum, atque optimum dici potest. Dicis, potentia actiua, per passiuam diffinitur 9. *meth.* 2. quare si non est potentia passiua, [*Obiectio.*] actiuam quoque non esse, necessarium est: siquidem ex parte agentis possibile nihil est, quin etiam ex parte passiua possibile sit. proinde omnes formas, in passiua potentia materiæ, & actiua primi motoris, Commentator contineri arbitratus est. Homo, inquit, generat hominem, insuper [*12. met. 18. & 14. 8. phys. 4.*] & præter hæc est id, quod omnium primum, omnia mouens. Si itaque potentia primi motoris æterna est, & rerum quoque creatarum passiua similiter. Vera profecto sunt hæc de agente per motum, non autem de diuino a- [*Soluitur.*] gente, cuius actus est æternus, & potentia, actioque idem. Nam in Deo passiuam potentiam, tum corruptiuam, tum etiam perfectiuam inueniri, fas non est: diuinissimum namque atque perfectissimum, externa perfectione opus non habet: Proinde voluntas, & intellectus diuinus, actiones perpetuæ sunt, atque perfectissimæ. Potentia ve- [*An in Deo sit potentia.*] ro actiua, nondum actui coniuncta, tribuenda Deo non est, sua certe potentia, actio sua est. Porro, potentiam actui vnitam, quæ in aliud principium est agendi, Deo concedere licet potentia autem, quæ non solum ipsius effectus, sed etiam operationis principium est veluti ignis principium est caloris in Deo in esse formali, necessario non ponitur: bene vero in ideali, atque obiectiuo. Nihil plane suiipsius principium est: diuina autem actio, cum sua potentia sit, idcirco non actionis, sed facti, Dei potentia dicitur esse principium. Quod si opus factum in esse formali non adsit, illius respectu, æterna minime appellatur. hunc autem respectum connotatum quidam nominant. Cum ergo dicis ex parte agentis nihil est possibile, quin etiam sit ex parte passi, va- [*Actio diuini agentis est sua substantia.*] let quidem hoc in humano, non autem in diuino agente, cuius actio non est accidens, sed substantia agentis. Quare, si substantia primi agentis est simplex, immutabilis 12. *meta.* 41. à sensibilibus separata, quæ tempore non mensuratur. quæ illic sunt, tempore non senescunt: non est dicenda ex [*1. de cœl. com. 100.*] potentia aliquando in actum migrare; ita profecto hoc absurdum est, ac si aliquis diceret, primum agens diuinum, de sua substantia, in suam substantiam mutari. quod reuera, nedum Theologi, sed philosophi etiam detestantur. Mate- [*2.*] riæ præterea, si præsto non sit in esse formali potentia passiua, in ideali, atque obiectiuo primi inuenitur agentis, in quo res præstantius, quam in seipsis esse habere censetur: quam obrem, quod supra diximus, quod potentia est, id [*12. met. 49.*] potest non esse primo, diuinoque, nullo modo, si recte philosophamur, tribuitur agenti. Nam intellectus possibilis est in pura potentia passiua ad speciem intelligibilem, & tamen non est corruptibilis. formæ susceptiuum esse opus, & po-

tentia talem, & 5. quo fit, vt neque [illegible] eius natura nisi ea solum, quæ passibilis est. Intell[illegible] tem speculatiuus, [*3. de anim. 3. Intellectus speculatiuus.*] secundum Commentatorem, quia caret materia, est incorruptibili. omnia enim quæ sine materia sunt, incorruptibilia reputantur. 12. *met. comm.* 33. Quoniam igitur vnicuique conuenit agere secundum quod est in actu, vt 9. *met.* dicitur: potentia autem actiua, id est, secundum quod competit alicui agere quod ergo in actu est perfectissimo, perfectissimam quoque potentiam talem ha[illegible], necessarium est. Ar- [*Obiectio.*] guis iterum, ordo primi motoris, atque ipsius inclinatio ad motum, ipsius substantia est semper ergo mouet, sicuti [*Solutio.*] semper est. Soluitur, licet in Deo, in quo non nisi Deus est, idem ordo, & eius substantia, non tamen modus idem, nec connotata atque subiecta eadem: quando ergo obijcis substantia diuina ab æterno fuit, voluntas quoque mundum mouendi est ipsius substantia: ergo ab æterno fuit. fallaciam incidis accidentis, dum idem subiecto, & accidenti inesse putas. quod falsum est.

Quæstionis Tertiæ

CAP. I.

An Deus agat ex necessitate naturæ secundum philosophum.

Pro huius quæstionis intellectu, sciendum quos- [*Arist. 12. met. 38.*] dam sic arguere. Si quippiam igitur mouetur, aliter sese habere potest, quare si latio prima actus esset, quo mouetur hoc ipso ratione loci, etsi non [*Quod Deus agat ex necessitate.*] substantiæ ratione aliter sese habere. Cum autem sit quippiam mouens immobile, atque actu, id, vt aliter sese habeat nullo pacto fieri potest. Quare primus motus, ratione finis, non autem violentiæ, necessarius est. Quod si ita motus se habeat, substantia, à qua talis motus dependet, quum ad huiusmodi motum, aliter se habere non possit, naturæ omnino necessitate mouetur. Amplius, motus æternus, sine [*2. 8. phys. 7.*] æterno esse motore non potest; cum autem fieri non potest, vt non sit motus æternus. Nam si quædam sunt mobilia, quædam motiua, & interdum est actu quid primum mouens & aliquid quod mouetur interdum nihil, sed quiescit, hoc prius mutetur oportet. erit enim aliquid causa profecto quietis: quies enim est priuatio motus. Igitur, ante primam mutationem, mutatio prior erit, & motorem æterno motu mouere, necessarium est. Dubium autem est an i- [*Contradictio Arist.*] sta fuerit philosophi sententia, ne si ita sensisse dixerimus, sui quodammodo oblitus fuisse videatur. Septimo namque politicorum, Deum seipso solo beatum esse demonstrat: non ergo naturæ necessitate adactus, mundum ab æterno mouet, suam quasi inde perfectionem consequuturus. Quæ enim ratione prædita sunt, atque naturæ necessi- [*Quod Deus non agat ex necessitate.*] tate mouentur; ea profecto, motu illo naturali, suum finem, perfectionemque, mouendo inquirunt. Sic homo, naturæ necessitate mouetur, ad felicitatem capescendam. De- [*3.*] us autem ad seipsum. Adhuc, si diuinum, primumque, agens, ab æterno mundum & producit, & mouet, idque naturæ necessitate: non erit plane simpliciter necessarium: nam mundo non existente, ipsum quoque non existeret. Habens certe necessariam habitudinem ad aliquid, si illa desit, etiam illud deesse, necessarium est. veluti si splendor, ac Solis lumen non essent, ipsum quoque Solem non fore, aut non esse dicceremus. Amplius, agens ex naturæ necessitate, secundum vl- [*4.*] timum suæ potentiæ agit: Si Deus ergo necessario influit, atque agit in hæc inferiora: nullum prorsus in hoc mundo malum inueniretur, suam enim omnibus, ita bonitatem communicaret, cum ageret secundum vltimum suæ potentiæ, vt nulli malo locus non esset: quod profecto veritati aperte repugnat. Entia ergo à Deo, altiori quodam modo, quam natura aut humana voluntas sit, procedunt, atque emanant. Actus profecto diuinus, qui vtique à solo Deo cognoscitur, non eo quippe quo nostræ voluntatis modo actus procedit, sed quam nobilissimo, atque diuinissimo: quemadmodum dispu. 11. in solutione primi dubij contra Algazelem clarissime dicitur. Sed dices, in omni entis dif- [*Obiectio.*] ferentia, necessarium, præstantius est contingenti: in ente [*1.*] enim per se, perfectius est: cum autem primum ens sit perfectissimum, perfectissimam plane entis differentiam ha- [*2.*] bet: necessario ergo, & non contingenter causat. Adhuc, causans ex naturæ necessitate, plures entis differentias producit, ergo perfectius: producit enim possibile, & necessarium. sed agens voluntarium, ens tantum contingens. quod autem perfectissimum est, Deo tribuere debemus ergo.

Amplius,

Demundi principio.

3\. Amplius, aliqua plane causa, necessario causat: prima igitur similiter in essentialiter sane ordinatis, posterius necessitatem non habet, nisi prius habuerit. sed aliqua causarũ, necessario effectum inducit, vtpote ignis calorem, & aqua frigiditatem: prima igitur causa naturæ necessitate mundũ

Soluuntur. mouet & ab æterno mouit. Soluuntur: Verum quidem est,

1\. necessarium, contingenti præstantius esse, esseque entia perfectiorem conditionem, modo illi sit enti composibilis: atqui posterius, talem non habet ad primum agens necessitatem, potest cum sine aliquo consistere causato, pro-

2\. pterea consequentia merito negatur. Ad aliam, ens, quod fieri potest, possibilem, & non necessariam differentiam habet. eo enim quo fieri potest, defectus, & non necessarij rationem subit. Quare posse huiusmodi causare entis differẽtias, nullam innuit causæ perfectionem causantis. si enim naturæ necessitate res produceret, necessaria sola,

3\. & non contingentia produceret. Ad vltimum secundum quid non autem simpliciter secundum causam, causare dicimus. non enim causat, nisi prima, eius causatum concausante, idq; naturaliter prius, quam proxima causa. Sed prima contingenter causat, & secunda similiter, quæ à primæ causæ ordina. ratione que dependet. Hæc sunt, quæ à qui-

Auicenna ens diuidit. 2. met. c. 2. & 3. & 4. Auerr. ponit duplex necessariũ. 12. met. c. 41. busdam obijciuntur. Porro. Auicenna ens diuidit in necessarium, & possibile: necessarium autem vnum esse dicit, quod profecto per se existens, atque independens, omnium principiũ est. possibile vero esse dicit omne productũ, quod sine producẽte esse non habet. Auer. duplex quidem necessarium esse affirmat, & alterũ plane ex se, alterum autem ex alio, id est, ex motore. Motus enim quia contrariam habet quietem, defectum subire potest. *9. Met. com.* 17. Non est timendum, quod cœlum quiescat: timor autem circa possibilia, non autem circa necessaria versatur: quapropter semper agit Sol. inquit, & Stellæ, & totum cœlum, & non est timendum, vt quandoque stent. Neque laborant id agentia, non enim inest potentia contradictionis ipsis, vt corruptibilibus motus, vt laboriosa sit continuatio motus. In substantia autem nihil necessarium ex alio, ex se vero possibile esse dicit: Tunc, inquit, natura contingens in necessarium verteretur. Sed repugnat vnum oppositum in aliud transmutari. Cœlum ergo, atque intelligentiæ: quoniam contrarium non habent, apud Auerroem sunt entia necessaria: non enim habent principium intrinsecum corrumpendi, qua quidem ratione entia nec nominantur: quia tamen hoc non habent primo per se, atque per eorum essentiam; idcirco necessaria per se dici non possunt.

CAP. II.

An creatio secundum philosophum, aliquo modo probetur.

QVi mundum in tempore creatum esse dixerunt, ij profecto, creationem cum nouitate essendi constituunt: prius enim duratione habuit non esse huiusmodi: ergo creatio sine nouitate essendi fieri non potuit. Qui vero natura tantum, non autem duratione, res productas, non esse habuisse affirmant, nullatenus

Creatio secundum philosophũ conceditur. egent tali in opere essendi nouitate. Cæterum, si Deus omnium est, secundum philosophum, causa productiua intelligentias ab eo productas esse, necessarium est: Licet e-

1\. nim, vt ipse dicit, res sint æternæ, atque ideo careant nouitate essendi: sunt tamẽ à Deo productæ, alioqui non omnium vere causa productiua diceretur. Quod si dixerimus, intelligentias Deum produxisse, easdem quoque creasse di-

12. met. 29. cere compellimur: sunt enim absque materia. Has igitur,

2\. inquit, substantias materiæ expertes esse oportet: omne

12. met. 16. autem, quod sine materia fabricatur, creari profecto dicimus. Amplius, anima humana est forma corporis, quæ ante corpus non producitur. mouentes igitur causæ antecedunt: at hæ, quæ sunt, vt ratio causæ, simul sunt: anima autem non producitur, sicut cæteræ de potentia materiæ, alioqui secundum philosophum, vt postea dicemus, corruptionis

Humana anima immortalis est. expers nullo modo esset reputanda: sit ergo cum corpore sine materiali principio. quicquid autẽ ita conditur, creatum, cum nouitate essendi, non immerito appellatur: Causa agens, inquit, præcedit, non causa formalis; sed simul est cum eo, cuius est forma: cum enim homo est sanus, tunc & sanitas est, figura etiam æneæ pilæ, & ipsa ænea pila sunt simul. Si vero est, & posterius quippiam permaneat, considerare oportet. In quibusdam autem nihil prohibet, veluti si anima talis sit, non omnis, sed mens ipsa: vt autem omnis permaneat fieri non potest. Anima igitur, & forma corporis, & immortalis est, quippe, quæ post corpus permaneat.

3. de an. tom 30. Hanc autem rei veritatem alibi prosequitur. Cum autem terminus generationis formalis, forma substantialis, per generationem ac visibilis esse dicatur: forma autem hominis, anima intellectiua sit, per generationem nequaquã acquirenda; non video, quonam modo verum dicant, qui hominem generare hominem asseuerant: homo enim animam intellectiuam effectiue minime producit, nec aliquam cum anima intellectiua formam consistentem. Quidam ita veritatem tetigisse se putant, dum dicunt hominem generare hominem, quia sufficientes in materia pro animæ intellectiuæ acquisitione, dispositiones inducit. Istorum autem non omnibus probatur sententia cum tales dispositiones accidentia sint: hominis autem actiua generatio ad accidentia non terminatur. Alij hominem generare hominem dicunt, quippe, qui sua actione, hominem genitum, ad formam, suæ similem possidendam inducit: atque ita, etsi animam intellectiuam, secundum substantiam non attingat, secundum vnionem autem attingit, quod pro vniuoca hominis conseruanda generatione sufficere putant. Itaque rationalis anima, cum sit forma simplex, materiæ potentiam, non præsupponit, ex qua virtute naturalis agentis extrahatur, sed materiam, in qua recipiatur: hoc autem, quoniam philosopho probatur, creationem eum concessisse, credendum est. Omnia siquidem simplicia creari, composita vero gigni putauit. Quemadmodum enim formæ artificiales, materiam, in qua recipiendæ sunt, non ex qua educendæ, præsupponunt; ita etiam formæ simplices substantiales, materia carentes. entia profecto naturalia, in quibus tales formæ recipiantur, nec inclinandi, nec contradicẽdi aptitudinem, talium respectu formarum habent. Hanc autem animæ creationem, accessum interdum philosophus nominat, accedere enim mentem de foris dixit, in lib. de generatione animalium: nunc vero, Dei iussum in lib. de proprietatibus elementorum: Spiritum vitæ Dei iussu venire: aliquando dependentiam appellauit 12. *met.* 29. Deus est animal, inquit, æternum, à quo cœlum, & tota natura dependet: in lib. de bona fortuna, effectum diuinum à Deo omnem venire existimauit. Cum aũt anima intellectiua diuinus effectus sit, à Deo venire firmissime constat: non enim alicui conuenit creaturæ animæ creatio: Propria certe virtute, causa secunda, sine primæ concursu agit nihil. Quod si in primæ causæ virtute, secunda causa animam creat; non ipsa, sed prima creatrix appellatur: ex nihilo igitur secundum philosoph. anima creatur, nam si, vt dicit Themistius primo de anima, vna cum totius animati productione generatur seu producitur, veluti pars producti; deficiente producto, ipsa quoque deficeret, *12. met. 17.*
quod plane aduersatur philosopho eam post corpus manere asserenti. Quocirca in eodem temporis instanti, est anima creationis termin9, quo per se subsistit generationis ve- *Arist. lib. 1. phy. com. 76.*
ro extrinsecus, subsistit certe subsistentia totius: Prius tamen, ordine quodam per se subsistens, quam pars intelligitur subsistentis. huic autem suffragatur sententiæ authoritas. Si autem, inquit, aliquod debet fieri animal non secundum accidens, ex non animali erit: Si generatio esset possibilis, ait Commentator, animalis simpliciter; tunc esset necesse, vt ex non animali simpliciter generaretur. Quare, si ens simpliciter fieret, ex non ente simpliciter, id est, ex nihilo fieret. ens autem simpliciter à Deo fieri, ex philosopho satis colligitur: nam ens totum, nempe secundum totam essentiam suam Deum producere dicit. & non formam tantum, quam agens naturale inducere solet. Anima autem rationalis, quia ea producitur ratione, vt corpus informet: corpus vero ab æterno non fuit; ideo ab æterno illam fuisse productam, non est necesse. Insuper, sine agente naturali non producitur: quod etsi animæ substantiam attingere nequeat, sine illo tamen nõ creatur, quoad integrũ quoddam, id est hominem producendũ. Creationem ergo apud philosophum, quæ substantiarum est immaterialium, inuenire dicimus.

Homo generat hominem. *An homo generet hominem.* *Simplicia creantur, composita gignuntur.* *Anima origo vocatur accessus, & Dei iussum.* *Anima diuinus effectus.* *Anima ex nihilo fit.* *Anima rationalis nõ fuit ab æterno.* 2.

CAP. III.

Deus est omnium rerum causa effectiua secundum philosophum.

DEus est *sempiternum animal, ex quo cœlum, & natura dependet*, quicquid igitur extra Deum est, ab ipso essentialiter dependet. si autem ita dependeat & causatur etiam. Porro non causaretur, nisi etiam effectiue ab eo produceretur. Quod si aliquod ẽs inueniretur, à Deo nullum plane dependentiam habens, illud sane ad vniuersi ordinem non pertineret: vniuersa siquidem entia ad omnium principem vnitatem, ordinemque essentialem habere contestatur. ad vnum quidem enim omnia

12. met. 38. Omnia effectiue à Deo dependent. eadem 12. met. 52.

ordinata sunt, inquit Omne autem talem habens essentia-
lem ordinem, & causalitatis suæ rationem inde etiam ha-
0. bet, alioqui sic primo consisteret, atque ita, ab illo nulla-
1. tenus dependeret. non n. repugnat esse absque eo, quod sua
2. causa non esse dignoscitur. Amplius, habens causam fina-
lem, pariter etiam efficientem habet, nam finis causalitas
est cuius gratia aliquid fit. Sed omne ens, præter primum,
causam finalem habet 12. met. 51. efficientem ergo habere,
necessarium est si autem sint entia inproducta; non ergo
omnia causam finalem haberent, quod aperte Philosopho
3. aduersatur. Impossibile præterea est, quod rerum ordinem
Deus produxerit, entia vniuersi non producendo. Item
4. 12. met. com 25. eadem sunt prima principia omnium: ad v-
num enim primum principium agens deueniendum est,
quod est substantia, à quo producuntur accidentia omnia:
Vna est igitur substantia omnium causa effectiua substan-
tiarum & ex consequenti, omnium etiam accidentium. v-
na certe est prima sobstantia, quæ mouet, vt desideratum.
12. met. com 45. 12. met. com 35. Effectiue igitur mouet: nam balneum in
mente effectiue mouere putauit. Adhuc, ars communis,
5. subseruientes sibi artes effectiue producit, & causat, vt mi-
litaris, equestrem, & frenatiuam: sed secundæ intelligen-
commentator 12. met. 44. tiæ, ad primam, veluti artes speciales referuntur. Habitu-
do, inquit, aliarum intelligentiarum ad primam, est habi-
tudo artium specialium ad communẽ, ergo &c. Iterum 8.
6. phy. com. 15. Trigonus, inquit, semper habet duobus rectis
æquales angulos, sed tamen est perpetuitatis huiusmodi al-
tera causa. intelligentiæ igitur, atque corpora Cœlestia,
cum, iuxta ipsius sententiam, æterna sint, habent nihilomi-
Obiectio. nus causam sui esse, nempe primum agens. Sed dicis, philo-
sophum de complexis ibi locutum fuisse, ideo de illo com-
plexo demonstrabili, exemplum posuisse, modo, de incom-
plexis æternis, vt pura, de Cœlo, & intelligentijs, loquimur.
Responsio. Sed hoc non tangit Philosophi mentem: ipse enim Empe-
doclem reprehendit non assignantem causam quare lis, &
amicitia æqualibus temporibus alternatim motum causa-
rent nec excusatione dignus reputatur, ob id certe, quod
sempiternorum causam non esse assignandam putauerit:
nam quædam sunt æterna, quorum tamen altera causa est.
Si æternam habeant causam, an esse. Si itaque Philosophus de incomplexo æterno non loque-
retur, non recte Empedoclem argueret: negaret profecto
hanc consequentiam: Complexum æternum habet cau-
sam, ergo & incomplexum. Nec de causa finali intelligi pot-
est, nam complexum, quod est demonstrationis conclusio,
vtpote trigonum habere tres, causam habet effectiuam:
præmissæ namque, ex quibus conclusio deducitur, officio
funguntur causæ efficientis. Philosophum ergo de causa ef-
fectiua rei incomplexæ, & non tantum complexæ, loqui
Obiectio. manifestũ est. Iterum instas. Æternũ semper est, non ergo
causa opus habet ad esse ipsum deducente. quare 8. phy. 15. de
æterno loquitur successiuo, nẽpe de motu, qui sine moto-
re fieri non potest: qui certe causam habet effectiuam, in-
Responsio. telligentiam scilicet æternam mouentem. Dico verum sane
esse, motus, qui interpolata fit, causam philosophum scire
velle, verba tamẽ ipsius, cum vniuersaliter proferantur, ad
successiuum, atque permanens æternum distribui possunt:
de triangulo autem exemplum adducit, quem in perma-
nentium, non autem successiuorum numero computari
7. constat. Æterna igitur incomplexa, causam, ex his quæ di-
ximus, habere effectiuam, manifestum est. Amplius, pri-
mum in vno quoque genere, est causa omnium, quæ sunt
sub illo genere, veluti ignis, cuiuslibet calidi causa est. pri-
2. met cõ 4 mum autem ens, est perfectissimum. & primum vnum, cu-
12. met. cap 37. iuslibet ergo causa, est effectiua, esse, vnitatemque haben-
Obiectio. tis. Dicis, quamuis Deus sit omnium entium maximum,
Responsio. non tamen omnium est causa effectiua. sed hoc philosophi
doctrinam non sapit: etenim primum ens, primo quidem
calido comparat: sed primum calidum, omnis caloris cau-
sa est effectiua; idem etiam primo enti conueniat, necesse
8. est, alioqui vana esset comparatio. Adhuc 5. met. cap. de neces-
sario. Horum quidem, inquit, altera causa essendi necessa-
ria, horũ autem nulla, sed propter hæc alia sunt ex necessi-
tate. Omne autem ens necessarium est incorruptibile. cœ-
lum igitur, atque intelligentiæ, cum sint entia incorrupti-
bilia, causam aliquam habent, quæ profecto Deus est bene-
dictus. Porro, quamuis de cõplexo necessario ibi loqui vi-
deatur, non propterea in alium sensum detorquenda est
philosophi sententia, quasi de incomplexo loqui voluerit:
Primum necessariũ sic enim disputando vtrumque contexuit. Quare primum,
inquit, & proprie necessarium quidem simplex est: quod
plane primum agens esse, passim ab omnibus admittitur.
Neque trahendum est ad illud primum simplex, comple-
xum scilicet, impossibile est idem simul esse, & non esse:

nam si primum, inquit, per se necessarium simplex non es- De mũdi princi-
set, contingeret aliter se habere compositum enim esset, pio.
atque ita necessarium nequaquam esset appellandum. Suf-
fragator autem nobis commentator, sic verba philosophi Commen-
librando: Si tale, ait, necessarium per se non esset simplex, tator.
esset compositum ex materia & forma, & per consequens
multis certe modis sua substantia mutaretur: de primo er-
go principio incomplexo loqui philosophum, atque Com-
mentatorẽ, clarissime patet. Dices non valere hanc conse- Ob-
tiam, necessarium incomplexum habet causam igitur cau- Re-
sam habet efficientem. Soluitur, imo optime sequitur. non
enim intelligentiæ causam habent materialem, quippe,
quæ sine materia sunt. neque formalem formæ enim for-
ma non est. si vero finalem, & efficientem habeant, ne-
rium est. Sunt igitur aliqua entia necessaria, vtpote intelli-
gentiæ, quæ causam habent sui esse, atque vnitatis, efficien-
tem, id est, primum ens.

CAP. IV.

Si Commentator idem senserit.

QVod maxime est, vt diximus, causa est entitatis in 1.
cæteris. 2. met. comm. 4. sed Deus, est maximum ens: Rationes
omnium ergo est entium causa effectiua. Neque Auer. qua
de causa finali tantum intelligi debet: nam 12. met. ostendunt
comm. 36. & 44. quodlibet à materia separatum, cuiuscun- Deum esse
que est finale principium, & efficiens quoq; sit necessarium omnium
est. Ex immaterialitate autẽ rei, causalitatem quidem effe- causam ef-
ctiuam, respectu effectus eiusdem finalem concomitari, fectiuam.
Commentator eodem in commento, aperte demonstra- de subst orbis c. 2.
uit. Suffragatur huic quidem sententiæ comment. Cœlum,
inquit, eget intelligentia, non solum mouente, sed largiente
in sua substantia permanentiam æternam: & de intelli-
gentiis simile est iudicium. Finis, inquit, significat agens si-
gnificatione necessaria. 12. met. com. 44. Modum productio-
nis ponens, Auicennam reprehendit dicentem Deum per
modum naturæ intelligentias causare. Sic etiam 2. met. com.
4. Omnia non acquirunt, inquit, esse, & veritatem, nisi à
prima causa: Vniuersi itaque Deus causa est effectiua, fina-
lis, & formalis. Tertia præterea disput. libri destru. contra
Algazelem, in solutione dubii 18. mundum esse Dei effectum, o-
stendit, & in separatis à materia illa tria, vnum esse. Omne, 2.
inquit, dans formam alicui, dat illi esse, & est illius efficiens: 12. met. 44.
sed primus motor, mundo formam tribuit: illius igitur est 2. de cælo
efficiens. Idem alibi pluries sentire videtur. Omnia, inquit, 58.
agentia reducuntur ad ipsum, & agunt, & sunt participati-
one primi entis, vt 2. met. com. 4. constat: ad vnum ergo,
quod per essentiam causa est cæterorum, reducenda sunt o-
mnia. Prima causa omnium entium, ait, est magis digna & Omnia en-
in esse, & in veritate, quam omnia entia: omnia enim entia tia habent
non acquirunt esse, & veritatem. nisi ab ista causa. hæc qui- esse à pri-
dem Auer. 2. met. comm. 4. Semper existentium principia ma causa.
(ait philosophus ibidem) semper esse verissima necesse est,
non enim quandoque vera, quandoque non. nec illis causa
aliquid est vt sint, sed illa aliis. philosophus (inquit Auer.)
innuit per hoc, dispositionem principiorum corporum cœ-
lestiũ. Explodenda est autem illorũ sententia, qui de prin-
cipiis scientiarum philosophum hæc dixisse putarunt: tex-
tus enim clarus est, prauas omnino interpretationes ab-
iiciens. Principia autem appellauit, quia & si vnum tantum
sit principium inproductum, secundum rem, ratione au-
tem est multiplex, quemadmodum Auer. affirmat: Pri- Auer. in
mum, inquit, principium, omniũ istorum principiorum, lib. destruct.
est principium efficiens, formale, atque finale. nam forma. quæst 3.
atque finis idem sunt in hoc entium genere, dans siquidem in modo 2.
finem, dat etiam formam, atque efficiens. Amplius. Si 3.
mundus, inquit, esset æternus ex se, & existens, non secun-
dum quod mobilis. nam omnis motus constitutus ex par-
tibus. nouus est, id est, factus, non haberet efficiens. Si au-
tem, per dispositionem, qua est in factione, vel creatione,
æternus est, tunc dans, vel istius causa factionis æternæ, ef-
ficiens magis diceretur, quam factionis æternæ causa:
mundus igitur à Deo factus est, secundum Commentato-
rem. Adhuc, de substantia orbis cap. 2. Et non est dubium, 4.
inquit, quod agens ipsum, est mouens ipsum: quod enim Quod Deus
mouet ipsum motu proprio, est illud quod ei largitur dis- sit causa ef
positiones, per quas acquirit motum proprium. Debes er- fectiua om-
go scire, quod istud corpus cœleste non indiget virtute nium, ass-
mouente in loco tantũ, sed largiente in se, & in sua substãtia te Auerro-
permanentiã æternã: quoniã & si sit simplex, & non habeat es ostendit.
principium ad corruptionẽ, tamen est finitæ actionis virtus

De tri- de principio. necessario; quia finitarum dimensionum est, & terminatum a superficie continente ipsum. His autem, atque similibus, nonnullæ eiusdem aduersantur sententiæ, quæ in 8. *phys.* & 12. *met. com.* 41 habentur: ibi enim disputans contra Alexandrum, cælum ab altero, esse perpetuum non habere, disputauit. Quare suis in verbis, sibi ipsi constare non videtur, ideoque incertus, atque confusus esse iudicatur in huius rei inquisitione.

CAP. V.

Auicennæ positio.

Intelligentiarum productio.

ARbitratus est Auicenna, quod Deus, seipsum intelligendo, primam produxerit intelligentiam, quæ sane producta, Deum intelligendo, secundam intelligentiam produxit. secundū autem id, quod de actualitate habet, seipsam intelligendo, primi orbis animā: at secundum id, quod habet de potentialitate, primum orbem produxit. hoc idem secundam intelligentiam facere asseruit, ad vltimam vsque, quæ actiuorum præsidet sphæræ, atque passiuorum: vnum ergo tātum à Deo immediate procedere aiebat: Quam ob causam à Commentatore iuste reprehenditur: Non inquit, illic est prouentus, neque consequutio, neque actio; ita, vt vnam actionem, vnum sequi agēs, necessarium sit. Describit autem veræ productionis modum dicendo: tantum enim est, illic causa, & causatum, secundum quod dicimus intellectum esse intelligentis. Porro, Albertus magnus 11. met. de his differens, ita loquitur: *Sunt, inquit, intelligentiæ essentialiter opifices: in artibus talis ordo habetur, quod ars cōmunis, atq; principalis, subseruientibus artibus & exemplar est. & efficiens causa: Omnes enim inferiores artifices, dum artem intuentur principalem, atq; communem, ad illius imitationis exemplar, suas proportionabiliter operationes, formare student.* Deus autem, cum sit ars prima, & communissima, omnibus artificibus .i. intelligentiis, sese imitandum ingerit. Igitur, vt sic imitandus, per motum talē, qualis est motus Saturni, eiusdem intelligentiæ artem causat: & sic consequentur cæteras, non solum exemplariter, verumetiam effectiue, totaliterque causat intelligentias. hoc autem, vniuersalis ars humana præstare non valet; nisi enim concurrat lumen intellectus agentis, in alterius intellectu fieri non potest. Si namque ars vniuersalis, à materia prorsus separaretur, atque per se subsisteret, posset vtique artes, sui imitatrices, effectiue producere: proinde ars diuina, cum ab omni prorsus materia sit immunis, coagente non eget externo, sed intelligendo seipsam, vt pluribus certe imitabilem modis, particulares orbium artes motiuas tanquam propriorum instrumentorum produxit. Cæterum huiusmodi artes, nedum formas intelligibiles, verumetiam intelligentes esse necesse est: non enim in aliquo receptæ coalescunt, sed per seipsas subsistunt. Omnis profecto res immaterialis, si est subsistens, est intelligens. 3. *de anima comm.* 16. Deus autem, quoniam multarum est productor, seu institutor artium: intelligentiarum quoque esse, necessarium est, quæ artes sunt per se subsistētes. Ars enim communis intellecta, est causa artificis intelligentis subseruieos. Non est plane impossibile, vt id, quod est per se intelligentiā, & intellectū, plurium sit causa entium, quatenus varijs sane modis, ex eo intelliguntur. Aliud namque est, quod concipit de primo motore. motor orbis Iouis, & aliud, quod concipit motor orbis Saturni. Est reuera inter intelligentias proportio ab ipso Commentatore assignata. 12. *met. comm.* 44. vt paulo ante diximus Habitudo, inquit, intelligentiarum aliarum ad primam, est habitudo artium specialium ad communē: ita, quod sicut artes speciales perficiuntur, & causantur à communi in humanis; ita proportionabiliter, aliæ intelligentiæ, à prima, & perficiuntur, & causantur.

Auerroes reprehendit Auicennam. 12. com. 44.

Albertus Magnus.

Deus est ars prima.

Intelligentia sunt artes intelligentes.

CAP. VI.

Rationes atque argumenta contraria.

Quod Deus non sit omnium causa effectiua. 2. met. com 4.

COnsueuerunt aliqui contra prædicta sic arguere. Quæcunque effectiue, ab aliquo dependent, ab illo vtique & esse, & ordinem habent: sed intelligentiæ, quæ sunt corporum principia cœlestium, esse ab alio non habent, quemadmodum Philosophus testatur: Nec illis, inquit, causa aliqua est, vt sint, sed illa aliis: intelligentiæ igitur effectiue à Deo non dependent. Aiunt quidam, agens, quod de potentia materiæ suum non educit effectum, proprie efficiens non appellari: proinde respectu quidem intelligentiarum, quæ ex materia non producuntur primum agēs efficiens non dicitur: quatenus vero ex se esse non habent, sed à primo agente, excuso certe nomine, efficiens nominatur. dixerat enim, maximum entium, omnis entis causam esse. Sed si ita res se habeat apud philosophum, omnis profecto efficientia, physica dicenda est, quæ potentia eget subiectiua. Verum non est difficile apud philosophum, efficientiam inuenire methaphysicam sine motu, mutationeque methaphysica acquisitam. Potentia (inquit 9. *met. tex.* 1.) & actus, sunt in plus, quam eorum quæ dicuntur secundum motum solum; intelligentiæ igitur, quamuis ex potentia materiæ, per motum physicum productæ non sint; esse tamen habent à primo agente, à quo productæ sunt. Quod si dantur plura principia improducta, in eodem plane textu philosophus contra seipsum pugnare videbitur. *Vnumquodq; vero, inquit, maxime ipsum dicitur aliorum &c.* de prima causa loquitur, ait Commentator, à qua omnia entia acquirunt esse, & veritatem. Itaque principia semper existentium, id est, intelligentiæ, non habent aliquam causam, vt sint aliquo tempore, & aliquo non, vel non habent aliquam causam, vt sint mobilia, sed causa sunt aliis, vt moueantur. Sed melius est, sicuti paulo ante annotauimus, vt pluralis, pro singulari intelligatur: principia, id est, principium, id est, Deus, semper existentium, nempe, & intelligentiarum, & ipsorum orbium, à nullo causam habet vt sit; sed ipse, vt alia sint, principium est. Sed iterum argues. Omne agens aliquid, per motum illud agit, sed agens nō potest in intelligentias motu agere. 12. *com.* 12. Omnis, inquit, productio tribus opus habet, à quo, ex quo, & ad quod. quæ in intelligentiis saluari non possunt: ergo etc. Amplius, ex nihilo, nihil fieri, communis est omnium propemodū philosophorum sententia, at si, intelligentiæ, effectiue à Deo producantur, cum ex materia non producantur; ex nihilo fiant, necesse erit. Adhuc, nullum æternum habet efficiēs, nisi per modū formæ, & finis. In separatis à materia non est vere agere. sed intelligentiæ sunt æternæ: non habent ergo causam effectiuam. Item, nullum possibile ex se, est necessarium ex alio, nisi motus, sed si intelligentiæ à Deo effectiue producantur, ex se quidem possibiles sunt, non ergo ex alio necessariæ, atque ideo corruptibiles. Ad hæc sic dicendum puto. Agens, aliquando, sua reuera actione, passionem infert, atque hoc modo agens, & patiens opponuntur: aliquando vero, pro omni, quod in genere causæ efficientis causat, accipitur, & communius est mouente, vt videre licet 7. meth. com. 31. Porro vnica responsione omnia illa dubia soluenda veniunt, de productione physica, non autem metaphysica esse intelligenda. Commentator quoque de agente proprio, & physica productione loquitur, aut contra Auicennam disputat. Ad aliud, concessa maiore, minor negatur: potest enim aliquod effectiue ab alio produci, & ex se esse necessarium. Vt supra dictum est. Iterum instas, quod fit, non est simplex: sed cœlum est simplex corpus: non enim est compositum ex materia, & forma: cœlum igitur non est factum, mundum quoque similiter factum non esse, ostenditur. Omne siquidem æternum est ingenitum, omne vero ingenitum est incorruptibile: corpora autem cœlestia, motores quoque ipsorum, atq; prima materia, cum sint æterna, & ingenita, & incorruptibilia esse, necessarium est. genitum reuera est, cui conuenit prius non esse. Suffragatur huic plane philosophi opinioni, *Commentator eiusdem libri comm.* 124. Generabile est, inquit, quod in præterito tempore est non ens. Simile quiddam autem dicit alibi. Itaque, quæ æterna esse censentur, creationis rationem subire nō possunt. Amplius, quæ fiunt, aut motu, aut mutatione fiunt. 5. *phys.* Omnis, inquit, factio est motus, vel mutatio; sed, quæ prædiximus, motui, aut mutationi non subiacent: omnis certe motus finitus, finito tempore mensuratur, mutatio vero, instanti. Quare, si aliquod æternum fieret; aut in instanti, aut in tempore fiat, opus est. si in tempore, quoniam autem nunc, non fit, suum factum esse, suum fieri præcessisse, atque ex consequenti æternum non esse, dicere oportebit. nullum plane instans æternum extitit imo ante quodlibet instans, infinitum tempus præcessisse, necesse est. Adhuc, omnis mutatio, est inter opposita 5. *phys.* sed æterna non sunt inter opposita; non enim ipsorum esse, non esse præcessit: non ergo æterna facta sunt. Item, materia prima (vt supra annotauimus) non habet causam efficientem: quod autem fit, sine efficiente fieri non potest: materia prima ergo nō fit, alioqui ex nihilo fieret, nisi processum infinitum concesseris. Item, idem manens idem, non potest producere, nisi idem: sed Deus est semper idem vtpote immutabilis. 12. *met.* aliorum ergo à se, efficiens non esse videtur, quippe, qui non nisi vnum producit. Præterea quod fit, suæ habet factionis terminum, sed actionis non est actio, vt terminus, 5. *phys.* actio igitur non fit, quæ est: tamen est ens aliquod, vtpote in determinato prædi-

De ... principio.

Intelligentiæ habeant causam effectiuam ...

Exponitur locus Arist. obscurus. 2. met. com. 4

Obiectiones.

1\.

Arist. 1. de gen. cō. 45.

2\.

3\.

Comment. 1. cœli. c. 1. 12. met. cō. 44. ibid. com. 41.

4\.

Soluuntur obiectiones.

5\.

Aliæ obiectiones quod cælū non sit creatum.

Comment. 1. cæl. com. 20. & 109. 12. met. 44.

4. de cælo com. 2. 1. de cæl. com. 208.

3\.

4\.

5\.

Phil. 1. de gene.

6\.

De mundi principio.

prædicamento. Sed his respondere neque inutila, neque
difficile erit: & ad primum quidem sic. Corpus sane cœleste,
non motu præueniente, sed simplici Dei iusso, atque ema-
natione factum est: non opus ergo est illud huic tribuere,
quod motu genitis, tribuitur. An autem cœlum ex materia,
& forma constet, postea dicemus *libro 3. Auer. autem, philos. 12.*
comm 10. non consentit. Omnia vero, inquit quę mutantur,
materiam habent tamen diuersam, & perpetuorum, & quæ
non subeunt generationem, mobilia vero sunt latione, at
non generabilem, sed subeuntem tantummodo lationem.
dicis, simplicem emanationem ab Auerroe non admitti, in
eo siquidem com. vbi Auicennam reprehendit, 12. *comm.* 44.
imo, si diligenter inspexeris, non productionem, sed mo-
2. dū arguit producendi, veluti paulo ante diximus. Ad 2. Æ-
terna, generabilia non sunt, eo quidem modo generandi,
quo cætera per motum generantur, & transmutationem.
Commentator igitur arguit, mundum dicentes æternum
esse, atque per motum ex nihilo productum. Mundus præ-
terea in instanti factus est, non quidem transeunte, quod
solum in tempore reperitur, sed stante, quod infinitis in-
3. stantibus coexistere potest. Ad 3. Omnis transmutatio est de
non esse, in esse. non esse autem duplex, natura, & duratio-
ne: non esse autem natura, non esse duratione in mundi ge-
nitura præcedere quidam dicunt. sed melius est asserere, hęc
inueniri in his certe, quæ sunt, non autem in his, quorum
4. esse, & natura, duratione simul exorta sunt. Ad illud, ex ni-
hilo, nihil fieri, sicuti ex materia, actione physica, non tamē
emanatione simplici, sine motu præcedente. Ita siquidem
materia comproducta est, non tanquam emanationis to-
talis terminus, sed quasi res constituens, id, quod per se est
5. talis productionis terminus. Ad illud de agente, verum qui-
dem est in agente limitato, non autem in diuino, cuius vel-
6. le efficax est, atque omnipotens. Ad vltimum, actio, & si-
milia à Deo siquidem effectiue sunt, non sicut termini, sed
velut viæ in actionum motuumque terminos. Potest etiam
dici, actionis humanæ, diuinam actionem posse assignari,
quæ cum sit suum velle, non opus est in actionibus in infi-
nitum abire.

Simplex emanatio.

CAP. VII.

An creatio potuerit esse ab æterno.

Prima ratio.

QVi volunt mundum, angelos, elementa à principio
esse potuisse, ita argumentantur: Simplex ema-
natio, simplex rei deductio esse dicitur, & à peni-
tus non esse. ad esse, omnino indiuisibilis, atque in
instanti fit: sed intelligentiæ, elementa, cœlumque, sim-
plici emanatione condita sunt: in instanti ergo, & fieri po-
tuerunt. Porro effectus, qui à sua causa, esse habere potest
per fieri indiuisibile, causam immediate insequitur, ita, vt si
causa fuerit ęterna, & effectus similiter ęternus. Deus autem,
qui simplici mundum emanatione, seu creatione produxit,
cum sit æternus; mundus quoque Dei effectus, potuit vtiq;
esse æternus, quippe cum fieri, & factum esse, in simplici e-
manatione simul sint. neque perfecte agere, posterius est i-
pso agente: causa siquidem in suo perfecto esse consistens,
mox agere incipit, si vult, & suæ est liberæ voluntatis. Quare,
licet mundus æternus non sit, potuit tamen esse æternus: in
eodem enim instanti, & ignis ponitur, & calefactio, & Sol,
& Solis lumen, atque simile de his, quæ in instanti fiunt re-
bus, potest esse iudicium. Agens igitur, suū producens effe-
ctum, actione quidem subita, illum, duratione necessario
2. præcedere, non est necesse. Deinde, voluntas, & natura di-
uina, eiusdem omnino sunt, & efficaciæ, & perfectionis. Si
ergo naturæ necessitate, mundus ab æterno productus est,
voluntatis quoque libertate produci potuit: agens enim
omnipotens per suum velle, quoties libuerit, suum potest
effectum producere. rei etiam creatæ hæc productio con-
gruere potest, cuius non esse, esse, necessario ordine nō præ-
cedit: non esse enim creaturę, eiusdem esse necessario non
præcessisse, constat. inter esse siquidē. & non esse creaturæ,
non est ordo aliquis essentialis, atque necessarius. Etenim in
ordine essentiali. prius non potest esse posterius, alioqui na-
turæ ordo inuerteretur: sed creatura, quæ nunc est, potest
anihilari, atq; ita nō esse. at tu dicis, prius nō fuisse, & post nō
esse, accepisse esse: prius ergo, posterius erit, q sane necessa-
3. rius, atq; essentialis ordo non patitur. Adhuc, creatura posse
habet essendi, secus esset impossibilis, & etiam non essendi,
alioqui esset prorsus necessaria: cum autem neutrum sibi
determinet, sitque indifferens ad vtrumque, ex sola pendet
4. voluntate agentis. Amplius, quod destruit naturam, non

An mundus potuit esse ab æterno.

debet omnino præcedere, atque ei necessario conuenire. *De mūdi*
sed non esse, naturæ bonum destruit non ergo fuit necesse, *principio.*
naturæ creationem anteire. itaque in condenda creatura,
non opus fuit, non esse præcessisse. Rursus, vti tempus pot- 5.
est esse æternum à parte post; ita etiam à parte ante: quod-
libet enim instans temporis eiusdem est cum alio rationis:
sed alicui conuenit instanti futuri principium, & finem esse
præteriti: omni igitur conueniat necesse est: tempus ergo
semper est, sicuti *8. phys. & 12. met.* doctissime ostenditur. I- 6.
tem, prima causa, mundum de nouo produxit: ut igitur
potuit antea produxisse, aut non. fas autem non est dicere,
non potuisse, est enim primæ causæ actio sine temporis dif-
ferentia, quippe, quæ nullo tempore limitari, aut concludi
potest. Potuit ergo, antequam mundum condidit, condi-
disse: igitur ab æterno. Ad hæc, si triangulus esset ab æterno, 7.
etiam ab æterno tres angulos haberet: & si pes ab æterno
puluerem calcasset, suæ impressisset figuræ vestigium. nec
quispiam dicat, hoc agenti naturali, non libero conuenire:
nam si ignis, pro temporis sui duratione, calorem immitte-
re valet quanto magis agens primum? Ex his ergo, atque si-
milibus, mundum ab æterno fieri potuisse, manifestum esse
puto.

CAP. VIII.

Auicennæ, atque aliorum rationes contra prædicta.

RAtiones Auicennæ, atq; aliorum contra rationes in *Mundum*
præcedenti capite dictas, tales sunt. Naturæ ordine *ab æterno*
(inquit *5. met.*) illud creaturæ cōuenire dicimus, q *esse non po-*
ex se, & non ex alio conuenire dignoscitur sed non *tuisse.*
esse in actu, ex se, esse vero, ex agente, rei creatæ conuenit. 1.
non esse ergo, naturæ per se conuenit. Adhuc, Deus, natura 2.
præcedit suam creaturam: causa enim, naturaliter effectu
prior est. in quocunque autem signo, siue naturæ, siue dura-
tionis, vnum contradictorium non est, reliquum certe po-
nendum est: simul enim esse nullo modo possunt: in illo
ergo priori naturæ, quo Deus creaturam antecedit, non esse
creaturæ apparet: ex quo habemus, nō esse creaturæ, esse il-
lius præcedere. Amplius, nihil est non ens, sicut, nihil est ni- 3.
hil: sed creatura antequam sit, est nihil quia ordine naturæ
de nihilo: prius igitur non esse præcedit. Terminus præterea 4.
à quo, prior est termino ad quem: sed conditarum termi-
nus à quo creaturarum, est non esse, ad quem vero, est esse:
ergo, &c. Iterum, in rebus factis, posse differt ab esse: sed 5.
creatura est facta: prius ergo potuit esse, quam fuit, alioqui
non est facta, nam in æternis, *3. phys.* esse non differt à posse.
omne namque æternum est necessarium apud philoso-
phum. Itaque licet non esse creaturæ, illius esse, antece-
dere dicatur, ab æterno tamen illam fuisse putauit. In hoc
autem nulla esse potest contradictio: à se plane creatura,
est non ens: ens vero à primo agente, sibi esse largiente.
insuper, sibi derelicta, profecto non ens, magis quam ens
diceretur; qua de causa, non ens illam præcedere, idque
necessario naturæ ordine existimauit. Sed opinio Auicen- *Opinio A-*
næ multas habet difficultates: nam, sicut prius, & poste- *uicennæ*
rius natura contradictoria sunt, & in vno eodemque esse *impugnatur.*
non possunt, nec duratione eidem conuenire; ita sane es-
se, & non esse creaturæ, simul eidem, secundum duratio-
nem nequaquam conueniunt. Quare, sicuti non esse, pri-
us natura, quam esse dicitur; ita quoque duratione. Vel-
le itaque asserere, creaturam habuisse non esse, & ab æter-
no extitisse, in contradictionem incidat. opus est, nisi illud
non esse, imaginarium, non actu existens, fuisse aliquis di-
xerit. Nam si inter non esse creaturæ, atque esse, ordi-
nem constituat necessarium, eamque ab æterno fuisse as-
serat, sibi ipsi aduersari videtur. idem enim simul dura-
tione esse, & non esse, impossibile est: De esse siquidem
creaturæ, & non esse vero, atque in re sic existenti loqui-
mur, quorum neutrum absque aliqua temporis duratione
esse potest. Quamobrem non opus est, vt creatura prius sit *Soluuntur*
non ens, quam ens, cum vtrumque ex primo habeat agen- *rationes*
te, sitque ex se, ad vtrumque indifferens. Ad rationes au- *Auicen.*
1. tem Auicennæ sic dicimus. Ad primam, ad esse, atque non
esse, creatura est indifferens, vtrumque enim ab agente est
2. illi communicabile. Ad 2. Deus quidem sua prior est
creatura, vtpote, quia perfectior, à quo creatura de-
pendet: nec ideo, creaturæ non esse, illius esse præcede-
re debet. nam si creatura æterna esset, adhuc, natura prior,

Deus

De mundi principio.

Deus est semper dicendus. Ad 3. Verum certe esse dicimus,
quod etiam fide confitemur, ante sui conditionem, creatu-
rā nihil fuisse, nihilominus ab æterno esse illi agēs largiri po-
3. tuit, atq; ita nunquā nihil fuisse. Ad 4. In his rebus, ratio illa
4. valet, quæ motu, mutationeq; fiunt, non autē in his, quæ
simplici emanatione procedit. Eadē quoq; facilitate, 5. ra-
5. tio solui potest, posse namq; & esse in ea re simul esse non pos-
sunt: quæ, per viam motus, non autem simplicis fit emana-
tionis. hoc autem modo Auicenna defendi potest, vt non
esse creaturæ præcedere dicamus, quippe, quę ex se, esse, &
non esse potest. Porro in perpetuis, posse, non differt ab es-
se, potentia siquidem non distat ab actu essendi. nec illum
instar humanæ naturæ diu præstolatur, mox plane simul
sunt, & operantur. esse autem, non est de conceptu quiddi-
tatiuo cuiuslibet entis perpetui, nisi primi tantum agentis.

Posse non differt ab esse.

CAP. IX.

Quod mundus non potuerit esse æternus.

Mundus non potuit esse ab æterno.

QVidam contrariis rationibus nituntur contra
prædictam opinionem, hoc modo arguentes. Si
aliquod ens, & quidem finitum, poterat Deus ab
æterno producere; illud profecto semper produ-
catur, necesse est: quod plane impossibile est, non enim es-
set permanens, atque completum. Creatio præterea, atque
conseruatio, idem omnino essent: sed conseruatio, esse,
non autem creatio præsupponit: ergo. Amplius, verum
quippe est dicere, omne productum, aut est, vel erit produ-
ctum. aut igitur ens finitum, ab æterno productum, semper
producitur, quamdiu est, aut aliquando, & non semper
producitur. Si autem semper produci dixeris, absurdum
incurres, quod diximus. Si vero non semper, habet dura-
tionis principium: creatura enim esse habet acquisitum,
& propterea esse post non esse, Dei sane solius est, perma-
nens atque æternum esse possidere. Amplius, omne, quod
2. est dum est, necesse est esse, 1. *Periherminias* non potest igitur
non esse, nisi aliqua præcedens potentia impediuerit at si
aliquod ab æterno Deus ens produxit, nullam reuera po-
tentiam præcessisse constat. Quod si ita res se habeat, non li-
bere, sed necessario à Deo productum esse dicemus. in per-
petuis namque, esse non differt à posse. Item, tunc tempus
esset infinitum, & à parte ante, & a parte post: potuit enim
cœlum cum motu ab æterno produci. ex hoc autem, absur-
4. dum istud sequetur, vt pars, toto, maior esse diceretur. Sed
his obuiare volentes, quod supra citauimus, respondendū
ita esse dicimus. Quemadmodum aer, subito à lumine illu-
stratur; ita certe creatura, quandiu est, à Deo semper & in
habendo, & in conseruando pendet. toto igitur simul. nul-
lam vicissitudinis profecto iacturam pateretur, si ab æter-
no contenta fuisset: nec aliquod nouum, quod ad suæ per-
fectionem integritatis pertineret, de nouo acquisitura es-
set. Porro, si ab æterno creatura condita fuisset, idem plane
ore, ratione vero differrent conseruatio, atque creatio.
Creatio siquidem, non esse naturæ, non durationis ordine
supponit, quod sane conseruationi nō aduersatur. quamuis
autem in aliquibus fieri, à conseruari distet, & naturæ, &
durationis ordine, in omnibus tamen habenda non est, ne-
que obseruanda differentia huiusmodi. Ad consequentiæ
probationē, verum quidem est, quod productum produci-
tur, non tamen, quod nunc primo producitur, & prius
non erat productum. ex quo apparet, creaturam dici, esse
habere acquisitū, quia à Deo sibi concessum, nec nouiter, si
ab æterno cōdita fuisset. Deo autē nullo quippe modo, fieri
potest æqualis, cuius essentia in sui conditione, recipiendi
virtutem non habuit, nec vnquam est habitura. Ad aliud.
2. *omne quod est* &c. Valet illa ratio in necessitate suppositionis,
non autem absolute. in tota namque æternitate, Dei po-
tentia quodlibet conditæ rei instans præcessit, in quo &
impedire & annihilare potuit iam conditam creaturam.
Nullum ergo tempus determinatum in tota illa duratione
conceditur, in quo mundum simpliciter conditum esse, ne-
cesse prorsus extiterit: Dei profecto semper præcessit po-
tentia, annihilatura (si vellet) condita cuncta. Ad vltimum.
3. Nullum successiuum potest esse actu infinitum, rationem
ergo subit finiti magis, quam infiniti. Sed dices, si mundus
ab æterno extat, infiniti vtique dies pertransiti sunt; alioqui
ad præsentem diem nunquam aliquis peruenisset. Sed repu-
gnat infinito pertransiri. Verum hæc consequentia negan-
da est: pertransire siquidem, est per motum ab extremo, ad
extremum, rem attingere: infinitos autem dies attingi ab
extremo, ad extremum vsque, est impossibile, extremis e-
nim, cum sint infiniti, careant necesse est. Nam & si ante ho-

Arist. 3. phys. ca. 32. 9 mes 17.

Contraria rationes.

Esse acquisitum creaturæ.

3. præcesserint infiniti dies.

diernum diem infiniti præfuissent dies, ex parte tamen an-
te, pertransiri minime potuerunt, inchoatio certe ab ali-
quo extremo fieri non poterat. à parte vero post, vsque ad
vltimum nunc, aliquo quidem modo pertransiti diceren-
tur. Itaque consequentia nequaquam ostendit infinitum,
quatenus infinitum pertransiri potuisse. Iterum arguit. si
mundus potuit ab æterno produci, tunc plane esset aliquid
actu infinitum; quod philosophus non admittit. potuis-
sent vtique esse animæ infinitæ, quæ quoniam sunt incor-
ruptibiles, nunc profecto animæ actu infinitæ essent nume-
randæ. Soluunt autem quidam, dicentes, philosophum, de
infinito quanto, non autem immateriali locutum fuisse 3.
phys. & 1. *cœli.* animæ autem, quoniam incorporeæ sunt, &
per accidens ordinatæ, possunt esse infinitæ. his autem ad-
uersatur philosophus. Separatum, inquit, infinitum à sen-
sibilibus esse non potest. Respondent, infinitum Pythago-
ricum, philosophum significasse. Ponebat enim Pythago-
ras infinitum quantum, separatum ab omni materia sensi-
bili, nos autem loquimur de infinito separato intellectua-
lis naturæ, qualis est anima. Verum, hæc quidem forsitan
inquisitio, inquit, *com.* 39. vniuersalis est magis, verum vide-
licet esse possit infinitum, & in mathematicis, & in intelle-
ctualibus, & in his, quæ nullam prorsus habent magnitu-
dinem. Methaphysicæ ergo speculationis est de hoc negotio
differere. atqui. *tex. com.* 37 infinitum, & quantum, & im-
materiale prorsus auferre videtur. Manifestum est, ait, in-
finitum esse non posse, vt actu ens, & vt substātia, atque re-
rum principium: nam quicquid ipsius acceperis, infinitum
erit, si partibile sit. Si enim substantia sit, & non in subiecto,
infiniti ratio, & ipsum infinitum est idem: in abstractis si-
quidem à materia, esse, & id cuius est esse, nequaquam dif-
ferunt. Non ergo secundum philosophum, in rebus, tum
materialibus, tum etiam immaterialibus, actu infinitum
conceditur. Quare, si mundus ab æterno fuisset, essent cer-
te animę actu, numeroque infinitæ. Deus talem legem,
inquiunt aliqui, posuisset, qua animæ actu nunquam es-
sent infinitę, aut productas destrueret: sed sapientis non est
bonum vniuersi inuertere, destruereque quod sua est natu-
ra incorruptibile. Præstat ergo dicere, Aristotelem de quā-
to infinito disputasse, cui profecto infiniti ratio præci-
pue congruit, non autem de immateriali, quod plane, lo-
ci occupandi, nullam habet aptitudinem. Sed de infiniti ra-
tione in quarto libro abunde satis disputaui.

De mundi principio.

Si animæ infinita.

Arist. 3. 3. phys. com. 36.

CAP. X.

Aliæ quoq; rationes, quod mundus productus non fuerit ab æterno.

QVod accipit esse post non esse, non potest ab æter-
no produci: implicat enim contradictionem esse
ab æterno, & aliquando non fuisse. sed creatura
accipit esse post non esse: etenim, aut habet esse
post non esse duratione, aut solo naturæ ordine: si autem
prius duratione habeat non esse, non potest vtique esse æ-
terna si naturæ tantum ordine, esse ergo, & non esse simul
habebit: quæ enim habent solam naturæ prioritatem du-
ratione simul esse cognoscuntur, veluti subiectum, & pro-
pria passio: natura igitur non potest esse creaturę, vt ab æ-
terno condatur. Effectui præterea conuenit, prius non esse 2.
prioritate naturæ, quam esse: dari ergo aliquam duratio-
nem, in qua non esse eius, præcesserit esse, necessarium est:
productio siquidem cuiuslibet causati, est de non esse ad es-
se: prius ergo habuit non esse, quam esse, & ex consequenti
non fuit ab æterno. Impossibile profecto est, aliquid esse æ-
ternum, & illud duratione aliquando non esse habuisse.
vnde sophistica magis, quam demonstratiua hæc ratio esse
videtur; quæ in sensu diuiso, vera, in composito autem fal-
sa computatur. Neque enim valet, Deum produxisse mun-
dum, est propositio de possibili vera, ergo sua de inesse est
possibilis, scilicet Deus ab æterno produxit mundum: pro-
positio namque vniuersalis possibilis dici non potest, cuius
singulares sunt incompossibiles. Item, esse creatum inclu- 3.
dit nouitatem, quia nihil accipit, quod habet: omne igitur
creatum, de nouo accepit esse, & ideo necessario incepisse,
constat. Nam quemadmodum annihilatum iri non potest
& esse à parte post æternum; ita à parte ante esse æternum,
& creatum fuisse. Item. quæ aliqua mensura, in eorum crea-
tione mensurantur, non sunt æterna, sed omnia, quæ crean- 4.
tur à Deo, aliquo indiuisibili mensurantur, actio enim pri-
mi principij aliquo mensuratur indiuisibili. nihil ergo aliud
à Deo potest esse æternum. Itaq; mundus à Deo creatus est

Mundum non esse productum ab æterno. 1.

Deum solum esse æternum.

De mudi principio. in aliquo instáti indiuisibili, sed ante illud instans non fuit,
non ergo ab æterno. rei quippe permanentis productio,
mensuratur instanti : sed in nullo instanti producebatur
mundus, æternus sane cum esset, instans omne præcede-
bat: mundum ergo esse productum, & æternum, nedum
absurdum, sed impossibile esse cognoscitur. Amplius,
5. quicquid est in potentia ad duo opposita contradictoria,
vno acquisito, alterum relinquitur · sed potuit de quolibet
creato ita dici, hoc potest esse, & non esse. habito igitur es-
se, alterum scilicet contradictorium, nempe non esse, re-
liquus se probatur : nihil enim relinquere potest, quod nō
6. habet. Adhuc, aut motu factus est mundus, aut subita mu-
tatione. si primo modo, tunc reuera mundum æternum
non esse cognoscitur, motus certe duratione præcedit ter-
minum. neque secundo modo · mutatio siquidem illa
aliquo mensurata fuisset instanti, quod sui principium re-
cte appellaretur, atque ita æterna minime essent appellan-
7. da. Adhuc, si creatura ab æterno fuit producta. vnum est
Lunæ Reuolutiones. altero maius infinitum, quod est impossibile, Lunę reuolu-
tiones profecto plures fuissent, quam Solis, & animanti-
um generationes, quam hominum. fuissent quoq; infinitæ
cœli reuolutiones, infinitiq; dies præteriissent. Porro, o-
mne præteritum aliquando fuit futurum, sed nunquam
fuit futurum infinitum in actu, aliquando enim principi-
8. um habuit. Amplius sicut entitas creata, entitatis respe-
ctu, minor est entitate increata; ita omnino duratio crea-
ta, duratione æterna : at duratio minor æternitate, alicu-
ius non æterni sit, necesse est. omne autem huiusmodi,
nouum est, implicat certe contradictionem, ponere æter-
Soluuntur rationes. nitatem creatam. Ad hæc ita quidam respondent, ad pri-
mum, naturæ ordine, non esse, creaturam accipere potu-
1. isse : non esse namque duobus modis dicitur, altero qui-
dem simpliciter. omni carens limitatione: altero vero mo-
do, ex se non esse, vel ad non esse aptitudinem habere. Actu
igitur esse, & non esse simpliciter simul, impossibile est,
non autem esse duratione simul, & esse actu, & non esse à
se. indifferēs siquidem est creatura, vt diximus, ad vtrum-
2. que. Ad 2. effectui etiam conuenit non esse prius, quam es-
3. se; qui vtique ad esse per fieri peruenit diuisibile. Ad 3. ve-
rum quidem esset, si de productione proprie sumpta, quæ
sine motu fieri non potest, loqueremur. Cum autem mun-
dum simplici à Deo emanatione potuisse produci dicimus;
propterea aduersus nos huiusmodi rationes militare non
4. video. Ad 4. Si mundus consideretur, vt effectus proprie
sumptus, qui causam efficientem demonstrat, absque du-
bio, non potest ab æterno esse: natura enim, & duratione
causam præcedere efficientem, opus est : at si effectus pro
omni causato intelligatur, qui interdum se habet ad cau-
sam, vt aer, Solis lumine illustratus, & imago in aqua, si-
ue in speculo ex aspectu inspicientis causata, quorum v-
trumque ex priori causa dependet; huic certe effectui. suæ
esse causæ coæuum, repugnat nihil : esset namque sine sui
nouitate per præsentiam suę causæ in actu productus, sicuti
lumen in diaphano cōseruatur per præsentiam corporis il-
luminantis. hoc sane modo, mundum à Deo processisse,
Quemodo mundus potuit esse æternus. nullum videtur esse impossibile. Argumenta igitur illa pu-
gnant contra effectū proprie dictum, cuius causam, & na-
tura, & duratione præcessisse necesse omnino est. sed sim-
pliciter actu infinito, nihil est eiusdem rationis maius, be-
ne vero alterius. at Solis, atque Lunæ eiusdem rationis, ne-
5. quaquam sunt reuolutiones sed alterius potius. Ad 5. fuis-
sent vtique infiniti dies præteriti, vt diximus, non tamen
pertransiti. demum omne præteritum, aliquando fuisse
futurum, falsum est, sicuti omne futurum aliquando fo-
re perpetuum : alioqui nihil posset in perpetuum durare.
6. Ad aliud, creari potuit creatura in instanti, non quidem
temporis determinanti, atque fluentis: quicquid enim ita
creatur, nouum est, sed instanti manente, sicuti est instans
æui. esse igitur creaturæ, esset in continuo fieri? minime. si
successionem aliquam intelligere oporteat, bene vero, si
sit, ab alio esse. semper accipere. Filius Dei (vt dicūt Theo-
logi) à patre semper generatur, nec tamen est aliquod suc-
7. cessiuum. Ad aliud, de potentia ad opposita, veritatem
profacto habet in potentia, nouiter acquirente esse per sui
mutationem. hoc modo, maiora concessa, minor negatur:
potentia enim creaturæ, actui semper fuisset coniuncta,
idcirco, non est dicendum, vnum acquisiuisse, alterum
8. vero reliquisse. At illud de duratione creata, & increata, in-
tensiue verum est, non autem extensiue, fuisset qui-
dem eadem rei increatæ, atque creatæ æter-
nitas, duratione quidem, non au-
tem perfectione.

C A P. XI.

Aliæ rationes, mundum ab æterno produci non potuisse probantes.

De mūdi principio.

AGens liberum, si alicui esse largiatur, sub opposito 1.
prius illud intelligit, alioqui ad esse nullatenus
determinaret: quomodo enim largiretur aliquid,
nisi non habenti? Deus igitur, cum sit agens libe-
rum vt superius dictum est, mundum creans, illius non es-
se prius intellexit, ex parte obiecti. Mundus ergo in se for-
maliter non ens prius intelligitur, ne diuinæ aliquid falsi
posse subesse intellectioni, dicere sit necesse. Omne autem
huiusmodi non est æternum, non enim simul duratione
potest esse ens, & non ens. Voluntas præterea, alteram par- 2.
tem eligens, de opposito, in oppositum transit, aut quidem
ipsa formaliter, si sit humana, aut suum obiectum, si primi
est agentis. Sed cum mundum condere diuina voluntas li-
bere decreuisset, atque nullus in ea transitus inueniretur,
in mūdo vtique erat statuendus. Iste autem transitus, de
esse ad non esse, absque mundi nouitate fieri non poterat:
mundus igitur æternus esse non potuit. Adhuc formalis, 3.
obiecti ipsius quippe electionis ratio, futurum respicit, &
contingens: atqui, nullum futurum est vel esse potest æter-
num, quatenus huiusmodi; ex quo apparet, mundum
nullo modo ab æterno esse potuisse. Amplius quæ ab æter- 4.
no sunt condita, illa absque dubio necessario ita consi-
stunt; potentia siquidem æterna à suo actu non distat, a-
lioqui non ad æternitatem, sed ad aliquid noui, potentia
huiusmodi diceretur. Sed in perpetuis non differt esse à
posse. 3. *phys.* vt paulo ante diximus : actui igitur poten-
tiam æternam coniunctam esse, manifestum est, aliter æ-
ternum non esset vtique æternum, suam namque poten-
tiam sequeretur. Si mundus ergo ab æterno productus est; 5.
necessitate conditum esse diceremus. Item, nullum æter-
num est temporale, seu factū in tempore : ab inuicem pro-
fecto separantur genere, sicuti corruptibile, & incorrupti-
bile, sed mundus est temporalis, vtpote factus, & nouus:
ab æterno ergo esse non potuit. Adhuc, non minus absur- 6.
dum est, intrinsecas habere durationes indeterminatas,
quam proprias passiones. Nam quemadmodum absur-
dum est dicere, hominem indifferenter se habere ad risibi-
le & non risibile, ita etiam & mundum ad æternum, & tem-
porale. *Nihil*, inquit Augustinus, *diuinæ naturæ potest esse coæ-* *lib. 8. in*
uum. Magnum siquidem inconueniens est, quod creaturæ duratio con- *Genes. c. 11.*
iungatur æternitati, In Exameron. *Ambrosius. Non enim apta nata*
esse coæua suo principio, quæ non est de eo. quod est, non est. 2. lib.
Damasc. Amplius, omnis productio est mutatio, quæ absq; 7.
negatione termini producti præcedente fieri non potest. Si
ergo ex materia æterna mundus fuisset productus; nullo
modo æternus fuisset · simul quoque ens, & non ens secun-
dum durationem esse diceretur. Amplius, sicut annihila- 8.
tio est ab esse ad non esse, ita etiam creatio à non esse ad es- *Soluuntur.*
se. quod igitur fit, prius non esse, fuisse necessarium est. His
autem, atque similibus, facile est obuiare. Ad primum, Dei 1.
electio est æterna, voluntas quoque efficax ad præstandum
quodcunque voluerit ab æterno, sicut in instanti tempo-
ris: proinde ab æterno si voluisset mundum condere, va-
luisset. Ad 2. voluntas quidem diuina ab æterno determi- 2.
nata est, licet contingenter ad obiecta extrinseca: quam ob
causam nullus secundum rem ab indeterminato ad deter-
minatum, transitus in ipsa fit, neque in obiecto à non esse
in esse. Quatenus ergo fieri decreuit, ita actum est · creatu-
ra enim ad esse atque non esse indifferens est: electio autem 3.
nostra, quoniam mora indiget in eligendo consilio, quod
ad futurum communiter spectat, formaliter futurum in-
tuetur: non sic autem electio diuina, cui omnia præsto sunt
in oraque non indiget in suo statuendo consilio : Consi-
lium enim Domini manet in æternum. Ad 4. Si rectum es- 7.
set argumentum, ita etiam modo dicere valeremus: Hodie
Deus condidit mundum. Necessario igitur, & non libere
creauit : potentia enim ipsius sic actui coniuncta esset ho-
die, ac si ab initio condidisset. Ad diuinam ergo æternita-
tem, non autem ad obiecta extrinseca illa referenda sunt: 5.
nullū siquidē ens, præter primū, est vere necessariū. Ad 5.
temporale & æternū, si entia spectēt diuersa, vtpote De-
um, & creaturam sine dubio differunt genera. at quate-
nus denominationes eiusdem entis possibiles nominan-
tur, quod, secundum se ad esse, & non esse indifferenter se
habeant, possunt profecto eidem inesse non quidem succes-
siue aut secundū actum, ita, vt vnum prius actu insit, alterū
postea sequatur, aut ambo simul in actu. vtrumq; namque
impossibile est sed diuisim, pro tota sua duratione potius,
æternū scilicet vel temporale. contraria autem idē possunt

s. in

De mundi principio. actu fucceßiue inesse : corruptibile vero & incorruptibile,
nec simul nec successiue, coniunctim aut diuisim eidem
nunquam. Ad 6. vnumquodque, suæ, quam à primo mu-
6. tuauit agente, durationi contemperatur, vnam profecto,
nouam, aut æternam durationem habeat, necessarium est;
ad quas plane ex se omne ens indifferens esse, sæpius dixi-
mus, non sic autem subiectum circa suam se habet propri-
am passionem, vni quippe determinatum est. Ad August.
verum est, nihil à se esse æternum, atque immutabile, sicuti
est Deus. Ad Damascenum, secundum ordinem, quem nūc
in creatura esse videmus, non est apta nata suo coæuus esse
principio. potuit tamen diuina illam ab æterno condidis-
se potentia. Ad Ambrosium, duratio quidem creaturæ, æ-
ternitati coniungi non potest, sicuti aliqui dixêre philoso-
phi, mundum vicæ, & æternum & à Deo conditum nō esse:
7. aut naturæ necessitate fabricatum. Ad 7. Si materia fuis-
set æterna, & mundum ex illa Deus facere voluisset, adhuc
sine motu, aut mutatione, id præstare potuisset : motus si-
quidem requirit tempus, & mutatio instans : sed Dei ope-
ratio non est morosa : per simplicem ergo acceptionem es-
se totius compositi, mundum condidisset, non mediante
vtique mutatione : Omne enim per mutationem produ-
ctum, æternum esse non potest : nec simul fuisset ens, & non
ens, duo sanè eidem simul actu conuenire non possunt con-
traria. proinde potest eidem, actu vnum conuenire, alte-
rum vero in potentia. quare, si mundus ab æterno condi-
tus fuisset, esse in actu illi conuenisset ab æterno, cum po-
tentia tamen ad non esse, quemadmodum quando de nouo
factus est, non esse ab æterno habuit, cum essendi potentia.
Itaque si creatura fuisset ab æterno, nunquam fuisset non
ens. Neque opus est dicere, ex nihilo illam conditam fuisse,
non enim de omni creatione hoc necessarium est asserere.
8. sufficit certe non de aliquo illam fuisse creatam. Ad 8. Ar-
gumentum bene concludit contra creationem, quam in
mundo esse, fide confitemur. non autem aduersus eam,
quam productionem non de aliquo esse vocamus. Hoc sa-
ne modo annihilatio, atque creatio, nullam habent conue-
nientiæ aptitudinem : nam annihilatio, esse alicuius præ-
supponit entis, quod est annihilandum, illudque duratio-
ne præcessisse oportet : creatio vero, quæ est non de aliquo
productio, si habuerit terminum in quem, & realem in a-
ctu saluari poterit; ideoque non esse illam præcessisse, ne-
cessarium non est : non enim omnis creatio versio est, sed
illa solummodo, quæ de non esse, ad esse verum migrare,
Obiectio. clarissime conspicitur. Sed dices, si omne quod est, quando
1. est, necesse est esse : similiter ergo quod fuit, quando fuit ne-
cesse est fuisse : sed æternum semper fuit : igitur necesse est
semper fuisse. Si autem mundus est æternus, semper fuisse
necesse est : non potuit ergo non creari, nec antequam crea-
retur, cum ante æternum sit nihil, nec dum crearetur, quia
tunc non esset æternus, nec postquam creatus est Deus præ-
2. terea non potest facere ingenita. si itaque ab æterno mun-
dum condidit, non potuit non condidisse. Non pauci ma-
gnifaciunt huiusmodi argumentum; ad quod tamen ita
Solutio. respondendum esse arbitror. In illo quidem æterno, quo
mundum Deus conderet, absolute, atque diuisim, non con-
dere potuisset : nec aliqua ibi absoluta inueniri necessitas
potest, nisi consequentiæ tantum : alioqui beatum Ioan-
nem baptistam, necessitate quidem absoluta prædestina-
tum fuisse diceremus, cuius obiectum, etsi in re, atque in ef-
fectu futurum, in esse tamen prædestinato, præsens atque
coæternum erat. Sed nihil ad extra est necessarium : ergo
quod prius. Sed audiamus catholicorum rationes.

CAP. XII.

Catholicorum rationes contra mundi æter-nitatem.

1. VOluntas, quæ est suum velle, inquiunt, actus purus
existens, habens nouum, si dici potest, & suum
semper in actu antiquum velle, semper idem vult,
nec vllam nouitatis vicißitudinem subire potest :
sed diuina voluntas est huiusmodi : ergo &c. Quod si crea-
tura ab æterno producta non fuerit, in causa quidem est,
quia nondum venerat temporis momentum imaginati, in
2. quo disposuerat, illam fore producendam. Amplius, quem-
admodum in vno æternitatis instanti, mundum produce-
re potuit; ita etiam in quolibet : neque enim formalis ibi
repugnantia impedimento esse poterat, quippe, quæ nullo
in tempore inueniretur. Adhuc, si mundus à Deo, veluti à
3. causa finali, vt quidam dicere videtur, esse accepit, nullam-
Potissima que habuit potentiam ipsum præcedentem, ex qua forma-
retur. sed erat ens per potentiam suæ causæ in esse, profecto De mundi
eadem certe ratione, qua ab æterno, sine præeunte poten- principio.
tia esse potuit, ita etiam in tempore : tota siquidem in hoc pio.
vertitur ratio commentatoris, mundum, scilicet agens ha- ratio Com-
bere non posse, eo quod ens præexigat in potentia, non sic mentato-
autem finis. Item, qui aiunt, si in tempore sine de nouo, De- ris. 12 met.
us mundum condidisset; nouam accessuram dispositio c. 44.
nem, qua ad opus agendum determinaretur in Philosophię 4.
præcepta peccare probantur : aduenit nanque alicui rela-
tio, vt pote albo existenti, nulla in ipso mutatione facta 5.
phys. fundamentum enim eius præcessit in eo, cui aduenit,
alioqui mutaretur per relationis aduentum : hanc ob cau-
sam, sine fundamenti nouitate, potest contingere. Itaque
Deus, omnium influxuum author, atq; ordinator potentis-
simus absq; sui mutatione, mundum de nouo formauit. In-
super, si noua hodie, per causam secundam creatura produ-
ceretur : nulla autem causa secunda, sine primæ influxu, vt
dicitur in libr. de causis, aliquid agere potest, in illam Deum
influere, apertissime constat. Qui ergo nouam hodie sine sui
mutatione creaturam condere potest, mundum productu-
rum, aliquid noui passum fuisse, dicere non debemus : vo-
luntatis siquidem creatæ hoc proprium est, non autem Di-
uinæ, & increatæ. Si hodie penes me disposuero, me hinc ad
decem dies disputaturū, peractis his vtique diebus, sine vo-
luntatis mutatione, id exequi possum. Possibile enim est de
contradictorio, in contradictorium transire, absque reali
ipsius mutatione transeuntis. Vnde prima causa de non cre-
ante, fit creans, nulla in ipsa reali mutatione facta. Deus igi- Instans ini
tur voluit in tali instanti mundum producere, instanti, in- tiatiuum.
quam, initiatiuo, non continuatiuo, quod plane instans
initiatiuum, est principium temporis tantum, & non finis
præteriti. ante autem huiusmodi instans, non potest esse
reale, sed secundum nos, imaginatum tempus. Mobile pro-
ductum est, mutatione à re producta, nequaquam distin-
cta : relatio quoque producta fuit, ad ipsius mobilis produ-
ctionem. Amplius, nihil ex vtraque parte finitum, æter- 5.
num est nuncupandum : sed primus motus est huiusmodi;
nam omnis motus, 2. *Phys.* est ab aliquo in aliud, hoc est, à
termino in terminum : Item, 3. *Phys. com.* 6. motus est actus
entis in potentia, quę certe definitio, & communi conuenit
motui, & æterno : ergo &c. Amplius, motus primus 6.
ad finem aliquem ordinatur, ne casualis esse videatur : fine
igitur adepto, cessabit, vel cessare potest motus. Adhue, mo- 7.
tus primus ex parte ante infinitus esse non potest; totus si-
quidem motus præteritus secundum se, est actualiter per-
transitus : sed nullum infinitum secundum se totum, actua-
liter pertransiri potest : ex omni ergo parte motus primus
finitus esse videtur. Adhuc, si Deus est agens liberum, libere 8.
igitur mundum produxit : quare autem ab æterno, aut si-
cut Catholici dicunt, in tempore mundum fabricauit, sciri
non potest : nemo enim nouit quæ sunt Dei, nisi Spiritus
Dei. Causa præterea diuinæ non est quęrenda voluntatis, 9.
cum ipsamet summa causa sit efficax ad præstandum quod-
cunque voluerit : *Omnia*, inquit Dauid, *quæ Dominus voluit*, *Psal.* 134.
fecit, in mari, & in omnibus abyssis.

CAP. XIII.

Philosophi, atque aliorum argumenta de mundi æternitate : idque ex parte motus, & temporis.

ALiorum argumenta ponenda putaui, præcipuè *Aristotelis*
Aristotelis, vt clarius res innotesceret. Si motus *rationes.*
cœli non est æternus, inquit Philos. ante primum *8. phys.*
motum, alium motum præcessisse, necessarium est; 1.
aut n. mobile, & mouens sunt facta, aut perpetua. si de nouo
facta, eorum vtique compositio, siue factio, vt ita dicā mu-
tatio quædam est, quæ ipsorum motum necessario præce-
dit : quare ante primum motum, est mutatio, & conse-
quenter motus : si vero perpetua sint, & non semper mo-
tus. quiescebant igitur antea : aliqua ergo quietis erat cau-
sa, qua profecto dominante, motus esse non poterat. Si mo-
tus itaque progressurus sit, quietis causa erat remouenda :
sed absque permutatione remoueri non poterat : primum
igitur motum aliqua antecessit mutatio. Quod si mouens
de nouo, mobile mouere incepit, cum prius non moueret :
nouam plane aliquam, mobile inter, atque mouens, dispo-
sitionem interuenturam necesse est. sed habitudo, aut dis-
positio huiusmodi, non absq; mutatione, saltē alterius ex-
treon, fieri potest : idem ergo sequitur absurdum, nempe,
vt primum motum, mutatio anteuenerit. Amplius, tēpus est
æternum,

De mūdi principio. æternum, & motus quoque: eſt enim tempus numerus motus. Vbi namque prius eſt, & poſterius; ibi abſque dubio tempus inuenitur: atqui ſemper fuit prius, atq; poſterius, &
2. tempus ſimiliter. Nam ſi vnum nunc, ſit temporis principium, quod nullum præcedat tempus; tunc ſane prius illius nunc, non eſt tempus. ſed prius eſt, ante, nunc: igitur, & tempus: etenim vbi prius eſt, inibi & tempus. Adhuc, de tempo-
3. re non habemus niſi nunc, & ipſum, medium eſt inter præteritum, & futurum: ſemper ergo tempus fuiſſe conſtat.
4. Motus præterea eſt actus entis in potentia, 3. *Phyſ.* omne igitur motum, aliquid in potentia præcedit, id eſt mobile, quod neceſſario fuit per motum præcedentem. Quare, ſi motus non eſt æternus, ante primum, vt diximus, erat motus, imo ante omnem motum, fuit motus infinitus: ante enim illum motum, quo fiebat mobile, ens in potentia præcedere o-
5. portuit, illudque iterum fieri per motum. Præterea, quod fit ex præcedenti potentia, eſt aliquid antequam fiat: eſſe enim in potentia non eſt purum nihil, ſed aliquid, imo aliquo mo-
8 *Phyſ. com.* 4. do in actu, vtpote, quod eſt in potentia ad formam ignis, eſt in actu ad formam aeris. Itaq; ſi mundus nouiter factus eſt, ex aliqua potentia præcedente, fieri debuerat. atq; ita mundus erat, antequam fieret: quia omne quod eſt in potentia, non ſolum eſt nihil, ſed ſecundum aliquas eius partes, in a-
6. ctu eſt aliquid. Adhæc, Deus, duratione eſt æternus, & cœlū, & tempus, atque motus ſimiliter. quando namque duo ſunt, quorum vnum, natura alterum præcedit. ſi natura prius, duratione eſt æternum, & natura poſterius erit æternum: ſed Deus, natura ſolummodo illa præcedit: duratione ergo pariter ſunt æterna. nam ſi duratione illa antecesſerit, cum nulla ſit, abſque tempore duratio, fit, vt cœlo, atque tempora prior ſit, prioritate temporis; atque ita tempus ſit ante
Duratio duplex. cœlum, & tempus. Reſpondent aliqui: Duplex eſt duratio, & vna quidē ſucceſsiua, altera vero, quæ eſt ſimul tota, nullamque habet ſucceſsionis viciſsitudinem, & hac profecto, cœlo, atque tempore, Deus prior eſſe dicitur. Sed quæritur de illa duratione, ſit ne eadem, an diuerſa à natura Dei. ſi diuerſa, tunc ſane aliud, quod non eſt Deus, eſt æternum: ſi vero eadem: natura ergo, non duratione cœlo, atque tempore, Deum priorem eſſe manifeſtum eſt. Quare, ſi tempus factum eſſe aliquis dicet, quærendum eſt ab eo, in quo tempore factum ſit. Hiſ ergo atque ſimilibus rationibus, motus
Soluuntur argumēta. cœli cœlum, atque tempus æterna eſſe videntur. Quibus tamen ita reſpondere poſſumus. Ad primum: negetur con-
1. ſequentia, & ad probationem dicimus, mouens quidem eſſe æternum, à quo mobile, id eſt cœlum, non mutatione, quæ ſit terminus motus, ſed ſimplici emanatione, quæ creatio nuncupatur, factum eſſe confitemur: Motum igitur, primum antaceſsiſſe motum, non fuit neceſſe, ſed actionem tantum, quæ eſt ſimplex emanatio, vel creatio, & ibi eſt ſtatus. Præterea, motus & mutatio, non proprie fiunt, idcirco non opus eſt motum, licet nouum, fieri per alium motum; quia motus non eſt motus, nec actio actionis, 5. *phyſ.*
Obiectio. Dicis, in motu non eſt dare mutatum eſſe, vt dicitur 6. *phyſ.* ſed mutatum eſſe, ſemper continuat partem motus cum poſteriori, idque in infinitum: motus ergo eſt æternus. ſed ſi
Reſponſio. hoc verum eſſet, tunc plane nullus ferme motus dicendus eſſet æternus. Itaque in motu, non eſt primum mutatum eſſe in potentia: ſunt namque in quolibet infinita in potentia: in actu vero, indiuiſibile initiatiuum, atque terminatiuum, bene conceditur. Ad aliam autem probationem dicimus, aliquem habitudinem inter mouens, atque de nouo motū intercedere, alterius tamen extremi nouitatem non quærentem, ſed ſimplicem in altero emanationem extremo ſequē-
2. tem. Ad 2. ſicut ſæpius diximus; datur nunc, quod eſt principium temporis: & cum dicis, ante ipſum non fuiſſe tempus, ſed, ante dicit prius, & ex conſequenti tempus, reſpondeo, illam propoſitionem, ante, tempus imaginarium ſolū, non autem verum ſignificare: non enim oportet ad quodlibet temporis indiuiſibile, partis ad partem continuatiuum eſſe; ſed ſufficit aliquod initiatiuum eſſe, ſicut punctum in linea. Vnde, quamuis de nouo tempus factum ſit; non oportuit tamen illud in tempore factum fuiſſe. negationi certe temporis, affirmatio eiuſdem, atque poſitio ſucceſsit. Il-
3. lud præterea, quod de motu adducitur ex 3. *phyſ.* agenti con-
Agens vniuerſale non eget materia. uenit particulari, non autem vniuerſali, atque æterno, cuius actio eſt ſimplex emanatio, non præſupponens potentiam ſubiecti: abſque enim materia, omnia produxit, quod agens quidam particulare efficere non poteſt. Ad illud de dura-
4. tione reſpondeo: durationem, in qua prius, & poſterius inueniuntur, vere atque realiter, ſecundum eum, quem modo videmus eſſe ordinem rerum, ante conditum orbem minime extitiſſe, ſed ſecundum imaginationem tantum: æternitas enim, eſt tota ſimul, non habens prius, atq; poſterius, aut noui eſſe acquiſitionem. Dices, quandocunq; Deus fuit,
De mūdi principio. tempus etiam fuit, verum eſt ſi pro temporibus, atque temporis inſtantibus diſtribuat, ita, vt dicatur; non fuit aliquod tempus, aut inſtans, in quo Deus non fuerit, vel rectius, vt Plato dicit, in quo Deus non ſemper eſt. Vnde ante inſtans
Duratio vera non fuit ante cœlum. totius temporis fuiſſe dicitur, ſub hac profecto conditione: ſi ante inſtans totius temporis, aliquod adhuc daretur tempus, etiam in illo Deus abſque noui eſſe acquiſitione ſemper eſt ſeu fuiſſet: Cum ergo vera duratio cœlum non anteceſſerit, argumentum profecto de duratione nullum eſt. Præterea vt diximus, motus non poteſt eſſe infinitus, tum ex parte terminorum, quia termini ſunt finiti, tum etiam propter finem. Sed dicet aliquis: intelligentiarum optimus finis eſt, mouere ſuos ſcilicet ſingulas orbes: motus ergo cœli
Obiectio. eſt æternus, quia eius intelligentiæ eſt æterna. Soluitur: vt
Reſponſio. verus non conceditur intelligentijs huiuſmodi finis: conſtat enim, ſine Deo libere agente, & cooperante, illum aſſequi non poſſe. non neceſſario igitur, ſed de nouo, eiq; ex parte illum ſortitas fuiſſe, manifeſtum eſt. Ex quo apparet motum cœli, reſpectu intelligentiarum non eſſe æternum.

C A P. XIV.

Mundi æternitas oſtenditur ex parte primi agentis, atque materiæ.

A Voluntate antiqua non præcedit nouus effectus, ſi- 1.
ne motu, inquiunt: ſed mundus factus eſt à voluntate antique primi agentis, cum motu; ergo conditus eſt ante motum; igitur primū fuit motus, quod quidem falſum eſt. Agens quippe antiquum, tempore quidem infinito quieuiſſet: aliqua igitur cauſa eum ad mundi fabricam conſtruendam compuliſſet. ſed abſurdum eſt, primum agens, à quopiam alio, quam à ſe moueri: mundus igitur, qui eſt Dei effectus, eſt æternus: etenim noua a-
ctio, nouam cauſam requirit. Item, quod de nouo aliquid 2.
egit, aut mouet, mutetur neceſſe eſt, aut mouens, aut motum, aliqua certè relatio nouiter adueniat: porro omnis relatio tranſmutationem ſequitur: itaque mutatio huiuſmodi in nihilo fieri non poterat, quia non eſt ſubiectum entis, neque in Deo, immutabilis eſt omnino: in mobili ergo facta eſt: præceſsit ergo mobile, ſicut eius ſubiectum. ſed quod præceſsit mutationem, & motum omnem; præceſsit etiam & tempus, quæ eſt paſsio motus: quod autem tempus ante-
ceſsit, æternum eſt: mundus ergo eſt æternus. Si primus præ- 3.
terea motor, non eſt purus actus, ita vt ſemper agat, ſed nouiter mundum fecit: in potentia eſt ergo ad agendum: egebit ergo extrahente ipſum de potentia ad actum, quod eſt
abſurdum, atque impoſsibile. Item, quod agens, modo a- 4.
gat, & non prius, in cauſa eſſe poteſt; aut quia agens non habet virtutem agendi, vel ſuæ impedimentum actionis aliquod adeſt; aut oportune agendi, tempus expectat. ſed nihil
horum, primo eſt attribuendum agenti: ergo &c. Item, vo- 5.
luntas efficax, ad vnum oppoſitorum determinata, neceſſario atque immediate, illum producit. ſed voluntas Diuina eſt huiuſmodi, vtpote purus actus, ab æterno ſuum effectū,
nempe mundum, produxit. Item, omne agens per volun- 6.
tatem, & intellectum, ſi nunc agat, & prius non agebat; tēpora apprehendit diuerſa, agendi ſcilicet & non agendi. ſed huiuſmodi ſine motu eſſe non poteſt. à voluntate ergo anti-
qua, abſque motu, aliquid non proficiſcitur. Amplius, ſic- 7.
ut ſe habet voluntas noua, ad actionem antiquam; ita voluntas antiqua ad actionem nouam: ſed voluntas noua, non eſt cauſa immediata actionis antiquæ: nec igitur actionis nouæ, voluntas antiqua; par certe in vtriuſque eſſe videtur ra-
tio dicendi. Adhuc, à voluntate antiqua non producitur a- 8.
liquod nouum, niſi mediante actione noua: ſed in primi voluntate agentis nō cedit aliquod nouum ab ipſo, ergo de no-
uo factum eſt nihil. Item, quod eſt formaliter neceſſarium, 9.
eſt æternum, tale namque non poteſt non eſſe. ſed intelligentiæ ſunt huiuſmodi, vtpote ſine materia, & ex ſe incor-
ruptibiles: neceſſariæ igitur ſunt atque æternæ. Item, quæ de 10.
nouo fiunt, ex aliqua neceſſe eſt materia fieri. ſed materia 1. *Phyſ.*
eſt ingenita, & incorruptibilis, eſſetque proceſſus in infinitum. materia ergo eſt æterna. Quod ſi materia ita ſit, & compoſitum quoque, nam non eſt materia ſine forma: ab æter-
no igitur fuit aliquod compoſitum. Item, omne poſsibile ad 11.
eſſe, & non eſſe habet contrarium: ſed aliquod ens eſt non habens contrarium, nempe corpus cœleſte, authore Ariſt.
in lib. de cœlo. cœlum igitur ſemper eſt. Ad hæc, atq; ſi- *Soluuntur argumēta.*
mile, quamuis ex ſupra dictis pateat reſponſio, ſæpius namque idem inculcauimus, quo fortius tantæ rei argumenta memoriæ figerentur, pauca tamen hæc dicere decreui. falſa

Da mūd. principio. imaginatione philosophorum argumenta deluduntur, dū tempus æternum esse contendunt, mundumque alio non potuisse ordine fieri, prætar illum, quem rebus à natura insitum esse vidamus: Deus enim cum sit omnipoteos, simplici emanatiooe omoia produxit. Vara tamen essent philosophorum argumenta, si ordine naturali, quem oouimus, Deus mondum condidisset. Voluotas præterea primi opificis, antiqua, aut noua dicenda non est, sed æterna tota simul beata possessio: proioda, nollam potest subire nouitatis mutationem, aut variciatis vicissitudinem. Cum ergo sit tota sibi præsens, nihil vult, quod semper non voluit, melius, quod semper non vult. Mundum ergo de nouo condidit, non certe noua superueniente actione; sed ea quam semper habet. Agens ergo æternum, par voluntatem æternam, potuit effectum non æternum, sine sui mutatione producere. Ab æterno profecto determinauit sa producturum affectum, quando produxit. Nunc igitur non vult aliud, quam antea non voluerit: nec aliter se habet nunc, quam prius intrinsece. Et cum dicis, non magis nūc producit, quā prius, negatur consequentia; quia voluntas Diuioa determinauit se producturam nunc, & non prius. Nulla in ipsa esse potest impotentia, impedimentum extrinsecum nullum, aut tempus fuerat vllum aptum præstolandum; habitudo insuper illa noua, mutatione alterius non indiget extremi, cum simplici emanatione gaodeat. Ab æterno omnia determinauit, licet pro eodem instanti æternitatis, quo ea determinauit, determinasse potuisset oppositum, diuisim quidem intelligendo, vt postea dicemus. Porro ad actum, secundum substantiam, & quatenus transit in obiectum Diuinum, determinata est semper, non autem necessario determinatur ad actum creandi, obiectumque creabile. Cæterum, nulla intelligentiarum, præter primam, necessaria est formaliter, vt superius diximus. Materiam quoque de nouo parmutationem ax alia materia fieri non dicimus; sed ex nihilo per creationem. spectat namque hoc ad perfectissimum agens, res ex nihilo producere neque hoc est posse impossibile agenti vniuersali, bene autem particulari.

Voluntas Dei non est noua neque antiqua.

ELEMENTORVM GENITVRA.

MERCVRIVS.

Verbum hoc, naturæ humidæ adstans, eam fouebat: ex humidæ autem naturæ visceribus, syncerus ac leuis ignis protinus euolans, alta petit. Aer quoq; leuis, spiritui parens, mediā regionem inter ignem & aquam sortiebatur. Terra vero & aqua, sic inuicem commixtæ iacebant, vt terræ facies obruta nusquam pateret. hæc duo deinde commota sunt à spiritali verbo, quod eis superferebatur, aures eorum circumsonans.

Commentum III.

Elementorum genituram describens, causæ modum efficientis, ordinemque significauit. Verbum, inquit naturæ humidæ adstabat, fouebatq; materiam illam confusam, quam humidam naturam appellat, vtpote, artificis volontati parantem. Idem profecto Moyses, dum mundi exordium depingeret, magna cum prudentia demonstrauit. *Et spiritus domini ferebatur super aquas.* Aquæ nomine, totam corporalem materiam appellauit, authore August. atque ita insiouauit: Vnde facta, formataque sunt omnia. Recte ergo ex humidæ naturæ visceribus, omoia erupisse, Mercurius protestatur, nam humida ex natura, omnia in terra per species varias formari, atque concrescere videmos. Superferebatur, au, super superfluitantam materiam, quæ bonæ Creatoris volontati subiacebat, atque parebat. Ex his autem elementorum materiam, humidam illam fuisse naturam, quam alij Chaos vocant, aperte cogooscimus: efficientem vero, verbum Dei, formalem, intriosecas ipsorum formas. Protinus, inquit, ignis syncerus ac leuis, alta petijt, à sua plane intriosecâ forma agitatus, atque impulsus. finalam denique, quoniam ad propria vnumquodqoe elemēcorum prosactum fuisse, describit. naque ex tota constat materia mundus, quam quidem sine ordine vllo, ante cœli generationem tumultuantem, Deus ex confosiooe deformi, in pulchrum ordinem reuocauit, numerisque decentibus, & figuris, eius partes vndique decorauit, vt ea sit mūdus proportione contextus, quam etiam nunc ignis, atque terras aerem, & aquam seruant. Horum tuna vastigia solum absque ratione, atque mensura, in ipso elamantorum reaeptaculo confuse iacebant, quatiabantque materiam, & à materia vicissim quatiebantur. ex integris enim quatuor elementis eum compegit, ex toto scilicet igni, aereq; & aqua simul, ac terra, oullam alicuius partem potentiamue relinqoens. Quoniam vero corporeus, spectabilisq;, & tractabilis erat futurus, ac sine igni videri nihil potest, nihilque sine solido tangi, & solidum absque terra nihil; ideo in operis huius exordio, Deus ignem primum terramqoe creauit. sed duo sola, absque tertio quodam, commode cohærere non possunt, mediumque aliquod vinculum vtrorumque desiderant. Vincolorom vero id aptissimum est, atq; pulcherrimum, quod ex se, & ex his, quæ astringit, quam maxime vnum efficit: ignis namqoe sobstantiam habet, virtutam, atqoe actionem; sobstantia carte subtilis est, virtute quidem acutis, actione vero mobilis. Terra autem contra, substantia est crassa, virtute obtusa, actione immobilis. horum autem oaturaa, Plato solidas vocat. Etenim ad modum dimensiooits triox, trinas posidant qualitates: nam si planorum tantum oaturas haberent, vnum illis sufficeret mediū; atque ita, in qualitate quidem vna congrueret cum extremis, in altera vero differret. Sed quoniam tres inuicem oppositas habēt duobus; vnum, vt omnia fiant, medija opus habent; quorum vtrumque cum proximo qoidem, tum extremo, tum medio, duplici conueniat qualitate, in vnica vero dissentiat: cum rerum vero, in vna quidem congruat, sed differat in doabus. horum autam series atque ordo sit ista.

Da elementis.

Ex quatuor elementis mundū constare.

Ignis natura.

Terra quoque.

Trina qualitates.

	Substantia.	Virtute.	Actiona.
Igais	*subtilis,*	*acutus,*	*mobilis.*
Aer	*subtilis,*	*obtusus,*	*mobilis.*
Aqua	*crassa,*	*obtusa,*	*mobilis.*
Terra	*crassa,*	*obtusa,*	*immobilis.*

Subtilitate profecto, atque mobilitata, igoi parsimilis est aer, sed obtusitate dissimilis, io qua, cum terra consentit, cū aqua vero, duabus, obtusitate videlicet, atque mobilitata, discrepans autem subtilitate. Aqua igitur in bis duabus, aeri similis est, mobilitate vero, igni: crassitia antem atque obtusitate, dissimilis. Porro aqua duabus, nampa crassitudine, atque obtusitate, terræ similis est, discrepat autem mobilitate. Ignis autem ad terram proportio, seu aoalogia aliqua esse dicitur: nam sicut se habet ignis subtilitas ad terræ crassitiem; ita profacto acuman ignis ad terræ obtusitatem, & ad immobilitatem terream, ignea mobilitas. In his ergo tribus, inquit Plato, quando medium ita se habet ad postremum, vt primum ad medium, vicissimq;, vt postremum cum medio, ita medium cum primo congruit; tunc quod medium ast, & primum fit, & postramum. postremum quoqua & primom, media fiunt. Ita oecessitas cogit, vt omnia quæ sit deuincta fuerint, eadem inter se sint. aadem vero cum facta sint, efficitur; vt omnia sint vnum. Quod, si vniuarsi corpus latitudinem habere debuisset, nullam autem profunditatem; vnum sane, tum ad seipsum, tum ad extrema vinciēda ioteriectum medium fuisset. Sed cum soliditatem mundus requireret, solida vero non vno, sed duobus semper medijs copulentur, inter ignem, & terram, Deus aerem, aquamqua locauit, eamque inter se inuicem quoad fieri poterat, aomparauit; vt quemadmodū ignis ad aerem, ita aer ad aquam; vt aer ad aquam, sic aqua ad terram congrue conferatur. Qua ex coniunctiooe ita constitutus est mundus, vt aspici tangique posit. Proptarea ex huiusmodi rebus, numero quatuor, mundi corpus conflatum est, eaque connexum ast comparationa, quam dixi: ex quo seipsum amicitia concordi complectitur, atque ita apte cohæret, vt nequeat dissolui vllo modo, nisi ab eodem à quo est colligatum. Quatuor igitur earum rerum quamlibat integram, mundus accepit. Ex omni quippe igni, aere, aqua, terra, ipsius faber, ita ipsum composuit; vt nullam cuiusquam istorum partem, aut vim extra relinqueret: Idque ea ratione fecit, primum quidem, vt totum hoc animal quam perfectum ex perfectis partibus esset: deinda, vt esset vnum, eum nihil extra relictum fuerit, ex quo alterum generetur: postremo, na quis ipsum morbus, aut senectus attingeret: videbat enim, eam esse naturam corporis, vt importuna caloris, vel frigoris, aliarumque rerum nimia vahementium accessione, lædatur, & in morbos seniomq; impulsum deficiat. Quam ob causam, ratioonemq;, vnum totū ax omnibus totis, & perfectis perfectum, morbi & sanectutis expertem Deus mundom constituit. Respoodet ergo Timæus, vt narrat Plotinus. Mundi corpus, ex igne primum terraque componi, vt per ignem quidem videri, par terram vero solidum esse, tangique valeat. Et Forte, operæ pretium est audire Platooam dicentem, oportere in vniuerso esse tale

Conuenientes elementorum qualitates.

Timæus. Plotinus. lib. 1. 2. ennead. c. 6. & 7.

Dilucidat. quæst. 8.

Plato in Timæo.

De elementis. tale quiddam solidum, quod videlicet sit resistens; vt terra in medio collocata, fundamentum sit omnibus per eam incedentibus stabilissimum, animaliaque terrena necessario habeant talem quandam soliditatem. *Terra in medio collocata.* Terra namque, hoc ipsum, quod cominus est, ex seipsa possidet, illustratur autē ab igne, particeps quoque aquæ, ad ariditatem nimiam deuitandam, habet insuper facultatem, qua non prohibeantur partes cum partibus conspirare, vnde aer, terræ molem, quadam leuitate suffulcit. terra igitur non ita miscetur igni sublimi (inquit Plotinus) vt in ipsa stellarum compositione connumeretur: sed cum in vno mūdi corpore singula collocentur, nimirum & ignem aliquid habere terræ, quemadmodum, & terra ignis aliquid habet, ac summatim singula habere aliquid singulorum, non quidem, vt ex vtrisque cōstituatur, ex seipso videlicet, atque ex eo, cuius est particeps, imo in ipso mundi communione, rite situm, non tam alterū, quam alterius nonnihil recipiat, velut non ipsum aerem, sed aeris ipsius liquiditatem; sic & terra, non tam ignem, quam igneam claritatem. Non temere ergo philosophus asserit *Elementa vocata sunt principia. Arist. 1. phys. c. 48. 11. met. c. 1.* sub quodam certe velamine, elementa Platonem primum, causas intrinsecas appellasse, quæ principia ab antiquioribus dicebantur: Omnes enim, inquit, elementa, & ab ipsis vocata principia, & vere sine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipsa veritate compulsi. Dubitabit autem vtique aliquis circa principia, vocata ab aliquibus elementa. *& in principio 2. de partibus animalium*: Ex vocatis ab aliquibus elementis. Similiter autem & aliorum omnium, vt in Timæo scripsit Plato, vbi dicit elementa esse plana, quæ sunt trigona, æquilatera, & rectangula, pyramidem non elementum ignis, sed semen, eodem modo & terræ cubum, indiuisibilia ea appellauit, vtpote, in alia vlterius principia nō diuidenda. *2. de gen. com. 24.* Et Plato quidem de generatione elementorum tantum loquutus est. Sed latius de his inferius dicemus.

Digressio Prima

CAP. I.

Quid sit elementum.

QVoniam de elementis *in 5. libro* expresse disserui, hic tamen nonnihil dicam, & inprimis quid sit elementum. *Quid sit elementum. 5. met. 4.* *Elementum dicitur id*, inquit philosophus, *ex quo primo quippiam componitur, ita vt insit indiuisibile specie, in aliam speciem*: ex quo, veluti ex materia, primo quippiam componitur, eas excludit res, ex quibus indiuiduum secundo componitur; sic cuprum, statuæ elementum dici non potest, nec corpus instrumentarium, animalis elementum: habent enim adhuc superiora, in quæ sunt resoluenda. Elementum plane illud est, quod ex alio neque quam cōponitur priore elemento, ita, vt insit. Ex quo patet, elementum, priuationem, atque huiusmodi, non vocari elementa, ea quippe ratione, qua elementum proprie nominatur: nullum enim ipsorum rei factæ inest, etiamsi ex vnoquoque eorum aliquid primo fiat. Caro namque ex sanguine generatur; sed illius elementum non appellatur, non enim in carne remanet genita: Materia igitur, quæ transmutatur, cum aliquid generatur ex ea, elementum minime nominatur. Indiuisibile specie, in aliam speciem, vnumquodque profecto elementorum, in alterius speciei elementa indiuisibile est, ideo specie indiuisibile dicitur. Interdum autem, vocata elementa appellat; non quia ipse, absoluto nomine, non vocet elementa, sed propter veteres, qui sic illa vocabant, sed minime intelligebant. Itaque quatuor sunt elementi proprie dicti conditiones, causa materialis, prima, intrinseca, speciesque indiuisibilis, quæ ex ipsa philosophi diffinitione, clarissime patent. *Quatuor elementi proprie dicti conditiones.* Cæterum elementum peculiari nomine, materiam significare, Commentator putauit. hoc reuera innuit Aristotelis definitio: Elementum, inquit, dicitur id, ex quo primo aliquid componitur. Et 29. eiusdem libri, ex aliquo esse, vno quidem modo dicitur ex eo, ex quo est, vt ex materia. Et 2. *phys. comm. 31. Materia est id, ex quo fit aliquid existente*: Elementum ergo causas significat intrinsecas, materiam autem magis: ipsa namque est compositionis principium, resolutionis vero vltimum. At forma in resolutione corrūpitur, hac de causa, ea, quæ à philosopho ponitur, non congruit descriptio. *7. met. cap. vlt.* elementum enim est, in quod diuiditur inexistens, vt in materiam. Corporum igitur compositorum quatuor, corpora simplicia, elementa quidem sunt, sed non primo: sunt etenim ex prima materia, formisque simplicibus composita. 10. *met. com.* 8. Quare materiam primam, elemēti *Prima materia est elementum.* rationem subire, ac elementi formam, simplicem formam appellari apud Commentatorem, manifestum est. quæcunque namque intra materiam primam, atque vltimam formā continentur, exceptis tamen elementaribus formis, formæ compositæ à Commentatore nuncupantur. Itaque si elementum illud esse dicitur, quod compositionis principium est, *De Elementis.* resolutionis vero vltimum, tunc plane prima materia propria certe ratione, elementum nominatur. At si vero illud sit, ex quo aliquid componitur primo inexistente, quatuor complectitur elementa. Iste autem modus est magis communis, quo omnes propemodum vtuntur de quo Arist. Omne præterea corpus simplex, quod actu, aut virtute, mixti *Arist. 3. cal. 2. de gener.* compositionem ingreditur, elementum à philosopho appellatur in principio. 3. *de cælo*, cœlum elementum vocat: *2.* est enim principalissima pars vniuersi, ingrediturque substantiam mixti, & si non formaliter, virtualiter tamen. Elementum præterea appellatur, quod rei constituendæ cum *Quot modis aliquid elementū dicatur.* alio situm ordinemque continet, sic lineam, figuræ elementum vocare consueuimus. Prima adhuc principia, quæ sua *3.* quidem virtute, singularium substantiam, aut demonstrationem ingrediuntur, elementi rationem suscipiunt. Et his quidem modis, secundum rectam elemēti rationem, ipsius *Transumptiue quot modis dicitur.* nomine vtimur: transumptiue vero, duobus modis, altero quidem secundum quantitatem, veluti punctus, lineæ dicitur elementum; altero vero, diffinitione, vt genera, magisque vniuersalia, sunt elemēta specierum; aliquam profecto cum elementis conueniendi aptitudinem habent, tum quia prima, tum etiam, quia in diuersarum partes rationum diuidenda non sunt; sed defectum non minimum patiuntur, quippe, quæ componendi ex se non habeant virtutem. non enim punctus est materia linearum, nec genera specierum. Non mirum ergo, si transumptiue elementa dicantur, cum præcipua elementi ratio, eis congruere nequeat. Amplius, sic *2. 3. cæl. 31.* elementi naturam describit: Sit igitur, id corporum elemētum, in quod cætera corpora diuiduntur, in quibus inest potentia, aut actus. hoc enim vtro modo se habeat, dubitabile est adhuc. Ipsum autem est in diuersa specie indiuisibile: tale quid enim, omnes ipsum elementum, & in omnibus dicere voluit. Hæc plane descriptio, quatuor congruit elementis, in quæ cætera corpora diuiduntur, de quibus dubitet, potentia, an actu in mixto sint, nec ne. Etenim, generatio, corruptioque si congregatione, atque segregatione fiant, actu, mi- *Mercurii doctrina de elementis.* xtis inesse, necesse est elementa: si vero substantiæ mutatione, potentia tantum. Sed paulo latius de hoc est nobis disputandum. Non multum ergo Mercurij de elementis, philosophia, ab Auer. eiusque Arist. discrepare videtur. *Expositio textus.* Ex humidæ, inquit, naturæ visceribus, syncerus, ac leuis protinus euolauit ignis &c. elementa profecto mixtorum prima nequaquā esse appellanda principia insinuans, sed ea, ex cuius viscerib. elementa manarunt. Ipsam enim primam materiam, compositionis omnium, primum principium, eorundem vero resolutionis vltimum esse, multis probatur. Manifestum est (inquit Commentator) quod verum elementum est com- *5. met. cō. 4* mune omnibus compositis, quod est primum, ex quo componuntur omnia, & existēs in vnoquoque eorum, & in quod dissoluuntur omnia: & istud elementum debet esse causa aliorum elementorum, & hoc quod dixit, est materia prima. Sed dicet aliquis, quod elementi rationem subit, determi- *Obiectio.* natæ est speciei, atque in diuersas est indiuisibile species: sed prima, nullam habet materia determinatam ex se speciem: igitur elementi subire rationem nullatenus potest. Soluitur: *Responsio.* si speciem, rei rationem, naturamque dixerimus; tunc plene determinatæ speciei. i. rationis esse cognoscimus: habet enim rationem, in partes diuersarum indiuisibilem rationū: Natura illa (inquit Plato) quæ cuncta recipit corpora, idem *Plato in Timæo.* semper esse dicenda est. siquidem, ex propria potentia nunquam recedit. suscipit enim semper omnia, nec vllam vn- *Auer.* quam ijs similem vllo pacto sibi formam cōtrahit. Auer. etiam de substantia orbis, hoc autem est subiectum vnum entium, & elementum vnum æternum existentium. Quid autem sit elementum, & quot modis accipiatur, dictum est.

CAP. II.

Quare elementa sint numero quatuor.

QVoniam autem quatuor elementa sunt, eorum autem quatuor, sex coniugationes sunt, contraria autem, non nata sunt coniungi; calidum enim, & frigidum esse idem, & rursus humidum & siccum, *Lib. 2. de gen. 121. 1.* impossibile est; manifestum est, quod quatuor erunt elemē- *Coniugationes elementorum quatuor.* torum coniugationes, calidum, & siccum, calidum, & humidum, rursus frigidum, & humidum, & frigidum, & siccū; & sequuntur, secundum rationē, simplicia apparentia corpora ignem, & aerem, & aquam, & terram. Ignis enim calidus & siccus est, aer autem calidus & humidus: nam aer est veluti euaporatio; aqua autem frigida & humida, terra vero frigida & sicca. Vt igitur rationabile est, differētias primis *Quatuor tantum*

De elementis. *elementa esse necesse est.*

corporibus distribuere; ita multitudo eorum erit secundũ rationem. Cum enim quatuor termini, in quibus duæ sunt contrarietates, sex modis coniungi possunt, quarum quatuor sunt possibiles, duæ vero impossibiles: qualitates vero primæ, quatuor termini sunt, in quibus duæ sunt contrarietates: sex ergo modis combinari possunt. quarum quidem combinationum, duæ cum impossibiles sint, quatuor, vt possibiles sunt admittendæ. Etenim, si vnum esset elementum tantum, quoniam contraria eidem quidem rei simul non insunt, qualitates profecto actiuæ contrariæ destruerentur prorsus. Illis autem non existentibus, alteratio non esset: qua sane deficiente, generatio quoque deficeret. Item,
2. duo etiam elementa, ad vniuersi ornatum non sufficerent, nec se inuicem paterentur: vnum certe calidum esset, & siccum, alterum vero frigidum, & humidum, quæ mutua, atque contraria alteratione confligẽtia sese prorsus destruerent; vtrisque enim qualitatibus contrariis in se inuicem agentia, atque bellantia, citius seipsa consummerent.

Tertium tantum elementum non sufficit.

Quod si tertium esset elementum, illudque humidum & calidum; inter duo contraria consistere nequaquam possent elemẽta. nam elementum calidum & siccum, sua quidem siccitate, tertij humiditatem destrueret elementi: alterum vero, nempe frigidum, & humidum elementum, & ipsum quoque vicissim, ob suam quippe frigiditatem, in tertium agendo, illius caliditatem penitus auferret: Quatuor ergo elementa sint, necessarium est, quæ alternantibus certe qualitatibus, & agere, & pati se inuicem possint.

Elementorum numerus ex motuum diuersitate. *2. meteo. 4.*

Ex motuum autem diuersitate, elementorum numerus est etiam colligendus, vt probat philosophus. *Alia, inquit, quatuor corpora, propter quatuor principia, quorum duplicem dicimus esse motum, hunc quidem à medio, hunc autem ad medium*: quatuor autem existẽtibus his, igne, & aere, & aqua, & terra: sunt namque motus genere duo, specie vero quatuor. quod 1. *coeli*, 17. clarius ostendit. *Necesse est*, inquit, *omne quod fertur, aut deorsum, aut sursum, aut leuitatem, aut grauitatem, aut vtrumque habere, non ad idem tamen ad alia namq; sunt grauia, & leuia, vt aer ad aquam, &*
3. *aqua ad terram*. Cur ergo impossibile est numero plura esse ea, quæ simplicia corpora dicuntur, simplicis enim corporis, motum simplicem esse, necesse est. Solos autem hos simplices dicimus esse, & circularem, & rectum & huius duas partes, alteram quidem è medio, alteram vero ad medium.

Motus simplices.

Cum igitur elementa motu recto moueantur, & alia quidem à medio, alia vero ad medium: rursus, quæ à medio, vnum simpliciter, vt ignis, alterum vero respectum potius ad inferius habens elementum, sicque aer sursum ferri dicitur aquæ respectu. Simile quoque iudicium habetur, de his quę ad medium feruntur elementis. Quoniam ergo quatuor sunt motus recti simplices, quatuor etiam simplicibus tribuendi sunt corporibus: elementa autem corpora simplicia sunt: quatuor igitur esse, manifestum est. Amplius, *si ter-*
1. De coelo. 28. *ra est*, inquit, *ignem etiam esse necesse est*. contrariorum enim, si alterum est natura; & alterum esse natura, necesse est, & hoc
4. quidem respectu vniuersi, nõ autem respectu partium, quæ in vniuerso continentur: materia enim, actu plane sub vno, potentia vero sub altero contrario esse potest.

Si vnum contrariorum, & reliquum.

Conuenit autem perfectioni totius, vt si vnum reale natura tribuerit contrarium, alterum, secundum speciem saltem, concesserit, ne dignitas, ordinisque pulchritudo, rebus deesset creatis. Si terra itaque est, & ignis, quod hæc duo tributa sunt extrema, & media quoque simul congenita fuisse ratio docet, & experimentum etiam testatur. Ex natura ergo contrario-
5. rum, quatuor esse elementa, manifestum est. Deinde, elementorum numerum motiuæ qualitates approbare videntur, quę, cum quatuor numero sint, quatuor quoque simplicibus corporibus attribuuntur: leuitas namque & grauitas, & vtraq; duplex, vna quidem absoluta, altera vero respectiua. omnia enim corpora simplicia, præter corpus cœleste, leuia sunt, aut grauia, & leuia certe, aut simpliciter, vt ignis, aut vero respectiue, vt aer. sic etiam grauia nam terra, simpliciter graue est elementum, aqua autem respectiue tãtum: quamuis determinatæ leuitatis, grauitatisque singula quęq; sint orbis elementa.

Motiua qualitates.

Tangibiles qualitates.

hæ namq; qualitates, quæ à philosopho 2. *de gene.* tangibiles vocantur, primas immediate insequuntur qualitates, ex quibus profecto emanant, atque generantur. Raritas enim & leuitas, ex caliditate proficiscũtur: proprium namque calidi est, rarefacere, ad rarefactionem vero, sequitur leuitas. Proinde ignis elementum, omnium est rarissimum, & ex consequenti, leuissimum. Porro, grauitatis causa, frigiditas dicenda est, cuius interest, frigida condensare, partes autem condensatæ, sibi magis cohærentes, grauitatem procreant: grauitatem autem durities, raritatem vero mollities insequuntur.

Durities, asperitas,

Ad duritiem autem sequitur asperitas: pars certe duri, alteri supereminet, ex quo asperitas oritur. lenitas autem, & duritiem, & mollitiẽ amplectitur; nam dura, & mollia, partes interdum habere possunt non supereminentes.

De elementis. *lenitas, & mollities, lenitas, raritas: Philosoph. 3. coeli.*

Cum ergo hæ plane tangibiles qualitates in elementis esse probentur, easque à primis illorum fluere qualitatibus sit necessarium, iam patere arbitror, omne elementum, aut leue, aut graue esse, idque bifariam, vt supra diximus. *Si autem quod mouetur non habeat natura memoratum, impossibile est ipsum moueri, aut ad medium, aut à medio.* grauia namque ad medium, leuia vero à medio mouentur. Etenim, si erit aliquod corpus motum, quod neque leuitatem, neque grauitatem habet; necesse est ipsum vi moueri:
vi autem motum, infinitum efficit motum. Quare, omnẽ *com. 25.*
corpus naturale, quod recto mouetur motu, si leuitate, aut *com. 27.*
grauitate vacat, vi moueri necesse est. Patet igitur, omne definitum corpus, necessario grauitatem, aut leuitatem habere. His ergo, atque similibus philosophi rationibus, elementa esse numero quatuor, constat satis.

CAP. III.

Aliæ rationes, elementorum numerum significantes.

Numerus quaternarius.

PRæterea, quæ ex Platone sunt, pro elementorum numero statuendo, paulo superius adducta, sunt etiam, pro tantæ rei dignitate & alia argumẽta adducenda: est enim elementorum numerus sacer, multarum dignitate rerum exornatus.

Quatuor mundi.

Quatuor namque mundi à Platonicis describuntur, diuinus, scilicet angelicus, cœlestis, mundanus, de quibus nobis postea erit loquẽdum. quaternarius sane numerus, differentiam numerorũ amplectitur omnem, & parem, & imparem primum. simplicem insuper numerorum progressionem complet, quippe, qui quatuor terminis, denarium expleat, vno, duobus, tribus, quatuor, denarium absoluens: dimensionum quoque progressum perfectissime implet, signo videlicet, longitudine, latitudine, atq; profundo.

Musices consonantia.

Intra quaternarij numeri limites, musices consonantia conseruatur: nam & dupla, & tripla, & quadrupla, & sesquialtera, & sesquitertia, diapason, disdiapason, diapente, diatesseron, continentur.

Natura quatuor insunt.

In ipsa etiam natura, quaternarius numerus celebratur: insunt enim naturæ, substantia, quantitas, qualitas, & motus. Supra vero naturam, seu methaphysices sunt elementa, essentia, esse, virtus, & actio.

Quaternitas plenitudo mundi.

Non ergo immerito Pythagorici, animi, ac mundani plenitudinem orbis, quaternitatem esse testabantur: quaternarius enim elementorum numerus, plenitudo est vniuersi.

Quatuor humores.

Quatuor item temporibus anni circulus adimpletur quatuor etiam humoribus, mixtorum quatitur, atq; temperatur natura, atq; quinq; corporis sensus gubernantur. Oculi namq; ignis elemento, aures vero, aeris, olfactatus. & gustus. naturæ humidæ alimento, tactus autem terræ qualitate disponuntur. humanum siquidem corpus ex quatuor elementis compositum est. sed in carne, & ossibus, terræ qualitas maxime cernitur, aqua vero in humoribus, aer in pulmone, qui motu plane semper agitatur, cum sit cordis ventilabrum, ignis autẽ in corde, quod quidem ignis formam gestare videtur: inferius enim latum est, superius vero acutum. Quædam autem vis ignea, aere temperata, à corde, ad cerebrum ascendit, tanquam in cœlum corporis nostri, ibique purificata, & colata. per oculos, aures, nares, cæteraq; sensuum instrumenta, foras progreditur, contactuque exteriorum formata, quinque sensus corporis facit. Ab anteriori certe parte cerebri, ad posteriorem transiens, & inde per ceruicem, & medullam spinæ descendens, per totum corpus diffunditur. Porro, ipsa vis ignea, quæ exterius formata, sensus dicitur, eadem formata, per ipsa sensuum instrumenta, per quæ egreditur, & in quibus formatur, natura operante introrsum, ad cellam phantasticam vsq; retrahitur, atque imaginatio efficitur. Sed alterius sunt hæc speculationis, cui contemplanda committimus.

Quatuor animi affectus.

Quatuor præterea animi affectus, ex quaternario elementorum numero profluunt, quibus profecto humana vita, implacabili quodammodo iurgio conteritur, atq; turbatur.

Quatuor virtutes.

Quatuor item virtutibus, quasi quibusdam rationis cardinibus, vitæ nostræ ianua dirigitur. In cœlo quoque nonnulli dicunt, quatuor esse elementa: apud inferos, Acherontem, Oceanum, Cocytum, Pyriphlegetontem poetæ describunt: Astronomi stellis, atq; planetis, elementorum qualitates attribuere consueuerunt: Nõ temere ergo, Mercurius, ex humidæ naturæ visceribus, quatuor elementa primum erupisse describit, cum mundi huius quatuor sint fundamenta, quibus tota illius machina subsistit. Sed dicet aliquis, ignis elementum non apparet, tria ergo sunt elementa; totũ enim hoc, quod videmus interuallum, aere plenum est, cuius purissima

De Elementis.
rissima pars, concauo lunæ adhærens, ignea dicitur potius,
quam aerea. In medio quidē igitur & circa mediū est quod
Ignis elementum necessariū.
grauissimum, & frigidissimum, segregatum terra, & aqua.
Circa autem hæc, & habitalis sunt, & aer, & quod propter
2. met. com. 14.
consuetudinem vocamus ignem. Non est autem ignis: excessus enim calidi, & veluti feruor, est ignis. Quod si non datur ignis verus, authore philosopho: non sunt ergo quatuor
elementa. sed verum vocat, quatenus ad nos pertinet, qui
sensilem, atq; accensum ignem, verū vocare consueuimus.
Nam vt chrystallus excessus est frigidi, quest lapis; ita ignis
carbo excessus est calidi. Ignis autem elementum in rerum
Rationes, quod ignis sit.
natura inueniri, necessarium est. Nam si motus simpliciter
sursum est, & ignem necesse est esse: non enim accidens proprium alicuius, atq; essentiale, subiecto non existente, consistere potest. Terra præterea est, & ignis, per regulam 2. *topicorum*. Item, leuitas simpliciter datur: igitur, est elementum
ignis, cui per se leuitas simpliciter competit. Amplius, con-
Comm. 4. calc. 32.
iunctio est calidi & sicci possibilis, ignem ergo esse, opus est.
Adhuc partes ignis, earumque motus, quo superna petunt,
ignis elementum omnino necessarium esse ostēdunt. Quēadmodum enim, si nusquam mare videretur, flumina tamen meare quotidie cernantur ad medium, quod aerem
inter, atq; terram consistit, illud profecto mare, seu aquarū
locum vocaremus; ita proculdubio, de igne elemento similis sententia ferenda est, ad quod incessanter calida cor-
Quare ignis non lucet in propria sphæra.
rere cuncta videmus. Nec mirum est, si propria in sphæra
non luceat, cum lux illi non competat, vt dicit Comment.
ex se, sed ex aliquo sibi denso terreo adiuncto. Etenim, sicut
congelatio, ob vaporum mixtionem aquæ contingit; ita &
lucere ignem, ex aliquorum mixtione contingere arbitrantur: lux ergo accidit ei propter admixtionem eius cum opaco. Vnde quidam dicunt, ignem in sua sphæra, instar tunicæ
esse ignitæ, lucem non habentis. Denique, certum est naturam optime rebus consuluisse. nam si ignis in sua sphæra lucidus videretur, tunc plane, & cœlum suspiceretur igneum,
atque purpureum, & noctis bonum à mortalibus tolleretur. Sed præstat dicere, ignis lucem in sua sphæra albam esse
Ignis lux est alba.
ob materiæ raritatem, quæ sereno tempore apparet: calidū
namque sicco permixtum, lucem efficit, quam ob causam
aer non lucet; quoniam & si calidus natura sit, atque humidus, siccus est tamen per accidens. Itaque quatuor cum sint
combinationes elementorum, quatuor quoque motus, &
loca, insuper quatuor qualitates actiuæ, quatuor, & non plura modi demonstrant elementa.

CAP. IV.

An qualitates elementorum sint formæ substantiales ipsorum.

Ratio prima. 5. physs. 10.
POstquam ostēsum est, quid sit elementum, & quot
numero elementa, de eorum formis ita argumentamur: in substantia nullus est motus, cum nihil sit
substantiæ contrarium, qualitates autem elementorum inuicem opponuntur, vt caliditas frigiditati, siccitati
2. de gen. 48.
vero humiditas, non sunt ergo elementorum formæ substantiales, nec puto illorum rationem valere, qui aiunt, cōpositis, non autem simplicibus, vt ait philosophus, cōuenire
substantijs: præclara namq; extat philosophi sētētia, in substantiam motum non esse, eo quod non habeat contrarium,
vtiq; secundum formam. Si itaq; in substantia secundū formam contrarietas inueniretur, esset profecto motus ad sub-
2. stantiā, quod aperte philosopho aduersatur 5 phys. Adhuc,
8 phys. 27.
impossibile est, vt vna eademq; res diuersorum sit prædicamentorum, quod enim vni est substantia, alteri accidens esse non potest, quod vere est, id est, substantia, nulli accidit.
Quod si calor, igni est substantia, nobis vero qualitas, planū
esset, quod vere est, alicui tunc accidere. Amplius, si calor
in igne substantia est, in mixto vero qualitas, tunc profecto
æquiuoce de vtroque diceretur: sed qualitas, substantiæ ra-
3. tionem subire non potest, ergo. Iterum, si calor, est ignis differentia substantialis, mixta vtique ignis definitionem susciperent, quædam namque mixtorum per calidum, vt cholericum, alia vero, per frigidum, vt phlegmaticum, definiuntur. Calidum certe ex substantia, & qualitate, id est, ex
Essentiales formæ sunt nobis incognitæ.
materia & ex qualitate ignis componitur. Sed hoc medicis
non probatur: latent ergo nos essentiales elementorum differentiæ, quas per actiones, quæ ex ipsis proficiscuntur, aliquo modo cognoscimus. Vnde elementorum qualitates,
nempe, caliditatem, frigiditatem, siccitatem, atq; humiditatem, ipsorum substantiam appellare consueuimus. Caliditas siquidem, quæ est substantia, à caliditate quæ est accidēs,
Obiectiones.
& re, & genere dissentit, quamuis communem habeant nominis appellationem. Hic autem sic obuiare quidam con-

sueuerunt. Rei substantia esse putatur, ad cuius remotionē, *De elementis.*
res penitus destruitur: sed calore ab igne remoto, ignis pror-
sus aufertur, substantia igitur ignis, est caliditas. Item, quod 1.
ingreditur rei definitionem, in illius substantia deputatur: 2.
sed caliditas est tale quid in igne, nam sine calore definiri nō 3.
potest. Ergo, &c. Amplius, effectus contrarij, à causis contrariis proficiscuntur, sed qualitates seu formæ Elementorum, sunt inuicem contrariæ: à contrarijs ergo causis proficiscuntur. Item, accidentia non sunt principia mouendi, 4.
nam natura est principium motus & quietis, sed formæ elementorum, sunt principia mouendi, grauitas enim, & leuitas, quæ primas insequuntur qualitates, suapte natura, elementa ad motum & quietem impellunt; primæ igitur illæ,
quæ elementorum vocantur qualitates, non accidentia, sed
substantiæ dicendæ sunt. Item, quod verum est in materia 5.
naturali, ad substantiæ rationem pertinet. sed ignis est calidus, & aqua est frigida, veræ sunt hæ propositiones in naturali materia: calor ergo in igne, ad illius substantiam pertinet. Deniq;, quæ sunt alicuius rei accidentia, actu aut defi- 6.
nitione separabilia sunt, quemadmodum apud Porphyriū,
atq; philosophum latissime patet: sed calor ab igne nec actu
neque definitione separabilis est, vt dictum est, substantia
ergo est, & non accidens ignis. Soluuntur. His autem sic re- *Solutiones.*
spondendum esse dicimus: & ad primum quidem, veram 1.
esse maiorem de ablatione, seu remotione prima, non autē
secunda, idque ex antecedenti, & non ex consequenti: sed
calor si ab igne remoueretur, cum non sit illius substantia,
quæ nomine caret, sed actio quędam, veluti abscissio in gladio, & actio manus in manu: fieri non potest, vt ipso remoto, ignis substantia destruatur. Ad 2. elementa certe per hæc 2.
describuntur qualitates, non veluti per differentias essentiales, quæ nobis incognitæ sunt, sed per quasdam sibi cognatas, & vicinas, quæ illarum vice funguntur. hæ autem qualitates secus se habent in substantiis compositis; remotissime
enim ab illis distant, ideo in illarum definitionem non cedunt. Ad 3. effectuum contrarietas, non contrarias, sed cau- 3.
sas arguit esse diuersas, vt postea dicturi sumus, cum de causis agemus. Ad 4. qualitates elementorum, quæ ad tertiam 4.
spectant qualitatis speciem, interdum ab elementis separātur: omne autem quod ab aliquo separatur, ad illius non
pertinet substantiam: quam ob rem non sunt dicenda principia mouendi. Qualitates vero secundæ speciei, vtpote calefactiuitas, inseparabilis est: quia tamen passio est, ignis substantia non est dicenda. elementa namque sunt absoluta entia: aptitudo autem non pertinet ad substantiam absolutā. Itaque instrumentalia potius, quam substantialia in elementis sunt mouendi principia. Ad 5. Propositiones huiusmodi 5.
materiæ conueniunt contingenti, magis quam naturali.
Ad 6. caliditas, quæ est substantia, nec actu, nec definitione 6.
separatur: sed nobis non est manifesta. propterea eam quam
videmus, illius substantiam esse putamus. Qualitates igitur
elementorum, nequaquā substantiales formæ dicendæ sunt.

CAP. V.

An elementa in mixto, actu, vel potentia, remaneant.

AN elementa maneant in mixto, actu, vel potentia, *Philosoph. 3. cal. 31.*
ita quidam argumentari consueuerunt. *Sit igitur,
id corporum elementum, in quod cætera corpora diuiduntur, in quibus inest potentia, aut actu*, hoc enim vero
modo se habeat: dubitabile est adhuc. Sed 1. *de gener. cap. de
mixt.* soluere videtur. *Neq; igitur*, ait, *manent elementa actu*, vt *Elementa non remanere actu in mixto.*
corpus albū, neque corrūpuntur, neque alterū, neq; amb. Ex plurib.
namque entibus in actu, non fit aliquod tertiū quod sit per
se vnum, sed solum est vnum per accidens, veluti ex manu,
& nigredine. Elementa autem cum actu sint plura entia, si 1.
actu in mixto remanserint mixtum vtique non esse vnum
aliquod per se, necessarium esset: quod plane absurdum reputatur. *In 8. namque met.* ideo ex materie prima, & forma
substantiali, vnum per se fieri asserit, quia alterum quidem
est ens in potentia, alterum vero ens in actu: *& 2. de ani. com.
7. & 8.* ex anima & corpore vnum fieri dicit, quippe cum
corpus materiæ vicem: anima vero, actus locum obtineat.
Deinde, si manent elementa actu in mixto, tunc sane subie- 2.
ctum generationis esset in actu, quod philosopho aduersatur: vbi substantialis subiectum generationis ens in potentia *5. phys.*
esse asseuerat, accidentalis vero, ens in actu. Porro elementa, cum corpora simplicia sint, non est dubium esse entia in
actu. Quare, quemadmodum in anima intellectius, & ve- *Vegetatiuum & sensitiuum continentur in intellectiuo.*
getatiuum, & sensitiuum virtualiter continentur, quæ secundum diuersas quidem potentias, vegetatiua, sensitiua, atque intellectiua opera exercet; ita proculdubio, in vna for-

De elementis. *In pentagono, trigono.*

ma mixti, quæ ex quatuor mixtione elementorum consur-
git, secundum virtutes, illorum naturæ continentur. Sic in
peotagono, & tetragonum, virtute continetur, & trigo-
num; resolui enim potest in tetragoonm, & trigonum: o-
mne ergo mixtum perfectum ex quatuor constat elemen-
tis, quæ virtute in mixto continentur: nam in ea, vnde cō-
stat mixtum resoluitur omne, si sas sit omne mixtom resol-
3. ui. Amplius, *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*, si er-
Elementa manent in mixto secundum qualitates remissas. go in mixto calor inuenitur, & ignis, qui est primus in cali-
dis, sed non secundum propriam formam substantialem,
alioqui plures formæ substantiales in vno coalescerent mi-
xto, quod certe mixti vnitatem subuertit: vnum enim mi-
xtum substantiale, à formæ vnitate nominatur. Hæc quidē
1. nonnullis vera esse probantur, verumtamen à philosopho
dissentire videtur: manifeste enim docet, vnum, alteri sim-
pliciter non prædominari elemento; alioqui non mixtio
2. esset, sed elementi potius generatio. Præterea omnium cor-
ruptionem elementorum admittendam noo esse testatur;
tunc plane, excepta materia cum forma mixti, elementorū
relinqueretur nihil: atque ita mixti generatio, & non mixtu-
3. ra vocaretur. Insuper ne dum elementis mixtio tribueretur,
sed animæ intellectiuæ, quæ sensitiuum virtute continet, &
vegetatiuū. Sed hoc philosopho minime probatur. Quam
ob causam elementa secundum formas, qualitatesq; remis-
sas in mixto remanere asserit: medium enim ipsorum, mi-
xtum esse significauit. & *quia calidum, & frigidum*, inquit, *se-*
1. de gen. com. 168. *cundum magis, & secundum minus sunt*. propterea quando sim-
pliciter quidem alterum actu est, alterum erit potentia:
quādo aūt non simpliciter actu, sed vel vt calidum frigidū,
vel vt frigidū calidū, quia quæ miscentur, corrūpunt excel-
lētia ad inuicem, fit vt neq; materia sit, neque illorum con-
Mixtum est medium quoddam. trariorum alterum actu simpliciter, sed medium. Itaque
mixtum, nec est alterum extremorum, nec compositio, sed
medium; quod ad extrema comparatum, nunc calidum,
nunc frigidum, iam siccum, iam humidum esse per com-
4. parationem dicitur. Amplius, eo destructo, sine quo eius
virtus naturaliter consistere nequit, & ipsam quoque de-
struendam esse virtutem, necessarium est. Quare si in mixto
alementa non sint remansura, nec virtus ipsorum: destru-
ctis enim primis substantijs, aliquid ipsarum remanere, est
impossibile. accidens siquidem, sine subiecto non perma-
net, neque ex subiecto in subiectum migrare potest. Dice-
musne in virtute passiua manere elementa cum forma mi-
xti, quæ elementorum formas eminenter continet? ex mi-
xto profecto fieri possunt elementa, quorum formæ quo-
dammodo, in mixti forma secundum perfectiorem virtu-
tem, consistūt. etenim forma mixti, nobilitate, atque virtu-
te elementorum formas superat, easque, vt diximus, eminē-
tiori perfectiorique continet modo. Ex elementis sane, vna
coagulatur materia, idque actionibus mutuis, proprijsque
passionibus, materiam ad ipsorum corruptionem disponē-
tibus: qua plane inducta, ab aliquo superiori, elementis cor-
ruptis, in vltimo vnique illius dispositionis instanti, nouum
ens, id est, mixtum generatur, in qoo quidem, elementa,
partim in virtute passiua, partim vero in forma mixti, ipso-
rum formas, eminantius, perfectiusque contineri dicimus.

CAP. VI.

Auicennæ positio de elementorum qualitatibus in mixto.

1. de gene. 118.

Miscibilia, neque corrumpi necesse est, inquit Philoso-
phus, *dum miscentur, neque eadem simpliciter adhuc esse,*
quæ præerant; neque compositionem esse mistionem to-
Elementa esse in mixto in perfecta forma substantiali. Quid sit mixtio. *rum, neque sensum, sed miscibile quidem est, quod bene de-*
terminabile existens passiuum fuerit, & actiuum &c. Si itaque e-
lementa in mixto, per mixtionem, non corrumpuntur, nā
mixtio, est miscibilium alteratorum vnio; nec eadem pror-
sus manent, quæ prius. Sunt igitur, inquit Auicenna, in per-
fecta qoidem forma substantiali, non ita vero intensa, sed
2. remissa potius. secundom eorum qualitates sane substantia
non suscipit magis, neque minus: quare formæ substantia-
les elementorum in mixto, absque intendendi, remittendi-
que vicissitudine, maneant oportet; non enim corrumpun-
tur miscibilia. manent ergo incorrupta. Porro sobstantia
incorrupta manens, non intenditur, neq; remittitur; in sua
igitur forma substantiali perfecta perseuerat: Elementa er-
go in mixto, secundom formas quidem substantiales in mi-
xto perfecta sunt, secundum vero eorum qualitates, dimi-
3. nuta potius, atq; remissa. Amplius, si in aliquo elementi mo-
tus inuenitur, & elementi quoq; formam inueniri, necesse
est. motus certe à forma proficiscitur: sed mixtum mouetur

ad elementi motum prædominantis: igitur illi inest domi- *De elementis.*
nantis forma. Cum autem ex vno non constet elemento,
nec duobus, aut tribus: ex quatuor ergo constatur. proinde,
& quatuor etiam elementorum in mixto essentias inueniri
fatetur. Item, ex *eisdem sumus, & nutrimur* (ait Philosophus 4.
de sanis.) sed elementis sustentamur, atq; nutrimur; ex illis
igitur compositi sumus: quæ profecto, si actu nobis non in-
sunt, philosophi ratio non est firma. Adhuc, si elementorū 5.
formæ in mixto non maneant, falsa est elementi desinitio à
philos. 5. *meta.* assignata, quod ita probari potest. *Elementū*
est, inquit, *ex quo manente, & inexistente, mixtum fieri dicimus*. at
si formæ corrumpantur elementorum in mixto, ipsa certe
manere minime possunt; vnumquodq; enim per formam
dicitur esse: manent ergo formæ substantiales in actu, ne-
cesse est. Illa præterea in mixto manent, in quæ plane mi- 6.
xtum resoluitur, vnumquodque namq; ad ea redit, ex qui-
bus esse constat; sed mixtum in elementa naturaliter tendit,
atque resoluitur. Sane elementa in mixto, cum non sint in
proprijs locis, ligatum potius, quam liberum, esse possidera *2. cœl. com. 57.*
videntur; ideo ad propria festinant loca reuerti, separari-
que à mixto: quod plane verum oon esset, si in mixto ele-
menta actu non essent. Elementa insupar in mixto non cor- 7.
rumpuntur, sed alterantur magis: mixtio enim, vt dixi-
mus, est alteratorum non corruptorum vnio; manent ergo
distincta, vnio siquidem distinctorum est. Item, omne cor- 8.
ruptibile à suo contrario corrumpitur: sed mixtum non ha-
bet contrarium, si elementorum formas actu in sa contra-
rias non habeat: erit igitur natura incorruptibile, quod ab-
surdum est, & falsum. Elementa ergo actu in mixto mane-
re, ex his, atque similibus probabile esse videtur. Porro hæc
Auicennæ sententia, non est omnino à contradictione libe- *Auicenna ab Auerr. oppugnatur.*
ra, imo multorum rationibus oppugnatur. Si elementi qua-
litas, & non forma remittitur (inquit Auerroes) hoc plane
sequetur absurdum, vt substantia elementi, absque omni
prorsus qoalitate consistere possit. conseq. ita probatur: si in 1.
mixto, substantialis elementi forma integra perseuerat,
qualitate ipsius secundum aliquod gradus remissa, sine om-
ni etiam qualitatis gradu esse poterit, atque ita ignem nul-
lum caloris gradum habentem inueniri, possibila erit; om-
nes enim gradus, aut qualitatis partes, eiusdem plane sunt
rationis. Item si forma elementi est in mixto in actu perfe- 2.
cto, sub qualitate remissa; tunc profecto in mixto violenter
continebitur, nullaque mixtio erit naturalis, quod absur-
dum est. consequentia enim patet: nam elementa suapte na-
tura, ad suas perfectas certe qualitates, impedimento cessan-
te redire festinant. Aqua namq; calefacta, seipsam reducit,
virtute generantis, ad suam perfectam frigiditatem. Ampli- 3.
us, tunc ex elementis vera mixtio nequaquam fieret, etenim
formæ contrariæ sunt incompossibiles; sed formæ elemē-
torum in actu perfecto sunt adinuicem contrariæ: per iuxta
ergo positionem elementorum, noo autem per veram ipso-
rum mixtionem, in mixto erunt collocandæ; sed veram
hoc destruet elementorum mixtionem: mixtumque non
erit vere vnum, nec vnam habebit formam mixti, sed qua-
tuor potius, vt latius disputat comm. 3. cœli, com. 67. sed v-
num substantiæ suppositum. plures intrinsece naturas spe-
cificas, secūdum quidem species specialissimas, simul clau-
dere impossibile esse videtur: in genere enim substātiæ spe-
cies specialissimæ, ab inuicem substantialiter distinguuntur;
vnaque sine altera & consistit, & consistere valet. suppositum
igitur mixti, vnica elementi natura consistet: sed hoc
falsum esse, superius ostendimus: ergo. Formæ præterea e- 4.
lementorum singulæ, singulas etiam habent materias, sed
naturæ mixtæ suppositum, vnicam. patet ergo in mixto, ele-
mentorum formas in actu perfecto esse non posse. Si qois *Defenditur Auicenna.*
autem Auiceonam defensurus, Commentatoris argumen-
ta dissoluere velit, facile id perficiet: planum enim est, in a-
ctu, aut gradu remisso, elementa interdum inueniri; sine ve-
ro omni penitus gradu, nunquam. Etenim, quando ex aqua
ignis generatur, aquæ frigiditas successiue, per ignis virtutē
alterantis, remittitor: atque ad vltimum instans, quo aqua
corrumpitur, intagra ipsius forma perseuerat; hoc autem
intermedio in gradu remisso, aquæ formam manere, mani-
festum esse puto. Nec valet, quod inferre voluit Commen-
tator, absque omni penitus calore, ignem inueniri posse, ob
eam quidem rationem, quia eiusdem sont rationis, omnea
profecto caloris gradus. Aliquod certe est separabile à par- *Determinato gradu elementa continentur.*
te, quod non est separabile à toto; etiam si eiusdem fit cum
singulo rationis gradu: determinato enim gradu elementa
continentur, infra quem, eorum formæ corrumpuntur. sic
aquæ frigiditas, suæ habet frigiditatis terminum, quem per-
transire illi non licet. Incongrue igitur, atque inepte Com-
mentator arguit. Ignis, si in aliquo gradu potest esse remis-
so, o-

De elementis. so, omni prorsus calore excluso, adhuc ignis forma manebit. Ad arg. quæ Auicennæ sententiam tueri videntur, sic re-
Solutiones. spondere possumus. Ad 1. in mixti generatione, elementa
1. quidem secundum virtutem, non autem secundum eorum
substantias integras atque perfectas vniuntur; forma enim
mixti, vnitiue illorum qualitates in virtute, & non substantias in actu continet: quæ profecto mixti qualitatea, non eæ-
Nobilitas mixti non permittit corruptionem. dem omnino, sed similes sunt elementi qualitatibus. Quod
autem elementa in mixti fabricatione nō corrumpi Philos.
asserit, in causa est nobilitas mixti. siquidem, cum in nobiliorem aliquid formam transierit, corruptionis nomine,
veluti ignobiliori quadam appellatione exuitur. Quare nō
solum alteratorum, verum etiam & miscibilium corruptorum, dici potest elementorum vnio. Ad 2. Si minor vera
2. esset, tunc plane nusquam naturaliter mixtum moueretur:
nam etsi sursum ab elemento prædominante ageretur, id
tamen illi contra aliorum inclinationem accideret elementorum; atq; ita & violenter moueretur, & quiesceret, idque
profecto semper, quod plane tota meuertit mixtorum naturam: mouetur igitur ad motum elementi prædominantis, cuius similitudinem & non substantiam gerit. Sane, si secundum substantias integra in mixto manerent elementa,
vna quidem ipsius pars in puluerem, altera vero in aquam
deflueret, aliæ autem duæ in ignem, & aerem exhalarent.
3. Ad 3. sufficit illa, ex quibus sumus atque viuimus, in nobis
virtus, manere autem substantiæ integritatem non oportet.
4. Ad 4. elementi definitionem à philosopho 5. met. positam,
materiæ primæ conuenire dicimus: ipsa enim manet, quæ
ex ipsa componitur; elementum plane est, quod ex nullo
5. componitur omnino. Ad 5. si mixtum in elementa, veluti
in corpora in ipso contenta resolueretur, aggregatione potius, quam formæ substātialis vnitate, vnum esse diceretur.
Quoniam ergo ex materia mixti, elementa fieri possunt, illa
quippe diuisa, atque disposita, vel vnicum saltem, si indiuisa
manserit, elementum fiet: hac de causa elementis mixta cō-
6. stare, in eaque dicimus esse resoluenda. Ad 6. quamuis in
mixto, secundum substantias non maneant elementa, mutua tamen partium actione, passioneque, corruptibile est.
Hæc ad Auicennæ opinionem.

CAP. VII.

Commentatoris positio, an elementa in mixto maneant in actu perfecto.

Omnis species, proprium habet accidens, quo profectu mediante, propriam operationem exercet:
Qualitates esse elementorum substantiales differentias. sed ignis mediante calore, suam vim exerit, naturamque manifestat: calor igitur, illius est substantialis differentia, aut accidens proprium. Vigente præterea
calore, ignis augetur, ex quo apparet illius proprium esse.
1. Porro, si proprium alicuius rei, intensionem atque remissionem suscipit esse; rem quoq; ipsam, ad ipsum subituram
2. dicimus. Si itaque elementi propria passio, inquit Auer. nē-
3. cal. 67. pe calor, in mixto intenditur, atque remittitur, & ipsa quoq;
Elementorum formæ suscipiunt magis & minus. elementi substantia. licet enim formarum non sit perfectarum, magis minusque suscipere, in quarum numero mixtorum formas contineri, haberique profitemur; conuenit
tamen elementorum formis, quæ inter substantiales, atque
accidentales formas mediæ reputantur. Accidētalibus certe vna ex parte iunguntur, quippe quæ instar accidentium
intendendi, atque remittendi vicissitudinem subeunt, substantialibus vero, ob aptitudinem, quam habent informandi constituendique subiecti. manent ergo elementa, eorumque qualitates in mixto, in esse quidem fracto, atq; remisso.
Amplius, si formæ elementorum substantiales non manerent in mixto, hoc plane sequeretur absurdum; vt materia
non ordinate, in formis quidem recipiendis procederet, reciperet enim immediate quamlibet formam: prioribus siquidem, nempe elementaribus dimissis; ac posteriores, quę
Elementa manere in esse remisso. mixtorum sunt, ordine inuerso susciperet: sed hoc destruit
naturæ ordinem: manent ergo, vt dixit, elementa in esse remisso. nec obest illud philos. 2. de an. oportere receptiuum,
eo denudari, quod est recepturum: cum autem materia mixti formam sit susceptura, omni reuera substantiali elemētorum forma, prius denudetur necesse est. hoc sane de toto
recepti genere intelligendū non est; sed de eo potius, quod
certe cum recepto eiusdem est rationis, vel generis; sicut
coloris receptiuum, ab omni prorsus colore est denudandum. Porro, formæ elementares eiusdem ordinis aut rationis, non sunt cum forma mixti; ideo elementorum formæ
Formæ elementares distant à forma mixti. explodendæ, seu extrudendæ non sunt, vt noua mixti forma introducatur. neque etiam accidens appellabitur, quia
nimirum materiæ aduenit actu, sub forma elementi substātiali existenti; forma namque illa incompleta, imperfecta
est; idcirco, ens in actu perfectum, completumque consti- *De Elementis.*
tuere non potest. Potest ergo forma mixti, simul cum formis consistere elementorum: ipsa enim actualior est atque
perfectior; imperfectiora autem in perfectiori cōtinentur. *Obiectio.*
Sed dicis, in lib. de subst. orbis, huic aperte contradicit sententiæ, absolute (inquit) loquendo, & secundum sermones
vniuersales, materia manens sub aliqua forma, non potest
aliam recipere. Sed hoc intelligendum est, sub aliqua forma
eiusdem profecto rationis. Iterum arguis, si formæ eiusdē *Solutio.*
ordinis, authore commentatore, simul esse non possunt, *Obiectio.*
distinctas siquidem materias exigunt: sed formæ elementares, eiusdem sunt rationis, vtpote primæ materiæ quam similes, atque propinquæ: in vna ergo eademque consistere
non possunt materia. Verum diceres, si in esse perfecto atq; *Solutio.*
completo, in mixti materia inuenirentur: cum vero in esse
ibi remisso, & imperfecto contineantur, potius quam contineant; propterea singulæ, singulis plane elementis, non
sunt attribuendæ distinctæ materiæ; sufficit enim vna. quæ
mixti dicitur esse materia. Dicis, si vera esset Comment. sen- *Obiectiones.*
tentia, verum quoque esset asserere inter contradictoria,
medium posse inueniri: nam inter substantiam & accidens, 1.
dantur formæ elementares. Præterea, medium, teste philo- 2.
sopho 10. met. eiusdem est generis; cum extremis: sed substantia & accidens non possunt esse eiusdem generis: nullū
ergo inter ea medium esse potest. Item, omnis differentia 3.
secundum formam substantialem, variat speciem, 8. met. si *Solutiones.*
itaque forma ignis magis ac minus susciperet, à seipsa vtiq;
differret. Resp. quoddam esse medium inter formas, quod 1.
vtraque forma participat, vt rubrum, medium est inter album & nigrum; vtroque enim participat: hoc autem modo elementa, medias inter substantiam & accidens formas,
nequaquam esse dicimus; sed medium potius formarum
conditionem repræsentans. Elementa autem mediæ formę *Elementa sunt mediæ formæ.*
vocantur, quia partim substantialium conditionem gerunt
formarum, partim vero accidentalium. Tunc ad formam
primi, & secundi argumenti dico, inter substantiam & acci- 2.
dens, non dari medium per formarum participationem, sed
per conditionem potius. medium præterea per participationem, eiusdem generis est cum extremis, de quo Auer.
non loquitur. Ad 3. omnis differentia substantialis, atq; per- 3.
fecta, est specifica, non autem imperfecta, cuiusmodi sunt
formæ elementares in mixto. Iterum arguis, si formæ ele- *Obiectiones.*
mentorum essent in mixto, cum quælibet nata sit constitue-
re compositum in genere substantiæ per se subsistens; tunc 1.
plane in mixto, vt dictum est, plura essent per se composita
subsistentia. Amplius, substantiam corpoream, dimensio, 2.
veluti propria passio consequitur. sed forma elementi, quātumlibet remissa cum materia, substantiam constituit compositam, quam immediate dimensio consequitur, quæ plurium esse non potest subiectorum non ergo in mixto actu
continentur elementorum formæ, ne plures esse dicamus 3.
dimensiones, quod Commentatori clarissime aduersatur
in libro de substantia orbis. Deinde, terminus à quo, & terminus ad quem in eodem respectu eiusdē, sunt incompossibilia. sed forma elementi est terminus, à quo mixtum generatur, mixti vero, ad quem: simul igitur esse non possunt.
Item, si quatuor elementorum formæ, in materia essent coextensæ, in quolibet reuera materiæ puncto quatuor quoq; 4.
formæ elementorum inuenirentur, atq; ita penetratio daretur talium substantiarum. Ad hæc sic respondere possu- *Solutiones.*
mus. Ad primum, elementi forma, in sua perfecta existens 1.
essentia, aptitudinem habet, vt diximus; indiuiduum constituendi. non sic autem se habet, quatenus ad vlteriorem
formam acquirendam est dispositio. Ad 2. negatur minor, 2.
forma enim elementi non informat, sed materiam disponit
potius ad formam mixti recipiendam, quam dimensio cō-
sequitur, Ad 3. forma elementi, & forma mixti, si essent si- 3.
mul materiam perficientes; profecto simul nequaquam
coalescerent sed quia informatiu formæ mixti conceditur,
à cuius virtute mixtum in esse constituitur specifico: non repugnat ergo mixti naturæ in esse remisso formas continere
elementorum. Ad 4. vt corporum atque formarum pene- 4.
tratio fiat, æquali, eademq; propemodum ratione, eodem
in loco recipienda sunt, quod certe secus se habet in mixti
forma, atque elementorum. illa siquidem per se informat
mixtum, hæ vero dispositiones sunt potius. ex quo patet, argumentum non directe Commentatorem oppugnare.

DE FILIO DEI.

Mercurius.

Ait ergo Pymander: lumen illud ego sum, mens,
Deus tuus, antiquior quam natura humida.

De cognitione Dei.

quæ ex vmbra effluxit. Mentis vero germen, verbum lucens, Dei Filius, Sic inquit, cogita, quod in te videt, est verbum Domini, mens autem Pater Deus, neque enim distant ad inuicem: horum vnio vita est.

Commentum IV.

Expositio textus.

APerit Pymander visionis mysterium, ac Trismegistum, Deum, rerumq; naturam scire cupientem, familiariter instruit. *Ego*, inquit, *sum lumen illud*, in quod omnia conuersa vidisti: *suaue nimium atq; iucundum, quod te intuentem mirifice oblectabat.* Ne autem in me corporeum aliquod esse putes, *ego*, inquam, *mens sum*, & non corpus: *spiritus*, omni prorsus concretione carens. Insuper, te non ignorare desidero, præter me non esse aliquem alium Deū; sed me esse *Deum tuum* sciac, *antiquiorem profecto humida illa natura, quæ ex vmbra effluxit.* Quatuor quædā diuinæ maiestatis insignia Mercurio manifestauit, *lumen* sc. *mentem, Deum, eumq; æternū.* Ipse siquidem Pymander *lumē est, mens, Deus æternus.*

Lux spiritualibus conuenit rebus.

Lux plane spiritualibus magis, quā corporalibus cōuenit rebus: amplissime enim, latissimeq; sese diffundit, cū qualitas quædā sit spiritualis. Subito certe multiplicatur, totūq; hemisphærium complet, corpora leuissime subintrat, omnia sui fulgoris claritate lætificat, illustrat, atq; viuificat: nulli rei miscetur, aut componitur: omnibus sese communicat, quod ad bonum pertinet: omnibus blanda, inimica nemini: ad sui naturam cuncta conuertere studet.

Lucis proprietates.

Bene ergo dicit Pymander, *ego sum lumen*: nam si ea quæ diximus, Deo pro sua dignitate accommodaueris: ipsi cognatam, atq; affinem lucem esse percipies.

Phœnices de luce sententia. *Astrologi.* *Iamblicus. de myst. Ægyp. c. 14.* *Orphici.*

Phœnicum theologia lumen visibile, dicit esse diuinæ, ac angelicæ intelligentiæ actum perennem, per solarem fenestram ad oculos emicantem, atque in materiae passim perspicuas, sibi conuenientes diffusum. Astrologi lucem asserunt in cœlo sensum esse. Iamblicus. *Lux*, inquit, *est imago perspicua, & actus intelligentiæ.* Orphici autem aiunt, sphæram Solis animam habere, cæteris animabus cœlestibus præstantiorem, quæ per globum Solis intellectum inprimis exercet, & visum intellectum quidem per lucem intelligibilem in ipso Solis centro existentem visum vero, per visibilem in vniuerso Solis ambitu, tanquam oculo perlucentem.

Pytagorici.

Pytagorici, multa Deo attribuunt, nempe potentiam, sapientiam, bonitatem, vnitatem, pulchritudinem, atque veritatem, quæ lucis quoque naturæ conuenire videtur.

Plato. dial. 6. de Rep.

Plato. *Quemadmodum*, inquit, *Sol iste visibilis in loco visibili ad visum se habet, & ad omnia quæ videntur: sic Deus in loco intelligibili, ad intellectum, & ea quæ intelliguntur.* Oculi porro quoties non ad ea vertuntur, quorum colores diurnus fulgor illuminat, ostenditque, sed ad illa, quæ nocturnis tedijs attingunt, cæcutiunt, ac si purus in illis visus non esset: quoties vero ad ea, quæ Sol illustrat, perspicue cernunt, in oculis visus apparet.

Deus est lumen nostri intellectus.

Sic & de animo cogita: Quando enim illi inhæret, in quo veritas, & ipsum ens emicat; intelligit illud, cognoscitque, & intellectum habere videtur: sed quū ad id fertur, quod tenebris est, quod vel generat atq; corrumpit, eius obtunditur acies, opinionesque versat varias, ac mentis expers videtur. Porro, quemadmodum lumen, ac visum, Solis speciem quandam habere existimare decet: solem vero ipsum non esse, ita cognitionem & veritatem, boni ipsius speciem habere quidem aliquam, esse vero ipsum, minime. augustior enim ipsius boni maiestas. Solem dices, ijs quæ videntur, non modo videndi præbere potentiam, verum etiam generationem, augmentum, nutritionem, cum ipse tamen generatio non sit. Ita dices, bonum ijs, quæ cognoscuntur dare, non modo vt cognoscant, sed esse, insuper & essentiam largiri, cum ipsum essentia non sit, sed supra essentiam dignitate ipsam, & potentia superans.

Plotinus dicit Deū esse veluti fontem, & arborem ingentem. Enn. 3. l. 8. c. 9.

Cogita fontem principium aliud non habentem (inquit Plotinus) *fluminibus vero se totum tradentem, nec tamen fluminibus vllis exhaustum, sed in se quiete manentem flumina vero ab ipso fluentia, antequam aliud alio fluat, adhuc vna manentia, & quasi iam cognoscentia, quo ab ipso fluxuri sint riuuli. Aut cogita arboris ingentis vitam, sese per totam arborem propagantem manente principio, neque diuiso per totam, sed velut in radice fundato.* hoc vtiq; præbet quidem totam arbori vitam, atque multiplicem: ipsum vero manet nequaquam multiplicatum, sed multiplicis vitæ intelligentiæque principium. quod enim supra essentiam est, & intellectum, & essendi causa est, & intelligendi.

Psal. 35.

Intellectio autem sine lumine fieri non potest, lumen vero nostri intellectus, absque Pymandri lumine, parum, aut nihil efficere valet. Recte ergo dixit Pymander, *ego sum lumen*: *in lumine plane eius videmus lumen*, vt dicit Dauid.

De cognitione Dei.

Visioni quidem nostræ sensibili, ab obiecto sensibili plenitudo, & sua quædam perfectio prouenit; menti vero nostræ perfectio Pymandri lumen est si enim intellectus noster esset ipsum Pymandri lumen, vnico actu omnia intelligeret, seu videret. aliam igitur circa lumen illud æternum, & propter ipsum actionem habent. ipsum vero lumen nullo penitus indiget, *quia lucem habitat inaccessibilem*, vt dicit Paulus; ideoque nihil ipsi erit præter ipsum.

1. Thim. 6. *Psal. 4.*

Huius autem luminis vestigium impressum est intellectui humano: *Signatum*, inquit Dauid, *est super nos lumen vultus tui Domine.* Quapropter in intellectu quidem est appetitio, & quædam ad ipsius luminis speciem applicatio. Pymandri igitur lumen omnium pulcherrimū, in lumine puro splendoreque simili consistens, cunctum naturam illustrat, cuius quidem noster hic mundus pulcher, vmbra est, & imago.

Intellectus agens, similis est Soli.

Intellectus præterea agens apud peripateticos, alius Soli similis, qui primo attribuitur motori. 12. *met. com.* 38. huius plane virtute intelligibilia, intelligi possunt, sicuti visibilia, visibilis virtute Solis videntur: Alius vero lux est, qui Solis lumini comparetur; à diuino enim lumine procedit, sicut lumen visibile à luminoso Solis corpore, lumenque inde accipiens, lumen efficitur. ex hoc autem sic illuminato, prima conclusionum omnium principia cognoscimus. quibus plane cognitis, reliqua facile intelligimus.

3. de an. 5. *Lumen Pymandri suaue.*

Erat autem illud Pymandri lumen suaue nimium atq; iucundum, quia nimirum omnem profecto Mercurij intellectum, mentemque compleuerat, extuleratque in æternæ diuinitatis admirandam sanctamque maiestatem. *Mutauit*, inquit, *formam, ac subito omnia reuelauit.* Viditne ergo Mercurius in illo raptu diuinam essentiam? potestne Deus ab homine mortali cognosci? fuitne beatus in illa visione Trismegistus? Itaq; hæc, quoniam vtilia sunt, silentio tegi non debent.

QVÆSTIONIS PRIMÆ

CAP. I.

An aliquis homo, diuinam viderit essentiam, in præsenti vita degens.

Duplex modus cognoscendi.

DVplex est apud philosophos cognoscendæ diuinitatis modus. alter quidem ab effectu, qui per qualitatiuorum conceptuum, atque quidditatiuorum compositionem fit, à rebusq;, quæ à Deo conditæ sunt, emanat, ideoque totiuus non dicitur huiusmodi cognitionis ordo; non enim ipsius immediatus terminus, Deus est. Pari quoque ratione abstractiuus dicendus non est, nihil profecto in orbe inuenitur vniuerso, quod Dei similitudinem perspicue repræsentet. Deus certe infinitus est, secundum theologos, sed nihil præter Deum est infinitum: nihil ergo est Dei perfecte repræsentatiuum. Etenim inter similitudinem, atque rem, cuius esse dicitur, æqua debet esse proportio: finiti vero ad infinitum nulla est proportio. vbicunque præterea similitudo poneretur, cum sit creata, essentia magis creatæ, quam rei increatæ reputaretur: Istiusmodi ergo cognitio, vespertina, obscura, siue nocturna matutina appellatur.

Cognitio vespertina.

Alius autem intelligendi modus, per cognitionem fieri dicūt Peripathetici, qui ipsemet Deus est; vbi nulla conceptuum adest compositio, nec phantasmatum abstractio: in abstractis namque à materia, intellectio idem plane est, quod res intellecta.

Intellectio, qua Deus est, sine medio fit secūdum Peripatheticos.

Deus siquidem, hoc intelligendi modo, non alio aliquo medio, quam seipso intelligitur. Nulla ibi species media, actusque intelligendi medius nullus, aut lumen aliquod medium necessarium est. hæc autem, quia medio non indiget, recte clara vocata est, atque matutina cognitio. hac quippe cognitione Deus beatus est. Vnde 7. polit. Deum seipso esse beatum, philosophus protestatur: cætera vero beatitudinis participe, hoc modo felicitatem, atque beatitudinem consequuntur.

Cognitio matutina.

Sed inquirendum est nobis, si hoc cognoscendi modo, aliquis intellectus corpori copulatus, Deum viderit vnquam. Moysi, & Paulo hoc contigisse scimus, tum ex sacris, diuinisque scripturis, tum etiam ex diui Augustini de videndo Deo. Peripathetici quoque innuere idipsum videntur: post namque virtutis Heroicæ assequutum dominium, intellectus Deo coniungitur.

Virtus Heroica.

Est autem virtus Heroica, habitus quidam in appetitu existens sensitiuo, recto, libenter intellectui obtemperans. Etenim ex appetitu sensitiuo, atque intellectiuo anima constat, in quibus bellum non paruū quotidie geritur. Si autem contigerit, deuictus, debellatisque

De cognitione Dei.

qua belli iurgiis, ad pacatum tranquillumq; statum deueni-
re; Heroicus vocatur, atq; regius intellectus, dignusque re-
uera, qui Heroem illum, omniumq; artificem, & videre, &
cognoscere queat. Cũ autem huiusmodi in corpore cõpari
virtutem esse oporteat, in quo pars illa scositiua vigere di-
gnoscitur; intellectum profecto corpori coniunctum ad
hunc felicitatis apicem peruenturum fore, peripathenci au-
tumant. Inter Catholicos autem, atq; peripatheticos pluri-

Catholici dissentiunt à peripatheticis.

mum interest. Catholici plane, ex puris naturalibus, atq; hac
in vita fieri non posse astruunt: peripathetici vero, non nisi
in hac vita haberi posse, affirmant; vbi anima, propria vir-

3. de anim. com. 36.

tute, intellectum speculatiuum, siue Heroicæ assequitur do-
minium virtutis. Auerr. *Deus, qui est agens intellectus*, inquit,
*in principio nobis copulatur vt agens: post vero intellectus speculatiui
adeptionem, vt forma*: immediate igitur animam beatam red-
dit, nullumq; medium, beatitudinis effectiuum, sed disposi-
tiuum potius necessarium esse existimant. Illa autem Auer-

Auerrois error, Alexandri, & Themistii.

rois, Themistij, atq; Alexandri sententia, non omnibus pro-
batur: nec ipsi quoq; rationi conuenire videtur. Sane, si ve-
rum sit Deo coniungendum fore neminem, nisi intellectũ
speculatiuum attigerit; mulieres profecto, atq; ignari, erunt
beatitudinis expertes, flagitiosi insuper, quique ad huiusmo-
di munus capescendum, apti esse videbuntur: sed hoc apud

Intellectus Heroicus.

philosophos absurdum est, ne dicam apud theologos. Qui
igitur apud philosophos, intellectum speculatiuum adipiscet-
tur, aut Heroicæ possessionem virtutis, substantias separatas

Plotinus. lib. de bono. c. 11.

intelligere potest, apud theologos vero, hac in vita, sine mi-
raculo conceditur nemini. Plotinus. Cum intellectu poten-
tiæ, quem rationalem animam vocat, substantiarum certe
separatarum inditam nobis fuisse cognitionem existimet.
Intellectus, inquit, *noster, intellectione perpetua, diuina, atque intel-
ligibilia omnia semper contuetur.* Iamblicus inuentum affirmat
esse Ægyptiorum. idcirco Origenes, atq; Ammonius, par-

Pueri quare in iubilo versentur.

uulorum intellectum, cœlestis patris semper faciem aspice-
re testantur. Pueri profecto magna in iucũditate, risu, ac iu-
bilo versantur, ob eam nimirum, quam cum substantijs se-
paratis habent visionem. Sed procedente ætate, intellectus
ad rationem conuertitur, ratio vero ad imaginationem, i-

Plato scire est reminisci, in memnone.

maginatio autem ad sensum, vnde ad vitæ defluens habitus
exoritur, quo, beatæ illius visionis contuitus aufertur. Plato,
scire nostrum quoddam esse plane reminisci arbitratur: a-
nimamq; nostram, naturâ, habere principium sciendi; sed
propter corporis cohabitationem, velatum, atq; confusum.

Philosoph. lib. 2. de anim. in fin. Lumen velatum.

Cui alludere videtur philosophus. *Multa*, inquit, *secundum
visum operantur animalia, alia quidem, quia intellectu carent, vt be-
stiæ. alia vero ex velamento intellectus, aut passione, aut ægritudine,
aut somno.* Sane homines habent intellectum plenũ scibili-
bus, sed velatũ, teste Simplicio. Sed de his latius disputandũ.

CAP. II.

Argumenta, quibus probatur, intellectum corpori copulatum, substantias separatas posse intelligere.

1. OMne agens, potens producere effectum perfectũ
in suo genere, sub tanta illum perfectione produ-
cit, sub quanta ille capax est; alioqui impotentiæ
imputaretur agenti: sed Deus est agens perfectũ:
cuilibet ergo suiipsius effectui, iuxta vniuscuiusque virtutẽ,
propriam perfectionem largitur. Est enim (vt dicunt) ne-
cessario agens secundum vltimam virtutem. Aut (vt dicit
Moyses) *omnia ipsius opera sunt valde bona.* valde autem bonũ
est, quod perfectionem sibi possibilem, aut habet, aut habe-
re potest. Porro homo, est Dei effectus, naturaliter capax di-
uinorum, aliter à brutis non separaretur. à principio igitur
suæ conditionis indita est illi sublimium mentium, atq; sub-
2. stantiarum virtus cognoscendarum. Item, *omnis homo natu-
ra scire desiderat*, aut enim huiusmodi desiderium sciendi in
aliquo indiuiduo inuenietur perfectum, aut defectui admi-
xtum semper erit. Sed tunc natura otiose reputaretur, quæ
sciendi dederit desiderium, perficiendi vero minime: De
futura vero cognitione nihil habetur certi apud philoso-
phum. Quare in hac vita, in aliquo erit complendum indi-
uiduo. Huius autem desiderij finis, esse materiale esse non
potest, sed diuinum: intellectus igitur corpori coniunctus
3. substantias valet separatas cognoscere. Item, si intellectus
abstracta à materia intelligit quæ sunt ergo à materia remo-
tissima, & in actu magis consistunt; illa profecto intellectu-
rum fore dicendum est. intelligit enim sub ratione: imma-
terialis maxime autem immaterialia, substantiæ separatæ
sunt: quam ob causam abstrahit, quoadusque ad ea perue-
4. nerit, quæ puram habent quidditatem. Amplius, si intelle-
ctus separatus, diuinas substantias intuebitur, multo magis
intellectus corpori vnitus, est enim perfectior, quia comple-
tus, atque perfectus: perfectioris vero potentiæ, perfectio
vtique debet esse operatio. Adhuc, forma aliqua, suo non
est fine priuanda, ob naturalem quam habet cum aliquo v- 5.
nionem, alioqui naturalis vnio, formæ perfectionem de-
strueret. sed diuinarum cognitio substantiarum, intellectus
humani est finis: ob vnionem igitur, quam habet cum cor-
pore naturalem, ab hoc fine non est impediendus. Item, æ- 6.
terni intellectus ab aliquo superari non potest, quominus
illum intelligere queat: sed huiusmodi est intellectus noster
secundum philosophos: à substantijs igitur separatis non su-
peruincitur, vt eas capere non possit. Denique, intellectus no- 7.
ster, aut per suam substantiam, aut per speciem influxam, aut
per speciem causatam à phantasmate, substantias natus est
separatas intelligere. Si per substantiam, poterit vtique ab-
stracta à materia capere; nam ob corporis vnionem, eius nõ
impeditur substantia: Si vero per speciem à phantasmate
sumptam; corporis vnio, non impedit, sed adiuuat potius:
Si autem per speciem influxam; talis profecto influxus à
corpore impediri non potest, nisi contrariam habuerit dis-
positionem; quia vnius non impeditur speciei generatio à
corpore contrariam dispositionem non habente. Nullum
sane corpus, coloris generationem impedit, nisi opacitatem
diaphaneitati contrariam dispositionem habuerit. sed cor-
pus humanum, dispositioni speciei intelligibilis influendæ
contrariam non habet dispositionem; quamobrem intelle-
ctus sua nobilissima operatione, vt dicitur 1. & 10. *eth.* ob 8.
corporis vnionem non erit spoliandus. Item, quod impedit
bonum alicuius simpliciter, malum est: sed corpus non est
malum, sed bonum: non ergo impedit bonum intellectus, 9.
quod est substantiarum immaterialium cognitio. Præterea,
si intellectus noster intelligit res sensibiles, factas immate-
riales, vt diximus, ergo intelligit res secundum se immate-
riales: nam intellectus excellenti intelligibili, authore phi-

1. de anim. com. 7.

los. vigoratur ad alius intelligendum: sufficiens igitur cau-
sa virtuti cognoscitiuæ est immaterialitas, sicuti tactus vir-
tutis sensitiuæ. Amplius, omne quod mouetur ad acquiren- 10.
dam aliquam formam, illa perfecte acquisita, operationem
secundum illius formæ virtutem exercet, aut exercere va-
let. sic aqua, caloris forma acquisita, calefacit. Sed intelle-
ctus possibilis, vt nobis appropiatus ad intellectus acquisi-
tionem mouetur agentis, veluti ad suam plane formam: il-
lo igitur acquisito, eius operationem exercet, cuius est ab-
stracta intelligere, seu substantias separatas quidditatiue co-
gnoscere. Nam si intellectus possibilis ad acquisitionẽ mo-
uetur intellectus agentis, vt finis. ergo, vt formæ: intellectus
siquidem agens, illius motus, quo mouetur intellectus pos-
sibilis ad ipsum, causa est efficiens. In separatis autem à ma-

12. met. c. 36.

teria idem est efficiens, & finis motus; teste Comm. conseq.
autem patet ex 2. *phys. tex.* 170. vbi ostenditur, finem motus,
& formam idem esse: Item, ex eodem Commentatore, sic 11.

Com. 2. met. 2.

arguitur. Si intelligentiæ non essent à nobis cognoscibiles,
natura otiose egisset: fecisset profecto, id quod est in se natu-
raliter intellectum, non intellectum ab aliquo; ac si Solem
condidisset, nõ cõprehensum ab aliquo visu. sunt nemq; ab
intellectu nostro cognoscibiles, siue intelligibiles quia sub
primo eius obiecto cõtinentur, nẽpe sub ente: quare intelle-
ctus noster suapte natura natus est ea intelligere. Etenim na-
turali actiuo, quale est intelligentia, naturale passiuũ, vt puta
intellectus correspõdeat, necessariũ est *ex 5. met.* Itaq; intel-
ligentiæ ad nostrum intellectum comperantur, velut potẽ-
tia actiua ad passiuam. Quam ob causam si potentia nostri
passiua intellectus ad actum non reduceretur cognoscendi,
intelligendique substantias separatas, inanis reputaretur, &
vana. Adhuc, huiusmodi cognoscendi modus, intelligẽtia-
rum finis est secundarius: agunt namque prima intentione

2. de cæl. com. 21.

propter se, secundario vero propter alia. Sane omne agens
nobile, atq; diuinum, si agit propter se, egit propter aliud: sua
namq; perfectionis est alteri largiri quod sibi communicet:
Motibus, inquit, multis corpora cœlestia mouentur, non
quidem primarij ipsorum finis gratia, sed secundarij magis.
Ex his ergo, intellectum corpori copulatum diuinas intelli-
gentias cognoscere satis patere arbitror.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

AD primum, negatur minor, nam quamuis homo 1.
naturaliter capax sit diuinorum, quia eo ipso quod
factus est ad imaginem Dei, diuinæ maiestatis, ac
substantiarum capax factus est altissimarum; pro-
pter statum tamen animæ in corpore tenebroso, illas quid-
ditatiue comprehendere nequit. Nã quemadmodũ anima
corpori

De cognitione Dei. corpori coniuncta modū habet essendi cū corpore; ita etiā intelligēdi per corpus, cōuertendo se vtique ad illius phantasmata. Porro nullū est corporis phantasma, quod sublimissimas quidditatiue substātias repræsentare possit: habet igitur aut habere potest illarum cognitionem, suæ capacitatis modum non excedentem. Separatus vero à corpore intellectus, alium habet modum essendi, & intelligendi, similiter ad superiora plane se conuertit, vnde specierum influxum recipit, non egens amplius phantasmatum officio; ex quo claram habebit videndarum substantiarum visionem. Alligatus itaque intellectus phantasmatibus, substantias immateriales per species à sensibilibus acceptas intelligat necesse est. separatus vero, per species proprias, vtpote ad superiora

2. conuersus. Ad 2. secundum suæ capacitatem naturæ desiderij naturalis modus est metiendus, seu computādus: ed quē reuera, si intellectus peruenerit humanus, felix, iuxta humanæ felicitatis modulum existimatur: non igitur naturam otiose egisse putandum est, si intellectus corpori alligatus, quidditatiue substantias separatas intelligere nequeat, cum iuxta capacitatis naturalis modum, naturale quoque ac ra-

3. Dionysius lib. de hierarch. c. 1. Philosoph. 3. de anima. tionabile sit illius desiderium. Ad 3. intellectus aptus est intelligere maxime abstracta, non sine autem phantasmatibus. quemadmodum dicit Dionysius Areopagita *Impossibile esse nobis lucere diuinum radium nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum.* Et Philosophus: *Oportet intelligentem phantasmata speculari.* Porro, vt diximus, diuinæ substantiæ

Diuina substantia nostro phātasmatib. non subsunt. nostris phantasmatibus figurari non possunt: nec valet intellectus quidditates rerum intelligere materialium: ergo immaterialium, alium certe habens modum essendi, intelligendique: diuersæ enim sunt quidditates, specie inter se differentes. Ad 4. Anima coniuncta corpori, perfectiorem

4. quidem habet speciei naturam, imperfectiorem vero actū intelligendi, actus quippe perfectio corporis organo non dependet: non enim alicuius est corporalis organi, sed illud superegreditur, alioqui simul cum illo destrueretur: Quādiu vero corpori connectitur, illius eget in intelligendo adminiculo, ideo quasi relictus, in aliena terræ regione constitu-

Obiectio. tus, cœcutiens, diuina rimatur, atque contemplatur. Dices, actum sequi naturam: quare si perfectiorem coniunctus naturam habet: perfectiorem quoque actum habebit, actum intelligendi, sed perfectior est intuitiue quam per simulacrorum formas, Deum cognoscere in corpore igitur intellectus existens, substātias altissimas quidditatiue cognoscit.

Solutio. Verum quidem est, esse perfectiorem, id est, magis completam speciei naturam habere, non autem indiuidui; actus enim sunt actiuorum, id est, singularium. cum autē propriæ intellectus natura sit à corpore separata; tunc profecto actus sequitur naturam, quando a corporis contubernio li-

5. ber extiterit. Ad 5. intellectus humanus, suo fine non priuatur ob eam quam habet cum corpore naturalem coniunctionem, immo adiuuatur potius per virtutum namque studia, bonarumque merita actionum, quæ in corpore geruntur, ad suum finem obtinendum melius disponitur. verum autem esset argumentum, quando perpetuo cum corpore corruptibili anima esset mansura. Ex hoc autem apparet

6. 7. falsitas 6. & 7. argumenti 8. autem ex 3. solutione, dissolui-

8. tur. Ad 9. maior est vniuersaliter falsa, si teneatur, vt decet,

9. ad intentum concludendum. Vniuersale profecto esse debet necdum subiectum, sed etiam prædicatum, vnde ita formandum est argumētum: Omne, quod mouetur ad acquirendam aliquam formam, illa perfecte acquisita, secundum omnem illius formæ operationem poterit operari: sed tunc falsa est: sufficit certe eam tantum formæ partem imitari recipiens, quæ ipsum principaliter respicit. Sane forma ad superiora, atque inferiora respiciens, si alicui coniungenda sit inferiorum, non eam opus habet communicare operationem, qua superioribus propinquat; sed illam potius, qua inferioribus vnitur, atque sociatur. Quapropter, quamuis intellectus possibilis acquisiuerit intellectum agētem, vt formā, non inde tamen sequitur, eum sequi posse in his, quæ intellectus agens operetur, vt contemplatiuus, sed vt factiuus tantum; est enim intellectorum speculatiuorum forma, cuius est formare intellecta in actu. hanc plane intellectus agentis operationem, intellectum imitari possibilem, verum est, non illam, qua intellectus contemplatiuus nominatur. Ad

10. 10. negatur conseq. sunt enim à seipsis intelligibiles, in prima autem probatione committitur fallacia consequentis, à superiori ad suum inferius affirmatiue descendendo, nam concesso, intelligentias contineri sub primo intellectus obiecto, non licet tamen inde inferre. ab intellectu quidditati-

Quidditatiue cognoscere. ue posse cognosci. Ens namque ad æquatum est nostri intellectus obiectum extensiue quidem, intensiue vero minime;

Quidditas omne siquidem ens intelligere possumus, non tamen omnes illius differentias vltimas penetrare, quod est quidditatiue cognosci: atque ita rei materialis quidditas adæquatum est nostri intellectus obiectum, idque adæquatione intensiua: quippe qui eam solam, atque omnem, natus est in- De cognitione Dei.

tellectus noster quidditatiue intelligere. Pari etiam facilitate dissoluitur alia confirmatio de secundario intelligentiarum fine: nō enim sequitur, à nobis quidditatiue cognosci, obiectum intellectus. 11.

quia secundarius illarum finis est, vt à nobis cognoscantur.

Ad anthoritatem 3 *de anima cam. 7.* dicitur intellectū respe- 12.

ctu excellentia intelligibilis, passionis esse expertem, vtpote, qui non sit virtus materialis: ob tamen obiecti eminentiam, atque improportionem, non clare, sed caligine quadam velatum intelligere. Est enim proportionatus naturaliter ad intelligendum intelligibile non purum, sed materiæ tegmine obumbratum, qualis profecto est quidditas à sensibilibus abstracta. Porro sensus, cum virtus sit in materia, ob excellentis præsentiā sensibilis, & passionis, est susceptiuus, & propter sui improportionem, distincte cognoscere ne- Sensus & intellectus in quo differunt.

quit. In hac igitur sentiendi cognoscendique proprietate, sensus, atque intellectus conueniunt, in altera vero dissentiūt. Quapropter sensum ex excellenti sensibili debilitari, eu philosoph. intellectum autem intelligibili appreenso, vigorari, ad fortius intelligendum, secundum modum vtique sibi possibilem: sed quidditatiuus intelligēdi modus, hic est illi impossibilis. adhuc, potentia nostri intellectus passiua, si quidditatiue substantias separatas non cognouerit, ociosa appellanda non est: sufficit certe cognitio suæ congrua naturæ, quæ sub vmbra causas altissimas considerat.

CAP. IV.

Alia argumenta, quibus ostenditur intellectum in corpore existentem, quidditatiue Deum seu intelligentias cognoscere.

OMnis potentia, quæ naturaliter alicui est improportionata obiecto, nullo sibi extrinsecus habitu adueniente, proportionari poterit; nam nullus habitus altior est potentia, nec accidens præstentius substantia. Omnis autem habitus accidens est, & non substantia. neque etiam in substantia est receptibilis, si substantiæ illius proportionem excesserit. Sed si intellectus est his improportionatus ad intelligendas substantias diuinas, tanquam oculus noctuæ: quare, aut hic intelligat necesse est, aut nunquam erit intellecturus, quod profecto falsissimum est. Item, eiusdem potentiæ est idem obiectum, 2. de anima com 8. sed intellectus separatus aliud habet obiectum, nempe rerum immaterialium quidditates: in corpore vero existens, materialium tantum: aliam ergo habet potentiam, & ex consequenti alius erit intellectus, quod est impossibile. Item, nullum agens per intellectum, in finem intendit incognitum, sicut dicit philosoph. 2. met. si fines essent infiniti, nullum esset agens per intellectum. Consequentia tenet, quia finis omnis est per se ab intellectu cognoscibilis: sed homo est agens per intellectum: illum ergo vltimum finem cognoscit; alioqui agens per intellectum non esset appellandum, quod est absurdum. Patet etiam veritas maioris ex 2. met. com. 11. Si causæ, inquit, essent infinitæ, nihil contingeret cognosci: omnes ergo causæ cognoscuntur; etiam prima, aliter prima, ac potissima cuiuslibet effectus causa ignorata, nullius effectus esset scientia. tenet consequentia, illud plane, quod ab intellectu nostro primo intelligitur, quidditatiue ab eo cognoscitur, etiā in hac vita: sed Deus à nobis primo cognoscitur; patet, quia veritatis alicuius obiecti causa primo à potentia apprehenditur, vt lumen, prius quam color eum: Deus autem est cuiuslibet veritatis obiectiuæ potissima causa formalis, vel saltem exemplaris: ab intellectu ergo corpori vnito intelligi, necesse est. Item si anima potest cognoscere suam quidditatem ergo & diuinam, nam res sicut se habet ad esse, ita ad intelligi: sed Deus est maioris entitatis, maioris vtique erit intelligibilitatis: passio enim entis, est intelligibilitas. Adhuc, nullius generatio in infinitum tendit, sed vbi ad suam perfectionem peruenerit, quiescit. sed generatio intellectus, est, vt omnia intelligibilia, & materialia, & immaterialia cognoscat: cum ergo ad illam peruenerit, quiescet, intellectus enim est quodammodo omne intelligibile, sicut sensus, sensibilia 3 de anima com. 37. cum ergo substantiæ separatæ, sint maxime intelligibilia: ab intellectu ergo humano intelligi possunt. Item, veritas rei, aut est conformitas ad primam mensuram: aut sine illa omnino est, quod esse nō potest, prima enim veritas est metrum omnis, & mensura veritatis: nō ergo potest alicuius rei naturalis veritas absque conformitate ad pri-

(margin numbers of the right column, in order: 1. 2. 3. 4. 5. 6.)

mam

De cognitione Dei. mam mensuram intelligi, quæ profecto idea est in mente diuina existens. Quare conformitates ad ideam non contingit intelligere, idea incognita; quia relatiu sine termino non intelligitur. cum igitur alicuius effectus veritas habeatur, eaque sine diuinæ ideæ haberi non possit notitia; idea vero essentialiter à Dei essentia non dissentiat: patet ergo, aut nos nullam scire veritatem, aut Deum quidditatiue cognoscere: Summa sane veritas, est summe cognoscibilis.
7. Præterea, si intellectus noster, rerum quidditates materialium separando intelligit; multo magis, multoq; facilius immaterialium quidditates quod sic manifestum fiet. Difficilius est ea separare, quæ quodammodo separari non possunt, atque ita separata intelligere, quam ea, quæ per se separata sunt. Ex his ergo atque huiusmodi manifestum esse puto, intellectum corpori coniunctum, substantias separatas quidditatiue cognoscere posse.

CAP. V.

Soluuntur Argumenta.

1. AD primum, potentia, alicui dicitur improportionata obiecto, vel quia obiectum sub illa non cadit omnino, veluti sonus sub visus obiecto non continetur: & tunc maior vera est, sed negatur minor:
Quomodo potentia est improportionata obiecto. vel quia obiectum, potentiæ superat modum, ideoque habitu eget subleuante, qui profecto, quatenus est accidens, inferior est potentia; vt vero à Deo immediate infunditur, & diuinitatis quodammodo similitudinem gerit, præstantior esse videtur, atque potentior. Ad 2. eiusdem potentiæ,
2. est idem obiectum, non tamen idem modus cognoscendi, idque ob ligamina, quæ cum corpore gerit anima. Modus namque cognoscendi, vt 7. dicitur met. modum sequitur
3. essendi. Ad 3. intellectus corpori coniunctus, sub ratione finis, atque appetibilis, non autem quidditatiue, substantias cognoscit separatas: fallacia siquidem committitur accidentis: vt, cognosco Coriscum venientem, ergo cognosco Coriscum. Ita sane non est necesse, vt si substantias cognosco separatas sub ratione finis, necesse sit eas me quidditatiue cognoscere. Nec omnino finis est mihi incognitus, nec prorsus manifestus. habeo tamen congruentem de fine intento cognitionem. Eodem quoque modo prima dissoluitur confirmatio. Cognoscitur sane Deus, vt prima causa. nec opus habet, vt quidditatiue hic intelligatur. Ad secundā confirmationem, quamuis prima ratio cognoscendi finalis, efficiens, atque formalis, id est, exemplaris, Deus sit, non tamen obiectiualis est prima: hac de causa non est necesse nos,
Obiectio. ipsum primo quidditatiue cognoscere. Sed dicis, Deus est nobis naturaliter notus, ergo ipsius essentiam quidditatiue cognoscimus. Consequentia patet, quia suum esse, à sua es-
Solutio. sentia non differt. Resp. à natura nobis insita est Dei cognitio; quia beatitudinem naturaliter appetimus, cuius finem, Deum esse existimamus. Quatenus ergo homo beatitudinem desiderat; eatenus, Deum illi cognitum esse fatemur. Verum non vna eademque est de beatitudinis actu, & quibus in rebus consistat, determinata sententia. Ad 3. confirmationem, intellectus quidem possibilis non directe suam apprehendit essentiam; sed per speciem à phantasmatibus sumptam; quæ profecto efficax esse non potest, ad substantiæ quidditatem eminentissime nobis ingerendam, repræ-
Obiectio. 3. de an. c. 15. sentandamq;. Dicis, intellectus possibilis, teste philos. est intelligibilis, sicut & alia: Porro quod maxime est, maxime est intelligibile. Resp. nihil esse intelligibile, vt dicitur met. 9.
Solutio. nisi sit in actu: cum autem intellectus possibilis solummodo sit potentia in esse intelligibili, per formam à phantasmatibus acceptam, qua intellectus in actu consistit, intelligatur, necessarium est. sic enim quælibet res per suam intelligitur formam: communeque est omnibus animæ potentiis, vt actus nimirum per obiecta, potentiæ vero per actus, denique
Difficultas cognoscendi vnde sit. vt animæ per suas potentias cognoscantur. Quando vero infers, maximum ens, esse maxime intelligibile; verum quidem est ex parte entis, non autem ex parte intelligentis: in genere namque spiritualium substantiarum, intellectus hominis, est omnium infimus, quippe, qui in cognoscendo, à sensu, atque phantasmatibus dependeat. Difficultas igitur non prouenit ex obiecto cognito, quod est in actu, non indigens opera intellectus agentis, de ordine, in ordinem illud extrahentis; sed ex nostri debilitate intellectus. Sane, si essent vniuersalia Platonica extra animam; non opus esset,
3. de an. c. 18. inquit Comm. ponere intellectum agentem. Forsitan, inquit Arist. ibidem difficultate duobus modis existente, nō in re-
2. Phys. com. 69. 7 met. 7. bus, sed in nobis est eius causa. hæc autem cognoscendi difficultas, non paruam in rebus latitudinem habet. quædam enim comparatione ad alterum cognoscuntur, sicuti prima materia. Dico autem, materiam æs, formam aut figuram *De cognoscendo Deo.* speciei: sicque per formas plane artificiales, materiæ cognitionem monstrauit. Negatione quoq; cognoscuntur. aliqua cognoscuntur per effectus, quæ certe magis minusq; fuerint *Cognoscendi modus multiplex.* sensata, eo plane magis, minusq; cognitu sunt difficilia. Manifestum est, inquit, quod si aliquis sensus defecerit, necesse sit, & scientiam deficere. quum autem maxima entia à sen- *2. met. 24 1. post. 33.* sibus quam remotissima sint; non est mirum, si cum caligine illorum fit nobis ingesta cognitio. Ad 4. generatio, seu re- 4.
ductio intellectus possibilis, secundum habitum sibi conuenientem, est intelligendi; artis enim generatio, etiam si ad perfectum sui peruenerit statum, nondum tamen illud efficere potest, vt ignis perfectionem ascendat: ita, intellectus perfectio per habitus acquisitos, licet congruentem sibi specierum, atque habituum generationem sortiatur; eo tamen perfectionis hac in vita ascendere nequit; vt substantias separatas quidditatiue intelligat. Præterea, substantias intelligere separatas, non sequitur alicuius generationem intellectue, neque semper, neque in pluribus. Porro omnes rerū generationes à causis sunt determinatæ, quæ semper, vel in pluribus, suos sequuntur effectus. Ad confir. dico, intellectum nostrum esse omnia, quorum similitudines per phantasmatum ministerium recipere potest: sed huiusmodi species, à phantasmatibus abstractæ, separatarum nequeunt esse similitudines substantiarum. Ad 5. licet, intellectus 5.
conformitatem mensuræ, ipsamque mensuram intelligat; id tamen non sine magna caligine efficit: enigmatice namque cognoscit magis, quam specifice. Nam si imago Dei in homine, Deum perfecte repræsentaret; tunc sane, sicut naturali ratione seipsum, ita proculdubio Deum cognosceret. sed *magna est differentia*, inquit Aug. 15. *de trinit. trinitatis diuinæ ad nostram trinitatem. trinitatem enim in nobis videmus; illam vero, quæ est diuina, intelligimus, seu potius credimus, quam videmus.* *Trinitatis diuina & nostra magna differentia.*
Arguis, Deus est in nobis, ergo vt forma intelligibilis: modus reuera mentis nostræ, est ipsa intelligibilitas. Resp. quāuis in mente nostra sit Deus; non opus est tamen, vt in ea sit semper, vt forma intelligibilis, sed sufficit esse, sicuti in cæteris creaturis, nempe tanquam dans esse, & vitam: quod quidem diuersimode rebus communicat omnibus. Intellectus igitur humanus, corpori coniunctus, quidditatiue, sub- 6.
stantias separatas intelligere nequit. Ad 6. difficilius est abstracta intelligere, licet sint in actu, quam abstrahere à potētia in actum, atque ita abstracta intelligere; superant enim illa nostram corporeæ capacitatem mentia, hæc autem minime; ideoque illa ad intelligendum difficiliora, hæc autem faciliora sunt.

QVÆSTIONIS SECVNDÆ
CAP. I.

Si Deus non cognoscitur in hac vita, minus conoscetur post hanc vitam.

POsset aliquis sic arguere, atque multorum ratio- 1.
nibus niti, quæ verisimiles videntur: si anima corpori coniuncta, substantias separatas intelligere nequit, nec etiam separata. Patet, aut enim illas per essentiam, aut per earum speciem cognoscet. Sed primum stare non potest, quia substantiæ separatæ essentia, ab anima separata dissentit. Neque alterius pars disiunctiuæ vera esse cognoscitur: à simplicissimis enim rebus, cuiusmodi sunt substantiæ abstractæ, fieri abstractio non potest. Species profecto abstracta simplicior est eo, ex quo fit abstractio: atqui Deo nihil est simplicius: nulla igitur Dei conuenit abstractio fieri his, qui in cœlis morantur, sed Dei potius intuitiua cognitio. Sed hæc fieri nequaquam videntur: nullo igitur modo, quoad ipsius quidditatem pertinet, Deus cognoscitur, Item, intellectus humanus vel sensu cognoscit diuinas 2.
illas, atque eminentes substantias, vel intellectu: non sensu, quia substantiæ profecto separatæ sensu non sunt percipiendæ; à sensus enim obiecto remotissimæ sunt: neq; intellectu, nam singularium non est intellectus, sed vniuersalium: substantiæ vero separatæ singulares sunt, & nō vniuersales sub- 3.
stantiæ. Itē, si substantiæ separatæ, quid nominis tantū, non autē quid rei cognoscantur, vt quidā dicunt; tunc argumētor, hoc esse impossibile: definitio. n. rei manifestat, atq; aperit naturam: sed ratio, quam nomen significat est definitio, teste philos. patet ergo, nomina substantiis impositæ separatis, illarū significare naturā; atq; non solum quid nominis, *4. met. t. 28.*
sed quid sint ēt intelligi posse. Itē, quoties de aliquo cognoscimus secundū se, & non per accidens, si est, quid sit quoq; 4.
cognoscamus necesse est, vt phil. 2. posteri. clarissime testatur, sed esse quidē substantias separatas scimus, idq; non per accidens,

De cognoscendo Deo. accidens; nam de accidente non est vera scientia: quid ergo illæ sint cognoscimus. Præterea, si cognoscimus illud, quod prædicatur in quid de aliquo; igitur quidditatiue il-
5. lud cognoscimus: quid enim rei quidditatem significat. sed de substantijs plane separatis prędicata substantialia cognoscimus, vtpote, quod sint entia æterna, tempori non subdita, incorporea, atque similia: quidditatiue ergo in hac vita à nobis intelligi possunt.
6. Denique, in conceptibus necesse est dare statum, ne processus fit in infinitum: sed conceptus, scilicet quando sapientem intelligo, non quiescit, quoad vsque ad conceptum aliquem quidditatiuum ventum fuerit: quidditatiue ergo primam substantiam hic intelligere possumus, quippe, qui ad quidditatiuum ipsius peruenire possumus conceptum.

C A P. II.

Soluuntur Argumenta.

1. AD 1. animam separatam per speciem atque similitudinem, substantiam separatam cognoscere asserimus, quæ profecto similitudo ab illis abstracta non est, sed impressa potius animo cognoscentis: etenim, si res cognita fuerit in cognoscente atque intelligente simplicior; tum species, qua res intelligitur in mente intelligentis, immissa est magis quam abstracta, & ex consequenti, re cognita nequaquam immaterialior reputatur. secus autem est, quando cognoscens à re, illam abstrahendo assumit: est enim tunc simplicior in cognoscente, quam in
2. re, quæ per eam cognoscitur. Ad 2. dicimus, intellectu, diuinas nos fore substantias cognituros: & cum infers, intellectum esse vniuersalium. Resp. singularia, quorum natura per materiam minime indiuiduatur, veluti sunt substantiæ separatæ, vt dicitur 12. met. intellectus capacitatem in intelligendo non superuincere; sed ea dumtaxat, quæ per materiam in suæ natura speciei indiuidua constituuntur: nostri siquidem intellectus species necesse est à materia liberas es-
3. se. Ad 3. nominum impositio, quæ ex rerum pendet natura, per quam ratio rei completur, quam nomen significat, specifica est rei differentia. quæ profecto, quoniam nobis minus innotescunt, illarum vice accidentibus, effectibusque
2. Phys. & 8. met. nobis cognitis vtimur. idque ex parte nomina imponentis. Quare cum illud non sit ipsamet specifica differentia, sed illius vicem gerens, non opus est specificam esse rei naturam, sed illud potius, quod ad illam significandam imponitur. huiusmodi autem sunt nomina, quæ substantijs attribuuntur cœlestibus, ideoque nominibus non quidditatiue cognoscuntur. non enim ex parte illarum, quarum differentiæ specificæ nobis incognitæ sunt; sed ex parte nostra sunt imposita, qui sane accidentibus vtimur, pro substantialibus
Obiectio. rerum differentijs. Sed dicis, de Deo, alijsque separatis substantijs, nonnullas accepimus definitiones: ergo quidditatiue cognoscuntur, nam definitio rei quidditatem exsequitur. antecedens autem patet: dicimus enim Deum esse, quo maius est nihil: substantias præterea cœlestes esse immorta-
Solutio. les, æternas, & quæ sunt generis eiusdem. Sed falsum est an-
Deus non potest definiri. tecedens, quia Deus definiri non potest. omne enim quod definitur, intellectu comprehenditur definientis: sed Deus creato non potest comprehendi intellectu: igitur definiri
Obiectio. non potest. Dicis, Angeli cum habeant genus & differentiam, verisimile est ergo posse definiri. non est dubium de-
Solutio. finiri posse, sed à nobis minime, quos constat proprias illa-
4. rum ignorare differentias. Ad 4. argumentum laborat in æquiuoco, falsum supponendo: de substantijs namque æternis quid nominis cognoscimus, non autem quid rei, nisi
5. sub confuso tantum. Ad 5. verum est nos scire supernarum quidditates substantiarum, non autem quidditatiue: qui enim quidditatiue aliquid cognoscit, ad vltimam vsque peruenisse rei differentiam putandus est: sed illarum differentiæ vltimæ substantiarũ nobis occultæ sunt: igitur eas quid-
Quid bifariam accipitur. ditatiue cognoscere nequimus. etenim, quid, bifariam accipi potest, quemadmodum philosophus 7. testari videtur met. vno quidem modo, quia cõmuniter de aliquo in quid prædicatur, veluti substantia de homine: atque ita parui refert, substantias intelligere separatas. alio vero modo, vt idem prorsus sit, quod quid erat esse; quod reuera impossi-
6. bile est. Ad 6. vere ostendit entis conceptum, præcedere cõceptum sapientis quoad nostrum intelligendi modum: ex hoc tamen fieri non potest, vt quidditatiue Deum intelligamus. Quamuis enim Deum esse sapientem primum, atque supremum intellexerimus; non ideo tamen quidditatiue ipsum cognoscimus, quia nimirum differentias illius vltimas atque proprias apprehendere non valemus.

C A P. III.

De cognoscendo Deo.

Intellectus corpori vnitus, diuinas non potest substantias quidditatiue intelligere.

QVemadmodum intelligibile creatum à sensu apprehendi non potest, ob proprij quidem obiecti diuersitatem; ita plane, imo longe magis intellectus copulatus, substantias separatas intelligere nequit. consequentia enim manifesta est: maior siquidem inter substantias separatas, atque intellectum copulatum, distinctæ naturæ, obiectique diuersitas esse probatur, quam inter intelligibile creatum, & sensuum naturam. substantiæ sane separatæ æternæ sunt & immateriales: intellectus vero humanus temporalis, & sine specie à materia assumpta minime intelligens. hæc sunt certe apud philos. clarissima: igi- *12. met. & 3 de ani.*
tur intellectus copulatus substantias incorporeas intelligere non valet. Item, si intellectus copulatus illas intelligeret, aut 2.
vtique per sui speciem, aut vero per species aliorum: sed per speciem intellectus fieri non potest; tum quia substantiæ separatæ phantasmatibus nequaquam repræsentari possunt; tum etiam, quia potentia passiua non superat actiuam; sed actiua, vt pote intellectus agens, sine phantasmate non intelligit: ergo. simile profecto erit iudicium de intellectu possibili: nec per aliorum species, alioqui per se minime intelligerentur. Deinde, in supernarum cognitione substantiarum, humani consistit intellectus beatitudo: sed nullus in- 3.
tellectus (diuino tantum excepto) naturaliter suam potest habere beatitudinem: igitur intellectus humanus, ex puris naturalibus substantias non cognoscit æternas. Adhuc, v- 4.
nius potentiæ naturalis, vel vnius naturæ, vnus est per se operandi modus, sed intellectus possibilis, suum habet à natura determinatum modum operandi, nempe phantasmata intelligere; nam internorum læsis organis sensuum, suo reuera nequit fungi officio, munereque intelligendi; amittit enim tunc phantasmatum adminiculum, quorum vsu atque ante intelligere consueuerat. virtutes namque sensitiuæ quæ intellectui ministrant, ita intellectui adhærent, & ille vicissim intellectus, vt altera non operante, altera cesset ab officio operandi. sed huiusmodi intelligendi modus substantijs non conuenit cœlestibus: quare manifestum est, substantias quidem separatas ab intellectu copulato intelligi non posse. Præterea, quicquid per se intelligitur, aut quid- 5.
ditas est materialis, aut certe per se sub ipsa contentum: quorum plane substantijs superis, neutrum conuenire intelligimus. omne enim quod intellectus copulatus intelligit, per abstractionem operatur. cũ autem substantiæ æternæ, nulla possint, neque per se, neque per suos effectus phantasmata efficere, quippe quæ sensu percipi nequeunt; nec vllus hic effectus sit, qui illarum possit adæquatam præ se ferre similitudinem. par igitur est, vt nullo modo quidditatiue à copulato hominis intellectu intelligi queant. Item, finiti ad infi- 6.
nitum nulla est proportio. sed prima substantia est infinita, noster vero intellectus finitus: igitur a nostro intellectu non intelligitur. Vlterius, intellectus possibilis, non ex sua sane 7.
essentia, sed ex aliorum potius intellectione seipsum intel- *3. de ani.*
ligit. nec ergo per se substantias intelliget cœlestes. tenet consequentia. si enim suam dum vult naturam intelligere, ope indiget aliena; quanto magis si supernas illas mentes intelligere satagit, suis id viribus efficere non valebit. Item, 8.
intellectus noster cum motu & tempore intelligit: sed Deus motum superat omnem, atque tempus: igitur à nostro non est intellectu perceptibilis. antecedens est philosophi 3. *de anima*. conseq. vero manifesta est. Item, sicut se habet intel- 9.
lectus agens ad intellectum possibilem, ita plane res materialis ad rem immaterialem: sed sicut primum ad tertium, ita secundum ad quartum: intellectus vero agens, non intelligit res materiales: igitur nec intellectus possibilis res immateriales; plus enim distant substantiæ diuinæ ab intellectu possibili, quam intellectus agens à rebus corporalibus, seu materialibus. Item, sicuti impossibile est vespertilioni 10.
in sphærã solis intendere; ita sane nobis impossibile est, dicit philosophus, diuinas cognoscere substantias. Ex his ergo atque similibus quamplurimis, inducti sunt nonnulli ad dicendum, substantias separatas ab intellectu copulato quidditatiue nequaquam posse cognosci.

C A P.

CAP. IV.

Resolutio dictorum.

De cognoscen. Deo.

3 de an. tex 46. Philosophus dicit nos ignorare diuinas substantias. 3. de an. 10

QVæstio mota est à Philosopho, vtrumne anima substantias intelligere possit separatas, quæ profecto de intellectu à corpore separato intelligenda non est: quippe, qui propter passiui intellectus corruptionem, reminiscendi officium amittit, secundum philos. clare etiam textus hoc ipsum innuere videtur. *Vtrum*, inquit, *contingit aliquod separatorum intelligere intellectum, ipsum non separatum existentem*: de hoc posterius erit considerandum. hæc autem quæstio, cum ad met. pertineret, in 9. met. soluisse videtur com. vltimo, vbi nos nequaquam decipi, sed ignorare potius asserit diuinas substantias. Ignorantia vero nostra talis non est, qualis est cœcitas. cœcitas enim esset, si intellectiuam vim non haberet aliquis: atque ita neque in præsenti, neque in futuro abstractas posset substantias intelligere, itaque illud 2. *met.* de vespertilione inductum exemplum, non impossibilitatem, authore Auerr. sed difficultatem demonstrat intelligendi. felicitas præterea hominis, quam in diuinarum consistere asserit 10. *Ethi.* cognitione substantiarum possibilis est; alioqui ad impossibile humanum desiderium tenderet, quod sine dubio absurdissimum est. substantiarum igitur separatarum cognitio nobis non est, vt cœcitas, sed difficilis, idque ob nostram paruitatem atque ignorantiam: quæ profecto ex nobis magis, quam ex illis prouenit. forsan, inquit 2. *met. com.* 1. difficultate duobus modis existente, non in rebus, sed in nobis est eius causa. nam intellectus possibilis, cum virtus sit passiua, actiuam, id est intellectum agentem non superat. porro intellectus virtus agentis à materiæ conditionibus abstrahit, atque substantiæ materialis quidditatem actu intelligibilem facit, non autem abstractæ substantiæ: cum enim sit immaterialis, ex se plane actu intelligibilis est. quam ob causam quidditas rei materialis obiectum est proportionatum, atque motiuum intellectus coniuncti, non autem terminatiuum. Virtus siquidem intellectus agentis, ad ea tantum se extendit, ex quibus phantasmata effingere potest: possibilis vero ab agente mendicat, quod sibi erit intelligendum. immaterialia autem non cadunt sub sensu, nec etiam sub phantasia: sola ergo substantiæ materialis quidditas, primo mouet intellectum coniunctum, non autem terminat omnino, atque explet actum intelligendi; fertur namque ad supernarum existentiam substantiarum, quas certe non quidditatiue, sed secundum quidditates intelligit. cognoscere enim quidditatem, per aliquem fieri potest conceptum à priori, seu à posteriori, quo rei quidditas attingitur. veluti, qui causam per effectum cognoscit, causæ attigisse quidditatem videtur. Etenim effectum suam inferre atque monstrare causam videmus: quidditatiua vero cognitio, per rei cognitæ essentiam fit, vel per speciem sufficienter repræsentatiuam, aut per effectum suæ causæ virtutem adæquantem. quia vero quidquid hic intelligimus, per species à phantasmatibus assumptas habemus, quarum nulla sufficiens est, ad quidditatem substantiæ abstractæ repræsentandam; alterius enim rationis, atque inferioris ordinis sunt; ideo quidditatiue non intelliguntur. Quoniam igitur hæc ita se habere videntur, manifestum esse puto modum intelligendi, quo intellectus coniunctus abstractas substantias intelligit; quæque sit causa difficultatis intelligendarum sane supercœlestium substantiarum: illarum siquidem quidditates, non autem illas quidditatiue intelligimus: quod si aliqui diuersa sensisse videantur, in idem profecto recidunt, & verbis magis quam rebus dissentiunt. Ex his patet, quid ad argumenta iam posita secundum nonnullos sit dicendum, nempe admittenda esse, & pro veris tenenda; intellectum copulatum, quidditatiue substantias separatas non posse intelligere, licet earum quidditates intelligat. ergo noster Mercurius diuinam illam faciem (quoniam manifestum est intellectum corpori coniunctum, diuinas atque abstractas substantias contueri non posse.) aut in exstasi, sicut Paulus, & Moyses, aut per claram aliquam intelligendi visionem conspexisse censendus est.

Ignorantia nostra qualis.

Virtus intellectus agentis & possibilis.

Illarum quidditates, non quidditatiue intelligimus.

Quâ Mercurius viderit diuinam Pymandri essentiam.

Mercvrivs.

Mens, Deus tuus, antiquior quam natura humida, quæ ex vmbra effluxit.

Commentum V.

PYmandrum, id est, Deum patrem, esse lumen, dictum est. nunc autem nobis opus est alterius rationem mentis, seu nominis manifestare. Ego, inquit Pymander, non solum sum lumen, sed etiam mens quippe spiritualis, à corpore libera, simplex, æterna, atque immortalis: cui omnia peruia sunt, & nuda, in actu semper consistens, cuius vita est summa delectatio. *Mens*, inquam, quia omnis principij ratio à me exoritur. à me verbum, quod est germen mentis, æterna generatione emanat: creatura vero, mundus, cœlumque profundum, cum tempore non æternaliter, sed in tempore condita sunt à me. Vnde Aratus poeta, quem Apostolus in Actis Apostolorum citare videtur, ita loquitur:

Pymandri Tomus Primus.

Demen tes Dei.

Ab Ioue principium facimus, quem dicere nunquam
Cessant ore viri: Ioue nam sunt omnia plena.
Atque hominum cœtus implet, simul æquora ponti,
Et portus: Ioue mortalis namque indiget omnis.
Eius enim genus extitimus.

Quam ob causam D. Paulus arguit Athenienses, qui Deum lapidis sculpturæ similem esse dicebant, *In ipso, inquit, viuimus, mouemur, & sumus.* *Act. 17.*

Parmenidis vero sic:

Vnde nefas ii qui est, includi finibus vllis,
Quem nulla vnquam rerum sollicitauit egestas.

Orpheus.

Et solum regem formatorem aspice mundi.
Vnum, ac sibi perfectus. sunt omnia ab vno.

Heliodus.

Sunt homines, diiq; vna ab radice creati.

Homerus.

Iupiter ante alios, & longe plurima cernens.

Vergilius.

Spiritus intus alit, totaq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Oraculum Apollinis.

Immortalis, ineffabilis, pater æterne, sacer, super mundis circumuertentibus inuectus, dominator in campis æthereis, vbi potestatis tuæ robur est defixum: indeque omnia despicis, pulchris, & auribus audis. exaudi filios tuos, quos dilexisti ad omne tempus. Tua enim supra mundum, & cœlum sydereum, aurea semper eminet, magna, æterna potestas. Tu es pater, & matris præclarum exemplum, & filiorum tener flos, existens forma in omnibus formis, & anima, & mens, & concensus, & numerus.

Pythag. Crasin vocat, temperamentũ, quasi moderamen, gubernaculumq; totius, omnium intelligentiarum, ac vitarum fons. Rogatus dæmon à quodam Thophilo, an ipse Deus esset, respondit ad hunc modum: *Est supra cœlestis vastitate, desuper fulgor, motus immensum auum. est autem inter beatos inæstimabilis, incomprehensibilis mens, pater magnus, cuius nomen sermone non capitur, in igne habitans.*

Arist. Deus, & natura nihil agũt frustra. nostri melior pars est mens, in illo nulla pars extra mentẽ. Mens est, quæ seipsam contemplatur, & contemplando est beata. vnica beatitudo est, quod seipsa fruatur. 10. *eth. Qui*, inquit, *secundum mentem operatur, & hanc excolit, is videtur Deo acceptissimus. Si qua enim cura rerum humanarum est diis, sicut apparet; vtique rationabile est eos delectari re optima, sibique proxima. hæc autem mens est: quam qui diligunt, redamari eos à diis, tanquam rerum acceptarum curatoribus, affirmant.* Addit adhuc & aliam rationem, quare Deus mens vocetur. *Mentem*, inquit, *qui dixit esse causam mundi, & totius ordinis, quasi euigilasse videtur, ad comparationem eorum, qui antea temerarie loquebantur.* Bene profecto constituerunt mentem, vnde motus fuisset omnibus rebus. mentem namque rerum omnium dicit esse principium: nam cum Deo det rerum principium; vtique etiam menti dedisse credendus est, quia mens est ipse Deus.

Chaldæus Vocat patricon Nun, paternam mentem: mens prima, omnia secundæ mẽti tradidit, quia omnia per verbũ suum Deus condidit. vnde humanum animum decerptum esse dixit ex mente diuina: mentem diuinam faciens implentem omnia, sed præcipue sapientum mentes. Ab hac mente omnium principio fulsere radij bonitatis, sapientiæ, veritatis omnes. Sed de hac mente multa diximus in Anaxagoræ positione. Ex his igitur patet, quare Pymander, id est, pastor humani generis se mentem nominet: est enim omnium rerum principium, omnisque generationis author; quem mente colere oportet, cum ipse sit mens ab omni concretione libera, æterna, actu semper videns, omnia fouens, penetrans vniuersa, super omnia existens, fersosque sese, qui est beatus semper scipso, à quo omnia, & sine quo nihil omnia.

Quare Pymander dicatur mens.

QVÆSTIONIS PRIMÆ

CAP. VNICVM.

Quare Deus vocetur mens secundum Theologos.

QVoniam dictum est ad mentem philosophorum, quare Deus mens appelletur, deinceps videndum, quid de hoc sentiant theologi. Inprimis autem occurrit sententia D. August. sic disputantis. *Mens,* inquit, *notitia, & amor, in nobis præsefert nunc Trinitatis imaginem per mentem Deum patrem, per notitiam Deum Filium, per amorem vero Deum Spiritum sanctum intelligendum.* Et reuere per mentem possumus intelligere actum primum perfectum, patris scilicet, respectu vtriusque actus secundi, nempe generationis Filij, & productionis Spiritus sancti: ille enim actus primus paternæ mentis, est fœcundus ad gignendum, & ad spirandum. hoc igitur nomen mens, rationem gerit perfecte parentis; nempe, quæ perfecte includit vtramque fœcunditatem notitiæ & amoris, Filij, & Spiritus sancti. In patre namque non solum est fœcunditas ad generandum Filium, verum ad spirandum Spiritum sanctum: & hoc quidem à se. Nam si pater fœcunditatem spirandi haberet ex Filij productione; illam à se non haberet, sed ab alio: sed omnia pater habet à seipso: igitur vtraque fœcunditas est in patre, & à se quidem. Quod si vnam tantummodo haberet, puta notitiæ; dubio procul non haberet perfectissimæ mentis rationem, quippe quæ altera careret fœcunditatis potestate: Mens igitur pater Deus, vtraque est fœcunditate plenissimus. Gregorius Nazienzenus: *Deus,* inquit, *instar mentis intelligitur, idque subobscure, & perexigee: non ex ijs quæ in ipso, sed quæ circa ipsum sunt, priusquam teneatur, effugiens, & antequam cognoscatur, euanescens, tantisper illuminans, id, quod in nobis principatum habet.* Vocetur enim mens, qui sola mente cognoscitur, sola mente cernitur; tametsi à mentibus creatis perfecte comprehendi non possit. Est enim mens penitus incomprehensibilis, infatigabilis, incircumscripta, illimitata, omnia replens, per omnia means, infinita, æterna. *Inter appellationes Dei* (inquit idem) *est hoc nomen mens: quam quidem nos mentem non concipimus, nisi in aliquo residentem. cuius agitationes sint cogitationes, nunc assentientes, nunc dubitantes: ex quibus Deo nihil tribuendum esse scimus. nam in hoc mens nostra laborat, vt è corporeis vinculis absoluta, diuinis nudis, & corpore rebus carentibus inhæreat, etiamsi per paruum temporis spatium hoc illi liceat habere. Dei siquidem & primæ causæ amore, & cognitione ardet rationalis natura nostra.* Damascenus dicit Deum esse rem infinitam, interminatam, infiguratam, intangibilem, inuisibilem, simplicem, incompositam: sed huiusmodi conditiones, atque naturæ, Deo optime attribui possunt: igitur, Deus est mens, id est, incorporeus, quia nullum corpus est infinitum, interminatum, infiguratum, intangibile, inuisibile, simplex, incompositum. Deus vero est huiusmodi: ergo. Item, quicquid circumscribitur, & passionis iniuriæ obnoxium est, non est immutabile: Deus autem est immutabilis. igitur Deus non est corpus, & consequenter Deus est mens, & non corpus: non qualiscunque mens, sed sicut dictum est, scilicet, stabilis, supereminens, supra ens, supra essentiam, supra cognitionem, supra omne quod intelligi, aut cogitari potest, ne dicam esse.

a. de Trin. cap. 4. Mens significat personam patris.

Nazianzenus orat. de nat. Dom. nostri.

Idem lib. 2. de Theolog.

Damascenus lib. 1. cap. 4.

Deus incorporeus.

MERCVRIVS.

Deus tuus, antiquior quam natura humida, quæ ex tenebris apparuit.

Commentum VI.

EGO, inquit Pymander, *sum lux, mens, & Deus tuus*: quod sane nomen in latinum ex Græca est appellatione translatum, Θεὸς, id est, timor, quod eum colentibus sit timor. Porro Hebræi, qui in Dei nominibus sunt prudentes, Deum nomen habere non posse asserunt; cuius nos cognitionem obtinere plenam non possumus. Nam, si substantiam ipsius, nomen significat, illius autem, cum sit infinita; profecto nomen inueniri non potest, quo, diuina proprie sit appellanda maiestas. Omnia igitur illius nomina attributa potius, quam substantialia esse affirmant. excepto quatuor literarum nomine, quod soli diuinæ conuenit trinitati. huius etymologia nescitur, nihilque cum alio participat; ideo non dicebatur, nisi in sanctuario à sacerdotibus sanctificatis, & solum in benedictione sacerdotis, & tunc etiam à sacerdote magno, & in die ieiunij sanctificationis gloriosæ, *Numeri, c.* 5 Dicunt autem nonnulli generans significare, alij vero essentiam, siue quia dat omnibus esse: alij, vnus & omnia, siue vnus omnia eminenter continens. Hoc autem nomẽ est ineffabile, cuius nominis literę, etsi quoad numerum quatuor, in veritate tamen non sunt nisi tres, scilicet, *Iod, He, & Vau*: ex eo autẽ quod (*He*) secundo ponitur, & quarto loco, quatuor esse censentur. Tres igitur huius nominis literæ, tres diuinas designant hypostases. Nam prima quidẽ, scilicet (*Iod*) quæ principium interpretatur, rectissime in diuinis patrem insinuat, à quo omnis emanat principij atq; originis ratio. *He,* quæ esse, vel viuere significat, filium ostendit, per quẽ omnia quæ sunt esse cœperunt, & quod factum est, in ipso vita erat. *Vau*, est copulatiua particula, quæ Spiritum sanctum exprimit, qui plenus patris, ac filij nexus nuncupatur. In illis autem literis, secunda geminatur: quia vtiq; secunda persona in trinitate, duplicem habet respectum: Pater enim est persona producens, non producta: Spiritus autem sanctus, persona producta, & non producens: sed filius, est persona producens, & producta: non immerito igitur in nomine illi admirabili, ineffabilique ipsius litera geminatur. Hoc autem nomen (*Ie-houa*) vnde falso aliqui putant Iouis nomen irrepsisse; cum literæ bene punctatæ, non Iouam reddant, sed *Ie-houa* efficiant, diuinam, vt diximus, significat naturam, sine mixtura, creaturæque communione. Non sic (*Adonai*) quod à verbo *Adon*, quod est dominus deriuatur. *Agla*, id est, æternus. *Sadai*, id est, sufficiens, quæ interdum creaturis communicentur. Nomen (*Ehie*) vel (*Eheieh*) id est, qui fui, est, & erit. hoc reuera nomen (qui est) Deo aptissimum esse, theologi affirment; comprehendit namque, veluti quoddam pelagus substantiæ diuinæ infinitatem: quodlibet enim alio nomine determinatur aliquis substantiæ rei modus. sed hoc nomen, qui est, nullum modum essendi determinat; ideo ipsum nominat pelagus substantiæ infinitum. Præsens etiam esse, non præteritum, atque futurum significat, quod solius Dei est proprium. Insuper non formam aliquam, sed ipsum esse ostendit, idcirco Deo aptissime tribuitur, cuius esse ab essentia non dissentit. Bene ergo dictum est Moysi, Dei nomen scire cupienti, *Ego sum, qui sum*, vel ego ero, qui ero, vt aliqui interpretantur. *Ille*, Mercurio ait, *ego sum Deus tuus*: de cuius certe nomine, ipse Mercurius dicit, nomen illius non posse humano ore effari. Et Delphicus Apollo, cuius nomẽ, nec verbo capiendum: Tu, inquam, dicis mihi, ego sum Deus tuus; sed vellem scire quid sit Deus meus. sed solue es domine, qui penuria sermonis comprehendi nõ potes. *Quid sit Deus* (inquit Dionys.) *nec intelligitur, neq; dicitur, neque nominatur, nec est aliquid eorum quæ sunt, neque apprehenditur in aliquo existentium: in omnibus enim, omnia est, & in nullo, nullum.* vnde Deus, nihil est omnium, & Deus est omnia: Deus nullum nomen habet, Deus habet omne nomen. *Deus vnus est*, inquit Mercurius, vnus autem nominis non eget; est enim qui sine nomine est: Deo igitur nomen non est, quia vnus est. Et iterum, *ineffabilis est*, inquit, *solo silentio prædicãdus*. Propterea Plato tantam esse ait vim Dei, atq; maiestatem; vt eum nec mẽte concipere, nec verbis enarrare quisquam possit. *Ego*, inquit, *sum Deus, antiquior quam humida natura*, quod chaos dicunt nonnulli. siquidem creaturam, creatori coæquari indignum est. *Antiquior igitur sum*, tum naturæ dignitate, antiquitateque; tum etiam temporis diuturnitate: quippe cum omnia sint à me, cœlum, tempus, omnisq; natura, & ego ante omnia: quæ profecto humida natura, siue indigesta rerum moles, *ex vmbra effluxit, siue ex tenebris apparuit*. Tenebras, seu vmbram vocat, informem rerum naturam: quæ postmodũ indistinctas rerum species, distincte, ornateq; visa est. Itaque ô Mercuri, inquit Pymander, *Ego sum lumen*: quippe, qui omnia luminis mei fulgore illustro, atq; foueo. *mens*, quæ omnia penetro, ab omniq; mixtura liber sum, & meipso beatus. *Deus*, quoniam omnia possum, nulloq; ore effabilis: *antiquior humida natura*, vtpote æternus, omniumq; verissimum rerũ principium, sempiternus, ingenitus, primus, & nouissimus, caput, & medium, atq; omnium finis. denique id, quo mens aliquid cogitari non potest, quo perfectius, atque potentius, nihil esse potest.

Quid significet nomen Deus.

Nomen 4. literarum.

Quod Deus sit.

Iod. He, & Vau.

Iehoua.

Adonai. Agla, Sadai. Ehie.

Ego sum qui sum.

Apollo Delphicus.

Dion lib. 7 de diuin. nom.

Plato in Timæo.

Expositio tex.

QVÆSTIONIS PRIMÆ

CAP. I.

Deum esse, omnibus constat,

POst textus elucidationem, nõ temere quærendum venit, an Deum esse sit omnibus notum. Plato, quomodo si Deus sit aliquis differat, inquit: *Quum à pueritia id diducimus: dum enim lacte nutriremur à nutri-*

Plato à pueritia didicit Deum esse 10. de leg.

Quod Deus sit. *à nutricibus; ad Deos affirmandos animum induximus: quippe qui à*
matribus, multa de illis iocata, serioque dicta, decantataque in orationi-
Quare eli- *bus audiuimus.* Perperam igitur sentiunt, qui Deos non natu-
qui dixe- ra, sed arte, & legibus quibusdam constare volunt, eosque a-
runt Deum lios alios, prout singuli secum consentientes lega sanxerunt.
non esse. vnde iunioribus impietas innascitur; vt credant non esse
deos. Improborum præterea iniustorumque hominum,
publice, priuatimque successus, qui licet reuera felices non
sint; vulgo tamen felices habentur; Dei cognitionem, atque
notitiam minus recte cogitantibus, confusam reddiderunt.
Aut enim deos non esse omnino, aut humana non curare
putauerunt. Porro, qui deos esse putant, nec facit vnquam
sponte impium quicquam, nec loquitur. faciunt autem, aut
dicunt impium aliquid in deos: vel qui deos esse negant, vel
qui etsi putant esse Deos; de rebus tamen humanis curare i-
psos minime arbitrantur: vel tertio, quamuis & sint, & de
hominibus curam habeant; facile tamen placari eos votis, &
Deum esse. sacrificiis opinantur. Deos autem esse, manifestum est: nam
1. ordo vbique à ratione procedit. sed vniuersi dispositio or-
dinatissima est, semper, & vbique talis: ab optima ergo ra-
tione procedit. Cum autem vnum sit vniuersum, vnum ve-
ro ex diuersis non fiat, nisi ab vno: consequens est, vnam esse
eiusmodi rationem. Deinde, naturalis cuiusque speciei in-
stinctus inanis esse non potest. sed hominis species immuta-
biliter ad deorum religionem fertur: deos igitur esse, claris-
Iamblicus. simum est. Vnde Iamblicus ait: Ante omnem rationis vsum,
inest naturaliter insita Deorum notio: imo tactus quidam di-
uinitatis melior, quam notitia; ex quo incitatur naturalis ap-
petitus boni, & ratiocinatio, & iudicium. *Haudquaquam ergo*
Damasc. *nos deserit Deus* (inquit Damasc.) *omnimoda sui circumfusos igno-*
lib. 1. c. 1. *rantia: quin imo cunctis cognitio (quod Deus sit) ab ipso naturaliter*
Cicero. *insita est, atque ingenita.* Cicero 2. *de nat. deor.* *Nulla gens est tam*
fera, nemo hominum est tam immanis, cuius mentem non imbuerit
Plotinus. *deorum opinio.* Plotinus mentis aciem diuino centro semper
Mens no- esse coniunctam arbitratur; sicut cœlum inferius, cœlo sub-
stra natu- limiori semper est vnitum, quoniam vero ratio inferior, at-
raliter que phantasia, ad vitæ sunt opera procliuiores, mentis aciem
semper est circa diuina laborantem non clare persentiunt: inde est di-
Deo con- uinam nos non animaduertere: sic interdum oculus aliquid
iuncta. præsens aspicit; sed quia phantasia in aliis occupatur, non a-
3. gnoscit. Adhuc, quotidie in ortu, & occasu Solis, ac Lunæ,
Græci, ac barbari, in secundis aduersisque rebus supplices
adorant: quo plane signo, deos esse protestantur. Huiusmo-
di autem adoratio non Solis est, & Lunæ, sed deorum, qui-
bus quotidie pro tanto luminis atque beneficij dono, gra-
Platonis tias persoluunt. *Qui ergo dixerunt* (inquit Plato) *principia esse*
rationes. *corporea, ignem, terram, aquam, aerem, & hæc omnium prima; ve-*
ram deorum naturam ignorauerunt: quod enim posterius est, id sane
prius posuerunt. Denique, qualis anima sit, quod ante omnia corpora
nata sit, & transmutationis decorisque corporis ipsa sit maxime o-
4. *mnium princeps, nescierunt.* Amplius, necesse est eum, qui se &
alia mouere potest, longissimo interuallo præcedere: cæte-
ros vero omnes motus, siue motores esse longe posteriores.
sed primus motor est huiusmodi: omnes igitur præcedat,
Decem spe- necessarium est. Decem enim sunt motus species, circuitus,
cies motus. localis, transitus, condensatio, rarefactio, augmentum, de-
crementum, generatio, corruptio, mutatio, siue alteratio in
alio ab alio facta, & mutatio ex se. Decimus motus est, quo a-
nima & se, & alia mouet. hic autem motus, tam generatione,
quam robore secundum rationem est primus. Nam quan-
do aliud ab alio mouetur, idque rursus semper ab alio; pri-
mum dicendum non erit, cum ab alio mouetur: antiquissi-
Motus po- mus igitur, potentissimusque motus est, quo aliquid seipsum
tentissi- mouat, & alia mouet. viuere autem dicendum, quod à se-
mus, quo ipso mouetur. Porro, *propter successus improborum, deos non esse,*
seipsum *aut illorum prouidentiam negare non debemus,* ait Plato: *ignoramus*
mouet. *certe ad quid eorum progressus vniuersa conducant.* Deos igitur esse
5. satis demonstratum est ex Platonis sententia. Adhuc, si quæ-
Plotini ra- dam in rerum natura inueniuntur, quæ cum in se multa sint,
tiones. loquit Plotinus, vnius tamen participatione sunt vnum: ac-
Enn. 5. cipiendum profecto est vnum ipsum, quod non participa-
lib. 5. c. 4. tione, sed ex seipso sit vnum. Ex hoc cætera profluunt, ipso
manente semper eodem. In numeris quidem manente vno,
secundum ipsum fit numerus: multo ergo magis, eo manen-
te vno, quod est super omnia entia, reliqua fiunt, atque facta
sunt. vnde quemadmodum in numeris, species vnitatis,
principij numerorum seruatur, neque singuli sequentes nu-
meri vnitatem æque participant; sic & in ordine rerum, v-
numquodque sequentium veri illius, primique entis spe-
ciem aliquam habet: & in numeris quidem, vnitatis partici-
patio, quantitatem in numeris produxit; hic autem vnius ve-
stigium, essentiam rebus impressit, adeo, vt ipsum esse, vesti-
gium sit vnius. Ex rerum ergo multitudine, Deum esse co-

gnoscimus. Adhuc, omne productum, ab aliquo producitur, Quod Deus sit.
tur, quia nihil seipsum producit: sed aliquid est, quod non est
ab aliquo productum, quia nimirum in essentialiter ordina- 6.
tis non est progredi in infinitum: vnum est ergo ens impro-
ductum, quem Deum vocamus. Nam productorum vni-
uersitas, aliquo indiget extra se existente: Illud autem, aut est
causatum, aut non. si causatum, de numero est ergo produ-
ctorum, atque ita non erit extra vniuersitatem causatorum
collocandum. vt sit igitur extra productorum multitudi-
nem, improductum sit, necesse est: sed hoc Deus est. Item, 7.
quæ inordinate fiunt, à casu vel à fortuna fiunt, 2 *phys.* sed pul- 2
cherrima gubernatio mundi, non solum non inordinate,
sed maxima cum ordinis pulchritudine fit, suis vicibus,
temporibusque, vniformes seruans naturæ leges, atque præ-
cepta: mundi ergo gubernatio, Deum esse clarissime osten-
dit. Omnis enim ordo à ratione est: qui si fuerit non interce-
ptus vsquam, & vnquam; à ratione, & quidem potentissima
oritur, quæ ipsum immutabiliter conseruat: rationi namq;
conuenit, ordinem constituere, immobiliter vero constitu-
tum conseruare, non cuiuscunque, sed potentissimæ est ra-
tionis. sed huiusmodi ordo in mundo cernitur: à diuina ergo
proficisci, necesse est ratione. *Etenim sicut ex motib. & ad-*
ministratione corporis, animam, quam non videmus, esse
intelligimus; sic ex administratione totius mundi, & regimi-
ne omnium creaturarum, Deũ esse cognoscimus. Amplius, 8.
omne quod mouetur à se, diuiditur in partem motam, & in
partem mouentem 8. phys. sed natura cœlorum mouetur à
se: igitur in partem motam, atque mouentem diuiditur. Sed
illa virtus mouens non potest esse corpus, neque à corpore
dependens, alioqui esset corruptibilis: datur ergo tertia sub-
stantia æterna, insensibilis, independens. Vnde aliquod est
mouens, inquit Auicenna, à se, hoc est, independenter: igitur *Auicen. 8.*
illud est extra magnitudinem. Antecedens patet, quia in es- *met. c. 3.*
sentialiter ordinatis, non datur processus in infinitum, vt di-
ctum est. Conseq. tenet: Omne reuera corpus, vel virtus in
corpore mouet dependenter, vel à partibus, vel ab aliquo a-
lio: aliquod ergo mouens, est à nullo dependens, à quo in
cæteris aliis ipsum esse, viuereque dependere, ait philos. & a- *Arist. 1.*
liis quidem clarius, aliis vero obscurius. Hoc autem primũ, *cal. com.*
atque summum ens, quod nunquam senescit, nullius praui- 100.
tatis est particeps, neq; bonorum alicuius indiget. Amplius, 9.
si istud, & istud indiuiduum, & sic de singulis, suum appetit
bonum. quanto magis omnia entia simul. Bonum autem v-
niuersi in ordine consistit, sicut idem ait, sed pluralitas prin- *Idem 12.*
cipum mala: vnus est ergo princeps. Adhuc, primum est *met. c. 52.*
causa medij, & medium est causa vltimi. sed remota causa, 10.
remouetur etiam effectus: quare primam causam esse, opus
est. alioqui effectus omnis periret, nullusq; vltimus appellare-
tur, neque mediæ causæ essent ponendæ. Præterea, si quæ- 11.
dam sunt in rebus possibilia adesse, & non esse: ergo aliquod
est necessarium semper esse. Anteced. manifestum est, Con-
seq. autem patet. nam dato opposito, tunc sequeretur nihil
modo esse, quod falsum est, quod enim possibile est nõ esse,
quandoq; non est igitur si omnia possibilia sunt non esse; a-
liquando profecto nihil in rebus extitit. quod si verum sit;
etiam modo verum est dicere nihil esse. Etenim quod non *Est omnino*
est, non incipit esse, nisi per aliquod, quod est. Si igitur nihil *aliquod ens*
fuit ens; aliquid incœpisse, plane impossibile fuit: atque ita *necessariũ.*
modo in rerum natura nihil esset. Oportet ergo aliquod ens
necessarium in rebus inueniri. Omne autem necessarium,
quod aliunde suæ habet causam necessitatis, primum dicen-
dum non est. Est igitur aliquod, quod per se est necessarium,
aliisq; communicat necessitatis causam, quem Deum appel-
lare possumus. Præterea si in rebus aliquid est boni, idq; per 12.
participationem, similiter pulchri, sapientiæ, & huiusmodi:
per se erit omnino aliquod bonum, pulchrum, atq; sapiens.
Conseq. patet, ex 2. *met.* in omni genere dari vnũ supremũ,
quod sit omnium aliorum, quæ sub illo genere cõtinentur,
hoc autem Deum esse dicimus. patet etiam hoc ex agentium
natura, quæ agit propter finem: sed quædam sunt sine co-
gnitione agentia, non à casu quidem, cum eodem semper
modo agant, ab aliquo igitur diriguntur ad finem: & hunc
nos Deum nominamus. Deum ergo esse, clarissimum est.

CAP. II.

Deum esse, fide tantum constare.

Nihil est ponendum, nisi sensibile fuerit, aut ex sensi- 1.
bilibus accidentibus colligibile; quia profecto o-
mnis nostra cognitio ortum habet à sensu: sed in re-
bus sensibilibus, earumq; accidentibus, vt dicebat
Heraclitus, *nihil inueniri potest, ex quo æternam aliquam esse sub-* *Heracli-*
stantiam demonstratione statuere valeamus: Deum igitur esse, fide *tus.*

potius, ac probabili quadam coniectura, quam demonstratione cognoscimus. Sane sensibilis ad insensibile, visibilisque ad inuisibile nulla est proportio. Porro ad distinctam alicuius notitiam, ducit nihil nisi illi æquetur, ad quod adducit. sed nihil Deo æquari potest, tum quia infiniti nulla esse potest imago, tum quia omnis species, atque creata similitudo, creaturæ potius est, quam creatori cognata, atque affinis: patet ergo, Deum non esse naturaliter cognoscibilem.

Obiectiones. Sed dices, motus circularis est perpetuus, vt dicitur 7. & 8. *phys.* alioquin ante primum motum, esset motus: igitur motor est æternus. Item, si tempus est perpetuum, vt quartus refert physicorum liber: motum quoque æternum fore, necesse est, & ex consequenti mobile, atque motorem.

Solutiones. Verum, vt ita dicam, somniant magis, qui talia sentiunt, quam demonstrant: nam motum non esse æternum, superius dictum, illumque per accidens ad mobilium vel inchoationem, initium sumpsisse asserimus. in mouentibus præterea datur processus in infinitum; cuius oppositum demonstratiue ostendi non potest.

2\. Amplius, omnis demonstratio, aut est per causam, aut per effectum, aut per causam remotam. sed Deum esse, nulla illarum demonstrari potest. non enim per causam, quũ Dei nulla sit causa, aut si fuerit, nobis plane posterius innotescit. neque per effectum, quia tunc esset petitio principij: Deum sane æternum esse, non nisi per effectum probari potest æternum, atque ita supponitur esse, quod erat demonstrandum. neque per causam remotam, quia ad solas pertinet conclusiones negatiuas. igitur Deum esse, demonstrari non potest.

3\. Item, Quod in infinitum captum superat intelligentis; ad illud intelligendum nullo modo potest naturaliter attingere, cum nullam habere possit æqualitatem: intelligentis vero ad intelligibile aliqua debet esse proportio, intelligibilitatis saltem. sed ille lucem habitat inaccessibilem: à solo ergo intellectu diuino, naturaliter esse cognoscitur, ab aliis vero per gratiam tantum. Plus namque distat, vt paulo ante diximus, intelligibile increatum, ab intellectu creato, quam intelligibile creatum à sensu. Sensus autem quum ad intelligibile creatum capiendum attingere non possit; multo minus increatum intelligibile esse, animus noster intelligere nequit.

4\. Item, si Deum esse omnibus constat, profecto illum esse necesse erit quoddam ens independens, primum, atque æternum. Tunc sic, aut huiusmodi ens erit à se, & quidem effectiue, aut ab alio. non ab alio sane, quandoquidem primum, atque independens, ab alio esse non potest. nec etiam à se, quia nihil seipsum generat. nec à se, vt finis: quemadmodum enim nihil efficit seipsum; ita profecto nihil est finis sui. Non à se ipso materialiter, vtpote ens, in quod materia cedere non potest, neque à seipso formaliter. vnumquodque enim est ens ex se formaliter, ex quo Deum non esse naturaliter cognoscibilem, clarissime patet. Quod si esset, aut plane necessario ageret, atque ita in vniuerso contingens esset nihil: aut contingenter, vnde prorsus omne necessarium destrueretur: quorum vtrunque falsum esse, omnibus patet.

Obiectiones. Sed dicet aliquis, certum est in rerum natura dari nonnullos effectus, tunc quæro, aut hi ius effectus sunt à se, aut à nullo, aut vero ab alio. non à se, quia, vt diximus, esset sui ipsius causa. nec à nullo; cum non ens, entis causa esse non possit. Ab aliquo ergo sit, necessarium est.

Necesse est dari vnam causam primam. Sed tunc de illo principio effectiuo similis erit quæstio: à quo nam sit. quare ad vnum deueniendum est principium, quod est omnium causa, finis, & exemplar, in quo omnia eminentissime continentur: Alioqui in essentialiter ordinatis, esset processus in infinitum quod certe est impossibile. Id autem sic manifestum fieri potest.

Ratio prima. Conditarum rerum vniuersitas, ab aliqua profecto causa essentialiter dependet: sed huiusmodi vniuersitas est condita, seu causata ab aliqua ergo causa proficiscitur. sed citra rerum vniuersitatem illa constitui non potest, nisi circulus contingat in causis, aut idem sit causa sui, quorum neutrum est admittendum: in essentialiter ergo ordinatis, vna est prima causa independens: vel rerum vniuersitas non erit causata, aut circulus in causis inuenitur, vel denique idem causa sibi seipsum.

2\. Adhuc, causæ essentialiter ordinatæ ad effectum producendum, necessariæ sunt: sed illæ per se sunt infinitæ: actu ergo adesse causas infinitas ad alicuius effectus productionem oportebit, quod reuera falsissimum est.

3\. Item, in essentialiter ordinatis, prius inuenitur, atque posterius, alioqui ordinis ratio penitus periret: prius enim est, quod primo cognoscitur esse propinquius. Porro in processu, qui in infinitum tendit, prius atque posterius inueniri non possunt, infinito namque huiusmodi aduersantur: in essentialiter ergo ordinatis, processus in infinitum minime inuenitur.

4\. Effectus præterea aliquis infinitos certe respectus haberet reales, vtpote ad infinitas causas relatus: atque ita à priori perfecte cognosci non posset. Sane causæ infinitæ nullæ perui æ sunt intellectui creato. Sed his respondere, non erit difficile: essentialiter enim ordinata, si ad aliquod vnũ, atque primum principium habitudinem habeant, illudque respiciant, veluti vnicum, atque primarium ordinis fundamentum; absque dubio, quæ hactenus recitata sunt argumenta verissima sunt. secus autem res sa habet, si alia ordinis ratio habeatur, nempe diuersas rerum naturas inueniri, quarum vna, cum altera sit nobilior, & ordinis, & entitatis, suæ profecto inferiori principium esse dicitur: sicque ignobiliorem semper à sua dependere nobiliori, idque in infinitum; vnde fit aliquis circulus, quo illud euitatur absurdum, vt idem scilicet non sit causa sui, atque à seipso. Ex quo patet, quod conditarum vniuersitas rerum, non sit aliquod vnum essentialiter, quasi ab vna dependeat causa extrinseca; sed potius vnum; quia quælibet illius pars à superiori, nobiliorique causalitatem habeat, atque entitatem. Prior itaque causa, atque superior, maioris est perfectionis, nec ideo ab aliis infinite distare debet, quemadmodum in numeris, vnus est altero superior, idque in infinitum: nullus tamen ab aliis distat in infinitum.

Deus sic. *Solutio.* 1.

2\. Nec obest illud, infinitas causas ad effectum producendum esse necessarias: tum quia non minus refert, vnam sane causam infinitam, Deum scilicet, in producendo huiusmodi effectu, necessariam esse, ac infinitas: tum quia immediata, ad id efficiendum sufficit causa, quamuis ipsa à sua producta sic superiori atque nobiliori.

3\. De infinitarum quoque cognitione causarum simile erit iudicium: æque enim impossibile est vnius causæ, & quidam infinitæ immensitatem comprehendere, & eiusdem generis infinitarum.

4\. Vnum sane infinitum altero maius non est. Soluitur quoque illa, quæ de ordine recitata est difficultas. saluatur siquidem in rebus amplissima essentialis ordinis ratio, etiam si non fuerit vna prima omnium causa efficiens, finalis atque amicentissima. vna quoque plane à sua pendet superiori, idque in infinitum. ex quo patet, vnum esse omnium principium, nempe Deum, fide constare potius, quam demonstratiua scientia, vt quidam speculatiui dicere videntur, prior tamen opinio communior est & verior.

C A P. III.

Deum esse, est per se notum.

Propositio per se nota. Voniam audiuimus rationes vtriusque partis, operæpretium erit, ad maiorem huius quæstionis declarationem, nonnihil addere, in primisque non ignorare, quid sit propositio per se nota; sic enim lucidius clariusque intelligemus, quomodo Deum esse sic per se notum. Porro eo dicitur propositio per se nota, quæ non per aliam propositionem, sed per suos terminos proprios in intellectu, huiusmodi terminos concipiente, euidentem causat veritatem. quod si ab aliquo non percipiatur intellectu, non minus tamen est propositio per se nota. exempli gratia: Homo est animal rationale, quoniam ex propriis terminis cognoscitur: est propositio per se: quia quantum ad se spectat, nata est facere intellectui se concipienti suæ veritatis fidem. itaque quæcunque propositio per se nota, cuicunque intellectui est per se nota, licet non sit actu cognita; quantum tamen ad illius terminos spectat, est euidenter nota.

Deum esse non esse per se notum. Porro Deum esse, est per se notum, accipiendo Deum sub propria ratione Deitatis, nempe pro hac essentia, vt à Deo, vel à beatis cognoscitur. illa enim extrema, scilicet Deus, & Est, nata sunt euidentem reddere illam propositionem. Deus est, cuilibet perfecte ipsam apprehendenti, scilicet intellectui diuino, & mentibus beatorum. propterea est propositio immediatissima, ad quam omnes enunciationes, quæ de Deo fieri possunt, quomodocunque concepto resoluuntur: secus vero res se habebit, si Deus ab intellectu apprehendatur, vt ens infinitum, vt summum bonum, & huiusmodi; tunc sane per se notum dici non potest.

Prima ratio. In causa est, quia propositio per se nota, cuilibet intellectui ex terminis cognitis innotescit, siue est per se nota. sed hæc propositio, Ens infinitum est, non est ex terminis omni intellectui euidens: terminos enim propositionis prius concipimus, quam ipsam per demonstrationem sciamus, vel eam credamus. atque ita ex terminis nobis euidenter notam non esse, constat satis.

2\. Item, illa propositio non est per se nota, cuius termini immediate non cadunt sub sensu: sed termini huius propositionis, Deum esse, sunt huiusmodi: ergo quod prius.

3\. Item, omne quod per demonstrationem haberi potest, non est per se notum: quandoquidem per se notum ex propriis terminis cognoscitur. sed Deũ esse demonstratur in 8. phys. & 1. met. Auicen cap. 1. ergo idem quod superius.

4\. Item, nihil est per se notum de conceptu non simpliciter simplici, nisi partes illius conceptus ad inuicem vniri, sit per se notum:

sed

Deum esse vnum. sed nullus conceptus Deo proprius, & non conueniens creaturæ, quem nos de ipso habemus, est simpliciter simplex; nec nobis notum est, partes illius conceptus ad inuicem vniri: ergo Deum esse non est per se notum. Sed posset aliquis
Argumenta. hic arguere Illud est per se notum, cuius notitia omnibus naturaliter est inserta, 1. *met.* sed eius, quod est Deum esse, no-
1. *Solutio.* titia omnibus naturaliter est insarta, vt dicit Damasc. *lib. 1. cap. 1.* ergo &c. Soluitur. Illa propositio, cognitio Dei est omnibus naturaliter inserta, bifariam intelligitur: vno quidem modo pro cognitione actuali, & id Damasceno nō probatur: *Nemo, inquit, in eodem cap. Deum nouit, nisi in quantum ipse Deus reuelauerit:* Alio modo accipitur pro potentia cognitiua, naturaliter nobis insita, per quam, in quibusdam conceptibus communibus Deum cognoscimus: sed tunc argumentum contra rationes propositas, militare nequaquam
2. conspicitur. Item, veritatem esse, est per se notum: sed Deus est veritas: igitur Deum esse, est per se notum. maior patet ex suo opposito: si enim nulla veritas, igitur verum est nullam
Soluitur. veritatem esse, ergo veritas. Soluitur, veritatem esse in communi, est per se notum. sed cum infertur, ergo Deum esse est per se notum, non valet propter fallaciam accidentis, à superiori ad inferius affirmatiue descendendo. Item propositiones, quæ habent ex propriis terminis neces-
3. sitatem secundum quid, eo quod ipsi termini entitatem habeant secundum quid, per se notæ esse dicuntur, sicut prima principia sunt per se nota ex terminis, qui tantum esse habent in intellectu. multo ergo magis illæ propositiones sunt per se notæ, quæ necessitatem habent ex terminis simplici-
Solutio. ter necessariis, cuiusmodi est, Deus est. Soluitur, propositiones dicuntur per se notæ, non propter maiorem necessitatem, sed propter euidentiorem veritatem, quæ plane in hac
4. propositione non inuenitur eo modo, quo dictum est. Item, omne simplex, aut totaliter cognoscitur, aut totaliter ignoratur. sed Deus est, huiusmodi, & non totaliter ignoratur: ergo totaliter à nobis cognoscitur. sed omne totaliter co-
Solutio. gnitum, est per se notum: ergo quod prius. Soluitur, Aliqua res duobus modis potest cognosci, vel in se, sine alterius adminiculo, quia ipsamet terminat actum intelligendi, & sic nihil quod est realiter Deus, potest hic à nobis cognosci, ita, vt nihil aliud, quam ipse Deus concurrat in ratione obiecti. Secundo modo cognoscitur in aliquo conceptu sibi proprio, & sic cognoscitur à nobis in conceptu, cuius partes abstrahuntur à rebus: dico igitur ad argumentum, illud quod simpliciter cognoscitur in se, aut totaliter cognosci, aut totaliter ignorari; quia nihil illius latere potest, quin totum lateat: sed Deus non cognoscitur in se, vt dixi: ideo hæc propositio Deus est, non est naturaliter nota. semper intelligendo sub ratione propriæ Deitatis, in hac vita, non autem sicut percipitur ab Angelis, & sanctis spiritibus, qui in illa felici & cœlesti patria degunt.

CAP. IV.

Deum esse vnum.

Rationes quod sit vnus Deus. EGo sum Deus tuus, inquit Pymander ad Mercurium, antiquior quam humida natura, Deus, inquam, tuus: non plores ergo dij. Sane Deus res est indeficiens, sine principio, sine fine, secundum o-
1. mnis perfectissimus. Quare si multos asserimus Deos, in multis etiam differentiam contemplari oportebit. etenim si nulla in ipsis differentia extiterit; vnus plane potius erit, & non multi. quod si differentia in ipsis, vbi nam quæso erit perfectio? siue enim secundum bonitatem, siue secundum virtutem, vel quæ sunt generis eiusdem, vnus subeat discrimen, à perfecta generaratione decidit, non itaque Deus erit appellandus si vero per omnia fuerit identitas: vnum po-
2. tius ostendet, & non multos. Deinde, quomodo etiam si multi diuersique sint, incircumscripti erunt, quandoquidem vbicunque fuerit vnus, nequaquam erit alter: atque ita circumscripti, quod Dei naturæ conuenire non potest. vnus
3. est ergo Deus. Item, si ad mundi regimen sustinendum vnus non sufficit, sed multis opus est; profecto minus habere singulos neruorum atque virium arbitrari possumus: quod quidem faciunt ij, qui esse multos Deos volunt. sed Deus mens æterna est, ex omni vtique parte perfecte consummatæque virtutis: vnus ergo sit necesse est: cuius potestas abso-
4. luta & perfecta retinet propriam firmitatem. Vbi præterea est diuersitas, ibi sane nascitur differentia; ex qua disceptatio inter eos & certamen oriatur, necessarium erit: sicut Homerus inter se Deos finxit bellatores, cum alij Troiam capi vellent, alij vero repugnarent. dissoluetur ergo mundus, ac corrumpetur, ob pugnam vtique gubernantium. Quod si dixeris, quia quisque parti principatur: tunc quæro, quis- *Deum esse vnum.* nam illis hanc ordinis distributionem distinxit? sane cæteris erit potentior, quem nos Deum, eundemque vnum iure appellare possumus.

Orpheus, qui est vetustissimus Poetarum, vt traditur, Deum *Orpheus.* verum *Protogonon*, id est primogenitum appellat, quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta generata: eundemque *Phanta*, id est apparentem nominat, quod cum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit atque extiterit. cuius originem atque naturam, quia concipere animo non poterat, ex aere immenso natum esse dixit. hunc ait esse omnium Deorum parentem, quorum causa cœlum condiderit, liberisque prospexerit, vt haberent habitaculum sedemque communem. Carmina autem eius sunt hæc.

Solum Regem aspice mundi.
Vnicus ex se natus, sunt atque omnia ab vno,
In his ingreditur, nec quisquam respicit illum
Mortalis verum ipse immensus respicit omnes,
Isq; bonis demptis, mala dat mortalibus atra,
Et sæuum bellum, & lachrymas, sæuosq; labores.
Nec quisquam est alius, nisi rex is maximus. illum
Non video: circum est etenim caligine septus.
Non sunt mortales acies mortalibus, atq;
Cernere non possunt regem, qui cuncta gubernat.
In cœlo aurato, robusto & præsidet axe.
Inq; throno sedet aurato, pedibusq; per ipsam
Ingreditur terram, Oceaniq; ad vltima, dextram
Porrigit vndique, montes ingentesq; tremiscunt.
Flumina, & cani fluctus, æquorq; profundum.

Sybilla quoque, quam Iustinus Philosophus vocat vetustissimam: *Vnus Deus solus est*, inquit, *supra omnem maiestatem ingeneratus, omnipotens, inuisibilis, videns ipse omnia, ab omni mortalis corpore non visus.* cuius carmina:

Sunt homines illi vere in tellure beati,
Qui magnum coluere Deum, & cecinere priusquam
Ad potumq; cibumq; adeant pietate decori.
Qui delubra oculis mox auferre videntes
Atque aras lapides, vita, & ratione carentes,
Sanguine pollutos animatum pecudumq;
Cæsorum, vnumq; Dei aspiciunt decus ingens.

Phocylides è priscis illis ante Platonem poetis, vt refert *Phocylides.* Suidas, de singulari Deo sic scripsit.

Est vnus, sapiensq; potens Deus, atque beatus.

Putat autem Suidas ex versibus Sibyllinis hæc Phocylidem desumpsisse.

Vnus solusq; est Deus, maximus ingenitusq;
At Deus est vnus, cunctis altissimus idem:
Sed Deus est vnus, summus, qui sydera fecit,
Cælum, phœbeiumq; iubar, lunaq; vxorem,
Frugiferam & terram, ponti fluctusq; tumentes.

Sane, si Deus non sit vnus, Deus esse non potest. Deus siquidem est summus, vt dicit Sibylla: sed huiusmodi plures esse non possunt: vnus ergo est Deus. sic enim Zenon argumentabatur. si duo vel plures sint, optimos atque præstantissimus Deus non esset, vnus certe alterum vinceret: neque enim posset omnia quæ vellet, neque posset esse vnus multis existentibus. proinde Sophocles, authore Cyrillo, contra Iulianum hæc scripsit:

Vnus vero duntaxat, vnus est Deus,
Qui polum creauit, & latum solum,
Pontiq; lætos fluctus, ventorumque impetus.
Mortales autem multi animo vagi,
Ereximus errorum & cladis, animi
Deorum simulachra, e lapidibus, materiaq;
Siue constructa auro, vel ebore.
His sacrificia, festosque celebramus dies.
Sic pietatem retinere credimus.

CAP. II.

Pythagoras.

PYthagoras, authore Plutarcho, & Cicerone, Deum quidem vnum esse dixit, in seipso totum in toto, omnes circumquaque generationes considerantem, est namque temperies omnium seculorum, opifex seu lumen suarum facultatum, & operum. In cœlo lumen, omnium pater, mens & animatio cunctarum rerum, & motus. Hanc Pythagoræ sententiam, Philolaos discipulus Pythagoræ, authore Philone Iudæo, literis mandauit, nonnulla adiiciens. *Princeps*, inquit, *& dux omnium Deus, vnus, semper existens, singularis, immotus, ipse sui similis, alius ab aliis.*

Archita etiam Tarentinus Philolai condiscipulus (teste

co) Quicunque, inquit, possit omnia genera rerum, ad vnum & idem principium resoluere, & rursus componere & connumerare: mihi sapientissimus maximeque veridicus esse videtur. insuper, pulchram speculam reperisse, ex qua possit contemplari Deum, & omnia, quæ in coordinatione, & serie eius separata sunt; hacque regia via aperta menti, recta pergere, cursumque conficere, principia finibus connectens: cognoscens, quod Deus est principium, medium, & finis omnium, quæ secundum ius rectamque rationem peraguntur. hic Archita inter Pythagoraos nobilissimus, diuinam resonat theologiam; Deum vnum confitetur, qui omnium est principium, medium, atque finis.

Deus est principium, medium, & finis.

Asclepius ad Ammonem Regem, *indefatigabilis,* ait, *spiritus est Deus, semper & eodem modo habens sua scientia: perenni felicitate, operationibus eisdem vtens ad omne tempus: supremus omnium rex, bonus Deus, tria sempiterna possidet, sempiternam potestatem, sempiternam sapientiam, sempiternam beatitudinem.*

Thales Milesius, authore Laertio, Deum vocat antiquissimum, ingeneratum, vtpote mentem, vt refert Cicero atque Lactantius, quæ cuncta ex aqua finxisset, nimirum *sapientiam æternam, solertissimam omnis pulchri bonique repertricem.* Cui consentit *Pythagoras*: *Animus, inquit, est Deus, qui vniuersas mundi partes, omnemque naturam commeans atque diffusus est, ex quo omnia vitam capiunt.* *Anaxagoras* Deum esse dixit infinitam mentem, quæ per se ipsam moueatur. *Antisthenes* multos quidem esse populares Deos, *vnum tamen naturalem*, id est, *summe totius artificem.* Vnde *Euripides* apud Plutarchum, nullum è fabulosis Diis, quos secula illa recipiebant, recepit; sed *vnam præpotentem, vniuersalem, semper animis occurrentem* esse asseruit. *Pindarus* propter pulchritudinem, ordinemque rerum cœlestium, & omnium bonarum inuentionem, appellat *Deum solertissimum opificem.*

Anaxagoras. Antisthenes. Euripides.

CAP. III.

Plato.

PLato in *Timæo*, rerum creationem exordiens, hoc diuino principio auspicatus, Marco Tull. interprete: Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire, & eum iam inuenteris, vulgo manifestare, difficile. Sæpe sæpius etiam, mundi fabrum, atque opificem, angelos alloquentem introducit. *Aspice,* inquit, *quemnam dicas opificem istum illum, an, qui facit omnia, quæcunque singulus quisque opificum. iste enim artifex, non modo omnia potest facere opifica, sed etiam facit omnia, quæ e terra nascuntur: & item animalia machinatur, cæteraq; omnia. & etiam seipsum, terram, cælum. & Deos, tum quæcunque sunt in cælo, & quæ in inferis sub terra. hæc inquam, vniuersa efficit ille in momento.* Duo autem sunt Deorum genera apud Platonem, quorum vnus est parens, Deus scilicet benedictus: intelligentiæ circumrotantes, & aliæ corporibus aereis, per vrbes, totumque mundum vagantes, duces, & principes rerum humanarum, vt ipse, & in symposio, & in legibus confessus est. hoc item in Critia siue in Atlantico retulit, quoties Deorum ortum nominat. Dei autem æternitas ex Platonis sententiis probatur. Si enim Deus nascitur à seipso, vel à nihilo, vel ab alio nasci potest. Necessario semper fuit Deus, à quo Deus ipse nasceretur. Si Deus est, non est natus ex nihilo, non ex aliquo alio. in æternum igitur fuit ipse sui causa: à se plane habet, quod est. non temere ergo se antiquiorem esse confessus est, quam humida natura. propterea vocat illum Plato mirabilem artificem, admirandæ sapientiæ archytectum, naturæ opificem. *Timæus* quoque *Locrensis*, Platonis magister, in sua quasi genesi, aut cosmopopeia, *vnum esse Deum, bonarum rerum principium* confitetur: cæteras autem socias causas appellat. Vnum itaque Deum esse atque æternum Plato manifeste protestatur.

Deum vocat parentem omnium. Cic. 6. & 10. de rep.

Duo Deorum genera apud Platonem.

Dei æternitatem probat Plato.

Timæus.

CAP. IV.

Aristoteles,

DIcimus autem (inquit) *Deum esse animal sempiternum optimum. quare vita & duratio continua & æterna existit Deo. hoc enim Deus est.* Deum igitur vnum, atque æternum esse clarissime docuit. Si enim essent plura animalia, seu principia simpliciter optima, vel certe essent æque perfecta, vel sane vnum esset altero perfectius. Quod si hoc secundum verum sit; tunc plane vnum esset simpliciter, & optimum animal, quo perfectius est nihil, quippe cum omnem perfectionis latitudinem contineat. Vnum ergo est animal optimum, & non plura. Nam si plura fuerint æque optima, atque perfecta; eiusdem profecto speciei erunt, atque plura numero: omnia vero huiusmodi, aut principaliter, aut concomitanter eiusque materia esse non possunt; ac proinde corruptioni obnoxia, vel saltem contingentia; quod de Deo ne dicam absurdum, verumetiam impossibile iudicatur, tum à philosophis, tum etiam theologis. Si plures (inquit *com.* 49) essent cœli, vt homines, foret principium circa vnumquodque specie vnum, numero vero multa. sed quæcunque sunt numero multa, materiam habent. sed primum principium non habet materiam, est enim purus actus: vnum ergo & numero, & ratione, est primum mouens. Quæ vero traduntur à senioribus, & antiquis, in fabulæ figura dimissa posterioribus; quod dij sunt hi, & quod ipsum diuinum continet naturam totam. *Com.* 38. Est, inquit, principium non contingens, sed simpliciter necessarium. ex tali autem principio dependet cœlum & natura. 2. Hoc autem primum principium *comm.* 38. substantiam primam appellat, primum & optimum semper eligibile, cuius gratia cætera mouentur. Insuper ad regimen legitime tuendum vnius sufficit boni, & optimi prudentia gubernantis. Sane, entia nolunt male disponi, pluralitas autem principum mala: vnus ergo princeps, 12. *met. vltima.* Etenim si plura prima principia simpliciter essent; aut vnus 3. quidem, atque idem effectus bis eueniret; aut certe simul tempore geminus esset. Primus namque cœli motus, vel geminus tempore, vel duo successiue fierent, vtpote effectus æque mouentis, atque potentis. sed neutrum istorum rationi consentit: itaque magna rerum omnium, si plura essent prima principia, orietur confusio, quam admittere non debuit sapiens, atque optimus mundi artifex. Adhæc, 4 1. *cœli, com.* 100. vnum esse dicit primum principium, à quo esse, & viuere cæteris communicatur, aliis quidem clarius, aliis vero obscurius. huiusmodi autem primo principio nihil est præstabilius; esset enim illud porro diuinius ipso. Sane, si omnium rerum, Deus est prima forma, efficiens, atque finis: si plura essent prima principia simpliciter; absque dubio, plures in mundo essent primæ formæ, causæque efficientes primæ, atque finales: quod reuera absurdissimum esset. singularium quidem rerum essent duo fines vltimi, æque perfecti: duo primi motores: causæ quoque primæ, atque formales. Non immerito ergo Parmenides omnia asseruit esse vnum (vt Plato refert in Parm.) ob vnitatem vtique totius dominium vniuersi gubernantis. Est autem Deus forma vniuersi, non instar animæ, corpus perficientis; sed cuiusdam potius extrinseci, entia profecto perficientis, ad suique amorem, atque similitudinem trahentis. Omnia siquidem entia pro virili, naturali mouentur desiderio ad illius similitudinem assequendam. Esse enim ab ipsa forma prima diuersimode mutuarunt, secundum quidem varios gradus distantiæ, diuersitatisque entium: Existente, inquit 8. *phys. com.* 81 quodam diuino, & optimo. Quoniam autem diuina perfectio est maxima (testante ibidem Auer.) profecto illi assimilari cupiunt entia vniuersa. forma igitur rerum omnium appellatur, quia ipsam imitari omnia gestiunt; similitudo vero in entibus est à forma; quæ 1. *cœli, com.* 92. ratio dicitur esse communicabilitatis. Itaque Deus est forma omnium. 12. *met. com.* 44. Non solum certe earum rerum, quæ via motus nobis innotescunt, sed earum etiam, quæ sunt per conceptus abstractos, vtpote entis, atque substantiæ, qui plane in prima forma, quæ est ens per essentiam eminentissime continentur. Duplex enim in formis modus est essendi, alter quidem materialis, alter vero abstractus. Porro secundum esse materiale, in potentia sunt in prima materia; in actu autem, seu potentia primi actiua motoris; ad cuius notitiam, per viam motus, ex mobilium cognitione formarum, ascendimus; secundum vero esse abstractum, nempe entis atque substantiæ, ad primæ formæ cognitionem adducunt. Ex his ergo, atque aliis, Deum esse vnum, apud philosophum, patet.

Arist. 12. met. 39. Deum esse animal.

Deos plures esse est impossibile.

Deum esse vnum.

Parmenides omnia dixit esse vnum. Deus est forma vniuersi.

Duplex modus essendi in formis.

CAP. V.

Theologorum rationes, quibus ostenditur, plures Deos eiusdem, aut alterius rationis esse non posse.

NIhil est summe perfectum, cui desit aliqua perfectio, simpliciter alteri incompossibilis; decet enim 1. huiusmodi, omnem perfectionis latitudinem intra se amplecti, vt sit, atque vocetur summe simpliciterque perfectum; sed Deus, est per omnem modum absolute perfectissimus, alioqui Deus dicendus non esset; vnus ergo est Deus, & non plures; vna quidem perfectio simpliciter, altera eiusdem rationis, nec separatim inueniri, nec vtcera potest melior, atque præstantior;

repu-

Deum esse unum. repugnat plane rationi, plura infinita esse realiter distincta. Deinde, si plura sint eiusdem rationis simpliciter prima
2. principia, quoddam plane impossibile esset admittendum, nempe plura esse simpliciter prima, nullumque eorum esse simpliciter primum, atque purum actum. Eorum certe quodlibet aliquid potentiæ haberet, ad illud scilicet ens simpliciter perfectum, quod ab ipso distinguitur: sed Deus sane est simpliciter simplex, purissimus, atque perfectissimus actus. plures ergo dij non possunt eiusdem esse rationis. Etenim quod eiusdem est rationis, non est determinatæ multitudinis: sed in infinitum potest augeri, ut individua multarum specierum: sed dij infiniti esse non possunt, essent enim infinita in actu; Deum siquidem actum, sive in actu semper esse, omnino necessarium est: plures ergo esse non possunt. Sane maior, atque perfectior ea dicenda est perfectio, quæ in pluribus, quam in uno esse invenitur, authore Augustino: sed infinitum ab aliquo superari non potest: in pluribus igitur divinam perfectionem inveniri est impossibile. Adde, quod si duo essent æque potentes, uterque illorum, alterum prohibendo nullipotentem faceret. unius quippe velle, altero impedimento esset, quominus suam exequi posset actionem virtutis; etiam si fuerint voluntate concordes; adhuc profecto neuter eorum esset omnipotens, alter namque omnipotens, quodcunque volitum possibile (se tantum excepto) sua quidem voluntate producere valet, ad quod alter attingere non poterit; atque ita non erit omnipotens; eiusdem siquidem effectus; in eodem plane causæ ordine, duas causas, & quidem totales esse, est impossibile; alioqui illius causa diceretur effectus; à quo revera, effectus, essentialem non haberet ordinem dependentiæ. nam à nullo aliquid ita essentiali dependere ordine existimandum est, ut sine illo sit producibile; hoc autem in absurdum esset incidendum, si duæ causæ totales eiusdem essent effectus; siquidem, una deficiente, altera sufficeret, & altera non existente, altera produceret. Patet ergo plures Deos eiusdem
3. rationis simul esse non posse. Adde adhuc philosophi rationem, 12. met. de universi ordine disputantis. Omnia certe, quæ in universo esse videntur, ordinem habent ad invicem; sed diversa in unum non coirent ordinem, nisi ab uno; unius quippe per se, unum est causa; multa vero, unius causa sunt per accidens, quatenus, scilicet, unius rationem subeunt; unus igitur est Deus, ens perfectissimum, quo omnia reducuntur in unum; alioqui ens appellaretur, & imperfectum, & per accidens potius, quod omnium est absurdissimum.
4. Iterum, Deus est simplicissimus, ergo unus, & non plures. id enim, unde singulare est hoc aliquid, multis communicari non potest, ut hic homo, in multis nullo modo inveniri potest, destrueretur plane individui natura: Sed idem est Deus, & hic Deus, cum sua sit ipse natura, suumque
5. esse; unus ergo est, & non plures. Item, quod est maxime ens, est maxime unum, siquidem unum, ens dicitur esse indivisum. sed Deus est maxime ens, maximeque indivisum, tum quia esse ipsius, ab aliqua non est determinabile natura; quippe cum per se sit subsistens, modisque omnibus illimitatum; tum etiam, quia nullum divisionis modum subire potest. Quare Deus, non solum est unus, sed etiam maxime unus. Quamvis enim, ut 4. met. dicitur, unumquodque ens per suam substantiam, atque essentiam unum esse dicatur; substantia tamen cuiuslibet non æqualiter habet se ad unitatem; est enim quorundam substantia ex multis, atque ideo non ita unum, sicut illa, quæ omnino est una, simplex, atque perfecta. Itaque eiusdem rationis, eiusdemq; respectus deos plures esse in universo, est impossibile. Alterius quoque rationis plures deos esse, æque est impossibile; intellectus enim divinus, omne revera intelligibile, perfectissime intelligat, necesse est, nempe omnibus profecto modis, quibus est intelligibile, si divinus est intellectus dicendus. *Alterius rationis Deos plures esse est impossibile.*
1. Verum, si duo in universo dij invenirentur, unus sane alterum perfecte non intelligeret, atq; ita infinitus nequaquam esset appellandus. Nam, si unus, alterum per eorum essentiam non cognosceret; imperfectam plane illius haberet notitiam; unumquodque enim perfecte cognoscitur, si illius essentia cognoscatur, aut in se, aut in alio, in quo eminenter continetur. atqui in alio contineri, divinæ omnino repugnat naturæ; nullo ergo modo, sic unus, alterum perfectissime Deum cognosceret. Quod si dixeris, unum ab altero per essentiam cognosci, tunc plane hoc sequetur absurdum; ut actus intelligentis, posterior sit essentia intellecti; actus cognoscendi, qui non est idem cum suo obiecto, eo semper est posterior, cum non sit prior, nec simul natura. Si autem Deus est actus purus, posterior vero essentia intellecti, huiusmodi sane Deus vocari non potest. Adhæc, unus, nequa-
2. quam omne diligibile, nempe alterum Deum infinite diligeret: naturaliter certe plus se, quam alterum diligeret, cuius non est pars, atque effectus. sed voluntas libera, si recta fuerit, naturalem imitatur: non ergo unus, alterum infinite diligeret, nec ex consequenti, quantum esset diligibilis. sed tunc voluntas, non esset infinita, quod Dei non congruit naturæ Sed posset aliquis respōdere, unum intelligere alterum, non quidem per substantiam intellecti, sed intelligentis: nec obest illud, quod infertur, nullam, scilicet, essentiam, alterius esse rationem intelligendi, nisi aliquo ipsum modo contineret: cum in esse saltem intelligibili contineat: huiusmodi, pro dignitate divini intellectus, cuius interest perfectissimum intelligibile, perfectissime intelligere. Sed dices, Deus perfecte cognoscitur per suam essentiam, alter vero Deus, per suam ipsius, & non per alterius essentiam cognoscit: imperfecte igitur, & confusa intelliget. Respondeo, verum esse argumentum ex parte Dei seipsum intelligentis, non autem ex parte alterius. eadem quoque facilitate aliam solveret rationem. Etenim si duo æque sint bona perfectissima, atque simpliciter prima, secundum legitimam amandi legem, voluntas humana, non magis unum, quam aliud diligeret: quanto magis voluntas divina, quæ sibimet lex est legitime amandi. Iterum instas, aut unus Deos fruitur alio Deo, ipsum diligendo, aut utitur. si autem utitur, abutitur ergo, abusus enim est uti fruendis. si vero fruitur, abutitur seipso, quia duobus æque frui non possumus. Dico, unum frui altero, nec se, nec illo uti, sed rebus profecto omnibus, quæ non sunt Deus. Pater certe, ut dicunt theologi, à filio in esse personali distinguitur, nec tamen se magis quàm filium diligit. Adhuc arguis: voluntas semper tendit ad maius bonum, ergo non sunt plores dij. tenet consequentia: nam bonum, quo magis extenditur, aliisque communicatur, eo magis sane est bonum: maius ergo bonum est, plures esse Deos, quam unum. Quare unus, voluntatem amantis non explebit, utpote ad maius bonum, nempe ad plures Deos tendentis. sed falsum est, Deum, voluntatem diligentis quietare non posse. plures ergo Deos ratio nulla admittet. dico, ambo non esse maius bonum quam unum, quia nimirum intensive unus non esset altero maior, est enim unusquisque eorum infinitum, atque supremum bonum. extensive vero sunt maius bonum, quia plura bona, quod tamen non impedit voluntatem diligentis. *Deū esse vnum.* *Obiectio.* *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.*

CAP. VI.

Deum esse unum probatur.

Rationes.
1. QVamuis multa dicta sint, quæ huius 16. fidem facere valeant, aliquid tamen dicere, non erit inutile. Veritatis ergo astruendæ causa, hæc ponenda esse putaui. Porro Deum esse unum, ex infinito intellectu ita probari potest. Si essent duo Dij, aut unus intelligeret alterum, aut non. si non intelligit, imperfectus ergo, & per consequens, Deus minime est appellandus. si vero intelligit, aut per suam essentiam, aut per essentiam alterius Dei: si per suam essentiam, igitur non est Deus; quia non perfecte intelligit, nempe alium Deum per propriam illius essentiam; tunc enim res perfecte cognoscitur, quando per propriam ipsius rei cognitæ essentiam cognoscitur. Essentia autem alterius Dei, in nullo perfectius, quam in ipso Deo includitur. Si autem unus Deus intelligat alium Deum, non per suam, sed per Dei intellecti essentiam: igitur non est Deus, actus enim eius posterior est obiecto. sed actus Dei, qui est eius vita, non est aliquo obiecto posterior: Deus ergo est unus. Se- 2.
cundo, unius potentiæ non sunt duo obiecta adæquata. Sed si essent duo Dij. tunc illud absurdum sequi necesse esset: unus enim Deus haberet pro obiecto adæquato suam essentiam, & alterius quoque Dei essentiam, quod fieri non potest. Item ex infinita voluntate itidem ostendi potest: unus 3.
siquidem Deus, aut alium tanto prosequetur amore, quanto sane est prosequendus, infinito scilicet, aut non. Non autem infinito amore, eo quod nihil diligat aliud, sine amore prosequatur, quanto se prosequitur, cuius non est pars, neque ab eo dependet. Sed unus Deus non est pars alterius, neque ab eo dependet. Igitur unus Deus non prosequetur amore alium Deum, atque ita illius voluntas erit perversa: quippe qui non tanto amore alterum Deum diligat, quanto est diligendus. Quarto, aut unus Deus fruitur alio, aut utitur; non 4.
quidem fruitur, alioqui haberet duo obiecta æqua perfecte beatifica, quod fieri non potest. neque utitur, magna siquidem esset perversitas voluntatis, uti fruendis. sed in Deum non cadit huiusmodi perversitas voluntatis: ergo quod prius. Adhæc, Deus est ens summe, & ultimate ne- 5.
cessarium: igitur non sunt plures, sive duo Dij: qua enim ratione duo sunt, eadē ratione, & infiniti: cum enim ulti-

Deum esse vnum. mate necessaria, multiplicationem ignorent, sin duodenarium numerum excreuerint, pariter & in infinitum. Deni-
6. que vnus Deus vellet Petrum producere, alius vero nollet:
Tunc quæro, aut Petrus producitur, & sic vnus illorum ab
alio vincitur, atque ita Deus nequaquam appellabitur: aut
non producitur, & tunc simile erit de altero iudicium. Nec
valet dicere, eiusdem esse voluntatis, propterea quod in eodem ordine causæ, eiusdem effectus non possunt esse duæ
causæ totales. Effectus enim ab vna causa productus, ab alia
produci non potest: quia vtraque causa est infinita: pluritas
Deum vnum esse ordo creaturarum ostendit. quoque non est sine necessitate ponenda: vnus igitur mundi
Princeps, & non multi: vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, cuius vnitatis testis plane est vnitas creaturarum. Solis multi quidem radij, sed vnum lumen: rami
arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum: ex
vno fonte riuuli plurimi defluunt, vnitas tamen seruatur in
origine: vno Rege bene regitur regnum, modo in seipso
non fuerit diuisum: vno patrefamilias, domus recte gubernatur: vno duce exercitus fortitudo, & administratio consistit: vno gubernaculo, & quidem paruo, nauis inter vndas
feri Maris, & concitatos fluctus, optime dirigitur: vnus pastor ouium, cuius prouidentia oues legitima pascuntur: vna
est tunica Christi, hæc tunica scindi non potest: vnum
corpus Christi; dissidio compaginis separari non potest,
nec diuulsis laceratione vulneribus discerpi: quicquid à matrice discesserit, seorsum viuere, & spirare non poterit, substantiam salutis amittit: *credentium erat cor vnum, & anima vna,*
Actor. 2. *Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ electa genitri-*
Cant. 6. *ci suæ. Vnus spiritus, vna spes vocationis nostræ* Vna Archa Noe,
Ephes. 4. extra quam concessa est vita nemini: vnus agnus paschalis,
in vna domo comedebatur: vnum erat regnum Dauid, deinde Salomonis, sed post mortem Salomonis, scissum est
3. Reg. 11. regnum, sicut prædixerat Achias Propheta. At tunica Chri-
Tunica Christi. sti tota contexta est per totum, tota sibi cohæret, diuisa à possidentibus non est. Sacramento vestis & signo declarauit
Vnitas. Dei, & ecclesiæ vnitatem. In Euangelio *Ioan. 10.* monet ipse
Dominus, quod erit vnus grex & vnus pastor: *Obsecro vos,* in-
1. Cor. 1. quit Paulus, *vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis autem compositi in eodem sensu, in eadem scientia.* Et, *Sollici-*
Ephes. 4. *ti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Carnes agni extra illam domum non comedebantur. *Qui habitare facit vnanimes
in domo,* dicit Psal. 67. In domo Dei vnanimes habitant, concordes, & simplices perseuerant. Ideirco & in columba venit spiritus sanctus, simplex animal & lætum est, non felle amarum, non morsibus sæuum, non vnguium laceratione
Ioan. 4. violentum. *Ego & pater vnum sumus.* In Apocalyps. 4. *Seraphim
non habent requiem die ac nocte, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus*
Deut. 6. *Dominus,* non Domini, Deus, non Dij Sabaoth. *Audi Israel
Deus, Deus tuus, Deus vnus est.* Huic sententiæ astipulatur Pau-
Rom. 9. lus. *Idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.* Et
11. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor,*
Deut. 32. *& gloria in secula seculorum, Amen.* Et, *Videte quod ego sim solus, &
non sit alius præter me. Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam,
& ego sanabo, & non est, qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad
cælum manum, & dicam: viuo ego in æternum.* Propheta regius
Psal. 17. Psaltes ait: *Quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter
Deum nostrum?* Similiter *Psal. 46.* *Quoniam rex omnis Deus, regnauit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam.* Et
Psal. 47. Ad eundem modum vnius Dei regnum, & æternitatem ostendit. *Hic est Deus, Deus noster in seculum, & in seculum
seculi, ipse reget nos in secula.* Psalmo autem 82. Deum compellat, inuitatque ad punitionem eorum, qui Dei populum diris, & miris iniurijs, & damnis affligebant: *Deus quis similis
tibi,* inquit, *ne taceas, neque compescaris Deus. vt cognoscant, quia nomen tibi Dominus, tu solus altissimus in omni terra.* Vnus ergo altissimus, non plures altissimi. vnde Psal. 73. oratorie describit vnius Dei dominium: *Tu,* inquit, *confirmasti in virtute tua
mare: tu contriuisti capita draconum in aquis: tu dirupisti fontes &
torrentes: tuus est dies: tua est nox, tu fabricatus es auroram & Solem: tu fecisti omnes terminos terræ, æstatem, & ver tu plasmasti.*
Hæc omnia fecit Dominus propria virtute, non alieno suffultus auxilio. Vnus ergo Deus. Quam ob causam *Psal. 85.* ait
idem Propheta, *non est in dijs,* hoc est, in angelis, *similis tui Domine, & non est secundum opera tua. Omnes gentes adorabunt coram
te, & glorificabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu, faciens mirabilia, tu es Deus solus.* Item, *Psal. 134.* *Ego cognoui,* inquit, *quod
magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus dijs. Omnia quæcunque voluit, fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.* Quomodo ergo poterit esse alius Deus, si ad vnius Dei
nutum omnia mouentur, omnia obediunt,
agunt, & aguntur?

CAP. VII.

Deum esse vnum.

Plures Deos esse, non est impossibile.

Contra prædicta, quæ verissima sunt, posset aliquis 1.
sic argumentis pugnare: Omne possibile, & melius in sempiternis, est necessarium, ex 2. *cæli.* sed meliora sunt plura bona, quam vnum bonum: plura
igitur bona ad constitutionem vniuersi sunt necessaria. Porro, summum atque verum bonum, Deus est: igitur plures
Deos esse, necessarium est. Iterum, si bona à bono, mala vero 2.
à malo proficiscantur, multa igitur sunt prima principia; alioqui mala, & bona indifferenter à malo, & bono proficiscerentur principio. Item, vnumquodq; perfectum dicitur, 3.
lib. meteor. & 2. *de ani.* si potest producere sibi simile: sed Deus
est perfectissimus: sibi ergo similem ab æterno produxit; in
perpetuis enim non differt esse à posse, 3. *phy.* Item, intelle- 4.
ctus noster potest plura prima principia, seu plures Deos intelligere, ergo sunt plures dij: patet sequela, nam plus potest
intellectus diuinus, siue Deos facere, quam noster intelligere. Adhuc, si ista est vera, Deus est; ita quoque hæc, dij sunt. 5.
nam quemadmodum singulare, includit singulare, ita etiam
plurale, plurale; singulare enim, atque plurale idem significant. Omne præterea ens per participationem, ad aliquid ta- 6.
le per essentiam reducitur: sed cuiuscunque speciei indiuidua participatiue sunt entia, alioqui non essent multa numero: igitur ad aliquod illius speciei ens per essentiam sunt reducenda. vt aliquis homo, ad hominem per essentiam, aliquis angelus ad angelum per essentiam, atque ita de alijs naturæ speciebus; quæ quum sint multæ, multa quoque entia
per essentiam constituere videntur. Adde, Deum esse vnum, 7.
fide potius, quam naturali constat ratione: nam si diuina vnitas, à naturali posset ratione indagari: essentia profecto diuina, sub singularitatis respectu, ab ipsamet posset naturali
ratione cognosci; vt, hic Deus, secundū propriā determinatamque rationem, quod falsum omnino est. Deinde, vnitas 8.
Dei, aut realiter differt ab ipsius bonitate, aut ratione, vel saltem formaliter si realiter, tum plane plurium compositio in
Deo erit collocanda: sed quicquid est in Deo, est Deus: plures ergo erunt. si vero ratione: aut talis ratio in re habet fundamentum, aut non: si autem non habet, figmentum est similis: si vero sic, tunc primum sequetur, etiam ex natura rei,
quod si formaliter, in idem profecto incidere oportet, vt
plures scilicet Deos formaliter esse dicamus. Item Deus non 9.
est vnum, quod est principium numeri, quia in eo non est
quantitas. nec vnum transcendenter, quia in eo non est privatio; huiusmodi vero vnum, priuationem dicit: igitur
Deus non est vnus.

CAP. VIII.

Soluuntur argumenta.

Ad primum, negatur minor, nam pluralitas princi- 1.
pum est mala, plures præterea Deos esse, est impossibile, neuter sane Deus diceretur, vt paulo ante dictum est: vnus enim, perfectionem complectitur
omnem, quæ haberi potest. Quare pluribus bonis, quæ rerum natura esse videntur, ratio illa conuenit, idq; secundum
voluntatem omnia gubernantis. Ad 2. bifariam primum
principium intelligi potest: aut siquidem primum simplici- 2. *Causa mali.*
ter, & ita vnum esse opus est, à quo mali aliquid esse non potest: Bonus est Deus, inquit Plato *dial. 2. de rep.* nullum autem
bonum noxium est; aut primum alicuius, scilicet ordinis, & ita plura sunt prima principia secundum plura causa- *Si datur summum bonum ergo summū malum.*
rum genera, vt materiale principium, formale, & huiusmodi, quæ ad rem non pertinent. Dicis, si vnum contrarium est
in mundo, & alterum etiam esse, necessarium est, authore
philosopho, 2. cœli. sed primum bonum, atque summum esse confitemur, à quo bona cuncta procedunt: summum
quoque malum in quo omnia mala, ponendum est. Dico,
priuationem, atque habitum nata esse fieri circa idem. Porro priuationis subiectum, est ens in potentia: malum autem,
cum sit priuatio boni, illi profecto bono opponitur, cui annexa est, atque coniuncta potentia, non autem actui purissimo, cuiusmodi est Deus. Summum ergo malum, vocabulo potius, quam re, summo bono aduersatur. Nihil sane ita malum est, quin saltem habeat esse, quod est bonum naturæ; alioqui seipsum ferre non posset. 4. *eth.* Illi præterea bono, cui
auferri, aut minui aliquid nequaquam potest, priuatiue, aut
contrarie opponitur nihil. Quare particulare malum, directa summo non opponitur bono, sed particulari potius,
cuius plane priuatio esse cognoscitur. Ex his ergo apparet 3.
sum-

Deum esse unum. summum malum inueniri non posse, sed quædam particularia quæ ex boni alicuius particularis priuatione proficiscuntur.
3. Ad 3. authoritas illa, generabilibus, corruptibilibusque conuenit agentibus, non autem substantiis separatis. Angelus siquidem quispiam, alium sua quidem virtute producere nequit, quanto magis Deus, alium non potest producere Deum. Et tamen, Deus productus, Deus dici non posset, quandoquidem producentem, natura, atque tempore, productum anteire, necessarium esset. hæc autem intelligenda non sunt de filij Dei atq; spiritus sancti productione, de qua citius sumus locuturi.
4. *Non erit impossibile omne verbum.* Ad 4. negatur sequela de intellectu phantastico: multa certe phantasia cogitare potest, quæ propter ipsorum repugnantiam, etiam Deo factu sunt impossibilia. Quare illud euangelij, Non erit impossibile apud Deũ omne verbum, de illo certe intelligendum est, quo rationalis syllogizat intellectus, quodq; contradictionem non implicat.
5. Ad 5. singulare proprie Deo conuenit, nam vnitas, Dei est proprietas: non sic autem plurale, quia Deo non competit multitudo, atque distinctio naturæ, siue in natura. quando ergo dicis singulare, & plurale significant idem; negatur assumptum. nam singulare, vtpote Deus, congruum atque aptum habet modum diuinæ maiestatis significandæ. plurale vero, id est, dij, repugnantem potius, atq; dissentientem, falsam sane rationem complectitur. Non valet ergo illatio, nimirum plurale verum esse de plurali, sicut de singulari, singulare cuius enim ratio falsa est, illius verum est nihil.
6. *Ens perfectum duplex.* Ad 6, Ens perfectum, dupliciter considerari potest, aliud enim absolute, in quod nulla cadit imperfectio, ad quod plane, perfectissimum reducuntur omnia: aliud autem perfectum est in suo genere. verumtamen quia est ens creatum, atque ita ex se annihilabile, ideo omnibus modis perfectum nequaquam erit appellandum. Ex quo apparet, omnes homines, ad vnum hominem reuocandos non esse, neque omnes angelos, ad vnum ipsorum. Non sunt ergo ponenda plura per essentiam principia, pluresque dij.
7. *Scriptura Deuter. exponitur.* Ad 7. quamuis ex *Deut.* 6. habeatur Deum vnum esse, naturali tamen haberi potest ratione. sed consuluit scriptura hebeto, crassoque populi insanientis auditui, ne in dubium verteret, quod natura constat esse manifestum. tutior ergo illi, atque facilior fuit scripturæ authoritas, cui assentians, argumentorum volubilitate non quateretur. Ex hoc tamen non sequitur, rationibus constare non posse.
Deus vnus est. Dicis, si cognoscitur vnus Deus, ergo hic Deus: Negatur conseq. cognoscimus certe Deum vnum esse sub singularitatis vero ratione, minime. cognosco sane Mercurium hominem esse particularem, sub propria tamen singularitatis ratione, nequaquam.
Obiectio. Dicis, intellectum, aliquid inesse Mercurio cognoscere, est impossibile, absque extremi vtriusq; notitia: quare, singularitatem Mercurio inesse, si cognouerit, singularitatis quoq; rationem ipsum fore cognosciturum, dubium debat esse nemini.
Solutio. Respõdeo, quod dum intellectus Mercurium cognoscit esse singularem, etiam singularitatis rationem cognoscere; sed sub communi quadã ratione, quæ cæteris potest conuenire indiuiduis, non autem sub propria, ob quam ab alijs secernitur, atque distinguitur. Itaque Deum in hac vita per suam essentiam, singularitatemque non cognoscimus, sed per quædam communia, quę pro obiectis cognitis, nobis deseruiunt.
8. Ad 8. vnitas, atque bonitas Dei ratione quidem differunt, non solum certe ex parte rei ratiocinantis, sed etiam rationabilis; nec tamen essentialiter, sed secundum diuersum nostrum intelligendi modum, de quo inferius, cum de Dei attributis erit agendum.
9. Ad 9. vnum transcendens, quod cum ente conuertitur, Deo conuenit, nec inde sequitur realem aliquam in Deo esse priuationem, sed in nostro potius intelligendi modo.

DE FILII DEI GENERATIONE.

Mercvrivs.

Mentis vero germen, verbum lucens, Dei filius.

Commentum VII.

Cap. 5. Diuinam absconditamque sui germinis generationem, Pymander, hominum mentibus inserere studet, alloquens Mercurium, simulque erudiens, vt suæ partum mentis intelligat: Ego, inquit, sum mens, non sterilis quidem, sed fœcunda: nam *si,* iuxta Isaiæ prophetæ vaticinium, *alijs generationem tribuo, nunquid ego sterilis ero* ? Scito me igitur, æterno
Isa. 66. quidem partu, germinasse, germen sane pulcherrimum, quod verbum lucens appello, Deique filium. Verbum certe hoc, ô Mercuri, est notitia genita, notitia vero, est perfectio *9. de Trin. 15. c. 15.*
intelligentis: quæ actu semper existit. Etenim, vt ita loquar, quemadmodum verbum plane vestrum, de vestra scientia oritur; ita certe, imo diuiniori ineffabiliorique modo, de mea quidem mente, verbum est natum. Est enim huiusmodi verbum, meæ profecto proles mentis, vtpote perfectio per memoriam, & ex memoria producta, atque genita. Porro, verbum vestrum, æternum esse non potest, quia cogitatio vestra non est æterna; at quia ego sum mens æterna, æternum quoque verbum, meum semper habeo: vnde propheta; In æternum domine, verbum tuum permanet in cœlo. Est igitur verbum meum, actus purus, non aliquis habitus, quia absque actuali cognitione manere posset: neque *Verbum genitum.*
species, quia actum præcedit: neque perfectio formalis, intellectui inhærens alicuius, veluti verbum creatum; sed est intellectio, per meam reuera memoriam producta, repræsentata per verbum creatum; non vniuoce quidem, sed analogice potius: Itaque solus filius meus, est ver- *Solus filius est verbum verum.*
bum, quia est intelligentia subsistens, meæ quidem virtute memoriæ producta, ideoque perfectissimum est, atque æternum, semperque verissimum. Sane, mea essentia diuina, quoniam præsens semper est, meæ intellectiuæ potentiæ, dicit verbum, gignit secundam mentem, seu personam, hoc est, verbum cordis mei, quod ab æterno, dum me ipsum intelligerem, dixi, siue eructaui, atque semper eructo & dico. Intellectus namque in actu intelligens, sibiipsi loquitur: Verbum autem est conceptus ille, quem intellectus in- *9. de Trin.*
telligens format de re, quam cognoscit: qui plane conceptus, est rei conceptæ imago quædam, & similitudo. Ex vestra autem verbi intelligibilis, atque interni similitudine, *Ex verbo nostro mentali aliquo modo intelligitur verbum Dei.*
verbum meum increatum quoquo modo intelliges. Si potes verbum tuum intelligere, ô Mercuri, non solum dum sonat, verum etiam antequam sonorum imaginibus inuoluatur, poteris, quantum est possibile, verbi mei similitudinem videre. Conceptus sane, de sui ratione habet, vt ab alio procedat, nempe à notitia concipientis: verbi etiam nomine, ordo originis, & processionis importatur, verbum enim intelligi nequit, nisi à dicente. Ex quo patet, verbum esse nomen personæ filij ab æterno à me geniti. Emanatio siquidem se- *Emanatio est generatio in diuinis.*
cundum modum intellectus, atque rationem, generatio in diuinis nominatur, filium autem meum, ideo verbum nomino, quia sine motu à me genitum est, mei quoque est imago gignentis, totumque in se monstrat genitorem, quemad- *Quare filius vocetur verbũ*
modum fere verbum hominis, quod totius cogitationis humanæ imaginem refert. Quæ enim secundum cor nouistis, hæc verbo profertis: & quod loquimini, exemplar habetis eius, quod corde cogitatis. Verbum, inquam, voco, vt impassibilem generationem ostendam, atque perfectam Siquidem verbum semper ex mente, & in mente, insuper etiam mens in verbo. Mens vtique semper verbi radix, & origo, mentis autem verbum, germen, & proles. Ftilla quidem sine verbo, nunquam, hoc autem gignentis qualitatem, vt ita dicam, & speciem, vt propriam naturam sortitur. *Sic igitur* *Textus.*
cogita, o Mercuri, quod in te videt, & audit, id est, facit te videntem atque audientem, *est verbum domini, mens autem pater Deus. neque enim distant ad inuicem,* cum vna sit vtriusque substantia. Itaque sic mirabiliter Mercurius à Pymandro instructus, nedum semel, sed sæpe sæpius gratias refert, qui per suum verbum omnia ei reuelauerit. in hymno quippe ita loquitur: *Gratias habeo tibi Deus, omnium potestatum actuum. Verbum tuum per me te laudat, ô Lux totum illuminans Sanctus Deus. Verbum tuum* *Verbum Spiritus sanctum*
tue agit, Spiritifer opifex Et ad Tatium: *Mundum verbo non manibus fabricatus est opifex: hoc verbum, ô fili, cole atq; adora. Cultus Dei vnus, non esse malum. Verbum imago ac Dei mens est. Mens quidem ô Tati ex ipsa Dei essentia nascitur: & ab illa nunquam diuiditur; sed illi potius connexa est, quomodo Solis corpori lumen.* Hac quoque dicendi similitudine, pro declaranda Dei verbi generatione vsus est Plato, *6. de Repub.*

Digressio Prima. Cap. 1.

Plato, de Filij Dei generatione.

Plato 6. *de Republ.* boni idea maxima est disciplinã, *Boni idea.*
qua quidem & iusta, & alia conducibilia fiunt: hanc autẽ non sufficienter agnoscimus. sin vero & ipsam nescimus, & sine ipsa alia quam maxime nouerimus; scire debemus, nullam ex alijs nobis vtilitatem fore. Est autem boni ipsius filius. partum boni ipsius filium *Partus boni.*
eloquar. cauendum tamen mihi est, ne inscius ipse vanam de filio reddam rationem: Multa quidem sunt pulchra, multa etiam bona, & singula similiter; sed vnum ipsum pulchrum, vnumque per se bonum, cuius est idea vna. Sane quam

De filij Dei generat.

ne quamuis adsit res visibilis, & videntis potentia, si medium defuerit lumen, neque visus videbit quidquam, neque videri colores poterunt. Solis certe lumen efficit, vt visus noster quam optime cernat, & oculis obiecta cernantur. Visus Sol non est, neque oculus, cui inest visus, Sol est; sed ex omnibus sensuum organis, id maxime Solis particeps; quippe vim quandam habet ex Sole infusam, ipsamq; seruat. Sol visus non est, causa vero ipsius est. hūc ego voco Dei filium, quem ipsum bonum in hac secum genuit comparatione consimilem; vt quemadmodum ipsum in loco intelligibili ad intellectum, & ea quæ intelliguntur se habet; sic & iste ad locum, siue in loco visibili ad visum se habet, & ad ea quæ videntur. Oculi porro, quoties non ad ea vertuntur, quorum colores diurnus fulgor illuminat, ostenditq;, sed ad illa, quæ nocturnis radijs attinguntur, cæcutiunt, ac si purus in illis visus non esset. quoties vero ad ea, quæ Sol illustrat, perspicue cernunt, in oculis visus apparet. Sic & de animo cogita. quando animus illi inhærat, in quo veritas & ipsum ens emicat, intelligit illud, cognoscitque, & intellectum habere videtur: sed quum ad id fertur, quod tenebris est permixtum, quod videlicet generat atque corrumpit, eius obtunditur acies, opinionesque versat varias, ac mentis expers videtur: Illud igitur, quod veritatem illis, quæ intelliguntur præbet; & intelligenti vim ad intelligendum porrigit; boni ideam esse dicito, filium boni, scientiæ, & veritatis, quæ per intellectum percipitur causam. Sol quidem visum efficit, ipse tamen visus non est, ita & boni filius cognitionem ac veritatem efficit, ipse vero nimirum est: augustior enim est ipsius boni maiestas. Sol præterea ijs quæ videntur, non modo videndi præbet potentiam, verum etiam generationem, augmentum, nutritionem, quum ipse tamen generatio non sit. radicas, bonum ijs, quæ cognoscuntur dare, non modo vt cognoscantur, sed esse insuper, & essentiam largiri, quum ipsa essentia non sit. sed supra essentiam, dignitatem ipsam, & potentiam superans. Ex his ergo, quæ à Platone dicta sunt, & verbi æternam generationem, eiusdemque illuminandi virtutem intelligimus. *est enim verbum lucens*, vt dicit Pymander, *quod in nobis videt & audit*, id est videntem atque audientem reddit. & *dial. 7. Boni ipsius idea suprema existit, vixq; videtur.* si autem visa fuerit, asserendum est eam omnibus, omnium rectorum atque bonorum causam esse: cum ipsa in loco visibili lumen creauerit, & luminis authorem Solem scilicet. in ipso vero intelligibili regnet ipsa, veritatemq; & mentem protulerit: quam nosse necesse est omnem, quicunque sana mente quidquam, vel priuatim, vel publice est acturus. *Et in Timæo* Si pulcher est hic mundus, & opifex mundi bonus, sempiternum certe, non generatum exemplar imitatus est: nam cum mundus omnium genitorum pulcherrimus sit, & eius author causarum omnium optimus; dubium non est, quin sempiternum sit secutus exemplum. sic igitur generatus, id est effectus, quod ratione & sapientia sola comprehendi potest, & immutabile permanet. Ex quo efficitur, vt necesse sit hunc mundum alicuius simulachrum esse. Videtur fortasse illud Plato intellexisse, quod apud Dauidem legimus. *Omnia in sapientia fecisti domine*: sapientis autem patris est filius, dico *Christum Dei sapientiam, & Dei virtutem*, ait Paulus. Est igitur filius Dei huius mundi causa exemplaris atque efficiens. Etenim si mundus imperfecto animali similis est factus, pulcher certe non esset: illius ergo animalis simillimum eum esse dicamus, cuius animalia cætera, id est, angeli, & homines, partes scilicet participes sunt. Illud siquidem verbum Dei lucens, viuētia omnia, quæ mente perspiciunt, in seipso complectitur: quemadmodum mundus hic nos, & cætera quæ cernuntur animalia, continet.

Dei filius instar Solis.

Animus cæcutit sine Deo.

Filius Dei est boni idea.

Filius est exemplar æternum.

David Psal. 10. Paulus 1. Cor. 1.

CAP. II.

Plotinus de verbo atq; filio Dei sic loquitur. Ennead. 5. lib. 8. cap. 12.

Partus Dei.

IN mondo diuino, inquit Plotinus, quando mente scientes summopere vtimur, videmus Deum, pulchrum filium, & omnia in filio generantem, conceptumque absque labore in se habentem. Deus enim delectatus his quæ genuit, suosque partus amans, penes seipsum cuncta continet, tum seipsius, tum suorum splendore congratulans. quum vero hæc omnia pulchra sint, & quæ intus permanent pulchriora; solus omnium Iupiter, filius foras emicuit. ex quo etiam filio videre licet, tanquam ex quadam imagine, quantus est ille pater, quantive Iouis fratres, id est angeli, atq; electi quique, quos cohæredes atq; fratres Christi Paulus appellat, apud patrem perseuerantes.

Filius est imago patris.

Hinc autem non frustra dixeris à patre venisse, esse namque alterum ab eo mundum, qui pulcher sit effectus, velut pulchri ipsius imago: nefas enim esset imaginem pulchri ipsius atque essentiæ, non esse pulchram. imitatur itaque exemplar vbique: vitam namq; habet, & essentiæ donum, tanquam imitatio quædam: habet & pulchritudinem, quatenus inde prodit. habet etiam vt sit semper, tanquam æternitatis illius imago. Porro imago omnis natura constanatam diu est, quamdiu manet exēplar. Imitatur Platonem, quem paulo ante adduximus de exemplari mundi causa loquentem. Cæterum proprie imago dicitur, quæ ad alicuius exēplaris similitudinē expressa est: ideo in diuinis illius est personæ, quæ procedit, vt similis alteri; idq; per modum intellectus. Filius ergo imago patris, propria ratione nominatur, tum quia similis; tum quia eius processio à patre est secundum similitudinis modum, vtpote verbum patris, in quo condita sunt vniuersa. Plato igitur atque Plotinus, verbum patris, animal primum, atque increatum exemplar vocant, ad cuius exemplum mundus omnium creatorum pulcherrimus cōditus est: ideam insuper, & imago patris, ex cuius pulchritudine, æternitate, vnitateq;, mundi pulchritudinē atq; vnitatem inuenerunt antiquissimi quique.

De filij Dei generat.

Imago proprie filio conuenit.

CAP. III.

Carmina Orphei de Dei verbo.

DIcam queis fas est, claudatur porta profanis:
Tuq; Dei verbum aspiciens, huic semper adesto,
Defigens animi altas luces, perge, viamq;
Rectam, factoremq; vnum nate aspice mundi
Immortalem, quem patrem fert fama priorem
Vnum, perfectamq; sibi, tam perfici ab illo
Cætera, eamq; illis versari. non tamen vllis
Cernimur animis hominum, sed sola mente videri.
Te cælum obtestor sapiens opus omnipotentis,
Vocem te patris adiuro, quam protulit ipse
Primam, consilij eius, cum constituit orbem.

Oraculum Apollinis.

Ne me vtinam supremum, infelix ipse sacerdos,
Scitaris de sancto, ac diuino genitore.
Et sobole chara, rebus magnis imperantis,
Et flatu, qui mundum astrictum continet omnem,
Montes, tellurem, fluuios, mare, tartara, & ignem.
Attamq; heu templum me discedere ab istis
Coget, linquatur quo edebam oracula limen.

Sibyllæ Carmina.

Tum Deus excelso demittet ab æthere regem,
Qui bella è tota pellat tellure nefanda.
Atque tuum cognosce Deum, qui natus ab ipso.

Virgilius.

Iam noua progenies cælo demittitur alto.

CAP. IV.

Porph. li. 4. de hist. philosophi.

Filij Dei generatio æterna.

POrphyrius, quem locum citat Cyrillus contra Iulianum. *A summo, inquit, bono, ratione quadam hominibus incognita genitam mentem tradit Plato: quæ præsuper seipsam existat. in qua videlicet sint vera res, & omnia rerum substantia, quod & primum pulchrum, & per se pulchrum sit, habeatque speciem pulchritudinis. Processit autem ante secula, vel æternitate ab authore Deo promanans, per se genita existens & per se pater. atque enim illo mouente se ad generationem huius processus fuit: sed isto progrediente per se generabiliter, vel ex sua generatione à Deo; & progrediente non à principio aliquo temporali; nec dum enim tempus erat, caret namque tempore, solaq; est æterna mens. Sit at autem Deus ille primus, vnus, & singularis semper est; sit & mens sempiterna, sola & sine tempore permanens in vnitate sua substantia.* Plotinus quoque: *Quid (inquit) de perfectissimo dicere conuenit? nihilne ab ipso, an maxima post ipsum? Maximum autem post ipsum mens, & secundū. etenim mens aspicit ipsum, & eius tantum indiget: ipsum autem mentis nihil prorsus. & quod à mente maiore generatur, mentem esse & omnib. maior est mens quia postea sunt cuncta.* Patrem dicit esse principium maximū præcedens mentem, non naturæ quidem, aut temporis prioritate; sed originis tantum, vtpote totius diuinitatis fons, atque principium. ab hoc genita est mens. Porro omne quod gignit, id quod gignitur, desiderat: maxima vero cum soli fuerint gignens, & genitum. & in lib. de pulchro. Si quisq; primum Dei formis, pulcherque, si Deum, & ipsam pulchritudinem sit contemplaturus: primum ascendat ad mentem, ibique omnes species pulchritudinis noscet, supra hanc naturam boni dicimus. quocirca perfecta ratione est prima pulchritudo; bo-

Plotinus de filio Dei aperte loquitur.

lib. de trib. princip. hypost.

Prima pulchritudo Dei filius.

De filij Dei generat. Proclus.

do; bonum autem, quod est vltra fontem & principium pulchritudinis. Proclus, primatum omnium rerum vnitatem esse dicit, ipsam autem mentem vnum multa, animam vero vnum & multa. est igitur mens diuina progenies, lumen de lumine, verbum lucidum, lux viuens, & vita amicta lumine, genuit vitam, & lucem. Inter generantem autem, & genitum, est connexio, qualis inter lumen, & lucem. Sane, lux à lumine, sicut radius à luce nunquam separatur, nec radius sine luce potest esse genitrice, neque lux sine radio; quia nunquam potest lux non generare lumen. Quare si æternam generationem spectes, filius appellatur: si vero authoritatem principiumque creandi, quod accepit à patre, verbum vocatur, quasi locutor, & interpres Dei, aut ratio & forma, origo rerum creatarum. hoc & potestas Dei, & authoritas, & missio, & sapientia. Logos Græce, quod interpretari potest, rei cuiusque ratio, & forma, & essentia. Filius autem Dei omnium rerum ratio, & principium, forma formarum omnium essentiarum. Congrue autem verbum dicitur: est enim quasi locutio eius, & sermo, & missio, interpres, & legatus. siquidem Hebræi pro denominatis abuti consueuerunt denominationibus, vt saluatorem appellant salutem, hac ratione eum qui loquitur pro Deo, verbum Dei appellant, id est, locutorem, & interpretem. Philo: *Librum, inquit, vocat Moses allegorice verbum Dei. in quo impressæ vniuersarum rerum existentiæ, tanquam forma capacissima omnium rerum creandarum, omnium rationes, atque essentia continentur. Sane verbum diuinum locus est, quem replenit totum per omnia incorporeis potestatibus ipse Deus*, id est idea[illegible] in libro de duobus primo, Solem vocat diuinum, qui per cælum circumambulat. *Duo sunt*, inquit, *templa Dei, vnum quidem mundus iste. in quo & Pontifex primogenitum eius, diuinum verbum: alterum vero rationalis anima, cuius sacerdos est verus homo.* Tria sunt hic diuina nomina, verbum diuinum, summus sacerdos, primogenitus. In libro de flammeo gladio *Aspice mundum hunc*, inquit, *inuenies eius causam Deum, a quo factus est, materiam, quatuor elementa, è quibus constitit, organum autem verbum Dei, per quod constructus est: constructionis autem causam, bonitatem opificis.* Et in 2. *Allegoriarum libro: Vmbra Dei, est verbum eius, quo tanquam organo vsus, quando creabat mundum.* hæc autem vmbra, & quasi assimilatio, aliorum est exemplar; sicut Deus exemplar imaginis, vocat imaginem respectu naturæ, organum vero respectu creationis. Ex hoc autem loco licet Mercurij verba ita intelligere. *Ego, inquit, sum Deus tuus, antiquior quam humida natura, quæ ex vmbra*, id est, verbo Dei, *effluxit*, hoc est, creata est atque formata. Verbum Dei quoque acute videre omnia dixit, vbi illius prouidentiam ostendit, quem dicit totum inambulare mundum. Duas etiam rationes ponit; vnam quidem exemplarem supra nos, alteram vero imitationem, quæ nostra est. quæ autem supra nos, Dei imago à Moyse vocatur. quæ autem nostra est, imaginis simulacrum. *Fecit enim*, inquit, *hominem, non imaginem, sed secundum imaginem. quo fit, vt singuli cuiusque nostrum mens, tertia, sit expressio ab eo qui fecit.* Iure ergo Græci, Dei filium, prototypon, id est, primũ exemplum vocant. Verbum hoc, omnia, quæ natura continentur, diuisit, ac distribuit. Et in lib. *quod meliores non decet indecore agere: Anima hominis, inquit, sigillum est ad archetypum altissimum verbum formata.* Verbum igitur apud Philonem est primogenitus, est filius, est organum Dei, idea idearum, mundus archetypus, hominis exemplar, imago Dei, distributor, moderator, Sol, pontifex in templo Dei, mens supra nos. In primo numq; de agricultoru: Hæc vniuersa pastor ille, & rex Deus iure gubernat, inquit, legemq; statuit: rectum eius verbum, & primogenitum filium, qui curam totius gregis, quasi maximi regis lux, diligenter suscepit. Et in 2. Qui dubitandi ruborem effugere velit, audacter dicat nulla re materiali machinam mundi conseruari: sed verbo æterni Dei sempiterno, quod à medijs, ad extrema, & ab extremis ad media protensum, inuictum naturæ sustinet cursum, [illegible]uens ipsum, atque conseruans, quasi vinculum quoddam pater qui genuit, ipsum constituit. Et in 1. quæst. lib. 1. *Nullum mortale ad supremum patrem tanquam imago conferri potest, sed confertur ad secundum Deum, qui primi est verbum.* necesse enim erat rationalem vim à Deo verbo, animæ hominis imprimi, Deus enim qui supra verbum est; origine, non natura, ita supremus est, vt nulla rationalis natura similitudinem eius posset recipere. Et in libro, *quem scripsit, quod peiora soleant melioribus insultare: Si nondum aliquis filius Dei appellari dignus sit, studeat nihilominus primogenitum eius verbum, angelorum omnium principem sequi.* Satis ergo clare Philo filij Dei generationem ostendit.

Exemplum generationis. Logos quomodo interpretetur. Verbum quare dicitur. Logos. Philo copiose de verbo Dei loquutur. lib. de allegoria legũ. Vmbra est verbum Dei. Exponitur illud Trismeg. ex vmbra effluxit. Filius est imago patris. Prototypon. Quot nominibus vocetur verbum Dei apud Philonem. Mundus verbo Dei conseruatur.

CAP. V.

Numenius de verbo Dei, hæc loquitur.

Numenius inter Pythagoræos philosophus insignis, cuius libros (teste Porphyrio) libenter legebat Plotinus, quique apud Platonem, philosophiã Moysi credidit esse, dicens non aliud esse Platonem, nisi Moysen Attica lingua loquẽtem. Is igitur, siue quæ legisset in Platone, aut Platonis, vel Moyse, multa dicit de patre, & filio. *Deus primus*, inquit, *in seipso quidem existens est simplex, propterea quod secum semper est, nunquam diuisus: secundus, & tertius est vnus. nec oportet Deum primum creare, sed creantis Dei patrem esse. hunc omnia gubernare dicimus, à quo interiora mens mittitur ad omnia, quæ ad communicationem illius ordinata sunt. Cum igitur ad nos conuersus Deus, nos respiciat; accidit ipsum[illegible] sit, vt viuamus, corpora quoque alantur, & viuant.* Amelius Platonicus nobilissimus: *Hoc certe*, inquit, *erat verbum, per quod certe semper existens, ea quæ sunt, facta fuerunt. Sicut Heraclitus censet: quod etiam ipse barbarus putat*, id est, Ioannes Euangelista, quẽ barbarum vocat: *in ordine principij, atque dignitate constitutum apud Deum esse, & Deum esse, in quo quod factum sit, fuerit viuens, & vita, & ens: tum in corpora lapsum, carneq; indutum, hominem apparuisse, ostendens etiam tunc natura sua magnitudinem; quare rursus resolutum in Deum redijsse, & Deum talem esse, qualis fuit antequam in corpus, & carnem, & hominem descendisset.* Iamblicus autem. *Primus Deus, & vnus*, inquit, *vnius primi Dei est pater, quem gignit in solitaria supermanens vnitate. est autem exemplar filij, qui nominatur suimet filius, sui pater, atque vni pater, Deus vere bonus. Ille enim fons est idearum, à quo vere vno, Deus per se sufficiens seipsum explicauit in lucem.* Vnde Orpheus in hymno, nox quæ lucem emittit, noctem appellat patrem ob immensitatem sui splendoris, ob quam intellectui nostro tenebrescit. hæc autem emittit lucem, quoniam filium generat, qui etiam dicitur cœlum, quod est lucidum corpus. Propterea Ennius ait: *Aspice hoc sublime candens, quem vocant omnes Iouem.* Et Euripides *Vides excelsum qui illum infinitum æthera, & terram vndequaque complectitur humentibus vlnis. hunc crede Iouem. hunc arbitrare Deum.* Patrem vlnis terram complecti dixit, id est, verbo, quod *brachium domini* vocat Isaias 53. Complexus est terram corporis humani, quando illum in carnem misit, complexus est ætherem, hoc est, produxit spiritum sanctũ, *Spiritus intus alens* (ait Maro) vlna humens respectu terræ, cui tanquam aquæ vnitum est verbum diuinum. Itaq; Dei verbum, mundi opifex, idea boni, mundus archetypus, moderator, & distributor, imago primi entis, rationalis creaturæ exemplar, pastor, & sacerdos, vlna humens, lux, Sol, cœlumque candens, mentis germen diuitiæ, verbum lucidum, filius primogenitus, primi Dei semper viuentis, vmbra, & vita splendor, & virtus, candor lucis, æther, & character substantiæ ipsius, sic mirificis, magnisque celebratum est nominibus, etiam à philosophis, vt liquido pateat, quicquid veri ab illis dictum sit, à veritatis fonte emanasse: vtque nedum ipsius verbi magnificentia, à sacris quidem literis, atq; doctoribus commendetur, approbeturque, verum etiam ab his, qui fidei illius inimici esse censentur.

Plat. Moyses Attica lingua loquens. Amelius. Heraclitus Ioannes Euangelista. Verbum Dei, Deum esse. Iamb. lib. de myst. ægypt. c. 39. Orpheus. Ennius. Euripides. Nomina verbi Dei.

QVAESTIONIS SECVNDAE

CAP. I.

Sanctarum scripturarum oracula de Iesu Nazareno, quod sit verus filius Dei.

Post philosophorum, atq; poetarum documenta, cum diuinis scripturis, & sacris doctoribus, sic poterimus arguere. Ille, per quem Deus creauit omnia, est eiusdem substantiæ, potentiæ, & sapientiæ cum Deo: sed talis est Dominus IESVS: ergo. Maior satis patet: non enim creauit Deus mundum per filium, tanquam per instrumentum, quandoquidem illa particula, per, non sit nota instrumenti, sed vnius potius operationis naturæ. Sic enim docet Hilarius. 8 *de trinit.* & Basilius *libro de spiritu sancto. Per, inquiunt, in diuinis causam instrumentalem non significat, sed vnitatem potentiæ personarum vere distinctionem.* Filius cum patre creauit mundum; sed à patre accepit nascendo hanc potestatem creandi. Alioqui si velis contendere, notam esse instrumentalem, in eandem absurditatis foueam te oportet incidere, vt dicas patrem in diuinis, instrumenti rationem subire: sic enim loquitur Apostolus, *Fidelis Deus, per quem vocati estis in consortium filij eius.* Et Paulus *Apostolus IESV Christi per voluntatem Dei.* Ad Gal. 4. *Itaque non est seruus, sed filius; quod si filius, & hæres per DEVM.* Ad Gal. 1.

Per quid significet. Creare per filium quid significet. 1. Cor. 1. 2. Cor. 1.

Paulus

De filij Dei generat.

Paulus Apostolus Iesu Christi, per Iesum Christum, & Deum patrem. Ex quibus scripturæ locis satis aperte colligitur, illam notulam in diuinis (per) scilicet, instrumentalem causam non ostendere, sed æqualitatem potentiæ. Minor probatur pluri-mis sanctarum scripturarum authoritatibus. Paulus loquens de filio Dei. *Ipse, inquit, est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ. per quem condita sunt vniuersa, quæ in cælis sunt, & quæ in terra siue throni siue dominationes,* &c. & *omnia per ipsum, & in eo sunt condita* Ad Hebræos 1. *Nouissime locutus est nobis in filio per quem fecit & secula.* Et in eodem cap. inferit authoritatem Psal. 101. de Christi diuinitate loquentis: *In initio,* inquit, *tu domine terram fundasti. & opera manuum tuarum sunt cæli. ipsi peribunt, tu autem permanebis* Ex quo absque omni dubio palam esse puto, dominum Iesum esse verum Deum, esse & verum filium Dei, eiusdem substantiæ, eiusdemque potentiæ cum patre: diuinum siquidem Apostolum de filio Dei ibidem fuisse locutum, nulli dubium esse potest. Confirmatur authoritate Ioannis 5. *Pater meus vsquemodo operatur, & ego operor.* Sensus est, ne putatis patrem meum post mundi creationem, ab optimi parentis, & peritissimi opificis operibus cessasse; quandoquidem perpetua ratione mundum gubernet, foueatque nouas formas creando, conseruando, ad futuram præsentiam, & iudicium vocando. Et ego operor: vtique ea dem opera: namque quæcunque pater facit, hæc & filius similiter. vnius ergo est filius cum patre maiestatis, æqualis honoris, atque dignitatis. Quod reuera confirmat Apostolus *Christus est ante omnia, & omnia per eum constant.* Quid est ante omnia visibilia, & inuisibilia; nisi Deus, qui est intra omnia, extra omnia, super omnia, & ante omnia? Sed dominus Iesus, vt dicit Apostolus, est ante omnia: igitur est Deus. Item illud, à quo omnia sustentantur, est Deus. sed omnia à Christo sustentantur ergo quod prius. *Portans* (inquit Apostolus) *omnia verbo virtutis suæ*: hoc est, solo suo nutu omnia sustentat. Idem confirmari potest authoritate Ioan. 8. *Ego principium, qui & loquor vobis*: id est, Deus & homo: non esset principium omnium, nisi esset Deus, alioqui esset principium sui: neque locutus fuisset Iudæis, quomodo dominus loquebatur, nisi verus homo extitisset. In Apocalypsi cap 1. & 22. *Ego sum Alpha, & Omega principium, & finis.* non huius, vel alterius rei, sed omnium prorsus rerum. igitur sum verus Deus principij enim ratio, & finis omnium rerum soli Deo competit, à quo sunt omnia, ad quem omnia redeunt, per quem omnia viuunt. Cum igitur dominus sit principium omnium rerum, medium, & finis: igitur est verus Deus Idem astruitur ex diuinæ naturæ vnitate, *ad Philip. 2. Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo; sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens* Forma Dei, est diuina essentia: hanc diuinam naturam, Christus non rapuit, sed nascendo accepit; quæ cum sit vna, & indiuisibilis: est igitur filius æqualis Deo, & per consequens Deus verus. forma enim Dei nullo pacto potest dici forma serui. *Quod si filius, ait Basilius, creatura Dei est, omnis vero creatura, serua est creatoris: Christus igitur Dei seruus est, & non filius. factura factori in eadem virtute non communicat: nihil ergo commune pater cum filio, quod est falsum* Ioann. siquidem in sua canonica dicit: *Vt cognoscamus solum verum Deum. & simus in vero filio eius Iesu Christo*: hic est verus Deus, & vita æterna Ad Pit. 4. *Expectantes beatam spem, & apparitionem magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi.* Non quod filius sit maior patre, quia vocatur magnus Deus, nec quod sit pater solus Deus, quia dicit Euangelium, *Vt cognoscant te solum Deum*: istæ enim dictiones exclusiuæ, non excludunt personas diuinas, sed quidquid extra illas inueniri potest. Porro, si filius natura Deus est, Deus vero natura etiam pater: non aliter filius Deus est, aliter pater, sed similiter. Quod est in forma Dei, in substantia Dei est, non enim aliud forma, aliud substantia Dei, ne compositus sit. Qui ergo in forma æqualis, & in substantia æqualis est. Si genitus minor est eo, qui genuit, non est culpa geniti, sed genitoris imbecillitas. Sed quomodo pater est Deus, si non potuit per omnia generare sibi similem? Vides, quod qui dicit filium esse minorem patre, ipsa ratione cogetur asserere patrem non esse Deum. Item. *si me cognouissetis,* inquit dominus, *& patrem meum vtique cognouissetis* igitur filius est consubstantialis patri. Item, si cognitio patris & filij vita æterna est: necesse est eiusdem patrem, & filium esse substantiæ. quæ enim diuersæ substantiæ sunt, vna cognitione non comprahenduntur, nec similiter viuificare possunt. Idem palam fieri potest ex parte imaginis: dominus enim Iesus ab Apostolo vocatur *imago Dei inuisibilis Col. 1. & Hebr. 1. splendor gloriæ. & figura,* siue character *substantiæ ipsius.* Tunc sic arguo, si patris imago vere filius est, omnis autem imago, vel formæ. vel figuræ, vel substantiæ, vel speciei & coloris imago est; Deus autem nihil horum præter quam substantia est,

Colos. 1. — Heb. 1. — Pater per filiũ creauit omnia. — Pater meus operatur & ego operor. — Ad Col. 1. Deus ante omnia. — Heb. 1. Principiũ & finis omnium. — Ego sum Alpha & Omega. — Ex diuina essentia vnitate. — In forma Dei. — Forma serui. — Basil. 4 contra Eunomium. — Hic est verus Deus & vita æterna. — Filius natura Deus. — Qui cognoscit filium, cognoscit patrem. Ioan. 14. — Christus imago Dei inuisibilis.

filius ergo eiusdem substantiæ sit imago, consubstantialis patri est. Si omnium lucis splendor, generatur quidem ex luce, non vero aliquando, sed sine tempore, & coæternaliter illi; non est enim lux sine splendore: filius etiam cum splendor sit, non aliquando erit, sed coæternaliter. *In lumine tuo,* inquit David, *videbimus lumen.* Si Christus est lumen de lumine, genitus à patre, & genitura est substantia: igitur Christus & substantia Dei, siue vnius substantiæ cum generante. Item, si pater in diuinis non generat, in causa est, quia non potest, vel quia non vult. Si non potest, minor vtique reputabitur quam generans, & perfecta natura, cum ad hoc etiam imbecillitas ipsi insit. Quod si potest & noluit, quod natura habet, voluntate retinuit. Quare, & si nondum genuit, tamen cum aliquando voluerit, generabit. quod est absurdum; cum Deus sit semper vnicus, & perpetuus actus, præsertim ad intra, quæ sunt æterna, & perpetua. Item in Euangelio Ioannis scriptum est. *Ego & pater vnum sumus.* Si operatione vnum, necesse est & substantiam dicere vnam: quorum enim vna substantia non est, eorum non est vna operatio. Quod si voluntate vnum, non solum quæcunque pater velit; ea necesse est, & filium velle: sed quæcunque etiam filius velit; ea necesse est, & patrem velle. Iubebit igitur & filius patri de quibus vult, quoniam & ipsi iubetur. Relinquitur ergo vt sint vnum substantia. igitur consubstantialis patri. Itaque operationis imago est vnigenitus: operatio vero dignitatis, & dignitas substantiæ, vnigenitus itaque erit substantiæ. imago non inanimata, nec non in figuræ similitudine, nec artis & cogitationis opus; sed imago viuens, imo ipsa vita, in ipsa substantia identitatem retinens. Ideo dicitur, in forma Dei. quia sicut formam serui suscepisse, hominis substantiam, dominum suscepisse significat; sic eum in forma Dei esse dicat Apostolus, diuinæ substantiæ ipsi profecto attestatur proprietatem. Qui me videt, inquit, videt & patrem meum. Item, Christus est virtus & sapientia patris, *ad Cor. 1. 2.* tota ergo virtus paterna ipsi videlicet inest. Quare quæcunque videt patrem facientem, ipse similiter facit: cum autem pater nunquam extiterit sine virtute, & sapientia; & sapientia & virtus in Deo non sint accidentia, quia in Deum non cadit accidens: Igitur filius est æternus, & consubstantialis patri. Enimuero Ioannes euangelista, in principio sui Euangelij, Christi diuinitatem clarissime protestatur: *In principio erat verbum, & Deus erat verbum*: sed Christus erat verbum, quia verbum caro factum est. i. homo: Igitur Christus, est Deus: Hic est de quo dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso nihil. Est ergo ante mundi creationem. Sunt & alia in diuinis scripturis aperta testimonia, quæ Christi diuinam humanamque astruunt, & ostendunt naturam: *Tecum principium*: vocans ipsum principium à generationibus. Vnigenitus filius, qui erat in sinu patris enarrauit nobis, Ioan. 1. via, veritas, vita, lux. *Ego sum via, veritas, & vita, ego sum lux mundi,* Dei virtus, Dei sapientia, Dei splendor, character, imago, sigillum, qui erat, qui est, & qui venturus est, omnipotens. Quæ omnia de filio dici satis constat: quorum nullum filio posterius est, aut aduentitium dici potest. Neque enim perfecti ratio accessione constat. neque aliquando erat pater, quando filius non erat: nec aliquando filius sine patre. Cæterum, vt hæc res clarius intelligatur, scripturas, quæ mixtim de vtraque in Christo natura loquuntur, inserere non erit inutile. Nascitur quidem, sed iam olim natus erat: nascitur ex muliere, sed virgine illud humanum, hoc vero diuinum: hic sine patre, sed ille sine matre: fasciis quidem est inuolutus; sed resurrexit ex sepulturæ inuolucris: in præsepe reclinatus est, sed ab angelis glorificatus à stella præsignatus, à magis adoratus: fugatus est in Aegyptum, sed Aegyptiorum studia fugat: tinctos quidem lauacro, vt homo, sed à peccatis absoluit, vt Deus: tentatus est vt homo, sed vincit vt Deus: *Confidite,* inquit in me, *quia ego vici mundum.* esuriuit, sitiuit, sed clamauit: *Qui sitit veniat ad me, & bibat* lassatus est, & fatigatus ex itinere, sed dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & fatigati estis, & inuenietis requiem animabus vestris*: persoluit tributum, sed ex pisce produxit: interrogat, vbi esset Lazarus, vt homo, sed Lazarum suscitat, vt Deus: venditus est triginta argenteis, sed magno pretio mundum redemit. languescit & vulneratur, sed idem omnem morbum, omnemque laborem curat. in lignum affigitur, sed hominem ligno vitæ restituit: emisit animam in cruce, sed resumendæ habuit potestatem: velamen rumpitur, saxa finduntur, sed mortui antea resurgunt: moritur, sed moriendo mortem vicit sepelitur, sed resurgit: ad inferos descendit, sed reducit inde animas, sed in cœlum redit, sed venturus est ad iudicandum viuos & mortuos. Quia non videt ex huiusmodi sacris scripturis constare satis, Christum verum Deum, verumque hominem esse? *Ego Deus primus* (inquis

De filij Dei generat. — Filius splendor patris. — Filius lumen. — Psal. 35. — Filius ab æterno genitus. — Ego & pater vnum sumus. — Filius imago viuens — Forma Dei. — Christus virtus & sapientia patris. — In principio erat verbum. — Scriptura de diuinitate Christi. — Ioan. 12. Ioan. 14. — Scripturo mixtim de humanitate, & diuinitate Christi. — Ioan. 16. Ioan. 7. — Matt. 11.

De filij Dei diuinitate. *Isa. 43.*

quit Dominus) *& ego postbac, & ante me non fuit alius Deus, & post me non erit.* Itaque si posteriorem patre dicis filium, quomodo dicit pater, quod post me non erit alius Deus? sin exponis hoc de filio, quomodo dicit, ante me non fuit alius Deus? Quapropter ex his collige filium coæternum esse patri. *Hebr. 1. Et cum iterũ inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit. Et adorent illum omnes angeli Dei.* Dauid quoque clamat,

Dauid. Psal. 109

Dixit dominus domino meo, non dixit, dominus domini mei. Isa. 7. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus,* vtique ipse filius Dei. Et cap. 9. *Puer natus est nobis, filius datus est nobis, & vocabitur Deus fortis.* Baruc, *hic est Deus noster,* loquẽs de filio Dei,

Baruc. 3.

qui cõuersatus est nobiscum in natura humana, & non æstimabitur alius ad illum hic inuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: postea super terram visus est, & cum hominibus conuersatus est.

Michææ 5.

Ex Bethlehem Ephrata egredietur dux, dicit Michæas, *& egreßiones eius ab initio dierum: Vidi,* inquit Isaias, *Deũ super thronum excelsum & eleuatum, & Seraphim in circuitu eius, & dixi: ô miserum me, quoniam immunda labia ego habens, habito in medio populi immunda labia habentis. & Regem dominum Sabaoth vidi oculis meis.* Actorum vltimo D. Paulus, *bene dixit spiritus sanctus per Isaiam prophetam,* inquit, *Vade ad populum hunc, & dices: auribus audietis, & non intelligetis.* Vidit ergo Isaias di-

Titum. 2.

uinitatem Christi, quem Paulus ad Titum vocat *magnum Deum, exspectantes beatam spem, & aduentum magni Dei.* Hæc plane sufficere possunt scripturarum testimonia, quæ Christi diuinitatem astruunt, nam omnia velle tractare, impossibile est, mihique dicenti deficeret tempus.

CAP. II.

Argumenta.

1. SI filius est æqualis patri, scit omnia, quæ pater scit; sed non scit, ergo. Maior est nota, quia vna eademque est scientia in diuinis. Minor probatur authoritate euangelii *Marci 13. Nullus scit diem illam, & horam vltimi iudicii, neq; angeli, neque filius, nisi pater.*

Solutio.

Soluitur à Chrysostomo in sermone de trinitate ad hunc modum: *Duæ,* inquit, *sunt notitiæ: quarum vna ex opere sumitur, altera vero*

Duæ notitiæ.

ex cognitione. Pater qui non iudicat quenquam, scit diem illam vtroque modo: filius vno tantum modo, scilicet cognitione: sed in die iudicii, tunc etiam sciet opere, quia iudicabit orbem terræ in æquitate.

De die illa nemo scit. Basil. lib. 4 cont. Eunom.

Ideo dixit ignorare illum diem, notitia vtique operatiua. *Nam si cognitionis nemo minimum,* inquit Basilius, *quam pater habet, filius non habet, mentitus est cum dixit: Omnia quæ pater habet mea sunt: Et, sicut pater nouit me, ego noui patrem: Nemo nouit patrem nisi filius. Si quod maius est cognoscit, quod minus est, non cognosceret? Sed quia non conferebat hominibus iudicii tempus audire, ideirco reticuit.* Idem sentire videtur S. Aug. *Dicit se ignorare illum diem,* inquit, *quia ipsi non erant idonei ad audiendum illius diei arcanum.*

Item, omne creatum nõ est æquale Deo, quia Deus est creator & non creatura, sed filius est creatus: ergo non est Deo patri per omnia similis, & per consequens verus Deus dici

Soluitur. Dominus possedit me. Nazianzenus.

non potest. Soluitur. Minor probatur authoritate Prouerb. 8. *Dominus in initio viarum suarum creauit me,* vbi loquitur de sapientia genita, quæ est filius Dei. Soluit Gregorius Nazianzenus *lib. 4.* Si sapientia illa genita intelligatur, respectu generationis humanæ, creata dicitur, saltem respectu animæ & corporis, non autem personæ verbi: si vero ad generationem diuinam referatur, genita dicitur, & non creata. Dominus, inquit, ab initio viarum suarum creauit me, ante omnes colles genuit me. Quomodo igitur quod gignitur, creatur? vel quomodo quod creatur, gignitur? Et quomodo possibile est increato: natum esse filium creatum? Itaq;

3.

Creauit me, prædicit futurum, quasi iam esset factum. Item, filius est subiectus patri. igitur non est æqualis patri. Antecedens patet authoritate Apostoli. Cum subiecerit ei omnia,

Soluit. 1. Cor. 15. Basilius.

tunc & ipse filius erit subiectus patri, vt sit Deus omnia in omnibus. Respondet Basilius, *si secundum diuinitatem,* inquit, *filius patri subiicitur, ex principio profecto subiectus esset, ex quo & Deus erat. sin vero non subiectus erat, sed postea, subiicietur secundum humanitatem pro nobis, & non pro se, secundum deitatem.*

Nazianzenus.

Quare, *quemadmodum,* inquit Nazianzenus *lib. 4.* *Dominus execratio dici voluit propter me, quia meam soluit execrationem; & peccatum, quia mundi tulit peccatum: sic & hoc loco meam inobedientiam suam facit, vt qui caput sit totius corporis.* Itaque cum omnia Deo subiecta fuerint cognitione pariter, & transformatione; tunc ipse filius dicitur subiici patri, quia legationem suam consummauit, nempe vt cognitione, & transformatione electi, Deo plenißime subderentur: Christũ enim subiici nihil aliud est quam paternam explesse voluntatem.

Tunc ipse

Tunc erit Deus omnia in omnibus, quum plane fuerimus Deiformes, & persimiles in nullo repugnantes. Item, qui de nouo aliquam recipit dignitatem, quam prius non habebat, imperfectioni subiacet: quod enim ex se omnem perfectionem habet, accessionem alterius non recipit, cuiusmodi est Deus benedictus: sed Christus accepit nomen nouum, nouamque potestatem, vt Apostolus dicit: *Dedit illi nomen, quod est super omne nomen:* & Matth. cap. vlt: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Ergo Christus non est patri coæqualis.

De filij Dei diuinitate. *filius subiicitur patri.*

4. *Philip. 2. Soluitur.*

Soluitur, de humanitate, & non de deitate Christi illa intelligenda sunt: vna siquidem est patris, & filii potestas. A

Dedit illi nomen.

principio autem suæ sanctißimæ incarnationis & nomen habuit super omne nomen, & potestatem, ratione diuinæ personæ, quæ est etiam persona humanæ naturæ in Christo: per mortem vero huius nominis, potestatisque declarationem meruit. Item ipsemet Christus in Euangelio Ioannis a- 5.

perte fatetur se non esse patri æqualem: *Pater maior me est,* inquit, igitur inferior, & non æqualis, & per consequens non est Deus. Respondet Basilius: *Pater non est maior filio magnitudine, incorporeus est enim: neque tempore, nam filius temporum est creator: nec virtute, quæcunq; enim facit pater, hæc & filius similiter: neque vt causa, quia filius factus non est, sed æternaliter genitus.* Præterea quod maius est, non est omnino diuersæ substantiæ: homo enim maior homine dicitur, & equus equo: proinde quæ comparationem suscipiunt, diuersas substantias habere minime dignoscuntur: homo enim propter irrationali non dicitur maior, neque irrationale inanimato; sed homo homine, irrationale irrationali. Pater ergo etsi maior filio dicitur, ei tamen filius consubstantialis est. Maior ergo dicitur, vel authoritate originis, vel respectu humanæ naturæ. I-

Soluitur. Pater maior me est. Soluitur.

6. tem, filius dicit: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste:* accusat sua imbecillitatis, dubitat, nec certior est, an pater possit ipsum ab imminenti periculo saluare: quæ profecto Deo tribui non possunt. Ergo.

Transeat calix iste à me.

Soluit. hæc dicta sunt à saluatore non de seipso, sed de his qui in eo peccaturi erant. Non oportet igitur ea quæ secundum dispensationem dicta sunt, quasi simpliciter dicta accipere. Similis modus loquendi habetur *in Psalm. 21. Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me:* ipse enim non erat derelictus neque à patre, neque à sua deitate; sed nos eramus prius deserti, & deiecti, & per eius passionem saluati sumus. Ad eum modum & insipientiam, & errorem nostrum sibi vendicat.

Soluitur. *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me.*

Contra ipse dicit: *Ego viuo propter patrem:* minor est ergo, & non æqualis patri; qui enim viuit propter alium, ipse sibi vita esse non potest. Soluitur: non ita locutus est, perinde ac sibi vita dependeat inde, vt nobis; sed quod inde existat absque tempore, absque causa, vel de humanitate eius hæc dixit:

Viuo propter patrẽ. Soluitur.

Contra, filius facit sicut videt patrem facientem, prius ergo pater facit, deinde filius: igitur non æqualiter, & ex æquo operantur, & per consequens non est vna, eademque in vtrisque natura. Soluitur: filius non facit, quæ videt patrem facientem, sicut discipulus imitatur in scribendo notulas sibi præscriptas: sed potius quod eorundem operum formulas pater quidem perscribit, filius vero exequitur; idque non vt seruus, sed vt herus; non vt imperitus, sed vt peritus. Itaq; operum similitudo, vtrisque par est facultas, atque maiestas.

Filius facit, quæ videt patrem facientem. Soluitur.

7. Item, si filius est æqualis patri: igitur vnius cum patre voluntatis. sed non est, sic enim ipse dicit: *descendi de cælo, non vt facerem voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.* Si ergo voluntate distinguuntur, quomodo sunt æquales? Soluitur: non est probabile voluntatem Christi rationalem patris voluntati se opponere. sed illa vox eius est, qui eius naturam assumpsit, hoc satis indicat, quod descendisse dicitur. significari ergo illa voce voluit præter patris voluntatem filio nullam propriam esse. Sensus igitur est secundum Nazianzenum, *non vt faciam voluntatem meam; neque enim est mea voluntas à tua diuersa; sed eadem mihi tecum communis. Quorum vt vna est deitas, ita & voluntas. Eius generis plurima inueniuntur scripturæ, quæ non aliquid affirmant, sed negant potius de quorum numero est illa, neque peccatum meum, neque iniquitas mea hic enim sermo non quod sit, sed quod non sit, ostendit. Item illud: non propter iustitias quas fecimus nos, sentiunt enim nullas esse iustitias suas.*

Non mea voluntas sed tua fiat. *Vna voluntas patris & filii.*

8. Item, *Nemo bonus nisi vnus Deus ergo solus Pater est Deus, vnus solus Deus, & per consequens filius non est Deus. Soluitur: Repercussit dominum legisperitum ellum, qui captiose tentans, homini bonitatem asserebat: Summe enim, & vere bonum, inquit, solus Dei est: quamuis nomen hoc aliquoties & homini tribuatur, vt, Bonus homo de bono thesauro profert bona. Et illud Psalmi. Benefac domine bonis, & rectis corde. Quæcunque ergo bona dicuntur in creaturis, sunt tanquam riui primi boni, ex fonte puro in alterum vas promanantes.* Hæc Nazianzenus. Basilius vero ad hunc modum: *Si saluator bonus non est, necessario malus est: cum enim simplex sit, nihil eorum, quæ sunt in medio suscipit: & quomodo non absurdum, bonorum authorem, malum esse? Sicut ergo ad ignorantem loquitur, quod Deus bonus est, & non simpliciter*

Nemo bonus nisi solus Deus. Soluitur. *Filius à seipso nihil facit.*

De filij Dei diuinitate.

plicater magister bonus. Contra, filius dicit nihil à seipso facere, neque, inquit, filius à seipso aliquid facit. Tunc sic arguo, si quod est sui arbitrij, melius est, quam quod est sub alieno arbitrio: homo autem sui arbitrij est, filius autem Dei sub arbitrio patris: melior ergo homo filio Dei, quod est inconueniens.

Soluitur.

Soluitur, si nihil Saluator à seipso facere poterat, sed imperata patre, ait Basilius, nullius corū, quæ facta sunt, causa est, quod est absurdū. Voluit ergo his verbis vnitatē Deitatis, & operationis, quam habet à patre, ostendere.

9.

Ego sum vitis vera.

Item, filius dicit: *Ego sum vitis, vos autem palmites, pater meus agricola est.* Vitis palmitibus connaturalis est, non agricolæ. filius ergo connaturalis nobis est, & pars nos ipsius: non autem connaturalis filius patri; sed per omnia alienus.

Soluitur.

Soluitur, nō Deitatis suæ, sed humanitatis Dominus dixit nos palmites esse: *Nescitis*, inquit Paulus, *quod corpora vestra membra sunt Christi?*

1. Cor. 6. Caput Christi Deus.

Si viri caput est Christus, Christi autem caput Deus: Christus ergo consubstantialis est patri. Non enim, vt viri caput est Christus, ita Christi caput est Deus. Nam creaturæ natura, & creatrix Deitas in vnum, ac idem non conueniunt: Ergo ille vt pater caput est Christi. hic vero, vt factor, nostrum caput est, quantum ad donorum, & gratiarum erogationem spectat. Contra, ille qui petit quod non habet, imperfectus est, & per consequens non est Deus. sed filius talem se esse dicit, *Pater*, inquit, *glorifica me:* ergo petebat gloriam, quam nō habebat.

Pater glorifica me. Soluitur.

Soluitur: Non accessionem gloriæ, sed manifestationem dispensationis fieri petebat. In quantum ergo homo, nō Deitatis defectu hoc dixit.

10.

Item, Christus vocatur primogenitus omnis creaturæ: si ante creaturam filius non est genitura, sed creatura, primo creatus vtique diceretur: & consequenter Deus dici non posset, Deus enim creator est, & non creatura. Quod si primogenitura dicitur omnis creaturę: igitur creatura est genita, & nō creator: sicut dicitur primogenitus mortuorum; quia primus ex mortuis surrexit, non amplius moriturus.

Primogenitus omnis creaturæ. Soluitur.

Soluitur, quod quemadmodum Christus dicitur primogenitus mortuorum, eo quod causa sit resurrectionis ex mortuis; sic & primogenitus creaturæ; quoniam causa sit, vt a nihilo ad esse creatura producta sit. Quomodo primogenitus omnis creaturæ est factus, sius creatus, per quem facta sunt omnia? Non enim Apostolus dixit, ipse factus est ante omnia, sed est ante omnia; ostendens vtique eum semper esse, creaturam vero factam esse. Contra, si est primogenitus, ergo nō vnigenitus; sed alius quoque esse debet, ad quem primogenitus dicitur.

Vnigenitus. Soluitur.

Soluitur, Christus dicitur primogenitus matris: *Et peperit*, inquit, *filium suum primogenitum*: non ergo est necesse ad fratrem primogenitum dici: idem ergo est primogenitus, & vnigenitus.

Primogenitus in multis fratribus.

Potest etiam primogenitus appellari, qui primus natus est: potest & ad eos referri, qui per adoptionem spiritus sancti, ex Deo nati sunt: *Quos præsciuit*, inquit Apostolus *ad Rom. 8. & prædestinauit fieri conformes imaginis filij eius, vt ipse sit primogenitus in multis* fratribus. Sensus est, vt ipse qui est per naturam vnicus, per gratiæ communicationem habeat multos fratres, inter quos ipse primatum teneat.

Psal. 88.

Similis phrasis est, modusque loquendi in Psalm. *Primogenitum ponam illum præ Regibus terræ*, id est, insigniorem cæteris, atque illustriorem. Itē, si *Christus est aduocatus noster apud patrē*, vt dicit Ioannes & Paulus: igitur nō est Deus.

Aduocatū habemus. 1. Ioan. 2. 1. Tim. 2.

Aduocati enim & iudicis officia sunt discreta. non enim idem intercedit, & iudicat; supplicat, & exaudit; interpellat, & culpas dimittit. Soluitur: Christus à diuinis scripturis aduocatus appellatur, non quia supplicantium seruorum more ante pedes patris pronus voluatur, eiusque genibus procūbat: seruilis est, & spiritu indigna talis cogitatio. Interpellare quoq;, non vt vulgi consuetudo habet, vltionem deprecari significat, sed legatione fungi pro nobis, quomodo spiritus dicitur interpellare pro nobis gemitib. inenarrabilib. Vnus .n. Deus, vnus Dei & hominū mediator, Christus. Aduocati igitur officio fungitur: quippe qui suam humanam naturā sanctæ trinitati perpetuo ostendens, quam semel obtulit in cruce in odorem suauitatis, perpetuo pro nobis interpellare dicitur.

Nomina Christi diuersa. Filius. Vnigenitus. Verbum.

Itaque Dominus noster est & dicitur filius Dei; eo quod eiusdem essentiæ sit cum patre, & à patre genitus: Vnigenitus, quia ex solo solus genitus, & singulari quidem modo: Verbum, quia sine motu genitum, nulli passioni obnoxium. Breuis & compendiaria naturæ patris demonstratio: omnis enim proles parentis sui tacita est enunciatio.

Sapientia. Potentia. Veritas. Sigillum.

Sapientia, vt qui diuinarum pariter & humanarum rerum sit scientia; qui enim fieri potest, vt omnium architectus, eorum quæ condiderit rationes ignoret? Potentia, vt qui quæ facta sunt, ea conseruet, quique omnibus consistendi facultatem suggerat: Veritas, vt natura vnum, non multa; verū enim quod est, vnum est; mendacium autem multiplex; tum qui purum patris sui sit sigillum, & character certissimus. Imago vero, qui sit eiusdem essentiæ & quod hic ab illo, non autem ab hoc pater, hæc enim est imaginis natura: vt princeps exemplar, vnde ducatur figura sua, referat: viuentis imago viua.

De filij Dei diuinitate. Imago. Lux. Splendor. Iustitia. Sanctificatio.

Lux, vt qui sit animarum, quæ sermone & vita purgantur Splendor: si enim tenebræ sunt ignorantia, & peccatum, vtique lux erit cognitio, vitaque diuina; Iustitie vero, quod quid cuiusque merito debeatur discernit, omnia iuste dictans, & his qui sub lege, & his qui sub gratia: Sanctificatio autem, vt qui sit puritas, nempe vt purum quod est, vitæ quoque puritate complectamur:

Redemptio. Resurrectio. Filius hominis. Via. Ostiū. Ouis. Agnus. Pontifex. Pastor.

Redemptio, vt qui nos peccatorum vinculis alligatos liberet, & seipse pretium pro nobis rependat: Resurrectio autē, vt qui hinc nos resuscitet, & sub peccato mortuos, ad vitam reducat: Filius hominis, partim ob Adam, partim ob virginem, ex quibus natus, ex lege, & supra legem generationis: Via, vt qui per se nos ducat. Ostium vero, vt qui nos introducat: Ouis, vt victima: Agnus, vt integer ac purus: Pontifex, vt Conciliator: Pastor, vt qui in loco pascuæ nobis habitacula præbeat, & super aquam requiei enutriat.

CAP. III.

Diui Ambrosij doctrina de diuinitate Christi.

Ambros. de diuinitate Christi. lib. 2. Hexam. c. vltimo.

HActenus cum Doctoribus Græcis disputando, Christi diuinitatem ostendimus, quod deinceps conabimur cum Latinis; vt catholicæ fidei veritas atque vnitas ostendatur. Inprimis autem nobis obuius venit grauissimus ille Ambrosius, exponens illud Genesis *Vidit Deus quia bonū est. Facit filius*, inquit, *quod vult pater, laudat pater, quod facit filius: nihil in filio natura degeneris inuenitur, cuius opus a paterna non degenerat voluntate.* Hæc ille. Si itaq; filius est eiusdē naturæ cū patre, eiusdemq; voluntatis Deus vtique est, & non creatura.

Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Vna voluntas in patre & filio.

Eodem sane pater & filius maiestatis honorantur nomine: dicit Ambrosius ibidem *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. scit autem semper filius patrem, seu voluntatem patris: & pater filij & audit patrem filius semper, & pater filium per vnitatem naturæ voluntatis, atq; substantiæ. Sciebam* (inquit Ioan. 11.) *quia semper me audis.*

Imago patris.

Deinde eodem capitulo ostendit vnitatem naturæ patris & filij, per rationem imaginis. *Imago*, inquit, *est inuisibilis Dei filius: omnia patris quasi imago exprimit: omnia eius quasi splendor gloriæ illuminat nobis atque manifestat. Videt filius patrem facientem, & videt per secretū inuisibilis naturæ.*

Lib. 1. de fide ad Gratian. Imp. c. 2.

Et alibi: filius nō est ex tēpore, qui fecit tempora, neq; potest esse imperfectus Deus. Qui enim minor est, imperfectus vtiq; est, cui deest aliquid, quo maiori possit æquare.

Verbum, filius. Virtus. Sapientia.

Verbum dicitur: filius dicitur: Dei virtus dicitur: dicitur Dei sapientia. Verbum, quia immaculatus. virtus, quia perfectus: filius, quia genitus ex patre: sapientia, quia vnum cum patre, vnum æternitate, vnum diuinitate. non enim pater ipse qui filius, sed ex Deo Deus, & ex pleno plenus. Est plenitudo diuinitatis in patre, est plenitudo diuinitatis in filio, non discrepans, sed vna diuinitas. Ioan. 5. *Pater qui in me manet, ipse facit opera.* Et 14. *Ego in patre, & pater in me est.*

Deus. 6.

Deus in Deo est, sed non duo Dij: Dominus in domino, sed non duo Domini. *Audi Israel*, dicit scriptura *Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Vnxit te Deus Deus tuus, Psalm. 44.*

Vnxit te Deus.

Deus est qui vngit, & Deus qui secundum carnem vngitur Dei filius: Præ consortibus tuis non enim Christus, nisi in carne habet suæ vnctionis cōsortes. Vides igitur, quia Deus à Deo vnctus, sed in assumptione naturæ vnctus humanæ Dei filius designatur, nec legis forma violatur. *cap. 4. eiusdē libri*, ostendit filium esse similem patri.

Filius est similis patri.

Non potest, inquit, *bonus patri placere. si filius degenerasse potius à patre, quam patrem æquasse credatur.* Apost. *Colos. 2.* vocat filium primogenitum creaturæ vniuersæ, vt genitus pro natura, & primus pro perpetuitate credatur. Ad Hebr. 1. *Per quem fecit & secula: Qui cū sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ipsius*, cur imago dicitur, si similitudinem illius non habet? Pater dissimilem non genuit, quasi impotens. *Sap. 7. splendor est enim lucis æternæ*, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. quomodo ergo erit patri dissimilis? si splendor non est sine luce, & imago patris non videtur, nisi in isto speculo, nempe in filio, & bonitas patris in tali imagine videtur expressa? patri ergo est per omnia similis.

In principio erat verbum.

In principio erat verbum. omnes hæreses hoc capitulo breui, piscator noster exclusit. Quod enim erat in principio, non includitur in tempore, non principio præuenitur: ergo aduersarius scilicet Arrius conticescat. Quod ante erat apud Deum, non commixtione confunditur: sed solida perfectione distinguitur: Sabellius ergo obmutescat. *Et Deus erat verbum*, non ergo in prola-

De filij Dei diuinitate.

prolatione sermonis hoc verbum est, sed nulla cœlestis designatione virtutis, vt confutetur Photinus. Quod vero *erat in principio apud Deum*, sempiternæ diuinitatis in patre, & in filio, inseparabilis vnitas edocetur; vt erubescat Eudoxius, & Eunomius. Postremo cum *per ipsum omnia facta* dicantur; ipse conditor vtique noui & veteris testamenti designatur; vt Manichæus locum tentationis habere non possit. Dic mihi quæso, suitne aliquando tempus, quo omnipotens Deus pater non erat, & Deus erat? Si fuit tempus, ergo ante filium: sed quomodo filius creator & author est temporis? non potest enim post opus suum ipse incepisse. ante tempora igitur est filius. Si autem pater esse cœpit: Deus ergo primo erat, postea pater factus est. Mutatus est ergo generationis accessione? Absit. Semper ergo Deus, semper pater, semper filius: Sempiternitas filij paternæ maiestatis insigne est. Si iste non semper fuit, ergo ille mutatus est: sed semper fuit filius; nec aliquando pater mutatus est. Itaque qui voluerit negare filium non esse æternum, patri consubstantialem, asserit patrem esse mutatum. Item. Christus est Dei virtus, & Dei sapientia: sed virtus Dei est æterna; igitur Christus est sempiternus. *In æternum Domine*, ait Dauid, *verbum tuum permanet in cœlo*. Quod enim manet, nec substantia, nec æternitate deficit. Dicis, quomodo si filius sit, non priorem habeat patrem? Resp. licet scire quod natus sit, non licet discutere quemadmodum natus sit. Mentum cum ori admoue, scrutari non licet superna mysteria. Si secundum hominem loquar, negare non potero, priores esse in homine patris, quam filij passiones. Prior creuit, prior senuit, prior doluit, prior fleuit. Si igitur hic tempore minor, ille passione antiquior. Iste generationis incurrit ætatem, ille generandi non euasit pudorem. Hæc non sunt in Deo corporaliter æstimanda. Incomprehensibiliter generatur filius, impassibiliter generat pater, & tamen ex se generauit, & ante omnem intellectum generauit Deus verus Deũ verum. Item, si diuina generatio subiecta tempori fuerit, & id ex vsu generationis vsurpatur humanæ: ergo & pater corporali vtero portauit filium, decem mensium curriculis onus vexit. sed quomodo sine sexu generationis vsus? quæ sunt absurdissima. Desine ergo, quæ creaturarum sunt, repetere diuinitati. Si enim in virgine matre, ex qua Christus natus est secundum carnem, vsus defuit generationis humanæ; quomodo in Deo patre propriæ generationis vsum requirimus? Nascitur Christus à Patre, vt splendor, quia simul splendor operetur, vt nascitur. Non fuit momentum aliquod, quo fuerit sine sapientia Deus, aut sine splendore lux. Noli ergo ex nostris æstimare diuina; sed diuina crede, vbi humana non inueneris. Item, *Hic est filius meus dilectissimus, ipsum audite*. Non Moyses filius meus, non Helias filius meus; sed, hic est filius meus. Procidérunt Apostoli in faciem consternati patris voce, & filij claritate; sed eleuati à filio, vnum viderunt Dei filium, seruulis recedentibus. Cum ergo audimus ex vtero filium, ex corde verbum; credamus, quia non plasmatus est manibus, sed ex patre natus; non artificis opus, sed progenies patris. Et ideo dicit: Hic est filius meus. non dixit, hic est temporalis: non dixit, hæc est creatura mea, hæc factura mea, hic seruus meus; sed, hic est filius meus, quem videtis in gloria. hic est, qui legem dedit, qui locutus est Moysi dicens: *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob.*

Rationes. 1.

Virtus Dei, Christus. 2.

Psal. 118.

3.

Splendor.

4.

Hic est filius meus. Matth. 14.

CAP. IV.

Filium Dei creaturam non esse.

PAtuit, vt arbitror, Dominum nostrum ex tempore non esse, nec patri dissimilem. Restat (inquit diuus Ambrosius cap. 6. eiusdem libri) vt probemus creaturam non esse Dei filium. Item, inquit Marc. vlt. *Prædicate euangelium omni creaturæ.* Qui vniuersam creaturam dicit, nullam excipit. Quod si filius Dei creatura esset; nunquid ipse sibi mandaret euangelium prædicari? Non igitur creatura est, sed creator; qui docendæ creaturæ discipulis suis mandat officium. Item, *vanitati subiecta est creatura non volens*. Si filius Dei est creatura; nunquid Christus subiectus est vanitati? nunquid congemiscit & parturit vsque adhuc? nunquid liberabitur à seruitute corruptionis? Legimus genitum, quia *ex vtero ante luciferum genui te*: legimus primogenitum, quia nemo ante ipsum: legimus vnigenitum, quia nemo post ipsum; sed non legimus creatum simpliciter, nam si creauit omnia, seipsum creasset, quod est absurdum: *Generationem eius*, inquit Isa. 53. non creationem, *quis enarrabit? Ascendo ad Patrem meum* (inquit Ioan. 20.) *& patrem vestrum*. Separatio ista diuersitatem ostendit, quod illius

Filius non est creatura.

Rom. 8.

Genitus. Psal. 109. Primogenitus. Vnigenitus. Ascendo ad patrem meum &

genitor, noster creator sit. Et hoc quantum spectat ad naturam diuinitatis in Christo. Quantum vero ad naturam humanitatis, Deum appellat, vt est illud: *De ventre matris meæ, Deus meus es tu*. Eum igitur, qui principaliter semper erat, ex illo Deum sibi esse, ex quo de ventre matris iactatus est, significauit. Illæ autem scripturæ, quæ asserunt Christum factum esse, vt ad Gal. *Factum ex muliere*: & in Ioan. *Qui post me venit, ante me factus est*, ita sunt intelligendæ: non Deum quidem factum; sed Deum Dei filium natum, postea vero secundum carnem hominem factum ex Maria virgine. Nunquid factus est sub lege, vt Deus? Minime, qui e author legis non est sub lege, vt homo; ergo factus est sub lege. Ita quoque vt homo factus est ex muliere. Dicis in actis apostolicis scriptum esse, *& Deum eum, & Christum fecit Deus*. Respondeo sic esse scriptum: & Deum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum quem vos crucifixistis; non diuinitas crucifixa, sed caro est; non ergo est factura filius Dei. *Dominus creauit me*, non pater creauit me; caro Dominum agnoscit. *A Deo exiui*, inquit Ioan. 8. & Ioan. 16. *A Deo processi, & veni*. Qui ex Deo processit, & à Deo exiuit, nihil aliud potest habere, nisi quod Dei est. Vnde non solum Deus, sed verus Deus, verus è vero, & adeo verus; vt ipse sit veritas. *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*. Tradidit vtique secundum carnem. Proprietas diuinitatis est, veritas proprietatis, misericordia pietatis, oblatio securitatis *Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis*. Ephes. 5. Traditus est à patre, & ipse se tradidit. vna ergo est patris & filij operatio, vnaque voluntas. Qui ergo genitum esse Dei filium inficiatur à patre, proprium Dei filium esse neget: qui proprium abnuit, communem cæteris arbitratur. Exiuit ergo à patre filius Dei. exire enim, perinde est, ex interioribus secretis prodire. Exiuit Deus de Deo, filius ex patre. Turbati in mari Apostoli, cum in inquieto maris æstu Dominum deambulantem conspicerent, & in naues ascendens placito æquore, & elementa famulantia fecisset, dixerunt: Vere filius Dei est. hoc idem Centurio cum alijs qui secum erant, tremefactis mundi cardinibus, in passione Domini confitetur. *Vere filius Dei erat iste*. & tu errore deceptus negas. Ioan 1. 5. Scimus, quoniam filius Dei apparuit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus patrem, & simus in vero filio eius Iesu Christo. hic est Deus & vita æterna.

De filij Dei diuinitate. patrem vestrum. Psal. 21. Ioan. 1. Qui post me venit, ante me factus est. Factus sub lege. A Deo exiui. Proprio filio non pepercit. Rom. 8. Vere filius Dei est. Centurio.

CAP. V.

Argumenta contraria.

ERat quando non erat, & omne tale non est Deus: sed non erat filius antequam nasceretur; igitur nõ est Deus. Solutio. Scriptura dicit. Erat, non dicit: non erat. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum*. Ecce quoties erat, & nusquam dixit, quod non erat. Et cum dicis, antequam nasceretur, non erat. Scriptura respondet: *Omnia per ipsum filium facta sunt*. Quomodo ergo alijs dedit esse, qui non erat? Quando & ante tempus ostendunt: quomodo negat Arius tempus ante filium, & dicit ipsum aliquando non fuisse? Item, omne quod modo est, & ante non erat, ex nihilo factum est. sed Christus modo est, & ante non erat: igitur ex nihilo factus est. Soluitur. Si est ex nihilo, igitur non est Dei filius; alioqui quomodo genitus ex paterno vtero quomodo eructauit ex corde verbum legitur, nisi ex intimo, & inæstimabili patris intelligatur prodisse secreto? Denique, quomodo ex nihilo ille, qui ex nihilo fecit omnia? Non habet filium, qui nescit vnde sit. Qui negat ex patre filium, nec patrem ex quo est filius nouit, *Neque me nostis*, inquit, *neque patrem meum*: neque filium nouit, qui patrem nescit. Item, si filius est consubstantialis patri, est de substantia patris sed non est. ergo. Soluitur, vna est vsia, siue substantia in diuinis. si ergo filius non est eiusdem substantiæ cum patre, & non est de substantia creaturarum: plures ergo Dij in diuinis, quod vniuersa plane multitudo vere philosophantium reprobauit, vt paulo ante ostensum est de vnitate Dei. Arius enim dicit creaturam Dei filium, non sicut cæteras creaturas, sed quæ creatura non est, sicut alia creatura, homo, non vt angelus, terra non vt cœlũ, Sol non vt aqua, lumen non vt tenebræ? hæc sunt vana Arij figmenta. Arius dicit, mutabilis est filius Dei: sed quomodo Deus, si est mutabilis? Si Deus non est, nec vita est: si non est vita, nec veritas est. Arius instat: nemo bonus, nisi solus Deus. Matth. 10. Igitur filius non est bonus. Respondeo. Si vnus est Deus, & Dei filius à Deitatis plenitudine non separatur, nec etiam à plenitudine bonitatis. non enim dixit:

Solutio. Semper erat filius. 2. *Soluitur. Christus non est ex nihilo. Eructauit cor meum.* 3. *Solutio. Filius de substantia patris. Nemo bonus nisi solus Deus.*

De filij Dei diuinitate.

nemo bonus, nisi solus pater; sed, nemo bonus, nisi solus Deus, pater autem proprium generantis est, Deus autem vnus est, Deitatem Trinitatis excludit. Bonitas ergo in natura Dei est, & in natura etiam Dei filius, & ideo non quod singularitatis, sed quod vnitatis est, prædicatur. Item, Deus

4\. *Solutio. Transfer calicem istum à me.*

est omnipotens, alioqui non esset Deus: sed filius non est omnipotens; ergo non est Deus. Minor patet ex scripturis, Matth. 26. *Pater, si possibile est, transfer à me calicem istum.* Si enim omnipotens est, quomodo de possibilitate ambigit? Verba Christi sunt, hominis naturam & affectum gerentis: non enim quasi Deus, sed quasi homo loquitur; Deus enim possibile aliquid, aut impossibile non ignorabat: neque est aliquid impossibile Deo; nisi quod contradictionem implicat. fragilitatem ergo carnis exponit, vt excludatetur eorum impietas, qui Christi humanitatem erant negaturi. Contra, filius Dei non fuit liberæ voluntatis: ergo non erat Deus. consequentia patet, antecedens probatur authoritate Ioan. 6. *Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.*

Solutio.

Soluitur. In Euangelio Ioan. 5. *Pater quos vult viuificat, & filius quos vult viuificat,* vna ergo operatio, vnaque voluntas vtriusque: Quid est autem viuificare, nisi per filij passionem? passio autem Christi, voluntas est patris: quos ergo filius viuificat, per patris voluntatem viuificat. Vna igitur voluntas. Quæ autem voluntas

Vna voluntas patris & filij. Matt. 8. Luc. 5.

patris, nisi vt veniret Iesus in hunc mundum, & nos mundaret à vitijs? Audi leprosum petentem: *Si vis potes me mundare.* Respondit Dominus. *Volo.* & statim sequutus est effectus sanitatis. Est igitur Christus verus Deus, patri consubstantialis.

Quæstionis Tertiæ Cap. I.

Augustini de diuinitate, & humanitate Domini nostri Iesu Christi.

Quam clara sit doctrina Diui Augustini de Christi diuinitate, atque humanitate, ex plurimis eiusdẽ tractatibus atque sententijs colligi potest. Super primum caput Ioannis Euangelistæ, in expositione illius sententiæ: *In principio erat verbum.*

In principio erat verbum. Prima ratio Aug.

Exeat nunc nescio quis infidelis Arianus, inquit, *& dicat, quia verbum Dei factum est. Quomodo potest fieri, vt verbum Dei factum sit, quando Deus per verbum fecit omnia? Si verbum Dei factum est, per quod aliud verbum factum est? si hoc dicis, quia hoc est verbum verbi, per quod factum est illud, ipsum ego dico vnicum filium Dei. si autem non dicis verbum verbi, concede non factum, Per quem facta sunt omnia. Poterat dicere Euangelista, in principio fecit Deus verbum, sicut dixit Moyses: In principio fecit Deus cœlum & terram.* hæc August. Cũ ergo verbum Dei non sit factum, & per ipsum facta sint omnia, & verbum erat in principio apud Deum, & Deus erat verbum: igitur verbum, scilicet filius Dei, est verus Deus. Itẽ,

2\. *Quæ viderit patrem facientem.*

Tractatu 18. *Arguit Arius:* si filius non potest facere quidquem, nisi quæ viderit patrem facientem; præcedit ergo opus patris filij operationem, sicut opus magistri operationẽ discipuli & sic, cum vna eademque non sit operatio vtriusque, filius non erit consubstantialis patri. *Soluit August.* Audit filius, & videt filius, & ipsa visio & auditio filius est. & hoc est illi audire, quod esse: & profecto hoc est illi videre, quod esse. Et tractatu 19. quomodo possit intelligi, quod videat filius primo patrem facientem, tunc demum ipse faciat, quæ facta conspexerit, cum pater nihil, nisi per filium fecerit.

3\. *Pater diligit filium & omnia ei demonstrat.*

Arguit Arius. Pater diligit filium, & omnia ei demõstrat, quæ ipse facit: sed si pater demonstrat quæ facit, nec filius potest facere, nisi pater demonstrauerit: pater quæ demonstrare non poterit, nisi fecerit. consequens est, vt non per filium faciat omnia pater. *Soluit August.* Si non facit aliquid sine filio, quia filius Dei, verbum Dei, & omnia per ipsum facta sunt; remanet, vt quæ pater facturus est, demõstret facienda, vt per filium fiant facta. Demonstret autem pater filio omnia, non quidem per temporis interuallum,

Solutio.

sed per diuinæ generationis arcanum. Sequitur textus Euangelij: Sicut enim pater suscitat mortuos, & viuificat; sic

Vna voluntas patris & filij.

& filius quos vult viuificat. *August.* Filius non solum potestatem habet, sed etiam voluntatem. filius quos vult viuificat, & pater quos vult viuificat: & ipsos filius, quos & pater: ita per hoc eadem patris, & filij potestas est, & voluntas: &

4\. *Ego & pater.*

per consequens filio est verus Deus. Item, Ioan. 10. *Ego & pater vnum sumus* non dixit, *ego & pater vnum sum*, aut, ego & pater vnum est: sed, Ego & pater vnum sumus. In duobus istis verbis, quod dixit, Vnum, liberat te ab Ario; quod dixit, Sumus, liberat te à Sabellio. Si vnum, non ergo diuersum: si sumus; ergo & pater & filius; Sumus enim non diceret de vno: & vnum non diceret de diuersis. Et 8. cap.

De filij Dei diuinitate. Quia non sum solus.

Verum est, inquit, *iudicium meum, quia non sum solus, sed ego, & qui misit me pater.* Sensus est, non sic sum filius Dei, vt patrem deseruerim: non ita hic sum: vt cum ipso non sim: non ita ibi ille est, vt mecum non sit: formam serui accepi, sed formam Dei non amisi. Sed quomodo hæc vera essent, nisi filius Dei eandem prorsus numero essentiam haberet

Philip. 2. 5. Ratio. Philippe qui videt me, videt & patrem.

cum patre? Item, *Ioan.* 14. *tractatu* 70. Nunquid arguendus erat Philippus, qui patrem videre cupiebat? poterat enim dicere: video quidem te, & credo te esse simillimum patri; sed adhuc cupio videre patrem. Ostende itaque nobis patrem, & sufficit nobis. Sed ideo magister discipulum arguit, quoniam vidit cor postulantis. tanquam enim melior esset pater quam filius; ita Philippus patrem videre cupiebat: & ideo nec filium sciebat, quo melius esse aliquid credebat. Tu,

Ego in patre, & pater in me.

inquit, Philippe, patrem videre cupis, quia illum putas esse meliorem: non credis quia ego in patre, & pater in me est? cur in similibus distantiam cupis cernere? cur inseparabiles, separatis desideras nosse? Sed quomodo pater in filio, & filius in patre, nisi quia eadem diuina essentia numero, quæ est in patre, est etiam in filio per diuinæ generationis productionem? Non enim persona patris est in persona filij, quia illa est incommunicabilis: neque relatio patris, filij personæ attribui potest. Vnus est ergo in altero per communicationem diuinæ naturæ; quæ est vna numero in patre, & filio.

Instantia. Pater maior me est.

Arius arguit: Pater maior me est: igitur non est æqualis patri. *August. respondet,* filius dicit se non æqualem patri, quod iturus erat ad patrem, à quo venturus erat, iudicaturus viuos & mortuos. Per illud autem, in quo est æqualis gignenti vnigenitus, nunquam recedit à patre, sed cum illo est vbique totus pari diuinitate, quam nullus continet locus.

Solutio.

In forma serui loquens, dixit. Pater maior me est. in forma Dei dixit: Ego & pater vnum sumus. Vnum sunt, secundum id, quod Deus erat verbum: & maior est pater, secundum id, quod verbum caro factum est. Secundum hanc naturam Christus subditus erat parentibus. Christus in se naturam commendat humanam, & Arianus in illo audet deformare diuinam.

Ingratus qui non agnoscit Christi humanitatẽ. Duplex natura in Christo.

Infidelis, & ingrate: ideone tu minuis eum qui fecit te, quia dicit ille quid factus sit propter te? Æqualis enim patri filius, per quam factus est homo, vt minor esset patre, factus est homo: quod nisi fieret, quid esses homo? Agnoscamus ergo geminam substantiam Christi, diuinam scilicet, qua æqualis est patri; humanam vero, qua maior est pater. Vtrumque autem simul non duo, sed vnus est Christus. ne sit quaternitas, non trinitas Deus. Sicut enim vnus est homo, anima rationalis & caro; sic vnus est Christus Deus & homo.

Lib. 1. de Trin. c. 7. Forma serui.

Item, exponens illud Pauli 2. ad Philip. *Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: Non sic,* inquit, *formam serui accepit, vt amitteret formam Dei; cum & in forma serui, & in forma Dei idem ipse sit filius vnigenitus Dei patris:*

Forma Dei.

in forma Dei æqualis patri. in forma serui minor patre, imo minor seipso, in quantum est Deus. Non igitur immerito scriptura vtrumque dicit. & æqualem patri, & patrem maiorem filio. Et cap. 11. *Secundum formam Dei Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Secundum formam Dei: Sicut pater habet vitam in semetipso; sic dedit filio vitam habere in semetipso. secundum formam serui: Tristis est anima mea vsque ad mortem. &, Si fieri potest transeat à me calix iste. Secundum formam Dei Ipse est verus Deus, & vita æterna. Ioan. 5. secundum formam serui: Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Secundum formam Dei. omnia quæ*

Omnia tua mea sunt.

habet pater ipsius sunt. Ioan. 16. & 17. Omnia tua mea sunt, & mea tua sunt, secundum formam serui: Doctrina mea, non est mea, sed eius, qui misit me. Secundum formam Dei, ego & pater vnum sumus: secundum formam serui non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. hæc August. Ex cuius doctrina, regula nobis datur, qua omnes scripturas, quæ de Christi humanitate, & diuinitate loquuntur, commode conciliare valemus, vt nulla prorsus in eis videatur esse verborum repugnantia.

Instantia de die iudicij nemo scit, neque filius. Solutio.

Arius dicit, quoniam filius nescit diem iudicij futuri, igitur non est Deus. Dei enim est, scire omnia. *Augustinus respondet, Hoc, inquit, nescit, quod nescientes facit, id est, quando non ita sciebat, vt tunc discipulis indicaret: sicut dictum est ad Abraam* Gen. 22. *Nunc cognoui quod times Deum, id est, nunc feci, vt cognosceres, quia & ipse sibi in illa tentatione innotuit.*

Lib. 1. de Trin. c. 12.

Confirmat authoritate Apostoli 1 Cor. 2. *Non iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum;* & tamen multa etiam alia altiora eis locutus est de Christo: quia dixit: *Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus, sed tanquam carnalib.* hoc

Instantia Dominus ignorauit ...

ergo inter illos nesciebat, quod per illum scire non poterãt. Eo namque genere locutionis nescire quisque dicitur, quod occultat; quomodo dicitur fossa cæca, quæ occulta est. *Arius*

dicit,

De filij Dei diuinitate.

dicit. Creatura est filius Dei, quia Prouerb. 8. dicitur, Dominus creauit me in principio viarum suarum. igitur non est Deus. *Augustinus respondet.* Secundum formam Dei dictum

Idem Ibid.

est: Ante omnes colles genuit me. id est, ante omnes altitudines creaturarum. Et, Ante luciferum genuite, id est, ante omnia temporalia. secundum autem formam serui dictum

Solutio.

est: Deus creauit me in principio viarum suarum, quia secundum formam Dei dixit: Ego sum veritas: & secundum formam serui: Ego sum via. Quia enim ipse est primogenitus à mortuis, iter fecit ecclesiæ suæ ad regnum Dei ad vitam æternam, cui caput est ad immortalitatem etiam corporis, ideo creatus est in principio viarum suarum, in opera eius, secundum formam enim Dei, principium est, quod & loquitur vobis, in quo principio fecit Dominus cœlum & terrā, primogenitus omnis creaturæ, Col. 1. Et ipse ante omnes est. & omnia in illo constent.

Instantia. Sicut dedit mihi pater. Solutio.

Arius dicit. pater est maior, qui dat filio, quæ filius diceret, & faceret: Ioan. 12. *Ex me ipso,* inquit, *non sum locutus, sed sicut pater mihi dedit:* igitur filius minor est patre. *Augustinus soluit in eodem cap.* Ego ex me non sum locutus, id est, ego non ex me natus sum. Et quum dicit: Dedit mihi pater; vult intelligi, quod eum genuerit pater, non vt tanquam existenti, & non habenti dederit aliquid; sed ipsum dedisse, vt haberet, genuisse, vt esset, non enim sicut creatura vnigenitus Dei filius aliud est, & aliud habet; sed hoc ipsum est, quod est id quod habet, scilicet

7. Ratio.

intrinsece. Item Ioan. 5. *Sicut habet pater vitam in semetipso; ita dedit filio vitam habere in semetipso:* id est, genuit filium incommutabilem vitam, quod est vita æterna. Ioan. 14. *Creditis in Deum, & in me credite:* Et est sensus; sicut creditis in

Creditis in Deum, & in me credite.

Deum, sic & in me, quia ego & pater vnus Deus. liquet ergo Dei filium esse vere Deum, & vitam æternam, iudicem viuorum atque mortuorum. cuius formam, qua æqualis est patri, impij non videbunt in iudicio, vt dicit August. sed

Lib. 1. Trinit. c. 13. Impij non videbunt formam Dei in iudicio.

formam hominis: in claritate quidem, qua iudicabit, non autem in humilitate, in qua iudicatus est. Ipsa enim visio est facie ad faciem, qua summum præmium promittitur iustis: & ipsa fiet, cum tradet regnum Deo, & patri: 1. Cor. 15. in quo suæ formæ visionem vult intelligi, subiecta Deo vniuersa creatura, & ipsa, in qua filius Dei, filius hominis factus est: quia secundum hanc naturam humanam, & ipsa filius, tunc subiectus illi erit, qui ei subiecit omnia, vt sit Deus omnia in

Cum tradet regnū Deo, & patri.

omnibus. Quantum vero ad diuinam naturam spectat, inseparabilis est, & par est operatio patri & filio, sed à patre est filio: ideo filius non potest à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, Ioan. 5. Ita enim videt filius pa-

Non potest filius à se facere quicquam.

trem; vt quo eum videt, hoc ipso sit filius: siquidem non est aliud illi esse de patre, id est, nasci de patre, quam videre patrem; nec est aliud videre operantem, quam pariter operari: sed ideo non à se, quia non est à se, sed à patre. Hæc August.

Filius mittitur à patre.

Arius dicit, filius non est consubstantialis patri, qui mittitur à patre, *Gal. 4.* Misit filium suum: sed mittens est maior misso: ergo. *Resp. Aug. lib. 4. de trinit. cap. 19. & 20.* Maior mittit minorem, fatemur & nos factum minorem, & in tantum minorem, in quantum factum, & in tantum factum, in quantum missum. Et hæc quidem secundum naturam assumptam intelliganda sunt. Hæc est contra æqualitatem patris & filii, si etiam secundum coæternam patris diuinitatem intelligitur filius missus; quia ille pater est, ille filius; ille genitor, ille genitus; ille è quo est qui mittit, ille qui est ab eo qui mittitur; filius enim est à patre, non pater à filio. Missio

Missio æterna est quadam emanatio. Lux de luce.

ergo huiusmodi est emanatio quædam claritatis Dei omnipotentis sincera. vbi quod manat, & de quo manat, vnius eiusdemque substantiæ sunt. Neque enim sicut aqua de foramine, aut lapide manat; sed sicut lux de luce, coæua siquidem est lux luci, de qua manat, integra, continua, & æqua-

Candor lucis æternæ. Sap. 7.

lis. *Candor,* inquit, *est, lucis æternæ.* Candor quippe lucis, quid nisi lux est? Et ideo coæterna luci, de qua lux est. Maluit autem dicere, candor lucis, quam lux lucis; ne obscurior putaretur ista quæ manat, quam illa, de qua manat. Candor, inquit, est illius lucis æternæ, et quæ ne ostendit æqualem: si enim hæc minor est, obscuritas illius est, non candor illius: si autem maior est, non ex ea manat. Quia vero non obscuritas illius, sed candor illius est, non est minor: æqualis est ergo. Neque hoc mouere debet, quia dicta est manatio quædam claritatis omnipotentia Dei, tanquam ipsa non sit omnipotēs, sed omnipotentis manatio: mox .n. de illa dicitur: Et cū sit vna omnia potest: quis eūt omnipotens, nisi qui omnia potest? Ab illo ergo mittitur fili⁹ Dei, cuius est filius: ab illo mittitur, de quo natus est. mittit qui genuit. mittitur qui genitus est: Emitte, inquit, illā *de sanctis cælis. & à sede magnitudinis tuæ; vt mecum sit, & mecum laboret:* id est, doceat me laborare, ne laborem. Hæc autem diuina sapientia aliter

Sapientia se transfert

mittitur, vt sit cum homine; aliter missa, vt ipsa sit homo. In animas enim sanctas se transfert, atque amicos Dei, & prophetas constituit: sic etiam implet sanctos angelos, & omnia talibus ministeriis congrua per eos operatur. *Tribus ergo modis filius Dei mitti dicitur, vel quia manat sicut ex patre, sicut lux de luce, & hoc quidem missio, siue emanatio est æterna; vel quia ex tempore ad sanctorum animas mittitur, à quibus percipitur; vel quia in plenitudine temporis, apparuit in forma humana, habitu inuentus, vt verus homo.*

De filij Dei diuinitate.

in animas sanctas.

Tribus modis filius Dei mitti.

Nulla ergo missionum istarum diuinitati derogare potest, quominus sit consubstantialis patri.

Instantia. Ingenitus, & genitus. Solutio. Lib. 5. de Trinit. c. 3. & seq.

Arguit Arius. quicquid de Deo dicitur, vel intelligitur; non secundum accidens, sed secundum substantiam dicitur. Quapropter ingenitum esse patri secundum substantiam est, & genitum esse filio, secundum substantiam. Diuersum est autem ingenitum esse, & genitum esse, diuersa est ergo substantia patris, & filij. *Resp. D. Aug.* Si quicquid dicitur de Deo, dicitur secundum substantiam: ergo quod dictum est, Ioan. 10. Ego & pater vnum sumus, diceretur secundum substantiam. Item illud *Philip. 2. Non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo.* Ergo æqualis est in substantia? Aliquid ergo dicitur de Deo, non secundum substantiam. In Deo nullum accidens inuenitur, quia est omnino immutabilis. Quod vero dicitur, quod omnia, quæ dicuntur de Deo, aut secundum substantiam, aut secundum accidens dicuntur:

Ingenitum non est, substantia, neque accidens.

hoc quidem dicimus veritatem habere in rebus creatis; Ingenitum autem & genitum in diuinis non dicuntur secundum substantiam, neque secundum accidens; sed secundum relationem, quæ non est accidens, quia non est mutabilis. Contra *arguit Arius:* ingenitus ad seipsum dicitur, & genitus ad seipsum. sed quicquid ad seipsum dicitur; secundum substantiam dicitur, ergo quod prius. Sensus est secundum Arianos: Quicquid dicitur in diuinis ad se, dicitur

Syllogismus Arianorum.

secundum substantiam; sed ingenitum dicitur ad se, similiter & genitum: ergo secundum substantiam. Tunc sic syllogizatur: Omne ingenitum differt à genito, in quantum tale, sed pater & filius se habent sicut ingenitum & genitum: igitur secundum substantiam distinguuntur. *Soluitur ab Aug.*

Solutio. Lib. 5. de Trin. ca. 6.

Ingenitum non dicit quid sit pater, sed quid non sit. Cum autem relatiuum negatur in hoc, quod dicitur ingenitus, non dicit aliquid secundum substantiam. Concesso ergo maiori, negatur minor. Ingenitum enim, siue innascibilitas, non est proprietas patris constitutiua; quia non dicit quid pater est, sed quid non est. *Mira cæcitate,* inquit August. *non animaduertunt quod genitum ad genitorem referatur, sicut pater ad filium, genitor ad genitum. Ideoque alia notio, qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus: nam quamuis de patre Deo vtrumque dicatur, genitor tamen ad genitum dicitur: ingenitus vero non est notio positiua, quia non dicit quid est, sed quid non est.*

Genitor & ingenitus.

Quod vero ingenitum non sit proprietas constitutiua patris patet; quia cuius formaliter constitutiuum est priuatio, ipsum quoque est priuatiuum formaliter. quod de patre dici non potest.

Ingenitum non est positiuum.

Deinde ostendit, in quo filius æqualis est patri: *Non,* inquit, *sicut amicus amico, aut vicinus vicino, quorum æqualitas fundatur in pari quantitate amicitiæ, siue vicinitate. Quia vero filius non ad filium relatiue dicitur, sed ad patrē, non secundum quod ad patrem æqualis est filius patri, restat, vt secūdum id æqualis sit, quod ad se dicitur. Quicquid autem ad se dicitur, secundum substantiam dicitur: restat ergo, vt secundum substantiam sit æqualis.* Cum vero ingenitus dicitur pater, non quid sit, sed quid non sit, dicitur. cum autem relatiuum negatur, non secundum substantiam negatur, quia ipsum relatiuum non secundum substantiam dicitur. Itaque pater & filius

Epilogus.

simul vna essentia, & vna magnitudo, & vna veritas, & vna sapientia. Sed non pater & filius simul ambo vnum verbum, quia non simul ambo vnus filius. Quomodo ergo filius consubstantialis sit patri, ex diui August. breuiter dixi.

CAP. II.

Diui Hieronymi doctrina de diuinitate Christi.

MAgnus ille Hieronymus plurima affert argumenta, quæ Christum consubstantialem patri esse clarissime ostendunt. In epistola ad Amandum, tertiæ eiusdem propositioni respondens, quomodo

Quomodo filius sit subiectus patri.

sentiat subditus esse patri, qui subiecit ei omnia, 1. Cor. 15. Omne, inquit, *in hoc scandalum est, quare filius patri subiectus esse dicatur. Quid est infirmius, patri subitus, quod sæpe precatus est, vt in patre. Psalmo scribitur: Nonne Deo subiecta erit anima mea. an crucifigi, & maledictum crucis fieri? qui ergo pro nobis maledictum factus est. vt nos de maledictione liberaret, mirari, si pro nobis subiectus sit, vt nos patri faceret esse subiectos, dicens in euangelio: Nemo vadit ad patrē nisi per me? Christus igitur, in his qui fideles sunt subiectus est patri,*

De filij Dei diuinitate.

quia omnes credentes, corporis sui membra reputantur. In fine autem mundi, cum omnia membra regnantem viderint Christum, id est, corpus suum, & ipsa membra subijcientur Christo, id est, corpori suo, vt omne Christi corpus subijciatur Deo & patri, tunc erit Deus omnia in omnibus. non dixit, vt sit pater omnia in omnibus: sed, Vt sit Deus, quod est nomen totius trinitatis. Modo Dominus Iesus, est pars in singulis, puta in Salomone sapientia, in Dauid bonitas, in Iob patientia, in Daniele cognitio futurorum, in Petro fides, in Paulo zelus, in Ioanne virginitas, in cæteris cætera. Cum autem rerum omnium finis aduenerit, tunc omnia in omnibus erit; vt singuli sanctorum omnes virtutes habeant, vt sit Christus totus in cunctis. In expositione 43. Isaiæ, pulchre inquit: *Præter Deum patrem, alter nullus est Deus; quia Christus Dei virtus est, & Dei sapientia, qui loquitur in Euangelio Ioan. 14. Ego in patre, & pater in me est. Sicut enim vnus Christus Dominum non aufert patri, ne dominus sit; sic vnus Deus pater, non aufert filio, ne Deus sit. qui in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum.* Et in expositione 48. cap. Gloriam meam alteri non dabo: *Non excludit filium, inquit, cui dicenti in euangelio. Pater glorifica me, gloria, quam habui apud te, priusquam mundus esset, ipse respondit. Et glorificaui, & glorificabo. Neque enim dixit gloriam nulli dabo, sed, Gloriam meam alteri non dabo, præter te cui dedi, cui daturus sum.* Interpretans vero illud Isaiæ 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum: Visus est, inquit, filius Dei in regnantis habitu: & locutus est spiritus sanctus propter consortium maiestatis, vnitatemque substantiæ. Vna siquidem in trinitate natura est. quæ oculis corporeis videri non potest, videtur autem hominibus, vt voluerit.* Et in cap. Matth. 24. *Cum omnia, inquit, tempora fecerit verbum Dei, in omnibus autem temporibus dies iudicij sit qua consequentia potest eius ignorare partem, cuius totum nouerit? Quid est maius, notitia Dei, an iudicij? si maius nouit, quomodo ignorat, quod minus est? Scriptum est, Omnia quæ patris sunt, mihi tradita sunt: Si omnia patris filij sunt, qua ratione vnus Dei notitiam reseruauit, & noluit ea communicare cum filio?* Apostolus ad Colos. 2. *In Christo sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.* Act. 1. *Non est vestrum scire tempora & momenta, quæ pater posuit in sua potestate. sed vna est filij & patris potestas, sciebat, & scit filius. sed Apostolis non expediebat nosse.* In epistola ad Hedibiam: *Vnus, inquit, atque idem filius Dei, & filius hominis est, qui non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: vna enim est patris, & filij natura.* Hæc, & similia fidei nostræ dogmata, facile est in libris Diui Hieronymi inuenire. Verum quia de hac re diserte, copioseque Diuus Cyrillus Alexandrinus Episcopus disputauit: illius doctrinam inserendam esse huic tractatui iudicaui. *lib. primo thesauri cap. 1. Ariani, inquit, noua aggrediuntur Pater est ingenitus, filius est genitus. igitur solus pater est Deus, filius vero creatura.* Soluit Cyrillus: *Ingenitum, inquit, multifariam dicitur, vt quod nondum factum est, puta ab arte statua, ingenitum dicitur. similiter quod nunquam est, neq; potest fieri, vt triangularis figura fieri non potest quadrilatera. Item, quod cum sit, & subsistat, nunquam tamen ex alio fuit, & sic pater dicitur ingenitus: filius autem genitus ex patre. non tamen creatura. quia est verbum patris. Tale autem oportet esse verbum, qualis est etiam, qui ipsum genuit.* Nihil autem prohibet, quum vnus pater sit non factus, verbum quoque quod ex ipso est, non esse factum. In patre enim semper est esse, & vnum cum ipso propter naturæ incommutabilitatem: quod ipse quoque de seipso ait: Ego & pater vnum sumus, Ioan. 10. In quo, & identitatem naturæ, & personarum distinctionem ostendit. Præterea, si patris incommutabilis imago Christus est, vt pater in ipso videatur. Ioan. 14. Qui videt me, videt & patrem meum: necesse est, non esse factum, quod ex patre non facto emanat. Præterea, melius est Deum, patrem vocari, quam ingenitum. Pater enim filij est, genitus vero non est; quare ab eo, quod est commodius, quam ab eo quod non est, Deum nominamus. *Arguit Eunomius,* si absque principio, & semper pater est, filius vero genitus principio ergo circumscribitur. *Soluitur.* De rebus corporeis non est sermo, vt genitum tempori subijciatur, & quasi à non esse ad esse progrediens a termino, siue principio circumscribatur; sed de diuina, & ineffabili natura, in qua omnia ineffabiliter, vt Deo conuenit, sunt. Ei qui semper est, durationis principium attribui non debet. Eunomius autem, quia pater est ingenitus, filius autem genitus, putauit filium principium temporis habere. sed quamuis ingenitum, & genitum oppositæ sint notiones; non tamen omnia opposita ei attribuuntur, vt rex & non rex, immortalis, & mortalis, inuisibilis, & visibilis, incorruptibilis, & corruptibilis: quæ enim essentialia sunt, vtrique communia sunt. Erat igitur in ipso genitore filius genitus: nec præcedit generatio eius esse ipsius, sed semper simul & est, & generatur. Ignis ex seipso calorem, qui naturaliter in ipso est & lucet, generat, atque producit, neque à non calido calidus factus est, nec cessabit vnquam generare, & producere, quod secundum naturam in eo est. Sed simul atque factus est ignis, & calor & lumen, in eo sunt. Quod si ignis esset æternus, illa quoque essent æterna. Sic & filius à patre æternaliter procedit. *Contra:* filius dicitur coæternus patri, non quia semper cum patre fuerit; sed quia pater semper voluntatem habendi filium in se habuit. *Soluitur:* Filius procedit à patre necessitate naturali, quia non potuit non producere: non fit autem creatura, quia filius de substantia patris gignitur, creatura vero de nihilo, Præterea, si non semper erat cum patre, sicut coæternus, & ex ipso secundum naturam prodiens, sed postea accidit ei: patri quoque necessario accidit, vt esset pater, & ita mutatus est: sed ab omni mutatione longe abest Dei natura: Ergo filius coæternus est patri. *Contra:* pater perfectus est in sua magnitudine, nec aliquid ad perfectionem suæ naturæ sibi deest; superflue igitur sibi filius adiungeretur. *Soluitur:* Perfectus quidem pater in sua magnitudine inuenitur, non solum quia Deus, sed etiam quia pater. Quare qui negat Deum patrem esse, is plane fœcunditatem aufert à diuina natura, vt iam perfecta non sit, cum generandi virtute careat. *Contra:* Deus non est ideo perfectus, quia fœcundus, sed quia Deus, ideo perfectus, & postea factus est pater. *Soluitur:* Si postea factus est pater; quid erat, antequam pater fieret? Vtique nunquam Deus, sine filio, & per consequens semper pater, *Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum,* Deum meum, & Deum vestrum prius nominat patrem, postea Deum. *Contra:* coæternus filius patri dicitur, qui potestatem habuit generandi, non quia genuit. *Soluitur:* eodem modo creatura coæterna Deo dici posset Deus, quia habuit potestatem cōdandi eam ab initio, vt paulo ante dixi, cum de mundi creatione res ageretur. Item, *Eunomius ait,* nunquam pater generationem peregit, sed generandi actu semper caruit; quomodo ergo genitus filius est? si vero actu genuit, qui genitus est, esse necessario cœpit. *Soluitur.* Si de creaturis sermo esset, recte operantem Deum induceres. Verum quia filius Dei, non est opus Dei, sicut creatura, nec ad extra productus, sed genitus ex substantia patris, æterni patris germen: non ergo est minus æternus quam pater: generatio enim in patre, sicut actiua, sic naturalis, & substantialis, & inseparabilis, ab hypostasi. quare necessario coæternus patri filius erit, cum generare inseparabile sit ab hypostasi patris. Cum ergo semper paterna hypostasis sit, erit semper etiam ex ipsa naturæ suæ fructus. *Contra:* si filius ex substantia patris prodiit, diminuta est ergo substantia patris. immutabilitas ergo patris seruabitur, si filius non erit de substātia patris. *Soluitur.* Quēadmodū nō corporū lege, cūcta Deus cōtinet; ita nec corporu lege generat, vt ex filij sui generatione aliquid amittat, quod prius habuerat. Etenim diuina essentia, quam pater per actum generationis filio communicat, cum sit indiuisibilis, tota est in filio, similiter tota in patre. *Contra;* si pater est perfectus ante generationem filij, quomodo ergo ipse perfectus post generationem erit, si ab vnitate in dualitatem processit? necesse est enim quicquid ab vnitate in dualitatem venit, minus seipso vigere, nisi multiplicata substantia eius sit, vel adaucta interea fuerit; quorum neutrum essentiæ diuinæ accidere potest: Pater ergo ex seipso non genuit filium. *Soluitur:* diuisiones, minutiones, decrementa, multiplicationes, defluxus in Deum non cadunt, idcirco argumentum procedit ex falsa imaginatione, nempe Deo attribuendo, quæ tantummodo rebus creatis competere possunt. Deus verbo suo, sine aliqua passione condidit omnia; quomodo ergo in generatione filij sui, passionibus subdi potuit? Impie ergo, ac stulte passionem aliquam diuinæ naturæ ascribunt, quæ nihil passionis suscipere potest. Etenim, sicut sapiens ex sapientia sua geometriam, vel aliquid huiusmodi excogitauerit, à sapientia non separatur: nam cum sit ex seipsa, in ipsa etiam est, & imago eius est; sic filius inseparabiliter ex patre est, & in propria hypostasi, omnium prorsus similitudinū, quæ in hac re afferri possunt, virtutem excedens. Intellectus ergo patris fœcundus, non est passus aliquem defluxum in productione sui verbi; sed totus in sua natura conseruatus, & totus in filio depingitur, & videtur. *Contra:* alia est persona patris, alia est persona filij; sed quæ erant patris transierunt in filium: quare vel pater non retinuit gloriam, si filio dedit; vel si retinuit, filium ea gloria priuauit: Ergo quod prius. *Soluitur:* Pater genuit filium, & omnia dedit; non tamen extra suam essentiam emisit, ita vt illis priuaretur: *Pater enim vsque nunc operatur, & ego operor,* Veritas ait Ioan. 5. Sicut igitur virtus creatiua non separata à patre, sed est in eo perfecta, & similiter in filio; sic & gloria perfecta est in vtroque: similis est enim in omnibus genitori suo, perfectamque ideo habet gloriam, quoniam ex habente perfectam, natus est.

Deum omnia in omnibus.

Christus Dei virtus.

Gloriam meam alteri non dabo.

Vidi Dominum sedentem.

Dies iudicij, nota Christo.

Cyrilli doctrina de diuinitate Christi.

Ingenitum quid significat.

Argum. Solut.

Semper filius procedit à patre.

Exemplū diuinæ generationis.

De filij Dei diuinitate.

Instantia.

Soluitur.

Filius coæternus patri.

Soluitur.

Solutio.

Ioan. 20.

Solutio.

3.

Soluitur.

Filius coæternus patri.

Soluitur.

Diuina essentia tota simul in patre, & filio.

Soluitur.

Similitudo verbi.

Intellectus fœcundus.

Soluit.

Pater omnia dedit filio. sed extra suā essentiam non emisit.

C A P.

De filij Dei diuinitate.

CAP. III.

Vtrum volens, an nolens pater genuerit filium.

Arguet aliquis sic, aut pater volens, & considerans genuit filium; aut nolens, & non considerans. si
3. non considerans neque volens, aliquid passus est, quod nolebat: sin autem volens & considerans, quoniam necesse est considerationem & voluntatem ante rem esse, quæ secundum voluntatem consideratur; pater ergo præcessit filium, voluntas enim, & consideratio, necessario generationem præcessit, atque ita filius non erit coæternus patri.

Soluitur. Soluitur; nullum temporis, aut durationis principium filio Dei scripturæ dederunt; sed qui est, & qui erat, & qui venturus est, nominatur. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. *Psalm. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.* 1. Cor. 1 *Filius Dei virtus, & Dei sapientia* appellatur. igitur filius est, in quo Deus vult, & per quem facit omnia.

Pater voluntario nō autem voluntate, vt principio producēdo genuit filium. Quomodo ergo per voluntatem patris factus est, si in eo patris voluntas est? Aut igitur aliam sapientiam fingere necesse est, in qua deliberauit, & fecit Deus filium suum: aut si altera non est, sed solus filius sapientia patris est: non ergo præcessit vllo temporis spatio voluntas filij genituram.

Instantia. *Contra*: si filius Dei non est natus, quia pater ita voluit, necessario pater inuitus genuit: quæ enim præter voluntatem fiunt, à coactis fiunt. quare, necessitas illa, quæ patrem ad generandum compulit, ipso maior esse comprobatur: quod est absurdissimum: relinquitur ergo, vt volens filium genuerit.

Soluitur. *Soluitur*: Interrogo, vtrum ipse pater volens sit Deus, aut nolens, si volens, præcedit ergo voluntas essentiam eius, quod est falsum: si autem nolens, aut præter eius voluntatem est Deus; quis coegit eum, vt Deus esset? Quod si est neque ex voluntate, neque præter voluntatem, sed natura Deus, eadem quoque ratione Deū genuit.

Instantia. *Contra*: si natura, & non voluntate genuit: didicit ergo quia sibi filius est; & sic cognitio patris de filio, de nouo accessit, quod est omnibus modis falsum, & ab omni ratione alienum: voluntate ergo filium producis, præsciuitque ipsum futurum, atq; ita voluntas generationem antecessit.

Soluitur. *Soluitur*: Pater ad filium, & est, & dicitur, & conuersim filius ad patrem nouit, quia scit quid ipse sit: Erat igitur semper pater, erat etiam semper filius, nulla ergo intercessit temporis mora, aut interuallum. Et cum dicis Deum non ex seipso, sed ex natura didicisse filium, Resp. non esse aliud naturā Dei, aliud vero ipsum Deum; simplex est enim, atque incompositus: quare si à sua natura didicit, à seipso didicit: neque enim voluntas, intellectus, & natura compositionem in Deo ostendunt, quia omnia hæc in eadem sunt natura.

Quomodo pater in filio. Itaque pater in se est, & filius similiter in se. nec pater filius est, nec filius pater, vnusquisque in sua proprietate: est tamen pater in filio, & filius in patre, sicut solis splendor in sole: alius quidam ab ipso, vnum vero natura, vtpote sigillum, & imago perfectissima patris. *Item*, Christus est veritas, veritas est in voluntate: igitur non est similis patri, sed voluntati patris.

4. Argum. Soluitur. *Soluitur*: Si Christus est similis voluntati patris; igitur voluntas est per se subsistens, personæ enim personæ similis dicitur; atque ita filius tertia persona erit à patre, quod est falsum.

Filius non dicitur similis voluntati, sed naturæ patris. Quare, aut manifeste similem esse patri filium, negare oportet, aut non voluntati, sed ipsi patri similem confiteri necesse est. Prætetea, si filius voluntati similis est, & patri dissimilis; necesse est, vt etiam voluntas patri dissimilis sit, quod est absurdissimum. Prætetea, si patri vnum filium dicere similem recusaueris, duos profecto te inducere oportebit, si voluntatem per se subsistere arbitraris: nam si voluntas per se non subsistit, qualitatem in Deo pones, nec filius voluntati comparabitur; animal enim animali confertur, non sapientiæ, scientiæ, quæ per se non subsistunt.

Patri filius similis. Ad hæc accedit, quod quorum est vna operatio, & eadem naturalis virtus; ea eiusdem essentiæ esse oportet: diuersæ enim naturæ sunt, quorum virtutes, & operationes diuersæ; *Porro*, quorum vna est substantia, opera similia quoque sunt; sed patris & filij vna est operatio, & eadem virtus consubstantialis: ergo filius patri similis est, atque consubstantialis; *Qui videt me*, inquit, *videt & patrem meum*: non dicit, videt patris mei voluntatem.

Ioan. 14. Contra, patris substantia generationem non recipit, filius vero genitus est; quomodo igitur consubstantialis erit, quinatus ei, qui generari non potest?

Soluitur. *Soluitur*: genitum, & ingenitum, non mutant substantiam; Adam enim non est genitus, Abel genitus, eiusdem tamen substantiæ. Porro, si filius non est productus extra diuinam essentiam, sicut creatura, vt Ariani dicunt; quare non est consubstantialis patri? vel quia non potuit, vel quia noluit Deus Pater: Sed vtrumque absurdissimum est; in Deum enim non cadit Impotentia, neque pigritia.

De filij Dei diuinitate.

Instantia. Cum igitur Deus pater omnia possit, & meliora velit, melius est autem sibi per omnia similem, quam dissimilem generari; Ergo filius est consubstantialis patri.

Deus solus bonus. Soluitur. *Contra*, Matth. 10. *Cur me bonum nominas? Nemo bonus, nisi solus Deus. Soluitur*: Naturalis bonitas naturæ paternæ proprietas est, quia ex ipso patre naturaliter prodit, ideoque patri consubstantialis. Cum autem Dominus dixit, quid me interroges bonum; sicut homo locutus est, suam tamen gloriam non minorauit. Simili formula loquendi vsus est Euang. *Vos adoratis quod nescitis, nos*

Ioan. 4. *adoramus quod scimus: non enim filius est ex adoratoribus, sed cum*

Heb. 1. *patre & spiritu sancto simul adoratur*, & Apost. *Adorent*, inquit, *ipsum filium omnes angeli Dei.* Nulli autem naturæ præterquam Dei adorationem scriptura attribuere consueuit. *Do-*

Deut. 6. *minum Deum tuum adorabis: & illi soli seruies*, Quare, licet filius sit adorabilis, tamen vt homo adorat. sic quamuis secundum naturam sit bonus, vt homo tamen loquens, solum Deum bonum appellauit. Item; Christus vocat patrem 5.

Ioan 20. Deum suum, Vado ad Deum meum, & Deum vestrum. Et

Psal. 21. Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Si Deus illius est, quomodo consubstantialis? Nam quæ naturæ sunt eiusdem, non erunt alter alterius dij; sicut nec anima animæ Deus est, nec angelus angelo.

Soluitur. *Soluitur*. Hæc locutus est Dominus secundum humanam naturam, secundum cuius dispensationem, patrem Deum appellat; alioqui non esset consubstantialis patri, Deus & Dominus. Etenim si vere filius est, vtique necessario patri consubstantialis erit.

Pater principium filij. *Contra*: quomodo consubstantialis est patri, qui ex ipso, vt ex principio est, cum Pater non sit ex principio?

Soluitur. *Soluitur*: Si filius est ex patre, sicut creaturæ ex creatore; tunc non erit ex vtero patris ante luciferum genitus; sin autem est à patre, vt à genitore, à quo naturaliter procedit, eiusdem est ergo cum illo substantiæ, quamuis alterum principium sit, alterum vero ex principio. Itaque consubstantialis est filius patri, quoniam eadem in vtrisque natura est: differunt quidem, quia pater quidem ingenitus, filius autem genitus: non omnis autem differentia substantias disseparat, sed sola quæ natura definit.

Soluitur. *Contra*: Eiusdem filius cum patre non poterit esse substantiæ, qui huiusmodi principium nunquam habuit. Si ergo perfecte pater filium genuit, generandi finem iam habuit: is finis essendi principiū filio est: quomodo igitur consubstantialis patri erit? *Soluitur*: Si finem generandi pater fecit, principium etiam generandi habuit: filius ergo patri accessit, vt recens, atque ita esset Deus recens. sed quomodo dicit *Psal. 80* *Non erit in te Deus*

Pater nō cœpit generare, nec habet finē generandi. *recens, neque adorabis Deum alienum.* Ad hæc accedit, si pater generare cœpit, & finem generandi habuit; mutatus necessario est: aliter enim se habebat antequam generasset, aliter in generando, aliter postea. sed hæc sunt absurda, igitur nec generare cœpit, nec generandi finem habiturus est. Coæternus est ergo filius patri, & idcirco consubstantialis.

Soluitur. *Contra.* Si identitas substantiæ est in patre & filio, & in nullo differunt: igitur nihil prohibet patrem esse genitum, filium vero ingenitum, quod est absurdissimum.

Filius Naturalis fructus genitoris. *Soluitur*: Si filius est genitus ex substantia genitoris, quasi naturalis fructus ipsius: eiusdem est ergo substantiæ. Quod si non est genitus ex substantia patris, creatura est ergo, & non ex substantia patris, quod est falsum. Item, quæ naturæ eiusdem, eiusdemque substantiæ sunt, non suscipiunt magis & minus: 6.

Soluitur. Pater maior est. homo enim homine secundum rationem substantiæ maior esse non potest. Si ergo in consubstantialibus nullus maiori, & minori locus datur, & filius patrem maiorem se esse aperte docuit: non est ergo ei consubstantialis. *Soluitur*: Quamuis filius secundum rationem substantiæ æqualis sit patri, quia non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo; maior tamen ipso pater est, qui eum generat, quia ex illo filius, & principium filij secundum originē. Et certe quæ naturæ eiusdem sunt, huiusmodi comparationem suscipiunt: diuersarum autem naturarū res, hoc modo non conferuntur; nemo enim recte dicet bouem leone esse maiorē. Quare secundum Arianos, si pater maior sit filio, secundum essentiam dici non valet: homo enim homine, in quantū homo maior non dicitur, neq; diuersæ substantiæ maius & minus suscipiunt. 7. Reliquum est, vt pater maior dicatur, quia filius à patre procedit, vel propter incarnationis ipsius mirabilem dispensationem. Item, illa sententia Christi in Ioan. 14. Ego in patre, & pater in me est, non ostendit, *dicit Eunomius*, filium consubstantialem esse patri: sed ita dixit, sicut loquitur in actis Apostolicis 17. de nobis: In ipso viuimus,

moue-

De filij Dei diuinitate.

moouemur, & sumus. Quomodo enim filium maiorem seipso patrem capere posset? aut quomodo filius minor, maiorem patrem replere valeret? *Soluitur.* Isti de patris, & filii consubstantialitate, quasi de corporeis vasis loquuntur, neque nos ita in patre, sicut filius in patre: nos quidem gratia & participatione in Deo viuimus, & mouemur; filius natura in patre, quia eiusdem naturæ cum patre. Nam, si quemadmodum nos, ipse viueret, non esset naturaliter vita, quod de foris aliquid induerit, id non est ipsi secundum naturam; filius autem de seipso dicit, *Ioan.* 14. *Ego sum vita*: non ergo, vt nos, in Deo viuit; sed naturaliter, secundum identitatem essentiæ. *Contra*: ideo dicebat se esse in patre, & patrem in ipso; quia tum verba, tum opera sua, non sua erant, sed patris. *Soluitur.* Patratione dicere poterat Moyses, ego in Deo, & Deus in me; quia verba mea, non mea sunt, sed Dei. Frustra Christus appellaretur filius Dei; si veluti sanctorum aliquis externa virtute operaretur. Est autem pater in filio, sicut Sol in suo splendore, & sicut intellectus in verbo suo, & sicut fons in fluuio.

Soluitur.

Ego in patre, & pater in me est.

Imago regis filius Dei.

Vnde, quemadmodum si quis depictam regis imaginem videat, & miratus pulchritudinem imaginis, ipsum regem videre desiderat: iure itaque imago ad eum diceret: qui me videt, regem videt: & rursus. Ego & rex vnum sumus, quantum ad exactam similitudinem: Ego in rege, & rex in me est, quantum ad formam. Sic filius Dei: *Qui videt me, videt & patrem meum, & ego in patre, & pater in me est. & Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians.* *Contra*: Filius est in patre, & pater in filio; quia quæcunque pater vult, eadem vult & filius, propter identitatem voluntatum. *Soluitur*: *Benedicite Domino omnes angeli eius, ministri eius, qui facitis voluntatem.* igitur angeli possunt dicere, nos in patre sumus, & pater in nobis est. idem dicere possent, ignis, grando, nix quæ faciunt verbum, siue voluntatem patris, quod absurdum est cogitare, ne dicam dicere, vel asserere.

2. Cor. 5.
Instantia.
Soluitur.
Psal. 102.

Contra: Vnius substantiæ dicitur filius cum patre: quia est imago eius: sed nos quoque sumus ad imaginem Dei, igitur vnius substantiæ cum Deo, quod falsum est. Igitur, falsum est asserere, filii & patris vnam esse substantiam, quia filius est imago patris. *Soluitur*: Immensa differentia est inter nos per gratiam filios, & inter filium Dei, qui est natura filius. De illo dicitur in Ps. *Quis similis tibi Domine in diis?* Non enim de foris, sed naturalis filius est. De nobis autem Psalm. 81. *Ego dixi dij estis, & filii excelsi omnes: vos autem sicut homines moriemini.* Imago Dei sumus, quoniam veram imaginem eius, id est filium suscepimus: alioqui pater secundum hanc obiectionem, nomine solum pater erit, filius vero non erit incommutabilis, & sic non erit genitori conformis. sed quomodo verum erit: Qui videt me, videt & patrem meum; si filius non est vere & naturalis imago patris? Et Ioan. 14. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Item, *Pater sancte custodi eos in nomine tuo, quos mihi dedisti, vt sint vnum sicut & nos: sicut tu pater in me, & ego in te. vt & ipsi vnum in nobis sint. Ego in ipsis, & tu in me, vt sint perfecti in vnum.*

Instantia.
De imagine.
Soluitur.
Psal. 88.
Filius Dei quia Dei imaginem recepimus.
Ioan. 17.
8.
Vt sint vnum.

Igitur sicut filius est in nobis per gratiam; ita est in patre per gratiam, & non per naturam. & sicut nos sumus vnum cum patre & filio per gratiam; ita pater cum filio sunt vnum per gratiam: aut nos sumus vnum cum Deo secundum substantiam. *Soluitur*: Consueuit Saluator noster bona, quæ naturaliter insunt sibi, proponere, & ad similitudinem illorum hortari; vt ad diuinam sic imaginem, ad quam facti sumus, reformet. *Discite a me, inquit, quia mitis sum, & humilis corde.* nec tamen si eum imitati, mites erimus, natura quoque ei similes erimus, sed in sola mansuetudine, quoad fieri potest, ei assimilabimur. Sic igitur hortatur nos ad bonum vnitatis. vt quemadmodum naturaliter ipse vnum est cum patre; sic nos concordia & consensu simus consummati in vnum naturalemque identitatem patris & filij, quasi exemplar secuti, voluntatis coniunctione ipsum imitemur: quæ nos quasi corpus vnum, & animum vnum efficiat. Similis modus loquendi est in actis *Multitudinis credentium,* inquit, *erat cor vnum, & anima vna.* Vnitatem igitur naturalem, quam habet cum patre, nobis proposuit in exemplar, vt illam, quantum fieri potest, imitaremur, nempe, vt voluntate essemus vnum; vt id voluntate nos efficiamur, quod ipse natura cum patre est: pater enim & filius vnam habent voluntatem, atque consensum. hoc est, quod dicit, vt sint vnum, sicut & nos. Porro, similitudinis aduerbia, sicut, quasi, veluti, non totam rem eandem esse significant; sed aliquam similitudinem ostendunt: Sicut ego in ipsis; quia homo factus sum cum ipsis. & tu in me; quia eiusdem tecum sum substantiæ.

Soluitur.
Matth. 11.
Vt sint vnum sicut & nos.
Act. 4.
Similitudinis aduerbia.

9. Item, Si filius est incommutabilis, similisque patri in omnibus, quare non generat? Si autem non generat; erit ergo generanti dissimilis, & alienus à patre. *Soluitur*: de hac latius postea dicemus, sufficerit hoc

Quare filius non generet.

respondisse, filium non generare alium filium, quia completus est in eo actus generandi in diuinis: per omnia autem similis est patri. *Contra*: Ioan. 5. Sicut pater essentialiter est vita, sic dedit filio habere vitam in semetipso: est ergo minor patre; quia recipit à patre, quod prius non habebat. *Soluitur*: Pater habet vitam in semetipso, id est, essentialiter: filius quoque dante esse ei patre, siue generante eum patre, habet vitam in semetipso, id est, essentialiter est vita, non per additamentum: patri ergo est æqualis, & similis in omnibus; quum non aliter sit vita, quam ipse pater. Nam si non secundum naturam filius esset, quomodo vere diceret: *Qui credit in me, vitam habet æternam?* Ioan. 6. & 10. *Et ego vitam æternam do eis.* Et iterum. *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Omnia igitur quæ pater est, filius similiter est, præterquam pater non est filius, & filius non est pater. Scribitur autem patrem dedisse filio vitam, vt naturaliter, & essentialiter ex patre filius esse significaretur: non enim pater aliquid dedit filio, quasi à seipso auferens, & filio non habenti tribuens, sed genuit filium, qui est essentialiter vita.

De filij Dei diuinitate.
Soluitur.
Habere vitam in seipso.
Quomodo pater vitam dedit filio.

Ad hæc accedit, quod diuinæ scripturæ veritatem filium appellant: quomodo ergo veritas erit, si falso dicit: *Ego sum via, veritas, & vita?* non enim ille vita, qui essentialiter vita non est: itaque filius non participatione, sed substantialiter vita est. Amplius, cuius cognitio viuificat ipsum cognoscentes; ille est vita essentialiter, sicut cognitio patris: sed cognitio filij est huiusmodi, *hæc enim est vita æterna, vt cognoscant te Deum, & quem misisti Iesum Christum*: filius ergo est vita essentialiter. Sed *dicet aliquis*: Si pater habet vitam in semetipso: aliud ergo ipse qui habet, aliud vita quæ habetur. quomodo igitur simplex secundum essentiam Deus est? *Resp.* Personam patris & vitam, id est, diuinam essentiam idem esse omnino realiter, distingui vero ex natura rei, quia natura diuina communicatur, non autem persona, alioqui persona patris posset esse persona filij, quod est impium asserere. Neque ex hoc sequitur aliqua compositio inter personam & essentiam, sed summa simplicitas. Pater igitur habens vitam in semetipso, genuit filium habentem vitam in semetipso: neque propterea duæ vitæ, sed vna vita: ideoque filius est naturaliter vita, sicut & pater.

Filius est vita essentialiter.
Ioan. 17.
Instantia.
Soluitur.
Essentia & persona in patre quomodo distinguantur.

Inquantum vero factus est filius hominis; & vitam, & potestatem accepit, quam non habebat, vt homo, habebat autem vt Deus. Sed aliqui dicunt filium creaturam esse, quia dictum scriptum est in prou. Salom. *Dominus creauit me*, nec tamen est vnigenitus Dei, sicut vna creaturarum. Ad hæc respondemus, quod si filius creatus sit, erit quoque de numero creaturarum, & per consequens, sicut vna de creaturis: omnibus enim creaturis illud commune est, ex nihilo esse. quare si filius Dei creatus est, erit quoque ex nihilo: quomodo ergo haberet authoritatem creandi? Non ergo ideo creare potest, quia creatura est; sed non sicut vna creaturarum; sed quia ex substantia patris genitus, hoc est, genitus habet eandem substantiam cum patre. Deinde, si filius est creatura, ergo seipsum creare potest: omnia enim pater per ipsum creat. sed hoc est stultissimum sequeretur enim, vt aliquid esset, quando ipsum non esset. non ergo est creatura filius Dei, sed Dei patris filius, creandi virtutem veluti Deus naturaliter habens. Adde, quod soli filio Dei competit patrem alijs reuelare, & manifestare, *Nemo nouit filium, nisi pater: & nemo nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Et, *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus filius Dei, qui erat in sinu patris, reuelauit nobis.* Igitur filius Dei non est creatura: nulla quippe creatura hanc patris reuelationem in hominibus efficere potest, quia nulla creaturarum videt, & cognoscit patrem, sicut cognoscit filius idcirco solus filius potest patrem reuelare: non enim potest perfecta naturalisque creatoris similitudo in creaturis inueniri, neque in ijs, quæ ex nihilo producti sunt, qui æternus est perfecte vnquam inspici poterit. Inspicitur autem perfecte in filio. imago enim incommutabilis est. Quare cum pater non sit creatura, nec filius creatura erit; in quo, vt in vera naturalique imagine atque charactere pater inspicitur. & ideo ipse quidem adoratur à creaturis. Cum ergo solus filius perfecte cognoscat & videat patrem; quia ex eo est, & in eo est; solus filius est patrem alijs reuelare. quod certe creaturæ facere nequeunt; igitur filius, vt dixi non est creatura.

Obiectiones.
Prou. 8.
Solutiones.
Filius Dei non est creatura.
Matth. 10.
Ioan. 1.
Soli filio competit patrem alijs reuelare.

Instant illi: creaturæ non potuissent manum Dei patris virtutem sufferre, propterea filium creauit, quem verbum appellauit, cui totam virtutem suam infudit, vt per ipsum quasi per medium cætera fierent: indecens enim fuisset, ineffabilem Dei virtutem ad hæc minima peruenire, & caducarum rerum curam habere. *Sed hæc facile solui possunt per apertum Euangelij testimonium. Nonne inquit, duo passeres veneunt asse. & vnus ipsorum non cadit in terram absque patre vestro,* qui

Instantia.
Responsio.
Matth. 10.

De filij Dei diuinitate. *Dei prouidentia.* *stro, qui in cælis est?* Et iterum: *Si fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos?* falsum est ergo Deum hæc minima non curare, & caducarum rerum rationem non habere. Quomodo ergo erit omnium creator, quibus prouidere non dignatur? Quare huiusmodi homines superbiæ certe vitium Deo innuere conantur, cum dicant non esse decens, vt minimarum rerum creator sit. ipse enim omnium creator est, etiam minimorum, omnibusque prouidet, & sese per misericordiam suam participabilem præbet.

CAP. IV.

Rationes quorundam, quibus docere conantur filium creaturam esse & creatorem.

Confutantur rationes. Audent quidam hæc absurda asserere. Creatura, inquiunt, est filius, & tamē creat, quia id à Deo, quasi à magistro, atque artifice didicit, vt esset minister ad opera sua. hæc illi. Ad hæc resp. si filius Dei est creatura, & potestas creandi non inest illi naturaliter, sed per accidens: posset ergo tali potestate spoliari, & dediscere quod prius didicerat. quod profecto absurdum est de Dei filio sentire. Amplius, ex nihilo creaturas producere, non est officium artis, sed ineffabilis atque creatiuæ virtutis. artis enim est, ea quæ sunt, quasi per subiectam materiam, solummodo immutare: creandi autem virtus, ipsam rerum substantiam à nihilo ad esse producit. Si ergo arte, atque doctrina filius creator factus sit: sola ergo doctrina creandi filius Dei à nobis erit discretus: quam si nos haberemus, omnes essemus creatores. Hæc cum sint stultissima, *Filius Dei non est arte, sed natura creator.* igitur non doctrina accidentali, sed virtute naturali filius est creator. Deinde, aliud est sapientia, & aliud sapiens: sapientia enim est, qua quis sapiens fit, sapiens autem, qui sapientiam habet. quomodo igitur sapiens per doctrinam filius *1. Cor. 1.* fiebat, qui sapientia ipsa est? *Dico*, inquit Apost. *Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* si enim indigebat doctrina, non erat sapientia. Adhæc, si doctrina creatio datur, potuit ergo artem creandi multos docere, vtpote multos angelos, & archangelos: quod si potuit, & noluit, inuidit ergo: atqui in Deum non cadit inuidia: igitur non per doctrinam filius, sed per naturam vna cum patre creat; siquidem per generationem omnia à patre accepit. alioqui quomodo filius *Ioan. 5.* diceret, *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* quod si pater etiam nunc operatur, frustra secundum vos creatus erit filius, quod est dictu absurdissimum. Non ergo ad producendas creaturas factus est filius, sed ex patre natus, cuncta cum patre operatur, natura Deus, & natura creator. Præterea, si filius est factus propter nos, cum finis sit nobilior his, quæ sunt ad finem: creaturæ ergo filio Dei præstantiores erunt: earum enim causa, creatus est filius Dei. sed ista sunt stultissima, pari quoque ratione, stultissimum est dicere, filium Dei creaturam esse. Ad hæc accedit, quod si propter nos filius Dei creatus est, vt isti dicere audent, primi nos erimus apud Deum: sic enim nos Deus primo, deinde filium propter nos intendisse videbitur, sed quomodo tunc erit primogenitus inter multos fratres? aut quomodo va*Heb. 1.* rum est, quod à Propheta, & Apost. dicitur: *Et adorent eum* *Psal. 44.* *omnes angeli Dei?* Et iterum. *Thronus tuus Deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui?* Amplius, si aliter nos creari non poteramus, nisi filius Dei prius crearetur: filium ergo pater non produxisset, nisi nos creare voluisset. Quare nobis creatis, superuacaneus esse videtur filius: productis enim creaturis, pater iam non eget amplius illius opera: quæ omnia stultissima sunt. Nam & si nullam creaturam Deus producere voluisset; verbum tamen suum erat in ipso, quia In principio erat verbum, & Deus erat verbum. Lucere sine splendore Solem non posse, clarissime nouimus: ita plane intelligamus, nihil nisi per filium patrem operari: Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: ideo & dextera, & brachium Dei nominatur; quia quasi per manum omnia Deus per ipsum operatur. Et cum dicunt *Dominus creauit me.* Ariani, scripturam in Prouerb. Salom. manifeste loqui: *Dominus creauit me initium viarum suarum:* resp. illa quæ prouer*Ioan. 16.* *Loqui in prouerbiis quid significet.* bialiter dicuntur, alium sensum habere. *Hæc in prouerbiis locutus sum vobis, sed veniet hora, quando non in prouerbiis loquar vobis, sed palam.* hinc perspicuum fieri potest, per prouerbia non palam, quæ volumus, ostendere. Locus autem ille Prouerb. 8. paulo ante ostensus, & declaratus est, cuius sensus est: Dominus creauit me, in quantum factus sum homo, initium viarum suarum in opera eius; vt initium viarum *De filij Dei diuinitate.* Domini, & operum suorum omnibus daret. In Christo enim primo euangelica vita effulsit. mandata enim euange*De creatura. Dominus creauit me initium viarum suarum.* lica, viæ sunt, quibus recto itinere ad Deum pergimus: item, creauit me initium, id est, fecit super prophetas, & legum initium, id est, potestatem, vt non in illorum verbis sistere faciam meos cultores. sed ad spiritualem illorum verborum sensum transire. Præterea, si filius est vnigenitus Dei, quomodo est creatus? non enim quia primo creatus erit vnigenitus. nam & Ruben principium factus est filiorum Iacob, nec tamen idcirco vnigenitus, aut alienus à natura fra*Gen. 29.* trum suorum. Quare, si filius initium est creationis aliorū, non erit alienus à natura creaturarum; atque ita non recte Ioannes dixit, *In principio erat verbum:* si enim erat, quomodo creatus est? Quod vero in illa scriptura prouerbiorum dicitur: Dominus creauit me: ad assumptæ humanitatis na*Ioan. 20.* turam retulit, *Vado ad Deum meum, & Deum vestrum:* patrem suum, Deum suum, vt homo appellat. Nam quemadmodum non natura serui sumus, etiam si Deum patrem appellamus; ita & filius non amisit, vt secundum naturam sit filius, quamuis homo factus, Deum suum patrem appellet. *Matth. 11.* *Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ.* Ecce patrem suum Dominum appellat: Dominum, inquam, omnium, quæ cæli ambitu continentur. Sed illa ex nihilo sunt producta; Quia ipse dixit, & facta sunt: filius autem non est ex nihilo, *Quomodo filius Dei dicatur factus.* neque de aliqua materia: igitur de substantia patris, quod perinde est, filius est substantia eadem, siue eiusdem substantiæ cum patre. Ita ergo filium Dei factum esse dicimus, *Esa. 53.* sicut Isaias. *Quia ipse infirmitates nostras accepit:* Et Apost. *Fa*- *Gal. 3.* *ctus est pro nobis maledictio.* Et *Pro nobis peccatum fecit.* Hæc om- *2. Cor. 5.* nia factus dicitur, non quia in illa mutatus, sed quia pœnam *Creauit.* peccatis nostris debitam perpessus est, in corpore suo super *Creauit.* lignum, 1. *Petri 2.* non enim est facta persona filij Dei, sed *Indifferenter sæpe sumuntur.* propter naturam assumptam facta dicitur. Præterea obserua, quod scriptura indifferenter interdum vtatur hoc verbo genuit, pro creauit: *Deut. 32. Deum, qui te genuit, dereliquisti. Iob. 38. Quis*, inquit, *genuit glebas terræ?* Ex hoc enim non licet inferre, angelos ex substantia Dei genitos, neque glebas roris. Quare sicut de creaturis verbum genuit, abusiue dicitur; ita sane de filio Dei, verbum creauit. Creaturæ siquidem adoptione gratiæ, filii Dei appellantur, *Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* filius autem non adoptione, sed natura est filius Dei: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: Et in Psalmo: *Dominus dixit ad me, fi*- *1. Ioan. 5.* *lius meus es tu, ego hodie genui te.* Et Ioannes. *Vt simus in vero filio Dei.* Cum ergo sit filius naturalis, & non per adoptionis gratiam; qui fieri potest, vt creatura sit, qui æternaliter à patre generatur, & eiusdem est cum patre substantiæ, omniaque substantialia cum patre communia habet? Sed aliquis ita ar*Instantia.* guet: quod ex aliquo prodit, pars illius substantiæ est, vnde prodit. sed à patre prodit filius, ergo est pars substantiæ patris. Confirmatur, quia quod semel separatum est, atque diuisum, id totum esse non potest. sed filius separatur à patre, quia generans à genito realiter distinguitur: igitur non est idem cum patre. Soluitur: ex falsa imaginatione argu*Solutio.* mentum procedit: essentia enim diuina, quam pater per generationem filio communicauit, est simplicissima, & indiuisibilis, ideoque non sequitur, patrem vnam partem sibi conseruasse, alteram vero filio dedisse; sicut interdum pater, partem hæreditatis, ante suum obitum filio suo vnigenito tradere consueuit, sed vna & eadem numero manet in filio & in patre. Similitudo aliqua huius rei in Sole conspici *Similitudo de Sole.* potest. Sol enim ita lucet, vt nullo modo imminuatur, nec aliquis poterit localiter lucem à Sole diuidere, nec separari calorem ab igne: exit enim ab igne inseparabiliter, quasi fructus essentiæ suæ, sicut & splendor lucis semper namque cum istis rebus sunt, quæ ex ipsis generantur. Ita plane intellige filium ex patris essentia emanare, vt æternaliter in ipso sit, & in propria hypostasi esse non desit. Hanc ob causam euangelium sic loquitur: Ego in patre, & pater in me est. Et iterum: Ego & pater vnum sumus. non ergo filius, quia à patre prodit, est pars non integra dissepata; sicut nec splendor dissepara[illegible] est à luce, & calor ab igne, & verbum à mente, siue intellectu. *Sed iterum instas*, animalia vniuer*Instantia.* sa, quæ nascuntur ab aliis, multo posteriora parentibus sunt: sed filius generatur à patre, igitur est posterior patre. *Soluitur.* *Soluitur*: Argumentum veritatem habet in natura creata, non autem in natura increata, in quam mutatio non cadit. Lux est pater, & quidem æternus; huius autem lucis splendor, nempe filius Dei, vt dicit Paulus. *Qui cum* *Heb. 1.* *sit splendor gloriæ &c.* semper cum ipso patre est, verbum

Dei

[*Filius Dei ... minate.*] Dei viuum ex patre viuo profluit, & ideo semper est: nunquam enim erat, sed nec erit vnquam Deus sine verbo. Ex quo sequitur, verbum, siue filium Dei creaturam non esse: alioqui miserius se modo haberet genus humanum, quam antea. dum enim credit beneficio filij Dei à falsorum deorum seruitute liberatum esse, in maiorem incidisset impietatis iniuriam, Deo scilicet seruiens, qui naturaliter non est Deus. [*Filius Dei nō est creatur.*] Item omne creatum est recens: sed nefas est in recentem Deum credere, sicut dicitur in Psal. *Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum*: igitur filius Dei non est creatura. Item, omnis creatura est serua ex suæ naturæ conditione. [*Rom. 8.*] *Omnis* (inquit Apostolus,) *creatura ingemiscit*, quærens liberari à seruitute corruptionis. sed Christus nos liberauit à seruitute legis, mortis, & peccati, [*Gal. 4.*] quomodo ergo filius Dei, qui nos exemit omni seruitute corruptionis, creatura dici potest, cum creatura ab huiusmodi seruitute seipsam eximere nequeat? filius Dei ergo non est seruus, sed liber; non libertate, qua nos liberauit, sed libertate naturali, quam à patre accepit. Amplius, omnis creatura facta est in tempore, nullum vero tempus generationem filij præcessit, neque spatium, aut duratio vlla: non ergo est factus filius Dei, sed genitus. Quomodo enim esset omnium creator, si eius generationem aliqua duratio creata præcessisset? Denique, rationales creaturæ filij Dei vocantur, non quidem natura, sed participatione. Ego dixi, Dij estis: filius autem, non participatione, sed natura est Deus: quia qui non honorat filium, non honorat patrem, vt dicit euangelium. si ergo æqualis honor debetur vtrisque absque dubio, pares sunt in Deitatis honore.

QVÆSTIONIS QVARTÆ CAP. I.

Filium Dei esse verum verbum, atque naturale Dei patris.

Licet multa dicta sint, quæ filij Dei diuinitatem clarissime ostendunt, nonnullis tamen opinionibus, quæ de verbo Dei perperam loquuntur, occurrendum esse censui, atque ita adhuc addere aliquid necessarium esse putaui. [*Argumentum.*] *Quidam sic arguunt*: Si filius, inquiunt, est verbum patris, & ipsi consubstantialis in nullo ergo differt à patre, atque ita verbum pater appellari poterit, quod scripturis non probatur. igitur verbum non est eiusdem naturæ cum patre. *Soluitur*. Ioannes *cap.* 1. sine aliqua dubitatione loquitur: *Et Deus erat verbum*, inquit. [*Solutio. Verbum Dei filius substantialis.*] verbum ergo est filius Dei substantialis. Et cum dicis patrem appellari posse; non probatur, propter differentiam personarũ, quæ realiter distinguuntur, vnius tamen sunt diuinitatis, propter eandem numero diuinam essentiam, quæ est in vtraque persona. Adhuc *instant hoc modo*. [*Instantia.*] in euangelio Ioannis legimus, ita filium patrem alloquentem. *Et glorificaui*, inquit, *& glorificabo*. Quomodo igitur filius verum patris erit verbum, cum ad eum pater loquatur? locutio autem sine verbo fieri non potest. aut igitur per ipsum, si verbum verum est, loquitur filio pater, quod est absurdum; aut aliud est illud verbum interius, atque naturale, quo ad filium locutus est pater. [*Soluitur. Verbum Dei quomodo loquitur.*] *Soluitur*: Verbum, siue filius Dei, quatenus Deus, more humano per labia, guttur, & linguam non emittitur, neque aures audientium verberat; sed intrinsecus mentem monet, instruit, & mouet. neque vox illa patris propria naturalis fuit; sed sonus quidam factus, quo significabatur, quantæ dignitatis filius sit apud patrem. quod autem vox illa collisione corporis facta fuit, Dominus ostendit *Ioan.* 12. *Non propter me*, inquit, *facta est hæc vox, sed propter vos*. [*Glorificaui, & glorificabo.*] non dicit, non propter me locutus est pater, sed, facta est vox. facta est ergo illa vox miraculose propter discipulos; vt paternam voluntatem in glorificatione filij sui cognoscentes, pericula, opprobria omnia non pertimescerent. Iterum instant. Inuenitur, *inquiunt*, in scripturis, pater dicens ad filium, Gen 2. *Faciamus hominem*: Et Ioan. 8. *Ego à meipso non loquor; sed quæ à patre audiui, hæc nuncio vobis*. [*Instantia.*] si pater locutus est ad nescientem filium, & tunc discentem, quando verbum patris percepit; aliud profecto ipsa verbum erit, quam illud natura intrinsecum, quo didicit: sin vero ad scientem filium; superuacaneum videtur fuisse, scientem docere. [*Soluitur.*] *Soluitur*: omnia pater docuit, & dedit filio generatione æterna, nec per aliud verbum, per interualla temporis filium docuit; sed genuit æternaliter Deum, omnia scientem, omnia potentem. [*Vnicum est verbum Dei.*] vnicum ergo est verbum Dei naturale, atque intrinsecum, id est, filius Dei. Amplius, si aliud verbum insitum patri est, secundum naturam, quam illud de quo scripturæ loquuntur, vt hic aliud intrinsecum, quasi occultatum in patre, aliud enuncians, manifestansque mysteria Dei, quod Deum esse Ioannes euangelista asserit, [*De filij Dei diuinitate.*] proculdubio in patrem compositio caderet. componeretur enim Deus pater, secundum istos, ex essentia diuina, & verbo suo intrinseco. sed nullo pacto in Deum cadit compositio: vnicum ergo est verbum Dei, & non duo, vt illi dicunt. Rursus *obiiciunt*, filius Dei, verbum & sapientia Dei appellatur: [*Instantia.*] sed sapientia est quædam scientia, & verbum est prolatio vocis; hæc autem non competunt filio, quippe qui non est prolatio vocis, neque scientia aliqua acquisita: igitur verbum Dei dici non potest. *Soluitur*: verbum Dei est subsistens ex subsistente, viuum ex viuo; [*Soluitur.*] non enim est sicut verbum humanum, sed tantum excedit verbum humanum, quantum humana substantia à Dei substantia exceditur. Loqui autem patrem ad filium, sic intellige: filium habere perfectam voluntatis paternæ cognitionem, nec expectare verbum, quum ipse sit vnicum Dei verbum connaturale, & coæternum patri. [*Pater loquitur ad filium quomodo intelligitur.*] Quando ergo legis in euangelio loquentem patrem cum filio, hoc modo intellige, nempe filium, absque alio doctore, perfecta cognoscere voluntatem patris. *Instantia*. [*Instantia.*] Verbum appellatur, non quia ex patre secundum naturam sit, aut quia ipse filius sit intrinsecum, atque insitũ patri; sed potius quia patris verbum audiens, nobis enunciet voluntatem patris: sicut sanctificatio quoque dicitur filius, quia alios sanctificat; iustitia, quia alios iustificat. *Soluitur*: [*Soluitur. Verbũ Dei non audit aliud verbum.*] si filius verbum dicitur, quia verbum audit, erit vtique ipse verbum participatione illius verbi. sed quæ per participationem habentur, possunt amitti: igitur filius, quia est verbum per participationem, potest desinere esse verbum, quod est omnibus modis absurdum: non enim recta diceretur à filio: *Qui videt me, videt & patrem meum*, propterea, quod pater est Deus natura immutabilis, filius vero mutabilis; quippe qui esset Deus, non quidem per naturam, sed per participationem. fateamur ergo necesse est, filium Dei esse verum verbum Dei, non autem alterius verbi participem. *Instantia*; [*Instantia. Philip. 2. Dedit illi nomen.*] nomen illud si filio naturaliter inest; proculdubio non diceret Apostolus, Christum ob meritum crucis, & humilitatis accepisse nomen, quod est super omne nomen: nemo enim de nouo accipit quod habet. sed Apostolus apertissime, & elegantissimis verbis hoc profitetur. Ergo non est Deus natura, sed factus per gratiam. *Soluitur*: [*Soluitur.*] cum filius Dei sit in sinu patris altissimus, non opus illi erat labore quærere, quod naturaliter habebat. Quare illa Pauli verba sic intellige: *Dedit illi nomen*: non nomen, quod prius non habuerat, sed illius declarationem, & manifestationem nominis. prius enim paucis hoc nomen innotuerat, sed post Christi passionem, toti prorsus mundo innotuit. Exaltatus est præterea, non secundum quod Deus; sed secundum quod *verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. [*Gratia Christi redundat in electos.*] Altissimus Dei filius semper est vt Deus, exaltatur vero, vt homo. *Psalm.* 44. *Sedes tua*, inquit, *in seculum seculi*: addit: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus. &c.* vt verbum, & filius Dei regnabat ante vnctionem cum patre. Exaltatur autem, vngitur propter nos, vt per ipsum in omnes nos gratia percurrat. *Ioan.* 17. *Et pro ipsis ego sanctifico meipsum, vt ipsi quoque sanctificati sint*: omnia enim quæ in Christo, vt in homine sunt, in vniuersam redundant ecclesiam electorum. *Instantia*. [*Instantia. Heb. 1. Melior angelis effectum.*] Apost. ita loquitur: *Tanto melior angelis effectus, quanto præ illis differentius nomen hæreditauit*. Arguunt ergo ex his verbis hoc modo: Quod fit melius, prius non erat: sed Christus factus est melior angelis; igitur prius non erat: atqui Deus semper est eodem modo, & non potest fieri melior, neque deterior: igitur filius non est Deus. *Soluitur*: [*Soluitur.*] quando propter nos factus est homo, & immunditia peccatorum per ipsum purgata, sedit in dextra magnitudinis in excelsis, tunc melior angelis cognitus est; non quia naturam in aliud mutauerit, vel quia factus sit postea, quod antea non erat; non enim de natura filij modo sermo habetur, sed de ea potius, quæ incarnationis tempore, assumpta est natura: itaque non angelorum natura naturæ Christi comparatur; sed Christi administratio administrationi angelorum, quam dicit meliorem fuisse. *Instantia*: [*Instantia. Act 2.*] in Act. Apost. sic Petrus: *Sciat omnis domus Israel, quia Dominum & Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis*. Apost. ad Hebr. 3. *Considerate Pontificem confessionis nostræ Iesum Christum, qui fidelis est ei, qui fecit ipsum*. [*Factus quomodo intelligitur.*] Tunc sic formatur argumentum: quod fit à Deo, non est Deus, quia Deus non fit, cum semper sit. sed filius fit à Deo patre: igitur non est Deus. *Soluitur*: [*Soluitur.*] verbum illud facere, quando de filio Dei dicitur, vel de humana natura assumpta à Christo intelligas, aut indifferenter, abusiue accipias pro generare.

Ab ho-

De filij Dei diuinitate.

Ab hodierno die, inquit, *filios faciam*, id est generabo. Non ergo de natura verbi, sed de incarnatione eius, hæc Paulus scripsit: tunc enim factus est pro nobis homo, quando verbum caro factum est: tunc, vt homo fidelis creatori suo fuit, qui opus sibi commissum fideliter perfecit: tunc Apost. pro nobis fuit ad nos missus, & fidelis Pontifex confessionis nostræ; offerens seipsum pro nobis hostiam immaculatam Deo in odorem suauitatis. Non ergo ad essentiam filij illa verba sunt referenda, sed ad sumptæ humanitatis sacramentum. nam & Paulus antea homo erat, quam factus sit Apostolus. & Moyses similiter, antequam factus sit fidelis minister in tota domo Dei. Eodem quoque modo intelligenda est illa scriptura, quæ sumpta est ex Act. Apost. Dei filius erat semper, vt est omnium Dominus: In serui autem forma factus est, vocatus est, quoniam id homini conuenit; hominem enim assumpsit, non vt diuinitatem amitteret; sed vt seruitutem nostram, in dominandi honorem extolleret; & dedecus nostrum ad nobilitatem suam traduceret. Quando ergo dicit scriptura, & Dominum ipsum, & Christum Deus fecit; Deum, aut pro tota trinitate accipias; aut si ad patrem referas, verbum patris, ea operatione non priuabis; opera enim trinitatis ad extra sunt indiuisa; *Ego à me nihil facio, sed pater in me manens, facit opera.* Vel accipias fecit, pro declarauit: pluribus siquidem operibus miraculosis, quæ per filium facere dignatus est, filij diuinitatem declarauit. *Ioan. 10. Et si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, quia ego in patre, & pater in me est.* Ad hoc accedit, quod fieri, & effici, non semper essendi principium significat: *Fiat mihi in Deum protectorem*, Psalm. cecinit. & *Factus est Dominus refugium pauperi.* nemo enim audebit dicere, tunc cœpisse Deum esse, quando pauperi factus est refugium: sed semper fuisse. Quare quemadmodum qui semper est, alijs fieri refugium dicitur, dum est illis solatio, & adiumento; ita cum Dominus noster semper sit Deus, & omnium Dominus, fieri nobis dicitur saluator, cum per assumptæ humanitatis sacramentum, nobis auxilium præstitit salutis. *Sed dicet aliquis*, quomodo filius erit similis patri, qui de seipso aperte dicit, omnia se à patre accepisse: *Omnia*, inquit, *tradita sunt mihi à patre meo.* Nam si à seipso haberet, non vtique accepisset: quoniã vero se accepisse fatetur, certe non habebat à seipso. *Soluitur*: Dum filius à patre, omnia naturaliter accipere dicitur, vno duntaxat excepto quod pater non est; non ergo filius de nouo aliquid à patre accipit, quod prius ab æterno non acceperat nascendo: alioqui quare diceret, omnia quæ habet pater mea sunt, & omnia mea patris similiter: Nam si nihil habet filius à seipso, nihil etiam haberet pater à seipso, quod est omnino absurdum. Accipere autem se dicit à patre, ne quis putet eundem esse patrem & filium, sicut dixit Sabellius, simili scripturæ testimonio confirmatur. Sicut, inquit, pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Ex patre siquidem filium habere vitam naturaliter significatur, & alium personaliter esse quam qui dedit, demonstratur. Sensus ergo illius scripturæ est: sicut pater æternaliter vitam habet in semetipso; sic & filius æternaliter habet vitam in semetipso. Quare, si aliquando filius non habebat vitam in semetipso, nec pater habebat: sed hoc est impium: igitur filius semper habet vitam in semetipso. Cum autem dicit, se à patre eam accepisse; diuinitatem suam non minorauit, sed suæ emanationis originem insinuauit, alium scilicet esse personaliter, ita tamen, vt identitati naturali in nullo derogetur. *Instantia*. Posset aliquis obijcere. si creatura, inquit, non esset filius Dei; non diceretur omnium creaturarum primogenitus; quoniam enim magnam habet cum creaturis coniunctionem, propterea hoc nomine appellatur. alioqui quomodo earum primogenitus recte diceretur? *Soluitur*: Paulo ante *com. 7. Quæst. 2. cap. 4.* de hoc nomine nonnihil dixi. Dominus siquidem noster, vnigenitus dicitur, quia solus ex patre nascitur, & solus Dei filius naturaliter est. Primogenitus autem dicitur, quum in multis scribitur fratribus, quando nimirũ homine assumpto, frater noster effectus est; tunc primogenitus factus est in multis fratribus, quia multos filios Dei per gratiam effecit. Primogenitus igitur vocatur, non quia tempore alios præcessit, neque quia eiusdem ipsa, in quantum Dei verbũ, cum creaturis essentiæ est; sed quia in ipso primo deificati sumus. vnigenitus vero simpliciter dicitur, nulla alia causa addita, quia solus, vt vere filius, in sinu patris est, primogenitus in multis fratribus, & primogenitus ex mortuis. non est ergo ipse filius, verbum Dei creatura: nam si in eo vniuersa creata sunt, *Coloss. 1.* nihil ergo est creatum, quod per ipsum creatum non sit; alioqui seipsum creasset. Vocatur quoque primogenitus ex mortuis, quia primus ipse, morte calcata, surrexit, & primus carnem nostram in cœlos reduxit. Quare, quemadmodũ initium viarum creatus est, quia per ipsum omnes possunt in salutem recurrere; ita plane primogenitus vocatur in multis fratribus, quia vocauit nos omnes ad adoptionem Dei per gratiam. primogenitus vero ex mortuis, quia ex mortuis resurgens, naturam nostram in incorruptionem reuocauit. Vnigenitus, quia solus à patre genitus, cætera vero per ipsum sunt condita. Non ergo vnigenitus appellatur, vt quidam dicunt, quod solus à patre creatus sit; sed potius quod solus à patre natus sit, siue naturaliter nascatur; alioqui non erit pater omnium vniuersaliter creator, quod sanctis scripturis, & fidei catholicæ non consentit. Itaque filius Dei naturalis recte vnigenitus appellatur, quia ex patre naturaliter prodiens, essentiæ paternæ verus per generationem hæres inuenitur: neque illorum sententia probanda venit, ideo vnigenitum appellari, quod solus omnia excedat; alioqui pater, qui simili excellentia pollet, posset simili nominis titulo gaudere, appellerique scilicet vnigenitus, quod scripturis diuinis minime probatur: Pater enim est ingenitus, nõ autem genitus, aut vnigenitus: non ergo propter excessum, sed quia à patre nascitur, vocatur vnigenitus Dei filius. Præterea, Euangelium vocat Dominum nostrum, primogenitum virginis matris, eo, quod primo natus sit, non quod alios etiam genuerit; sed quia primum plerumque absolute, & sine comparatione dicitur. Itaque non quia creatura est filius Dei, totius creaturæ primogenitus dicitur: sed sicut dixi, quia per ipsum adoptati, filij Dei per gratiam efficimur, cuius gratiæ per ipsius meritũ participes facti sumus. Primogenitus quoque dicitur, quia ipse primus filius vere est, sicut & pater primus pater: & per ipsum omnia facta sunt, & per ipsum omnia adoptantur. Habes igitur quare Dominus noster vocetur vnigenitus, & primogenitus Dei; primogenitus in multis fratribus; primogenitus gloriosæ virginis matris, primogenitus ex mortuis.

Fatere pro generare. 4. Reg. 2.

Exod. 28.

Dominum Iesum Deus fecit. Ioan. 14.

Fecit, id est declarauit.

Psal. 30. Psal. 9.

Instantia.

Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Soluitur.

Sicut pater habet vitã in semetipso.

Instantia. Primogenitum Soluitur.

Quare vocatur primogenitus, & vnigenitus.

Primogenitus ex mortuis.

Vnigenitus quare.

Primogenitus Mariæ virginis.

CAP. II.

Quomodo intelligitur sedere à dextris meis, aut à sinistris, non est meum dare vobis.

POsset aliquis *sic arguere*: Si filius Dei æqualis est patri, eandem profecto habet potestatis virtutem cum patre: vbi enim non est æqualis virtus potestatis, nec æqualis dignitas maiestatis. sed æqualis potestas filio negatur, vt Euang. *Matth. 20. cap.* apertissime nos admonet: *Sedere, inquit, à dextris meis, non est meum dare vobis*: igitur non est æqualis patri. *Soluitur*: Vobis petentibus supremos honores, non est meum dare vobis, sed illis, qui in certando superabunt. Ordinatum est certamen, statuta sunt præmia, distributi sunt honores; certate viriliter, & supremos accipietis honores, quos tantopere quæritis. non ergo est meum dare vobis [illegible] supremum honorem, qui reseruatus est in præscientia [illegible] illis, quos excessus certandi commendabit. Quare Dominus potestatem non negauit, sed dispensationem ostendit. alioqui non recte dixisset, *Omnia tradita sunt mihi à patre.* certe omnia pater per ipsum operatur, ex quibus omnibus vnum est, distributio munerum singulis sanctorum. Item, non est meum dare vobis, quia iustus sum iudex, & honores singulis pro suis meritis distribuo. Dixi vos sessuros super 12. thronos; vultisne, vt alijs sine honoribus remanentibus, vobis solis omnium honores impendantur? non est meum dare vobis, nõ fert hoc mea iustitia, non patitur iusti iudicis munus & officium; iustus enim sum munerum declarator, & distributor. Itaque suspicari non debemus ideo à patre honores præparatos esse, quia ipse præstare non posset, sed propter dispensationem incarnationis, ita fuisse locutum. Consueuit enim Dominus omnia quæ naturam hominis excedunt, patri, vt Deo attribuere. *Instat* aduersarius alio medio, Ioannes dicit: *Vt cognoscant te solum Deum* filius solum patrem Deum verum esse fatetur. Pater quoque in Isaia *Ego*, inquit, *Deus primus, & ego post hæc, nec est Deus præter me.* si ergo pater est verus, & primus Deus. filius ergo non est Deus, quia vnus Deus, & non plures dij, nisi participatione, seu adoptione, non autem natura. *Soluitur*: *Vt cognoscant*, inquit, *te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* vt ergo verus Deus pater cognoscendus est; ita non aliter Iesus quoque Christus habendus est. Cum ergo pater per prophetam dicit: *Ego Deus primus*; non filium, sed creaturas, à quibus falso Dei nomen occupabatur, repulisse intelligitur: Falsi ergo dij, quos humana ignorantia finxit, repudiantur. Illa quoque scriptura,

Sedere à dextris nõ est meum dare vobis.

Omnia pater per filiũ operatur.

Non est meum dare vobis.

Vt cognoscant te solum Deũ. Ioan. 17.

Isa. 44.

De filij Dei diuinitate.

scriptura, ex Euangelio Ioan. desumpta, eodem modo est intelligenda: *Vt cognoscant te solum verum Deum.* Patrem à falsis diis, non autem à filij natura extrudendum esse insinuauit. alioqui, si filius non est natura Deus, sicut & pater, cur patri se æquauit? & quem misisti, inquit, Iesum Christum. docuit siquidem in patris, filijque cognitione, vitam æternam cõsistere. igitur eiusdem sunt naturæ, & maiestatis. Soli filio hæc verba congruunt, quia creatura non est, sed ex patris substantia prodit, & genitori non iniuria connumeratur. *Manifestaui nomen tuum hominibus*, nempe quod sis verus pater, & filium verum habeas, vt idem Ioan. Et sumus in vero filio Dei domino Iesu Christo. Ita illa dictio exclusiua non excludit filiũ à patris natura & operatione; sed falsos Deos, quos error mortalium inuenit. *Instat aduersarius:* Qui proficit in sapientia, non est Deus; quia Dei sapientia huiusmodi profectus non recipit incrementa: sed Christus proficiebat in sapientia, Lucæ 2. *proficiebat ætate, sapientia, & gratia apud Deum & homines*: igitur non erat Deus natura, sed nuncupatione, siue adoptione. *Soluitur:* Christus vt Deus, perfecti patris filius, proficere non poterat: profecisse autem dicitur secundum assumptæ naturæ dispensationem. Nam si Christus est sapientia Dei, virtus, forma, & imago patris; quomodo profectus erat susceptibilis? Esset enim aliquid maius Dei sapientia, virtute, forma, & imagine, quod est absurdissimum. Adhæc accedit, quod profectus fit de imperfecto, ad perfectum ascensus. sed filius est totus in patre, & totus in patre filius; patre autem nihil sublimius, nihilque perfectius: Quo ergo filius proficiendo ascendet, qui replet patrem, vt more corporum loquar, & repletur à patre? nam si receperit incrementum; maior patre videbitur, quod nefas dictu omnino est. Non ergo proficit, qui perfectus est, neque mutatur, qui immutabilis est. Dicitur autem Christus profecisse in sapientia, eo, quod paulatim corpore crescens, paulatim quoque sapientior videbatur occultam scilicet sapientiam suã paulatim reuelando, nostræ naturæ legem secutus. Videntibus igitur atque audientibus eum sapientiorem gratioremque se præbebat, ideoque dicitur profecisse, non persona quidem verbi, sed humana natura. *Contra:* Si vnus est filius Dei, & hic vnus proficiebat, imperfectus erat certe: quomodo igitur perfectissimo patri erit æqualis? *Soluitur:* Vnus profecto dominus noster Iesus, & non duo, & vnus hypostatice, atque personaliter in duabus naturis: quia Verbum caro factum est. Si ergo secundum naturam dicitur profecisse humanam, saltem secundum experimentalem cognitionem, vt quidam sentire videntur: ex hoc autem non licet colligere, secundum diuinam in eo naturam profecisse, quæ est expers omnis incrementi. *Contra.* filius patri subiicitur, vt dicit Apost. 1. Cor. 15. Igitur non est æqualis patri. nemo enim negare potest, minus esse quod subiicitur eo, quod subiicit: sicut victore, quod victum est. *Soluitur:* Qui alicuius voluntatem facit ei vtique subiicitur: sed filius facit voluntatem patris. igitur patri filius subiicitur. Hæc autem subiectio æqualitatem non destruit, subijcitur enim æquali æquale, dispensationis interdum modo quo[illegible] *Priore ad* Cor. 14. *Spiritus prophetarum*, inquit, prophe[illegible] subiectus est. Spiritus prophetarum est spiritus sanctus, cuius æqualitatem non destruit subiectio, qua prophetis subiicitur: multo ergo minus destruit æqualitatem filii subiectio, qua subiicitur patri. Ad hæc accedit, quod scriptura dicit, filio patrem esse subiectũ, ministrat enim filio: igitur est illi subiectus. Quod ministret, audi Psalm. 1. *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.* Si ergo pater quamuis ministret filio, minor tamen ipso propterea non est; nec filius quia patri subiicitur, minor patre putandus est. Sensus ergo illius sententiæ talis est: In futuro seculo, filius nobis patrem largietur, atque ita pater per filium erit omnia in omnibus, & vita, & incorruptibilitas, & gaudium, & virtus, & quicquid sanctis gratiæ dabitur, ex patre per filium in spiritu dabitur. Quoniam vero dixerat, à patre omnia subiecta iri filio; ne quis putaret, patrem non omnibus dominaturum, filium subijcit patri; vt rerum omnium principatus in patrem per filium redigatur, & ita deitas, pater scilicet cum filio, & spiritu sancto regnet. *Contra* Apostolus dicit. Subiicietur, scilicet in futuro seculo: ergo modo patri non subiicitur, & consequenter patris non facit voluntatẽ. Si vero in præsenti seculo subiectus est patri, quomodo in futuro seculo subiicietur? *Soluitur:* subiectus nunc quoque Christus patri est, non tamen pro omnibus, sed pro solis credẽtibus in eum, quos ab omni peccato suo pretioso sanguine liberatos, patri sedulo offert. Cum vero propulsatus fuerit omnis error à mentibus hominum, & subditus erit mundus Christo domino: tunc & ipse quoque pro omnibus patri subiicietur, vt sit Deus omnia in omnibus, tunc omnibus largietur, vt per ipsum patre omnes participent & hic est subiectionis modus, qui non separat filium à paterna dignitate, & natura, quia incommutabilis est Deus. *Contra:* Ioannes scribit 17. *Glorifica me pater ea gloria, quam habebam apud te, antequam mundus esset*: Glorificans est maior eo, qui glorificatur: igitur pater maior est filio. *Soluitur:* Nõ sibi à patre gloriam petebat, qua sicuti Deus natura non indigebat; sed paternam gloriam in hominem quem assumpsit: δόξα, modo gloriam, modo opinionem significat. Sensus ergo illius petitionis est talis. Quoniam ô pater homo factus, id solum esse hominib. videor, nec cognitus sum tibi coæternus esse, glorifica me tu, id est, talem opinionem ac fidem hominibus de me largiaris, qualem habent credentes in me; vt scilicet credant me natura Deum, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Petit à patre, vt homo, & quicquid à patre, vt homo petit, à seipso vt Deo, & spiritu sancto petit: perfectam siquidem, sicut & pater, & spiritus sanctus, possidet gloriam: igitur perfectus Deus.

Ioan. 17. 1 Ioan. 5. — *Iesus proficiebat ætate, & sapientia.* — *Quomodo Christus crescebat in sapientia.* — *3. Instantia.* — *Soluitur.* — *4. Instantia.* — *Soluitur. Filius subiicitur patri.* — *Spiritus sanctus subiectus prophetis.* — *Psal. 109.* — *Deus omnia in omnibus.* — *5. Instantia. Quomodo subiicietur, si modo non subiicitur. Soluitur.* — *Subiectionis modus.* — *De filij Dei diuinitate.* — *6. Instantia. Glorifica me pater. Soluitur. Gloria quã Christus petebat.*

C A P. III.

Christus est natura Deus, rationibus ostenditur.

QVod Dominus noster Iesus Christus sit verus Deus natura, non participatione, aut adoptione, Apost. ostendit, & quidem clarissime: *Gratia*, inquit, *vobis, & pax à Deo patre, & à Domino Iesu Christo.* ex cuius authoritate talis ratio colligi potest: Quorum virtus & operatio vna & eadem penitus est; eorum vtique vna, & eadem natura est: sed ita res habet inter patrem & filium, vt aperte Apostolus testatur: Gratia, inquit, vobis à Deo patre, & Domino Iesu Christo, vnam enim eandemque esse operationem Dei veri, & creaturæ, concedet nemo. Confirmatur, ille censendus est Deus verus, qui vna cum patre, pacem & gratiam sanctis suis largitur. sed Christus de se dicit: *Pacem meam da vobis, pacem meam dimitto vobis.* Si ergo pacem suam asse dicit, non ergo participatione, sed identitate essentiali, est Patri coæternus; vt pote collargitor naturaliter, atque inseparabiliter gratiæ & pacis cum patre. Item, Paul. *Secundum duritiem tuam, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii Dei, qui retribuet singulis secundum opera sua.* Et *Omnes nos*, inquit, *oportet manifestari coram Christo, vt vnusquisque accipiat propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum.* Ioan. 5. *Pater omne iudicium dedit filio.* Ex quibus sane scripturis potest talis ratio formari. Qui retribuet singulis secundum opera eorum, est infinitæ potentiæ: sed filius Dei, vt scripturæ dicũt, singulis hominibus est redditurus secundum opera eorum: igitur est infinitæ potentiæ, & consequenter est Deus: Deus enim solus est infinitæ virtutis. Confirmatur authoritate Euang. *Ite maledicti in ignem æternũ. & venite benedicti patris mei.* Ipse ergo est, *qui constitutus est iudex viuorum atque mortuorum.* Item: *qui iustificat, Deus est*: quomodo enim poterit creatura creaturam iustificare, id est, de iniusta iustam facere? iustitia enim ista non est extrinseca, sed intrinseca, vt dixi in quarto libro, in tractatu de iustificatione. Deus autem solus intrinsecus mentem purgat, & iustitia vestit: sed Christus iustificat suos fideles, *Iustitia*, inquit, *Dei per Iesum Christum.* & iterum: *Qui credit in eum, qui iustificat impium. &, Qui factus est nobis iustitia, sanctificatio, &c. &, Vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide. & præputium per fidem*, Ioan. 6. *Amen dico vobis, qui credit in me, non iudicatur; sed habet vitam æternam.* Igitur Christus est verus Deus. *Ego sum vita*, inquit Dominus, Ioan. 14. *Et qui credit in me, habet vitam æternam: & ego suscitabo ipsum in nouissima die*, Ioan. 6. *Et ego sum resurrectio & vita*, Ioan. 11. Quæ omnia: non nisi soli Deo competere possunt. Quare, aut scriptura non est vera, aut Christus est verus Deus: sed illud est falsum: igitur hoc est verum. Item: qui est Dominus gloriæ, ipse est Deus per naturam; quia gratiam & gloriam dabit Dominus, & Dominus potens ipse est rex gloriæ: sed Christus est rex gloriæ, *Si cognouissent, non vtique crucifixissent dominum gloriæ*: igitur Christus est Deus. Confirmatur: qui scit, & manifestat consilia cordium, ipse vtique est Deus: Ego Deus scrutans corda, & probans renes, dicit Dominus: sed Christus manifestabit consilia cordium, *Nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordium* igitur est natura Deus, & non adoptione. Item: Qui semper est, Deus est: *Ego sum, qui sum*, dixit Dominus Moysi: & in Malachia 2. *Ego Deus, qui non mutor*: sed Dei filius semper est *Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in secula*: incommutabilis est ergo naturæ, quod solius Dei propriũ. Nam de angelis, qui

Ad Rom. 1. Prima ratio. Gratia vobis & pax, Rom. 1. — *Pacem relinquo vobis. Ioan. 14.* — *2. Ratio. Rom. 2.* — *2. Cor. 5.* — *Matth. 25.* — *3. Ratio. Iustitia per filium Dei.* — *Rom. 3. 2. Cor. 5. Rom. 3.* — *4. Ratio. Dominus gloriæ. 1. Cor. 2.* — *1. Cor. 4.* — *5. Ratio.* — *Iesus Christus heri & hodie.*

[..]filij [..] diui-[..]tate. Hebr. 13. Iob. 4. Adorent eum omnes angeli.

qui cæteris rebus naturæ dignitate antecellunt, scribitur in Iob: *Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis reperit prauitatem.* De alijs autem rebus in Psal. 101. *Tu solus ipse es, & anni tui non deficient:* alia vero, velut amictum mutabis ea, & mutabuntur. in Psal. 96. *Et adorent eum omnes angeli Dei.* Et Psal. 2. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Psal. 109. *Sede à dextris meis.* Hæc autem diuinarum scripturarum oracula, soli Dei filio, qui est dominus noster Iesus Christus, sunt attribuenda: ex quibus perspicuum fieri potest, dominum nostrum Iesum Christũ esse natura verum Deum, & verum filium Dei.

6. Ratio. Christus potest omnia sibi subijcere.

Item; ille qui propria potentia potest sibi subijcere omnia, est verus Deus; qa nemini subest, & omnia illi subsunt: sed Christus sua propria potestate potest sibi subijcere omnia, *ad Phil.* 3. secundum operationem; quia ipse potest subijcere sibi omnia: Christus igitur est verus Deus. Quomodo non erit verus Deus, qui non aliter quam pater potest coacta sibi subijcere? Confirmatur authoritate Apostoli *Colos.* 1. *Transtulit in regnum filij dilectionis suæ,* id est dilecti sui, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.

Filius dilectionis suæ.

7. Ratio. In quo condita sunt vniuersa.

Si filius dilectus nominatur, per quem sortiti sumus redemptionem & remissionem peccatorum; quomodo non erit verus Deus? & quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Item: qui creator est omnium, ipse vtique non est creatura: alioqui crearet seipsum, quod est falsum: sed Christus creauit omnia, *Colos.* 1. In ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, siue visibilia, siue inuisibilia. Si ergo omnia per ipsum creata sunt; non ergo cum creaturis connumerandus venit. aliud enim ipse est præter creaturas, & ideo non est creatura.

In quo sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ.

Confirmatur: Ille, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, est verus Deus: quis enim potest omnia scire, nisi solus Deus? ipsi enim omnia patent, omnia sunt nuda & aperta: sed dominus noster habet huiusmodi cognitionis thesauros; igitur est verus Deus: sic enim Paulus *ad Col.* 2. loquitur. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Quomodo ergo non erit Deus, qui omnem intellectum & scientiam excedit, quem nulla potest comprehendere creatura?

Vbi Christus est in dextera Dei sedens.

Confirmatur authoritate eiusdem epistolæ *cap.* 3. *Vbi Christus est,* inquit, *in dextra Dei sedens:* nulla creatura in eodem cum rege omnium solio sedet. cui enim dixit vnquam Angelorum; sede à dextris meis? sed Christus sedet à dextris Dei in eodem solio: nõ igitur est creatura, sed creator Deus.

8. Ratio. Christus vita vestra.

Item, creatura vita esse non potest, sed particeps vitæ: sed Christus est vita, *Col.* 3. *Cum apparuerit,* inquit, *Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria:* igitur Christus non est creatura, sed Deus verus. Et vita erat lux hominũ, ait Ioannes in principio sui Euangelii. & iterum: Ego sum resurrectio & vita: &, Ego sum via, veritas, & vita. Cum ergo sic vita per essentiam; est ergo Deus per essentiam: idem enim est Deo viuere & esse.

1. Thes. 1. Ad seruiendum Deo viuo & vero.

Confirmatur authoritate Apost. *Conuersi estis ab idolis vestris, ad seruiendum Deo viuo & vero, in Christo domino:* Si ergo est Deus viuus, non ergo est idolum mortuum: si verus, non est ergo creatura; quia falso sibi non vsurpauit hoc nomẽ, neque rapinam arbitratus est se esse Deum. Quis audebit negare Christum esse Deum viuum & verum, nisi qui negat veritatem, qui contemnit scripturas, qui inflatus sensu carnis suæ, [..]at se omnibus superiorem & sapientiorem esse: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

9. Ratio. Hæres omnium.

Item, qui est à patre omnium hæres constitutus, ipse vtique est verus filius Dei, & verus Deus: sed Dominus noster Iesus Christus, est omnium hæres, *Hebr.* 1. *Quem constituit,* inquit, *hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula;* igitur est verus Deus. nulla siquidem creatura ante secula fuit; omnia enim in tempore sunt, præter solum Deum: sed filius Deus fecit omnia secula per quem fecit & secula, igitur filius Dei non est creatura, sed verus Deus.

Per quem fecit & secula.

In primo quoq; & secũdo capitulo eiusdem epistolæ præponit Christũ angelis, quod differentius nomen hæreditauerit, quod euangelium præstantius sit lege Moysis; in tertio autem cap. præponit Christum Moysi, asserens Moysen, serui quidem, Christum autem filij officio functum fuisse. Si ergo Christus maior est angelis, præstantior Moyse, & filij officio fungitur; proculdubio, non est creatura, sed verus Deus: neque enim inter creatorem, & creaturam aliquod medium recte excogitari aut inueniri potest.

Euangelium gloriæ beati Dei.

In priori ad Timoth. cap. 1. Christum appellat gloriosum, & beatum Deum: *Secundum euangelium,* inquit, *gloriæ beati Dei,* id est Christi. Si Christus est verus Deus, non est ex nihilo; & per consequens non est creatura.

Et regni eius non erit finis.

Confirmatur authoritate Lucæ cap. 1. *Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & regni eius non erit finis:* natura igitur Deus, cuius regni non erit finis.

10. Ratio. Vnus mediator Dei & hominum.

Item: ille qui fungitur officio singularis mediatoris inter Deum & homines; ipse vtique non solum est homo, verumetiam & Deus: sed Christus est huiusmodi 1. *Tim.* 2. *Vnus Deus, & vnus mediator Dei & hominum Iesus Christus,* non solum quia reconciliauit homines Deo, verum quia naturaliter & substantialiter, & Deus, & homo in vna hypostasi est.

De filij Dei diuinitate.

hoc enim modo naturam nostram Deus sibi reconciliauit: nam alioqui quomodo vnus mediator, cum plurimi ex sanctis hominibus, mediationis ministerio vsi sint? Moses mediator fuit, qui legem à Deo accipiens, filijs Israel intimauit: Ieremias de seipso ita loquitur *Recordare mei domine stantis coram te, ad loquendum pro ipsis bona,* & Paulus clamat: *rogamus pro Christo reconciliamini Deo,* de alijs sanctis quoq; simile erit iudicium.

Exod. 20. Ierem. 18. 2. Cor. 5.

Itaque Christus vnus mediator Dei, & hominum, quia in eo vno, Deus & homo coniunguntur: non est tamen ipse aliquid tertium, præter Deum & hominem; sed Deus vere, & homo vere. non est ergo creatura filius Dei, si natura nostra ipsi coniuncta, Deo vero coniungitur. Confirmatur authoritate eiusdem epistolæ *cap.* 4. *Fidelis sermo, inquit, & omni acceptione dignus:* in hoc laboramus, & certamus; quia speramus in Deũ viuum, qui est saluator omnium, maxime fidelium.

Speramus in Deum viuum.

Si est Deus viuus: ergo est naturaliter vita, & consequenter non erit creatura. Confirm. *cap.* 6. Omnis creatura ex seipsa non habet immortalitatem; sed potest deficere; constat enim ex nihilo: neque est cognitionis infinitæ. sed Christus ex seipso habet immortalitatem, & cognitionis est infinitæ: igitur non est pura creatura, sed verus Deus. sic enim docemur ab Apostolo. Rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.

1. Tim. 6.

Ecquæ est ista lux, nisi eius Diuinitas, quam nulla creatura comprehendere potest? Et quis iste solus immortalis, nisi solus Deus? omnes o. morimur, & tanquã aqua in terrã dilabimur, dicebat illa prudens mulier.

11. Ratio. Aduentus magni Dei.

Itẽ: qui à diuinis scripturis appellatur magnus Deus; proculdubio creatura dici nõ potest: sed Christus dominus hoc nomine vocatur ab Apostolo Tit. 2. *Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi:* quomodo non erit magnæ insipientiæ inter creaturas eũ collocare? Confirmatur; nulla creatura potest præseferre imaginem Diuinæ substantiæ; quia finitis gradibus naturæ concluditur: Diuina vero substantia aliquos naturæ gradibus non constringitur, sed est immensa & infinita: sed Christus est imago dei inuisibilis *Col.* 1. & character substantiæ illius, *Hebr.* 1. id est, in se habens totam substantiam patris: Deus est ergo, & non creatura; vt pote forma, & imago increata.

Imago Dei inuisibilis.

12. Ratio. Spiritus Iesu.

Item, cuius est spiritus sanctus, eius vtique proprium est, Deum esse: Spiritus sanctus enim Deus est, vt dicetur in 2. lib. idcirco non potest alicui competere, qui propria authoritate, eius esse dicatur, nisi Deus extiterit, & eiusdem substantiæ cum spiritu sancto: sed spiritus sanctus vocatur spiritus Christi, *Actor.* 16. *Tentabant in Bithyniam ire, & non dimisit eos Spiritus Iesu.* Et *Rom.* 8. *Qui non habet spiritum Christi, hic non est eius.* Quomodo ergo filius non erit natura Deus, si spiritus sanctus ita suus est, quemadmodum patris? creaturas enim excedit, vt solus cum patre spiritum sanctum possideat.

1. Ioan. 2.

Vnde Ioan *Qui negat patrem filium quoque negat:* & qui negat filium, is quoque patrem negat. filius autem negatur, si creatura esse credatur. Quidquid igitur de patre dicitur, id de filio quoq; necessario dicitur, præter, quod, nec pater filius est, nec filius pater. Cõfirmatur per eundẽ Euang. *Hoc testimonium Dei, quod vitam æternam dedit nobis, & hæc vita in filio eius est.*

1. Ioan. vlt. Vita æterna Christus.

Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium, non habet vitam. Aeternitatis vocabulum de Deo dicitur apud scripturam, productio enim à nihilo, æternitatis nomen penitus interimit; & ideo æternitas Dei solummodo naturæ substantialiter inest. Si ergo æterna vita Christus est & apud patrem; quomodo erit creatura; cum creatura æterna dici non possit? *Et scimus,* inquit Ioan. *quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum;* vt cognoscamus Deum verum, & simus in vero filio eius Iesu Christo: hic est verus Deus & vita æterna. Apertissime Christum dominum nostrum, filium Dei, & Deum verum appellauit: est enim verus Deus substantialiter, non participatione sicut creaturæ. siquidem qui Deus verus est, natura Deus est, & non creatura, *ca.* 4. *Quicunque,* inquit, *confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei,* quem paulo ante vocauit verum Deum, *Deus in eo manet, & ipse in Deo.*

Deus verus.

Qui negat ergo filium Dei esse verum Deũ, Deus in eo non manet; sed princeps huius mundi, qui dominatur in filiũs diffidentiæ: Item Matth. 16. laudatur confessio Principis Apostolorum, *Tu es Christus filius Dei viui: Beatus es,* inquit, *Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi; sed pater meus, qui est in cœ[lis].*

13. Ratio. Tu es Christus filius Dei.

A patre cœlesti Petrus didicit, Christum esse filium Dei viui: neque enim dixit, ipsum vnum esse de filijs Dei, qui per adoptionem & gratiam filius esse putaretur sed, *Tu es Christus filius Dei viui,* id est, vnicus, & naturalis filius patris. laudatur hac sua professione Pastor ouium, quod maiora, & sublimiora Dei arcana discere diuinitus potuerit. si autem Chri-

De filij Dei diuinitate.

lius est creatura, quid opus erat Petri confessionem ita commendare? naturali siquidem cognitione creaturas cognoscimus, et quomodo pater diuinitus per Petrum Apostolum, filium suum credentibus reuelauit; si filius non est Deus, sed creatura? Idem confirmatur verbis, quæ sequuntur: Venturus est, inquit, filius hominis in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Quomodo gloria patris, est gloria filii, si filius non est eiusdem naturæ cum patre? Gloriam meam alteri non dabo, dicebat Deus *per Isaiam Prophetam* 42. igitur filius est consubstantialis patri. Item: si pater natura est Deus, filius quoque natura est Deus; alioqui minoris erit dignitatis quam omnes creaturæ; creaturæ enim consubstantialem sibi fructum ex seipsis producunt; non enim nascuntur ex dumis vuæ, neque ex vuis dumi. Quomodo erit creatura, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? ex cuius plenitudine omnes accepimus gratiam & pacem: Item: qui dedit hominibus potestatem filios Dei fieri, per gratiam adoptionis. Ioan. 1. Ipse vtique non est filius per gratiam, sed per naturam: ideoque necesse est; vt filius Dei sit Deus per naturam. *Sic Deus dilexit mundum*, ait Ioan. 3. *vt filium suum vnigenitum dederit.* Si præcipua mirabilisque Dei patris, dilectio erga mundum, ex hoc cognoscitur, quod filium suum hominem factum, pro mundi salute dederit; parua profecto, nec magni æstimanda esset dilectio; si non vere filium, sed creaturam quandam pro mundo dedisset: sed hæc est præcipua, maximaque in mundum dilectio: non ergo creaturam, sed vere filium assumere hominem pro mundo voluit: propterea Euangelista vnigenitum appellauit. Reuere, si omnia quæ patris sunt, mea sunt, Ioan. 16. Est autem præcipuum essentiæ patris, vt increatæ substantiæ sit: erit ergo filius similiter increatus, & ita in principio cum patre, & in patre, verbumque eius, & filius eius, secundum ineffabilem & incomprehensibilem generationis modum.

Gloria patris.

14. Ratio.

Illuminat omnes homines.

15. Ratio. Dedit potestatem filios Dei fieri. Sic Deus dilexit mundum.

Omnia quæ patris sunt, mea sunt.

QVÆSTIO QVINTA.

CAP. I.

Verbum est notitia actualis, ex memoria patris genita, proprium nomen filij Dei in diuinis.

Quid sit verbum creatum.

POstquam audiuimus diuinitatem filii Dei, eiusdem deinceps generationem audiamus: ex verbi autem creati similitudine, ad increati intelligentiam nos assurgere superius annotauimus. Porro verbum creatum, teste August. sic describitur: *Verbum est perfecta intelligentia, producta vel expressa à memoria: ex sua quidem productionis modo, absque actuali cognitione, diuini verbi repræsentatiua, nequaquam consistens:* ex quo patet, omnem nostram intellectionem à memoria certe genitam verbum appellari: quippe, quæ perfectio sit intelligentiæ, à memoria manans cum actuali, manentique cognitione, verbum diuinum repræsentans. ea vero, quæ confusa dicitur cognitio, vt pote prius nobis nota, perfecti verbi nomen habere non potest, quia à perfecta sane memoria non producitur. Quam ob causam non omnis intellectio in diuinis, est verbum formaliter: est enim essentialis intellectio communis tribus, ideoque verbum formaliter non vocatur: vnde patris intellectio, et spiritus sancti, cum per memoriam non sit producta; verbum formaliter non nominatur. Verbum sane filij proprium est, quod hoc ipsum sonat verbum: nam aliquod est ab alio realiter emanans, intellectus, seu memoriæ ordine, atque modo. Eadem autem persona, quatenus in esse substantiali per generationem in natura viuente, à producente quoque viuente, eiusdem gignitur naturæ; Filius nominatur: quatenus autem in natura intellectuali subsistente, per memoriæ virtutem, ab aliquo producitur eiusdem naturæ; Verbum dicitur in diuinis: quæ plane verbo creato necessaria non sunt; quia profecto dignitatem personæ subire nequit, ob eam, quam habet accidentis naturam: igitur quælibet notitia genita, quæ authore August. proles vocatur, verbi non est repræsentatiua diuini, nisi verbum fuerit perfectum: aliquo tamen modo verbum appellatur: nam quælibet intellectio actualis, ex memoria gignitur; & hæc quidem magis, hæc vero minus perfecta; quatenus magis minusque memoria perfecta exierit. sufficit autem quamlibet notitiam prolem esse, & sui quidem expressiuam parentis: *Omne quod notum est*, inquit August. *verbum dicitur animo impressum, quamdiu ex memoria diffiniri proferrique potest.* Quare inter notitiam primam genitam imperfectam, & eam quæ inquisitionem sequitur, formalis non est collocanda differentia; ob quam hæc possit verbum dici, illa vero minime: ordo autem, qui in

Verbum in diuinis non est omnis intellectio. Filium proprie est verbum.

Lib. 9. Trin. c. 10. & 24.

perfecta notitia comparanda à nobis obseruatur, talis est: Intellectus siquidem noster, à confusis, ad distincta natura proficiscitur; ideo originis ordine, notitia nobis primum imprimitur obiecti confuse: idcirco, vt ad distinctam claramque notitiam perueniamus, multa nobis inquisitione opus est; quæ sane verbo sit præuia perfecto. etenim verbum perfectum, actualis cum sit notitia perfecta, per diuisionis differentiarum viam, illi vtique conuenientium, commoda haberi potest. Quare aliquo obiecto confuse cognito, per viam diuisionis, vt diximus, postea inquisitio sequitur: omnibus autem illius differentiis inuentis, tunc profecto illius obiecti diffinitiua cognitio, actualis reputatur atque perfecte: illius plane habitualis notitiæ, quæ primo in memoria erat, perfecte declaratiua: talis autem distincta notitia, verbum est perfectum. *Placet mihi*, ait August. vbi supra, *quod noui, diffinio, quid sit intemperantia, & hoc est verbum eius*: itaque intellectus imperfectus, ad verbum quidem perfectum habendum, inquisitione indiget, quæ tamen ipsius verbi formaliter generatio non dicitur, sed quædam potius præuia dispositio. *Huc atque illuc*, inquit August. *quadam motione, id est inquisitione iactamur: quæ plane non est verbi formaliter generatio, sed eam sequitur, quando obiectum in memoria habituali cognitam, in lucem, claramque cognitionem inquirendo, reuocamus.* Tunc, inquit, *fit verum verbum, quando ad illud, quod scimus, peruenerit inquisitio; indeque formabitur verbum.* Vt igitur induatur forma perfecte, motus inquisitionis est necessarius: ideo talis ordo, sic describitur. Primo quidem habitualis notitia confusa præcedit: hinc sequitur actualis cognitio, siue intellectio confusa: tertio inquisitio, de multis profecto notitiis habitualibus, in memoria habituali contentis: postea inquisitio distincta, & primi obiecti, cuius cognitio inquiritur actualis notitia. Porro actualis distinctaque notitia, habitualem in memoria perfecta imprimit, vnde fit, vt memoria omnino perfecte reddatur; atque ita memoriæ, quæ est in patre, quoad fieri potest, similis fiat. vbi autem memoriæ perfectionis huiusmodi summam attigerit, inquisitionis non indiga, verbum gignit perfectum, quod sane diuinum, atque paternum repræsentat. Verbi autem diuini generatio, pro nostræ balbutiei tenuitate, ita depingitur. Essentia diuina, quæ est in patre, suæ præsens est intellectiuæ potentiæ: essentia autem & intellectus memoriæ extant; ex qua fit, seu dicitur verbum, id est, secunda persona generatur. Illud vero dicere, ipsum generare, alio nomine, actiue generatio: ipsum autem dici, generari nominatur. Itaque essentia diuina in patre duarum est operationum principium, idque ex talium operationum natura, ordine quodam proueniente, nempe essentialis intellectionis, productionisque notitiæ declaratiuæ. Sane, per notitiæ simplicis medium, declaratiuæ est principium notitiæ; vt ita dicam, quo res facilius intelligatur: Essentia in patre, obiecti vice fungitur: essentialis præterea intellectio, siue notitia simplex notitia postmodum declaratiua, quæ verbum est æternum. his sane duobus, paternæ memoriæ astantibus, verbum dicit, id est, filium gignit; idque ab æterno, absque vlla interpollatæ vicissitudinis mora. Cæterum intellectio essentialis, non est actio verbi producendi; sed ita se habet, sicuti prior, ad posteriorem actionem, sic quod vna, alterius ratio, aut causa nullo modo dicitur: ordinem tamen habent ad inuicem. Memoria igitur patris fœcunda habens diuinam essentiam, pro obiecti ratione; intellectum vero diuinum loco potentiæ intelligentis, suum verbum dicit. Sed dicet aliquis: astatne simul voluntas patris, memoriam agens ad verbi productionem? *Recte quæritur* (inquit August.) *verum omnis notitia sit verbum, an tantum amata notitia.* nouimus enim & ea quæ odimus, sed non parta dicenda sunt animo: ad verbi autem rationem non pertinet, obiecti cogniti amore gigni, neque notitiæ, quæ est verbum: perfectum tamen concomitatur verbum, duplex voluntatis actus: primus quidem, qui præuiam inquisitionem imperat, secundus vero, quo ipse intellectus, in habitatam intellectuali notitiæ quiescit, sine qua, in habita non persisteret notitia. actus igitur voluntatis, nec formaliter, nec vt causa ad verbi essentiam pertinet; sed concomitanter potius, ob inquisitionem scilicet præuiam, eiusque continuationem, insuper, quia intellectus in huiusmodi notitia diu non permaneret, nisi voluntatis complacentiam haberet, atque consensum; licet huiusmodi permanentia non sit de perfecti verbi intensiue ratione. hæc quidem de verbi generatione dixi.

De filij Dei diuinitate.

Notitia confusa

Verbum perfectum.

15. de Trin. c. 15. vel 39.

Quomodo verbum Dei generetur.

Dicere, & dici in diuinis.

Memoria fœcunda.

Intellectio essentialis.

9. Trin. c. 10. 24.

9. Trin. c. vlt.

Voluntas diuina quomodo est principium generationis filij.

CAP.

De filij Dei generatione.

CAP. II.

Argumenta, quibus probari videtur, essentiam in diuinis, verbi geniti esse principium.

1. Sicut vnumquodque se habet ad esse, ita certe se habet et
ad operari, ex philosopho *in met.* 2. sed essentia diui-
na est illa, ad quam profecto intellectus, & volun-
tas in diuinis in essendo reducuntur: ergo & in prin-
cipiando. Sane, diuina essentia, intellectum, & voluntatem
virtualiter continet; ita quod si per impossibile intellectus &
voluntas diuina produci possent, vel causari; ab essentia vt-
que producerentur diuina. Item quod per identitatem, vel
2. virtualiter calorem, & lucem continet, illud absque dubio
calefactionis, atque illuminationis principium nominatur.
sed essentia diuina, intellectum, & voluntatem identice con-
tinet: igitur generationis, spirationisque principium iure di-
ci potest. Natura etiam, teste philos. 2. *phys.* principium est
motus, seu productionis. Insuper, intellectus, atque voluntas
in creatura, substantiæ productiua non sunt: in Deo quoque
virtutem non habent producendi. vniuoce enim in Deo, at-
que in creatura dicuntur. Quod si dixeris in Deo idem esse
realiter cum substantia, in creatura vero minime; propterea
vniuoca in vtrisque non dici: intelliges hoc nihil habere
momenti. si enim intellectus per se esset generationis princi-
pium in diuinis, etiam à substantia separatus idem præstaret:
haberet certe hoc ex ratione formali, qua intellectus esset, &
non substantia. Identitas ergo illa, respectu generandi, per
accidens se habere videtur. alioqui substantia potius genera-
tionis diceretur principium; præsertim cum ab ea principij
rationem intellectus accipiat. Intellectus ergo diuini, atque
voluntatis identitas cum diuina substantia, pro hoc stabi-
3. liendo proposito non prodest. Amplius quod est proprietas
accidentalis in creaturis; non est immediatum principium
communicandæ naturæ: ergo nec in diuinis, patet; quia ac-
cidentalis videtur proprietas, vt intellectus scilicet, vel vo-
luntas, principia sint producendi, quum hoc à diuina habe-
ant essentia: illa igitur principij rationem in diuinis perfe-
4. ctissime habet. Adhuc, primū in vnoquoque genere, & perfe-
5. ctissimum, principij nomen, rationemque obtinet. sed essen-
tia inter diuinas perfectiones est prima: ergo &c. Item, per
operationes nihil producitur, 9. *met. com.* 16. per operationes,
inquam, immanentes. sed intelligere, est operatio imma-
nens. per ipsam ergo verbum non producitur. Profecto,
quemadmodum, per actum voluntatis, aut potentiæ sensiti-
uæ, verbum nequaquam producitur; ita, absque dubio, per
actum intellectus. Consequentia tenet, cum omnes esse o-
perationes immanentes, clarissime constet. Quod autem o-
6. perationes immanentes nihil producant, ita probatur: actio,
non est actionis, 5. *phys.* sed intellectio est actio immanens:
non ergo gignit notitiam, siue verbum; nisi velis dicere, alia
actione gigni, & ita consequenter vsque in infinitum, quod
7. sane perfectæ generationi non conuenit. Amplius, omnino
probabile esse videtur, essentiæ certe diuinæ, conuenire ge-
nerandi principium, ita arguendo: Si essentia diuina non ge-
nerat, neque generatur, tunc in trinitate erit quaternitas. te-
net consequentia: est enim in diuinis res generans, nempe
pater, res genita, id est, filius, res spirata, hoc est, spiritus san-
8. ctus, & res vtique non generans, nec genita, nec etiam spira-
ta: sed hoc falsum est. dari, scilicet, quaternitatem: essentia
ergo generat. Adhuc pater generat, ergo essentia generat,
patet, nam essentia per se prædicatur de patre, pro ipso ergo
supponere valet. Præterea, de quocunque prædicatur diffi-
9. nitio, & diffinitum: sed definitio patris, etiam esse filij pa-
trem; verum est quoque dicere: diuina essentia est pater: &
10. ex consequenti, diuina essentia, verbum generat. Item, per-
sona patris generat, ergo & essentia. patet: quia vnum, est
idem alteri; vtpote diuersas non habens proprietates. pro-
prietas enim in diuinis, est relatio distinguens: atqui referri,
essentiæ non conuenit: huiusmodi ergo non habet proprie-
tatem distinguendi, essentiam ergo in diuinis verbum gigne-
re, verum est.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. neg. maior: nam attributa, in ratione essendi ad
essentiam, veluti ad primam perfectionem simpli-
citer, reducuntur, non autem, vt ad principium o-
perandi: proinde philosophi sententia ita intelli-
genda est: vnumquodque eatenus operatur, quatenus est; &
quo operatur, eo quoque esse dicitur: & tunc nihil facit ad rem

Ad 2. Neg. similitudo: lux enim, atque calor non sunt perfe-
ctiones simpliciter: iccirco vnitiue, seu eminenter, vel vir-
tualiter ab vno, & per vnum continentur; vtpote à conti-
nente non distincta: ita, vt ex seipsis nequeant rationes for-
males habere. quam ob causam, ipsorum continens, & ca- 2.
lefactionis dicitur, & illuminationis principium. Intellectus
autem & voluntas, quoniam sunt perfectiones simpliciter,
vtpote quæ suas proprias habent rationes formales; ideoque
principia appellantur productiua. Ad confir. autem de in-
tellectu, & voluntate in creatura, non est simile. Quamuis
enim intellectus humanus, atque voluntas eiusdem sint sub-
stantiæ; non ita tamen, sicut intellectus diuinus, atque vo-
luntas. sunt sane realiter eadem, in suisque rationibus for-
maliter infinita, quorum actus sunt perfectissimi in substan-
tia; non sicut creaturæ, cuius actus sunt accidentia. insuper,
propter ipsorum fortassis rationes, non ob consubstantia-
litatem, productiua nominantur. Ad 3 Neg. similitudo, cum 3.
huiusmodi actus idem simpliciter sint essentiæ diuinæ, ean-
demque possideant in essendo dignitatem: ex seipsis namque
subsistunt, etiam infinite formaliter. intellectus autem, & vo-
luntas in nobis, non ita adæquantur animæ essentiæ, quia
profecto ipsorum operationes, & actus, accidentia sunt: ideo
virtutem non habent communicandæ naturæ. Ad 4. In di- 4.
uinis, illud, quod in essendo alia continet, non est præcise
principium naturam communicandi; nisi vicem habuerit
obiecti cum potentia intellectiua. tunc plane, quasi è duobus
memoriam vnam integrantibus, principium integrant cō-
municandæ naturæ, ipsa certe principium quo, vt potenti-
am, & obiectum, quod, vel circa quod fœcunditate com-
plectitur, gignitque verbum perfectissimum. Pater ergo,
quomodo illud primum, quod est principium generandi, sit
intelligendum. Ad 5. Neg. maior, nam & si ad extra per tales 5.
operationes producatur nihil; ad intra tamen, tum in intel-
lectu, tum etiam in voluntate, habitus generantur. Vnam
præterea intelligentiam, per actum intelligendi ad extra, al-
teram producere, Auicenna constantissime docet. Ad con-
firm. negatur consequentia, voluntas enim, non est conce-
ptiua potentia, sicut intellectus: ad sensum etiam non spe-
ctat, quemadmodum ad intellectum, suum sibi obiectum
formare. Ad 6. Actio illa, quæ est ad terminum, nequit sine 6.
termino intelligi: verbum autem, quoniam terminus est in-
trinsecus, vlteriori non eget actione. Sed dicis, verbum est
principium cognitionis obiecti, ergo non est eius terminus.
Resp. non esse cognitionis obiecti principium, illius nempe
actus, quo obiectum cognoscitur, sed rationem potius obie-
cti cognoscendi. Ad 7. Neg. conseq. quamuis enim, essentia
diuina non generet, neque generetur; eadem tamen realiter
est cum generante, & genito: propterea non opus est in di-
uinis quaternitatem intelligi. Porro essentiam generari, aut 1.
generare, omnino impossibile est. Sane, vbicunque est prin-
cipium vnum naturale, eius certe rationis, nisi passiuorum
difformitas obsistat, productibilia producit. si ergo essentia
diuina est totale principium producendi, quoniam in diui-
nis ex parte passiui nulla potest esse difformitas, eiusdem pro-
fecto rationis, & filium, & spiritum sanctum productura es-
set, seu produxisset: atque ita spiritus sanctus esset genitus, fi-
lius, & verbum. Amplius, genitum, esse accipere simpliciter 2.
per generationem, constat: terminatur enim ad esse simpli-
citer ipsa generatio. sed diuina essentia, non accipit esse sim-
pliciter, nisi quia suppositis communicatur accipientibus:
igitur non generat, neque generatur. Ad hæc, genitum non 3.
est ratio essendi ipsi generandi: sed diuina essentia est ratio
essendi ipsi generandi in diuinis; non ergo est genita. Præter- 4.
ea, vbi eadem extrema prorsus sunt, ibi eadem est habitudo;
relationes enim à fundamentis, & terminis distinguuntur. si
ergo vtriusque emanationis terminus, diuina esset essentia;
non duæ, sed vna esset emanatio; quandoquidem vnus vtri-
usque esset terminus, diuina scilicet essentia. Illud præterea
quod generat, à genito realiter distinguitur, siquidem nulla 5.
certe res seipsam gignit, vt ait. sed essentia diuina, realiter à
seipsa non distinguitur: ergo &c. Item, sicut ista est falsa, hu- 6.
manitas currit, ita etiam, secundum formalem ipsius ratio-
nem, ista est falsa. essentia generat. Verbum namque actiuum 7.
seu passiuum, quod plane rem, per modum adiacentis sup-
posito enunciat, de forma, vltima plane abstractione, abstra-
cta nequaquam prædicatur. sed essentia diuina est huiusmo-
di, Ergo &c. Ex his igitur atque similibus patet, diuinam es-
sentiam non esse totale principium generandi. Ad 8. Essen- 8.
tia est pater, est prædicatio identica, non formalis: generare
vero formalis est, atque denominatiua. quam ob causam
non sequitur, essentia est pater, & pater generat, ergo essentia
generat. Ad 9. negatur minor adiectiue, substantiue vero 9.
conceditur: aut clarius, conceditur identice, negatur au-

Natura est principium motus.

Memoria fœcunda.

Obiectio. Solutio.

Essentia non generat.

De filij Dei generatione.

tem formaliter. essentia est pater filij identice, vtpote exi-
stens ille, qui est pater, non autem formaliter, alioqui verum
esset dicere essentia generat. Ad 10. dictum est in diuinis, es-
sentiam identice à personis non distingui, neque identicam
10. diuersam habere proprietatem; distinguit vero formaliter:
nam si penitus idem esset; & generans diceretur, & genita,
quod supra improbatum est. Ex quo patet, diuinam essenti-
am non esse totale verbi diuini principium.

CAP. IV.

Argumenta quibus ostenditur, verbum in diuinis nomen esse substantiale non personale.

Qualibet persona dicit.

1. SI solus pater diceret in diuinis; tunc aliæ profecto
personæ non dicerent: sed hoc est falsum: ergo &
antecedens. Quælibet namque persona, & aliam di-
cit personam, de qua loquitur, & creaturam. Sancto
sane spiritui, idem est dicere, & cogitando rem intueri. Por-
ro hoc tribus est commune: essentialiter ergo & non perso-
2. naliter in diuinis verbum dicitur. Amplius, verbum, actus
intelligendi, ab intelligente quandam profecto emanatio-
nem significat: sed quælibet certe diuina persona, intelli-
gens est, habensque intellectionem: igitur quælibet verbum
gignit. Tria ergo sunt verba, & non vnum, vel si vnum esse
volueris, tribus erit commune. Verbum ergo non est pro-
3. prium, sed appropiatum filij in diuinis. Item, quemadmo-
dum pater est intelligens, & filius est intelligens, atque spiri-
tus sanctus; ita certe pater est dicens, atque similiter eorum
quilibet: ergo, verbum in diuinis, essentialiter dicitur, & non
4. personaliter. Ad hæc, quicunque intelligit, dum certe intelli-
git, verbum concipit: sed filius intelligit. ergo ipsius est ali-
quod verbum, atque ita esset verbum verbi. pater autem per
illud Apostoli *ad Hebr. 1. Portans, inquit, omnia verbo virtutis suæ.*
quam plane scripturam Basilius sic exposuit, vt spiritum san-
ctum, filij verbum dicere non vereretur. Item, vnius consti-
5. tuti in esse, vnum reuere est formale constitutiuum: sed filia-
6. tio, genitæ est constitutiua personæ, Augustino authore, de
fide ad Petrum cap. 2. non ergo verbum. Eiusdem sane pro-
prietatis esse non videntur, filius, & verbum: non enim om-
nis filius, verbum est, nec omne verbum est filius. Præterea,
verbum est secundum August. cum amore notitia: sed hæc
sunt essentialia: igitur verbum in diuinis essentiale nomen
est, & non genitæ personæ proprium.

Verbo virtutis suæ. Spiritus sanctus verbum filij.

Aug. 9. Trin. c. 10. a. 5.

CAP. V.

Soluuntur argumenta.

AD primum: quælibet persona in diuinis dicit, id est,
intelligit verbum, & dicit verbo, hoc est, intelligit in
verbo: omnia enim pater in seipso nouit, & in ver-
bo obiectiue, similiter & spiritus sanctus: sed non
quælibet persona dicit, id est, gignit verbum, nisi solus pater.
Sane, quod dicit realem emanationem in diuinis ab alio per
memoriam, sicut necesse est conuenire personæ. sed ver-
bum est aliquid, à memoria paterna, veluti à principio reali-
ter emanans, vtpote partus mentis realis: igitur iste modus
dicendi, patri tantum conuenit, atque ipsius est notionale. So-
lus etiam pater dicit verbo, id est, declarat verbo producto,
idque effectiue, atque productiue. aliquid enim declarare,
bifariam potest intelligi: vno quidem modo formaliter, seu
per modum formæ; veluti id cuius est, imaginem declarare
dicimus; atque ita verbum, character patris à Paulo voce-
tur, alio vero modo effectiue productiueque, vt pictor ima-
ginis, ipsum declarat imaginatum. Quo plene modo, ver-
1. bum à patre declarari profitemur. Itaque pater in diuinis
proprissime & dicit verbum, & verbo. Dicere namque in
diuinis, interdum idem est, ac intelligere: proinde non vo-
camus tres, sed vnum intelligentem; neque tres, sed vnum
dicentem, & cogitando rem intuentem. Huiusmodi autem
dicere, tribus est commune, ideo essentiale, & non persona-
le nomen est dicendum. Aliquando, de agendis signat impe-
2. rium, vt est illud: Ipse dixit, & facta sunt. nonnunquam quod
3. est declarabile, manifestare; sicque quælibet persona, sei-
4. psam declarat. & agendorum habet imperium. Ad hæc idem
5. est, quod animi dicere, id est, declarare, à quo habet emanan-
di principium, soli quia filio tribuitur. Interim dicere, est pro-
6. ducere verbum, partum mentis, propriamque imaginem:
qui profecto modus proprissimus cum sit, patri tantummo-
do conuenire, dubium non est. Postremo, est aliud verbo
producto declarare. pater igitur hoc modo dicit verbo.
quemadmodum enim verbum declarat formaliter omnia;
ita plane, pater suo verbo producto, cuius est productiuus,
principaliue etiam declarat omnia: non identice autem, aut
formaliter. & vt clarius dicam: pater dicit verbo, hoc est,
est principium producens verbum declaratiuum. Verbum
certe diuinum, vnum habet ad patrem mutuum, atque rea-
lem respectum: alterum vero, ad alia, quæ manifestat, atque
declaret, essentiam scilicet vt primum obiectum, personas,
atque creaturas. Porro huiusmodi verbi respectus, rationis
potius est, quam realis, quippe cum declaratiui, seu declara-
tionis nomine significetur. Primus itaque respectus, est in-
trinsecus verbi, quoad patrem dicentem refertur: idem e-
nim est, quod verbatio passiua, aut filiatio. Ex suo igitur prin-
cipali hunc tantum respectum complectitur Habet etiam ad
intra rationis respectum, vtpote patris declaratiuum, à quo
est, & suppliua, quod est ab ipso. qui plane rationis respectus,
licet verbi proprij sint, ad ipsius tamen quidditatiuum con-
ceptum non pertinent. Insuper ad creaturas respectum ha-
bere dicitur, quatenus, teste August. ars nominatur omnipo-
tentis Dei, plena rationibus omnium viuentium. Logos e-
nim melius per factum interpretetur, quam per rationem; vt
significetur certe, non solum ad patrem respectus; sed ad ea
quoque, quæ per verbum facta sunt operatiua potentia.
Connotet ergo verbum, ad creaturas, sibi appropiatum re-
spectum. Cæterum ars in diuinis absolute accepta, tribus est
attributa personis: filio tamen proprius conuenit. Ars vero
producta, & filio communis est, & spiritui sancto: sed per
memoriam productam, ita filio conuenire dicimus, sicuti
improductam, patri, & sancto spiritui per voluntatem pro-
ductam. Itaque verbum ad creaturas respectum profert:
Deus siquidem, dum se cognoscit, omnem prorsus creatu-
ram cognoscit, idque vno actu; propterea vnicum habet ver-
bum, quod, non solum patris est expressiuum, sed omnium
prorsus creaturarum. Ipsum quippe in mente conceptum,
eorum sane omnium est repræsentatiuum, quæ mẽte diuina
intelliguntur. vnde, queadmodũ Dei scientia, ipsius quidẽ Dei
est cognoscitiua tm̃, creaturarũ vero, & cognoscitiua, & facti-
uus, ita plane, Dei verbũ, eius, q̃ est in patre, expressiuum est:
creaturarum autem, expressiuum, pariterque operatiuum.
Quare ergo solus pater in diuinis dicat verbum, & verbo,
hæc puto debere sufficere. Ad 2. ista non est formalis, ver-
bum est intellectio producta, sicut nec ista, verbum est es-
sentia, aut voluntas: sed bene est identice: abstractum enim
non prædicatur de concreto formaliter: Non incongrue ta-
men per appropiationem, non autem per proprietatem a-
ctualis intellectio nominatur. nam, sicut quælibet persona
est identice essentia. ita quoque est identice notitia. Deinde,
quæ ad intellectum pertinent, filio appropiantur omnia: de-
nique suæ emanationis modus, notitiam exprimit actualem,
per actum dicendi productam. maior ergo neg. si formaliter
intelligatur, & conceditur identice, sed tunc ad rem non
pertinet. Ad 3. Sicut in diuinis proprie loquendo, verbum 3.
dicitur personaliter, & non essentialiter; ita quoque & dice-
re proinde, sicut tribus verbum non est commune; sic, neque
verum est dicere, tres esse formaliter vnum dicentem. Ad
4. eo modo, filium intelligentem vocemus, quo etiam Deũ 4.
esse dicimus: intelligere enim in diuinis essentialiter dici-
tur. Sicut ergo filius, Deus est genitus, & non generans; ita
certe est intelligens, non verbum producens; sed verbum
procedens. Illud autem Apost. pro effectu imperioque vir-
tutis, recte, vereque intelligitur. Basilius vero figurate loqui-
tur, vtpote verbum filij, quia manifestet filium. sic alicuius
verbum nominatur, quod illius profecto manifestatiuum
esse videatur. Ad 5. illud August. paulo ante dilucidatum
est. Porro verbum in diuinis, non est qualiscunque notitia, 5.
qualitercunque producta; sed ea duntaxat, quæ à memoria
paterna, per productionem realem producitur. Igitur Au-
gust. mihi circumloquendo, nostri insinuat verbi naturam:
amor enim imperat intellectui verbi generationem: ideo ad
verbum formandum, pariendumque dominium habere vi-
detur. hoc autem contingit, quia intellectus ex se efficacior
non est, ad partum verbi proferendum, iccirco voluntate
indiget impellente. Verum, Deo hæc nequaquam conue-
niunt: quam ob causam, verbum habet æternum, simplex,
atque perfectum. Sed *dicis*: omne dicens verbum formaliter,
per verbum intelligit: sed pater non intelligit formaliter per
verbum, alioqui haberet à filio esse intelligendi: ergo. Neg.
maior; cum enim eandem cum dicente verbum essentiam
habeat; profecto dicendi ratio formalis, non erit dicenti;
non per essentiam quidem, quæ prior est in dicente, saltem
prioritate originis, aut rationis. ex quo patrem formaliter nõ
intelligere per filium, satis patet. Ad 6. non sunt duæ, sed vna 6.
tantum-

Declarare duplex.

Dicere multiplex.

Pater dicit verbo.

Verbo duplex respectus.

6. de Trin. 13. quæst. Logos.

Ars in diuinis est verbum Dei.

Pater in diuinis proprie dicit verbum, & verbo.

Actualis intellectio est verbũ.

Verbum, id est imperium virtutis.

Spiritus sanctus dicitur verbum filij.

Obiectio.

Responsio.

De filij Dei generatione.
tantummodo proprietas: filios enim,& verbum, vt dictum
est,eandem relationem significant,licet alia connotent. Vna
sane,eademque personalis proprietas,cum esset res amplis-
sima, diuersis nominibus significatur. vnum enim nomen
Filius imago, splendor, verbum.
inueniri non potuit,quo illa complecterentur omnia: ideo
filius dictus est,vtpote. patri connaturalis, splendor, eidem
coæternus,imago,illi similis, verbum, quia immaterialiter
genitum, & patris est expressiuum. Itaque filius naturam
connotat viuentem in communi: verbum vero notitiam a-
ctualem,& expressam.

CAP. VI.

Argumenta, quæ nituntur probare, verbum non esse notitiam seu intellectionem actualem.

1. *Aug. 9. Trin. c. vlt.*
VErbum est aliquid genitum à memoria, authore
Aug. Sed intellectio non potest esse genita, quia a-
ctio non gignitur, sed est, qua aliquid gignitur:
actionis vero non est actio, imo est actio manens.
verbum ergo aliquid est formatum præter actum intelli-
2. gendi, Iterum,terminus operationis intellectualis, non est
intellectio: sed verbum est terminus: igitur non est intelle-
3. ctio. Item non videtur, quod verbum diuinum sit intelle-
ctio actualis,quod certe ita probari potest: intelligere non
est actio,entis quidem realis productiua, vt 9. met. dicitur:
sunt enim operationes huiusmodi fines, vt primus testatur
æthicorum liber. nihil ergo reale per actum intellectus pro-
4. ducitur. Si verbum ergo diuinum sit actualis intellectio,
Verbum non est species intelligibilis.
non reale, sed ens erit rationis: quod profecto impium
est dicere; Item, si verbum est intellectio actualis,ergo ali-
quid est, quod ad intellectum pertinet. sed ad intellectum
nullo modo pertinet: igitur non est actualis intellectio. ete-
nim species profecto esset, vel habitus, aut actus, vel obie-
ctum,denique vel aliquis rationis respectus, aliquod isto-
rum consequens Porro speciem non esse intelligibilem,cla-
1. rissimum est; illa namque ex phantasmate consurgit, quæ
2. sane, quoniam imperfectionem sonat, in diuino plane in-
3. tellectu non est statuẽda. Illud præterea est verbũ intellectus,
4. quod per suum quidẽ actũ intellectus dicit.sed intellectus,speciẽ
5. intelligibilem non dicit,cũ sit præuia actui: igitur species non
est verbum. Adhuc,quod est res intellecta in actu, non est
species intelligibilis. in eo namque consistere potest, qui actu
non intelligit: verbum autem non est, nisi actu intelligatur:
ergo. Insuper,species est ab intellectu agente, verbum au-
6. tem ab intellectu possibili: species quoque & actus reflexe,
verbum autem ab intellectu directe cognoscitur. Adhuc,in-
tellectionis intrinseca terminus,verbum est. in quo cogno-
scitur natura ad extra: species autem & actus non sunt ter-
mini intellectionis: verbum ergo non esse speciem.clare pa-
tet. Sed dices: imago in cogitatione,verbum est hominis:sed
imago est species: ergo species est verbum. verũ imago pro
ipsa notitia actuali intelligitur, vnde aliquando cogitatio
Verbum non est habitum.
verbum appellatur, improprie tamen. Verbum præterea
non est habitus, vtpote qui perpetuo in actu non permanet.
Quod si dixeris verbũ esse notitiã, seu intellectionem im-
pressam declaratiuam; essentia enim diuina,velut obiectum,
simplicem paterno notitiam intellectui imprimit, qua pro-
fecto fœcundus effectus,ratio est producendi actiua, notiti-
am genitam: conuertit se namque nudus intellectus, ad in-
tellectum simplici formatum notitia obiectum, actumque
intelligendi: atque ita partu suo,generat notitiam declarati-
Notitia impressa.
uam,id est, verbum. hoc quoque dubitatione non vacat: In
actu enim puro nihil est positiuum: sed diuina natura est
1. actus purus: nihil ergo positiuum ibi est colloeandum nec
habes effugiendi locum, vtpote,quia modus est intelligendi,
2. qui nihil positiuum addit nam verbi generationem quæri-
mus realem. Item,per impressionem. nulla forma subsistens
3. producitur: sed verbum diuinum est forma simplex subsi-
Filius non est notitia impressa.
stens: Ergo &c Adhuc: intellectus conuersio, ad intellectum
formatum est sane aliqua actio,quæ necessario alicui est tri-
buenda supposito: filij autem supposito non conuenit, alio-
qui origine seipso prior inuaniretur,neque etiam patris: er-
go nullius. Cuius namque est intellectus nudus formaliter:
eiusdem plane est omne illud, quod sibi per illam conuer-
sionem imprimitur. sed intellectus, vt conuertitur, & for-
matur, est patris. eiusdem ergo erit notitia, qua formatur. sed
quicquid est in patre, vt pater est, ingenitum est, atque ita ver-
bum est notitia ingenita. aut si dixeris esse genitam, tunc sane
pater esset sapiens sapientia genita: quod certe à veritate lon-
ge dissentit: pater enim esset genitus: & ita in Sabellij hære-
4. sim incideremus, qui personarum in diuinis distinctionem

negauit. Amplius, in diuinis illa conuersio, non est potentia, *De filij Dei generatione.*
sed intellectus potius,neque actio; essere enim notitia, esseo-
tiali notitia posterior, quæ verbum appellatur; atque ita ver-
bum esset prius verbo. neque actio, quæ est dicere; quando-
quidem verbo priorem esse nonnulli reputant. Denique
non est potentiæ determinatio, aut dispositio: intellectus re-
uera in diuinis, indispositus, aut indeterminatus esse non po-
test: frustra igitur ponitur talis impressio, atque conuersio.
Adhuc, verbum non est actus intellectus. Omnis enim actus *Verbum non est actus.*
intellectus, vt intellectus, est communis tribus: sed
verbum non est commune tribus: igitur non est actus intel-
lectus. Itẽ, aut est actus dicendi, aut intelligendi, aut ambo si-
mul. non ambo simul, alioqui verbum non esset vnum. sed 1.
plura: actus sane dicendi est in prædicamento relationis: in- 2.
telligendi vero in prædicamento qualitatis. neque actus in-
telligendi, cum omnibus sit diuinis certe communis perso-
nis; atque ita singulæ, verbum dicerentur. neque actus dicen-
di; est namque ingenitus, vtpote in patris intellectu consi-
stens. quicquid autem est ita in patre, ingenitum est, nisi velis
personarum distinctionem confundere; sed verbum est ge-
nitum: ergo non est actus. Item, verbum est terminus intel-
lectionis: sed actus non est terminus intellectionis: ergo a- 3.
ctus non est verbum. Præterea, aut est actus, alius ab actu pa- 4.
tris, quod sane dicendum non est, aut est idem patris actus,
tunc quæro, an sit intelligendi, aut dicendi actus. si intelligen-
di, igitur verbum causa est, ob quam pater formaliter verbũ *Verbum non est obiectum.*
intelligit, quod supra negauimus. aut dicendi; sed omne di-
cens verbum, formaliter per verbum intelligit: in eandem 1.
ergo absurditatis foueam incideremus, si verbum, actum es- 2.
se dixerimus. Item, verbum non est obiectum. Obiectum 3.
reuera in diuinis, est diuina essentia, quæ tribus est commu- 4.
nis personis: sed verbum formaliter vnius est personæ, nem-
pe filij: igitur verbum non est obiectum. Insuper, obiectum
non fit per intellectum: sed verbum sine intellectus opera-
tione non est: ergo non est obiectum. Item obiectum
& verbum non sunt idem formaliter: ergo &c. Præterea, vt
diximus, pater esset verbum, & spiritus sanctus quoque, qui
sunt certe obiecta formaliter distincta. non autem identice,
id est, ratione diuinæ essentiæ, quæ sane, quoniam vna est in
omnibus diuinis trinitatis personis, de verbo formaliter nõ
dicitur. Amplius, verbum esse non potest rationis respectus, *Verbum non est respectus rationis.*
cum sit summum ens. Quare si non est species, habitus, vel a-
ctus, aut obiectum, neque rationis aliquis respectus satis pa-
tet, nullo modo, intellectionem, seu notitiam esse actualem.
Denique, actus primus in patre, est principium productiuum. 5.
nam licet in patre concurrant memoria, intelligentia, atque
voluntas, pater tamen, intelligentia vequo formaliter ver-
bum non gignit, sed memoria, authore August. hoc est, vt in *Aug. 15. Trin c. 7. vel 15.*
actu memoriæ existit: quod tunc vere est, quando obiectum
intelligibile ipsius intellectui adest, appellaturque actus pri-
mus, secundus vero, actu intelligere. Sed secundus actua non
est principium productiuum: igitur intellectio, vt est patris
operatio, verbi diuini ratio formalis. ac productiua non di-
citur perfectarum sane est operationum fines esse, non ali-
quorum gratia finium fieri. actus ergo primus, cuius virtute
illa elicitur operatio, verbi diuini principium est producti-
uum. Item, si verbum est formaliter ab actuali patris intelle- 6.
ctione distinctum, tunc in patre erunt duo verba, nempe in-
telligentiæ vnum, memoriæ vero alterum. obiectum enim,
patris præsens intellectui, natum est immediatius verbum
gignere, quam actus intelligendi. Sed conseq. est falsum, er-
go, & anteced. Sane, illius immediatius verbum esse dicen-
dum est, à quo certe immediatius exprimitur: sed immedia-
tius ab essentia exprimitur: igitur actualis paterni intellectus
notitia, non est verbi ratio elicitiua; alioqui tam intellectio- 7.
nis paternæ, quam essentiæ patris verbũ diceretur. sed tunc
profecto in eandem rursus impietatis absurditatem protru-
endum esset, scilicet, vt vnum sit verbum essentiæ patris im-
mediate declaratiuum, intelligentiæ vero alterum. Si præ- 8.
terea verbum est actualis intellectio; patris erit, & non alte-
rius sed verbum est notitia genita: actualis ergo illa notitia
esset genita atque producta: non vt iam cognita, sed omni
cognitione prior, alioqui processus in infinitum daretur, a-
ctus scilicet intellectus ante actum intelligendi. sed tunc ma-
gna hæresis exurget, vt dicamus, patrem sine cognitione,
verbum diuinum genuisse. Adhuc, actualis illa cognitio, à 9.
diuina, vt aiunt, essentia producta, alterius non est dicenda
rationis, quia nimirum in patre est, vt in producens, & in
verbo, vt producta. nisi velis dicere deitatem, alterius esse
in patre rationis, vtpote ab alio esse non habente, & in filio à
patre procedente, quod certe hæreticum est. Pater ergo in
diuinis verbum esset: actualis enim notitia, quam filium esse
dicunt, eiusdem est in ambobus rationis: quæ autem eius sé

De filij Dei generatione.
suntrationis, formaliter ab inuicem differre non viden-
tur: Itaque ex his, quæ dicta sunt, filium seu verbum diuinum,
ex actu paterni intellectus non esse genitum, omnino clarū
esse constat. Superest autem nunc arguere: si hæc ita se habe-
Verbum non esse productum ex actu memoriæ.
ant, in hoc absurdum esse deueniendum, vt patrem nec actu
memoriæ quidem, verbum gignere dicamus: pater enim in
actu primo, sicut est operatiuus tantum; in secundo vero for-
maliter intelligit, ita etiam in eadem memoria, in actu primo
1. est productiuus, in secundo vero producit notitiam geni-
2. tam. Quare si actu intelligentiæ verbum non gignit: nec et-
iam memoriæ: vterque enim actus, est secundus: ideo simile
de vtroque est habendum iudicium. Item, verbum, autore
3. August. visio est de visione. actualis ergo notitia, est ratio gi-
Aug. 15. Trin c. 13. vol. 37.
gnēdi verbum. Iterum, intelligentia est in patre, sub proprie
certe intelligentiæ ratione: sed huiusmodi, cum propria sit
intelligentiæ perfectio, verbum esse constat. verbum er-
go est patris intelligentia, quatenus pater est. quam ob
causam, aut verbum à patre non est genitum, aut per intelle-
ctum productum esse, dicendum est.

CAP. VII.

Soluuntur argumenta.

Verbum quot modis accipitur.
VErbum in nobis est quod voce profertur: in voce
autem duo inueniuntur, ipsa scilicet vox, atque eius-
dem significatio vocis. Vox enim teste philos. in-
tellectus conceptum significat. iterum, ex imagina-
tione significationeque proficiscitur, vt in lib. de anima dici-
tur. ex quo apparet, vocem non significatiuam, verbum dici
non posse. etenim vox exterior, ideo verbum dicitur, quia
1. reuera interiorem significat conceptum mentis. Igitur inte-
2. rior mentis conceptus, proprie verbum appellatur: deinde
3. vox ipsius significatiua conceptus: tertio ipsa vocis imagi-
Quod verbum secundum Damasc. lib. 1. c. 17.
natio, verbum dicitur imaginatum. Non temere ergo Da-
masc. ita philosophatur. *Verbum, inquit, est naturalis intellectus
motus, secundum quem mouetur, & intelligit, & cogitat, veluti lux
& splendor.* propriam certe verbi indolem insinuauit. Rursus,
tertiam innuit, cum dicit: *Verbum est, quod non verbo profertur;
sed in corde pronunciatur.* Vltimum vero, *verbum est angelus, id
est nuntius intelligentiæ.* Postremo, verbum sub quedam figura
accipitur, est autem significatum enunciantis atque impe-
Verbum in diuinis.
rantis. Cæterum verbum in diuinis, conceptum significat
intellectus, 15. *de Trinit. Quisquis potest*, inquit August. *intelligere
verbum non solum antequam sonet, aut sonorum eius aliquæ imagi-
nes inuoluantur; iam potest aliquam verbi illius similitudinem in-
telligere, de quo dictum est: In principio erat verbum.* conceptus au-
tem cordis, ex sui natura, ab alio procedit: verbū igitur in di-
uinis, significat aliquid ab alio procedens, atque emanans.
Porro intelligere ita se habet ad intellectum in actu, sicut es-
se ad ens in actu: non enim intelligere, actionem ab intelli-
gente significat exeuntem; sed in intelligente manentem.
Verbum est sapientia genita.
Cum ergo verbum in diuinis notitia dicatur, non sane actus
aut habitus intelligitur, intellectus cognoscentis; sed id pla-
ne, quod intellectus concipit cognoscendo. quam ob cau-
sam August. sapientiam genitam, verbum esse dicit, quæ pro-
fecto ipsa est conceptio sapientis: pari quoque modo notitia
genita nominatur. cogitatio autem proprie non dicitur: in
inquisitione enim veritatis consistit, quæ in Deum non cadit.
etiam cum intellectus ad formam veritatis peruenerit, non
Verbum diuinum est notitia genita.
cogitat, sed contemplatur. Itaque, verbum diuinum est no-
titia genita, à patre procedens: intellectus siquidem perfe-
ctus in patre, quatenus potentia est operatiua, obiectum na-
tus est intelligere, quantum certe intelligibile est: quanta
vero notitiæ genitæ potentia est productiua; tanta profecto
notitiæ, quanta potest esse obiecti, principium est producti-
uum. Quoniam ergo intellectus in patre est perfectissimus,
vtpote non reducibilis ad aliquod se perfectius; obiectum
quoque infinitum intelligibile, notitiam absque dubio pro-
Notitia infinita.
duxit infinitam, id est verbum suum. Porro actus ille pri-
mus, qui est operatiuus & productiuus, suppositum in actu
secundo, ratio est perficiendi, qui plane operatio nominatur,
prior sane intelligibilis, quam id quod producitur. quemad-
modum enim, si quis dixerit, aliquam in luminoso opera-
tionem lucem esse: illuminare autem, luminis productio-
nem à luminoso; lux sine dubio in luminoso esset principi-
um quo; tum ex parte operationis, quæ est lucere; tum etiam
ex parte productionis, quæ est illuminare. lucere tamē, quod
est operatio illuminationis, quæ est productio, causa non est
Intelligere & dicere in Patre.
dicenda formalis. ordo nihilominus ibi inuenitur, quasi ef-
fectiuum, ad eandem plene causam communem ordinato-
rum, à qua vnus immediatius, quem alius procedit effe-

ctus. Ita sane de verbi diuini generatione est intelligen-
De filij Dei generatione.
dum: siquidem actus primus, qui paternæ est memoriæ, ad
intelligere, quod est patris operatio, & dicere, quod est no-
titiam genitam producere; habere videtur ordinem priorita-
tis, originis saltem: quamuis intelligere patris, non sit verbi
Immediatum est intelligere quam dicere.
dicendi principium elicitiuum, est tamen immediatius in-
telligere, quasi à memoria patris productum; quam dicere,
vel quam verbum sit ab eodem productum. pater enim non
generat filium, elicitiue intellectione intelligens; intellectio
1. namque actus est immanens, qui ad aliquod per eam pro-
2. ductum non terminatur: intelligere præterea, est essentiale,
3. generare vero personale; sed essentialia, personalia prece-
dunt: genuit tamen filium intellectu, & concomitante, &
cohærente; tum quia in diuinis omnia sunt coæterna; tum et-
iam, quia verbum non est, nisi à dicente. Vnde, sicut Sol na-
turæ perfectione, Lunam antecellit, sine luna vero, nun-
quam constitit, ita plane pater sine filio nunquam fuit: filius
autem in primo originis signo, quod non ab alio, sed à se esse
habet, extitit nunquam; verum tamen est, patrē prius filium
generare, quam intelligere. idem enim est generare, & pa-
trem esse: siquidem generatio, patrem in esse personali con-
stituit. Porro prius est patrem esse, quam patrem intelligere
filium: sed intellectio simpliciter prior est, in patre vero,
quatenus pater est, est posterior. Pater in primo signo origi-
nis intelligit filium, hoc enim habet à se: filius vero in secun-
Obiectiones.
do signo generatur, vt pote à patre habens esse. Quare pater
1. prius intelligit filium, quam filius generetur. Sed dicet ali-
2. quis, eadem intellectione intelligitur essentia, & filius: sed es-
3. sentia est prior illa intellectione: ergo & filius. Item: quod
non est, videri non potest: ante ergo generationem filij, pa-
ter filium videre non potest. Adhuc nulla certe intellectio,
suo præconcipitur obiecto: sed filij generatio est obiectum
intellectionis. ante ergo ipsius generationem, pater nequit
Responsio.
filium intelligere. Resp. maior est vera, dum modo non æ-
1. que primo intelligatur. Ad 2. illud quod non est, simpliciter
2. videri non potest, bene quidem, quod pro aliquo signo non
3. est, simpliciter tamen est. Ad 3. antecedens verum esse dici-
mus de obiecto primario, non autem de secundario, cuius-
modi, quoad personalem relationem verbum esse dicimus.
Verbum esse actualem intellectionem.
His ita excussis, facilior ad argumenta patebit responsio. Ad
primum: concedimus verbum in diuinis mentis prolem es-
se, atque notitiam genitam. productionem vero, actualem
Solutio primi argumenti.
intellectionem non esse exeuntem, sed in intelligente ma-
nentem esse dicimus. Porro illa actualis intellectio, non est
actio de genere actionis, scilicet transeuntis; sed qualitas
quædam, vt ita loquar, illius actionis imitatrix, veluti est di-
cere: hæc certe semper requirit, suæ causæ præsentiam, quasi
continua influentis. sic pater perpetuo filium generat. vnde,
quamuis actus intelligendi, quia est immanens, non
sit operatiuus, seu productiuus; bene tamen est actus di-
cendi: dixi enim patrem in primo signo filium non gi-
gnere, sed in secundo; actumque intelligendi, actus
dicendi, causam non esse, nec vnum sine altero consi-
stere; sed ordine quodam, si liceat dicere, dignitatis actum
intelligendi, præcedere actum dicendi. Quando ergo dicis,
Verbum est perpetua emanatiō.
intellectio non est actus productiuus; hoc idem etiam ego
confiteor: sed actu dicendi, qui profecto quædam est ema-
natio à dicente, quam verbum genitum esse dico: hæc au-
tem quoniam quotidie à patre fluit, non transit, aut tempora
interrumpitur aliquo, sed perpetuo tempore, aut æternali-
ter à patre in verbum, imo ipsum verbum, absque vlla moræ
interpollatione producitur. hanc ob causam actus non dici-
tur transiens, neque itidem actio, aut habitus, vel aliquid hu-
iusmodi, quæ apud nostra vsu habentur; sed perpetua quæ-
Obiectio
dam à patre fluens emanatio. Sed dicet aliquis: patris intelle-
Responsio
ctio, est verbi generatio: dicere enim, quod est verbum gi-
gnere, actus est intellectus, vnde quoddam est intelligere. V-
nius plane potentiæ vnus est actus: nam, teste philos. 2. *de an.*
potentiæ distinguuntur per actus. sed vt diximus, intelligere
est perfectio simpliciter, non autem dicere: ergo. Item: in-
telligere cum sit patris operatio, obiectum quasi præsuppo-
situm habet: dicere vero, quia verbi est generatio, terminū
per eam productum est, id est, verbum. Ad illud autem phi-
los. ita respond. actum seu actionem, interdum immanen-
tem significare actionem, quæ in fieri magis, quam in facto
consistit, semperque habet alicuius intelligibilis respectum,
quam profecto in diuinis intellectionem vocamus: aliquan-
do vero, actus emanationem denotat, cui correspondet in
Vnus & idem actus non potest esse diuersarum potentiarum.
diuinis actus dicendi. Vnus ergo actus cum hæc duo com-
plectatur, recte vni tribuitur potentiæ, vel sic intellige: vnum
eundemque actum diuersarum potentiarum esse non posse,
vnius vero potentiæ actus plures. Hæc certe quæ diximus, ad
soluendas reliquorum obscuritates argumentorum, paucis
exce-

De filij Dei generatione.

exceptis, sufficere arbitror. Ad illud autem quod de memoria, atq; intelligentia obiiciebatur, respondeo: quamuis memoria, & intelligentia patris, realiter non differant, tanta nihilominus inter illa differentia coalescit; vt illorum alterū, productionis sit principium productiuum, alterum vero minime. Dicis, quod vterque est actus secundus. Respōdeo: hanc esse præpositionem per se: operatio, quatenus est operatio, non est productiua: sunt enim operationes fines perfectionesque operantis: productio autem, quatenus est productio, non est perfectio producentis, sed esse habentis productum, non formaliter inclusum in producentis persona. Actus igitur secundus, quo pater intelligit, seu operatur, formaliter non producit: intelligere siquidem ex sua quidem ratione, operationem & productionem in patre nō significat; dicere vero actum producendi denotat. Ad 2. filius est visio de visione, id est, actus secundus, natus ex actu primo. Dicis, proprius actus intelligentiæ, est verbum. Minime, natura enim verbi est, vt sit notitia genita. Sed iterum instas, si notitia fuerit declaratiua, sufficit. Nequaquam, si relationem rationis intellexeris, vtpote intelligibilis ad intellectum. talis enim relatio est actualis notitiæ, patris declaratiuæ, qua profecto pater formaliter intelligit, ad habitualem notitiam patris, vt est scilicet memoria: ita quod obiectum patris paterno intellectui, æque perfecte per notitiam patris actualem declaratur, ac per actualem notitiam, quæ est filius: notitia tñ actualis in patre, verbum nō dicitur; quicquid n. in patre est formaliter, ingenitum esse, necessarium est. filius ergo in diuinis est visio de visione, seu notitia de notitia id est actus secundus, qui est visio, scientia fortitudo, &c. de patris memoria fœcunda emanans, atque procedens. Quomodo autem verbum diuinum sit actualis intellectio, dictum est.

Operatio & productio.

Visio de visione filius dicitur.

Notitia actualis in patre non est verbum.

QVÆSTIO SEXTA.

CAP. I.

Verbum diuinum ex patris substantia gignitur, non quasi ex materia, sed ex formali potius consubstantiali.

Verba Mercurij.

MEntis (inquit) *germen est verbum lucidum*: germen quippe ex radicis substantia exurgit, illius & naturæ conditionem secum adducens, & formæ similitudinem. Si itaque verbum lucidum, mentis paternæ est germen, procul dubio ex mentis natura prodit, illiusque similitudinem gerit: operæ pretium igitur fuerit percunctādo inquirere, quomodo ex mentis prodierit substantia: nam ex nihilo produisse, quemadmodum & cætera, quæ condita sunt, impossibile est. scamnum enim facit artifex ex ligno: homo autem generat filium de seipso. Quare, sicut artifex, ex materia aliquid, ita sane Deus ex nihilo cuncta condidit: non quia nihilum in rei substantiam transierit sed quia nullo præsupposito, tota rei substantia ab ipso fuerit producta. Si ergo verbum ex nihilo procederet, instar artificiati se haberet ad patrem, veri atque naturalis filij nomen amitteret: verbum igitur lucidum ex patris substantia genitū est, sublimiori certe modo, quam filij hominum ex ipsorum parentibus generantur: partem namq; , nō totam prorsus ipsorum naturam in filios transfundunt: diuina autem natura, quoniam impartibilis est, per generationem filio communicatur, sola distinctione secūdum originem permanente. quamobrem verbum diuinū propriissime filius nominatur: vt enim aliquis vere dicatur filius, sex opus habet. *Primum est*, vt ab eo sit productum. *Secundum*: vt non per artem intellectualem; alioqui domus, filia domificatoris appellaretur. *Tertium*: vt assimiletur in specie producenti: qua ratione aurum, filius terræ non dicitur, nec cœlestium inferiora hæc: deficit enim inter gignens, & genitum vnitas specifica. *Quartum*: vt genitum & generans viuant: hinc est, quod ignis genitus, generantis filius dici non possit. *Quintum*: vt virtutem sentiendi vtrumque formaliter vel eminenter contineat: vnde planta radicis filia non dicitur. *Vltimum*: vt actus ille, per quem generatur, sit cognoscitiuus: proinde, & si generatiua operatio in nobis cognoscentis sit; tamen quia cognitiua non est, cum ad vim vegetatiuā spectet, quæ nō est virtus cognitiua, sequitur; vt nullus nostrum, filius sui patris proprie dicendus sit. Solum ergo verbum lucidum, exactissime filius patris æterni dicendus est: nā, & ab eo producitur, & per modū naturæ patri in natura singularissima assimilatur: summe viuit cum patre: omnem vitæ gradum formaliter vel eminenter continet. & denique actus notialis ille, quo generetur, cognitiuus est. Spiritui sancto autem, quoniam secunda conditio deficit, ideo filius dici non potest. Est igitur verbum de substantia patris, hoc est consubstantialis, & à patre procedens. hoc enim innuit illa præpositio de: quam ob causam, quia pater à filio non procedit, ipsum de filij substantia esse, dicere non licet: cum autem patris substantia præexistat, de qua verbum gignitur, de nihilo ergo esse nō potuit. Etenim, si ignis de sua aliquid generaret forma, non de nihilo, sed de seipso, illud generatum esse diceremus. Cæterum essentia diuina, forma est suppositorum in diuinis, quibus esse largitur diuinum formaliter: & primo quidem, vt ita dicam, patris personæ, filij deinde per modum naturæ, postremo spiritus sancti supposito, siue personæ. hæc autem largiendi libertas, diuinæ competit essentiæ, non quasi materiæ, sed formæ locum habenti; sane nobilior, quæ in creaturis habetur conditio, illi est tribuenda: formæ autem modus præstantior est, vt pote non vni, sed plurimis rebus communis: nam vna eademque anima, & genitæ est forma carnis, & gignenda: materia vero sub diuersis non ordinatis, sed disparatis formis simul esse non potest: congrue igitur essentia diuina formæ comparatur, vtpote, quæ simul tota sit in verbo & in dicente, in spiritu, & in spirante. Porro, quoniam causa materialis, secundum vniuersam generis sui latitudinem, imperfecta omnino reputatur: quippe quæ in suo genere ad aliquod simpliciter perfectum reduci non possit: iure ergo in eo, quod omnibus est modis perfectissimum, non est reponenda: ideo in Deo non solum materia non est, sed neque etiam aliquid, quod quasi materia reputatur. In materia profecto perfectionis est nihil, quin sit imperfectioni permixtū, quod plane perfectissimo nequit eni conuenire. Mutatio autem, ex sui certe ratione imperfectionem sonat; tum quia in mutabili potentialitatem indicat; tum etiam quia concomitanter potentiæ dicit etiam imperfectionem actiuæ; vtpote quæ ad producendum causa indigeat coocausante. hæc autem, quoniam in Deum cadere non possunt: ideo generatio diuina, nec materiæ, nec quasi materiæ est comparanda. Non sic autem se habet generatio humana; sed productionem atq; mutationem complectitur: productio autem ipsius est producti, nempe compositi, 7. met. cui certe accidit, cū aliquis reuera partis compositi mutatione fieri. Porro mutatio, formaliter est rei mutabilis actus. quæ profecto de mutatione transit ad formam. In creaturis namq; mutatio productionem concomitatur, idque ob productiuæ imperfectionem potentiæ, quæ plane esse totale, productionis termino, largiri non valet. quare aliquid, quod præerat, ad alterum ipsius partem transmutet. atque hoc modo, compositum producit. Quod si generans agens esset perfectum, non opus sibi esset materie de qua, vel in quam ageret; sed per se effectum produceret, in qua quidem productione, mutatio non esset: quemadmodum, sine sui mutatione, Deum, vniuersa condidisse dicimus. In qua plene productione, terminus productus, id est, mundus, per omnipotentem producentis virtutem, accepit esse, nulla quidem mutatione interueniente quippe, quæ illius est solius, nempe rei mutabilis, quæ aliter nunc se habere potest, quam prius, vt 6. recitat physicorum liber. sed in creatione, huiusmodi fuit nihil: itaque verbum diuinum, ex substantia patris, non tanquam ex materia, sed tanquam ex forma potius genitum est.

Filius Dei propriè filius dicitur.

De filij Dei generatione.

De substantia patris quid sign. ificet.

Essentia diuina est vt forma, & non vt materia.

Essentia comparatur formæ.

Generatio diuina, ab humana multum differt.

Mutatio vbi inueniatur.

Agens perfectum non indiget materia.

CAP. II.

Argumenta, quibus probatur, verbum diuinum ex patris substantia, quasi ex materia gigni.

ILlud, quod sub vtroque generationis extremo generanti, scilicet, & genito, consistit; sine dubio, materia, vel quasi materia nuncupatur. sed diuina essentia, & in generante est, & in genito: igitur ex ea, velut ex materia, vel quasi materia, lucidum Pymandri verbum, æterno quidem tempore saltem imaginario genitum I.
est. Item, quod recipit formalem generationis terminum, II
materiæ officio fungitur, est enim veluti generationis subiectum. sed essentia, quasi recipit, subiectum generationis formalem, vtpote relationem, qui est vtique formalis terminus; quandoquidem genitum verbum constituat, atque distinguat. Cum igitur in essentia sit relatio, quæ profecto generationis fere terminus esse videtur; in ipsa etiam generatio erit. Amplius, vt supra annotauimus, secundum philosophi doctrinam, omnipotentiæ quidem actiuæ, cor- III
respondeat necesse est aliqua potentia passiua: fœcunditati igitur patris, actiuæ, quasi potentiæ existenti, alique correspondet potentia, quasi passiua, de qua verbum educitur. omne autem huiusmodi, aut vere est

De filij Dei generatione.

est materia, aut quasi materiæ similitudinem gerit: sed diui-
næ hoc congruit essentiæ: ex ea igitur, veluti ex materia, aut
quasi ex materia, verbum generatur. Item, si ignis, de sua
quidem substantia, ignem gigneret; adhuc certe substantia
4. ignis generantis, ita in potentia esset ad formam ignis gene-
randi, sicuti modo est aliena materia, ex qua generatur. es-
sentia ergo patris, de qua filium pater generat, respectu ge-
nerationis, instar materiæ se habere manifestum est. Dein-
5. de, quemadmodum generare est prius origine filio in diui-
nis; ita certe & generari, atque filiatio; sunt enim generare,
& generari simul. Porro constitutiuum, prius est constituto.
in illo ergo priori, generari erat in essentia; non sicut in for-
6. mali, patri, ac filio consubstantiali, quia filius nondum erat:
igitur sicut in materia, quæ prior est origine ipso, per eam
constituto. Esse præterea de aliquo (teste Ambros.) bifariam
dicitur, aut certe materialiter, aut vero effectiue, seu produ-
ctiue. Quare, si filius est de substantia patris materialiter ha-
betur intentum: si vero effectiue, tunc plane duo sequentur
absurda, imo impossibilia, alterum, scilicet, quod essentia, fi-
lium generat; alterum vero, sicut cætera creata. verbum esse
genitum: illa enim effectiue à Deo procedere, verum est.
Præstat ergo dicere, filium de substantia patris, materialiter
magis, quam effectiue fuisse genitum. Adda, quodlibet for-
male ex parte patris, vicem habere principij productiui:
quare de substantia patris, causæ materialis circumstantias so-
nare videatur; alioquin eandem certe absurditatis foueam
esset incidendum; vt filium, effectiue à patre esse dicamus.
7. Adhuc, si verbum est de substantia, id est, consubstantiali
formali, hoc autem in patre tantum inueniatur: filij profe-
cto formale esse non posset; nam formale in patre, principi-
um dicit productiuum. Si ergo hoc modo verbum esset à pa-
tra; non genitum quidem, sed creatum esset dicendum. si au-
tem in patre, & filio hoc formale substantiale inueniatur;
tunc sane filius ex sua propria esset substantia generatus. sed
hoc est impossibile; nihil enim seipsum gigni, aut causa est
8. sui esse. Adhuc, si substantia est formale in generante; & ge-
nito, igitur generatur ipsa; sequitur magis, quam relatio: in
generatione enim, magis formale generari dicitur. sed quod
in natura præsupponitur, veluti materia, generari non dici-
tur: igitur diuina essentia in filij generatione, vt materia se
habet, præsupponitur enim; relatio vero vt forma etenim, si
Confirmatio. non est formalis terminus; materia ergo est. Conf. patet: at-
tributalis namque proprietas, quæ in essa secundo perfectio
est, illi conuenita non potest; multo etiam minus hypostati-
ca. Porro termino formali, per productionem, esse accipere
conuenit, essentiæ vero minime, est enim improducta. To-
talis præterea formalis terminus generationis, est esse geni-
tum. Quare, si diuina esset huiusmodi, terminus essentia, ge-
9. nita etiam diceretur. Præterea, verbum est, aut de nihilo, aut
ex materia, vel quasi materia. sed non est de nihilo, neque
negatiua, neque affirmatiue, neque originaliter. ergo de sub-
stantia, vt de materia.

Esse de aliquo dupliciter dicitur. Amb. lib. de Sp. S. 3. cap. 5.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. Essentia tenet locum formæ & non materiæ.

AD primum, termino generationis producto, essen-
tia diuina nequaquam præsupponitur, velut mate-
tia, aut materiæ instar; sed sicut formale potius. quo
sane, & generans, & genitum, consubstantiale ha-
bent diuinum esse. Non enim diuina essentia, his plane ter-
minis subditur; quorum alter, forma sit; alter vero negatio
formæ, sicut materia in corruptibilium generatione se ha-
bet: diuina siquidem generatio, terminum à quo negatiuum
non habet; sed ad quem tantum positiuum. per ipsam certe
nihil abiicitur, aut positiuum, scilicet, vel negatiuum: imper-
fectæ enim est generationis. Itaque cum diuina generatio, o-
mnium sit perfectissima, in generante, & genito; non mate-
riæ vicem, sed consubstantialis formæ, diuina obtinet essen-
tia. Ad 2. Relatio non est formalis generationis terminus; sed
2. diuina sane essentia. vt postea dicemus: neque in essentia est,
veluti forma in materia. verum si persona est ibi relatiua;
tunc profecto in essentia esse dicatur, sicut proprietas suppo-
siti est in natura. Porro in aliquo, vt suppositum, vel ratio-
nem suppositi esse, modum non infert, quo forma est in ma-
teria. Ad 3. In Deo potentia generandi, proprie actiua dici nō
potest, sed productiua potius: cui aliquod correspondet pro-
3. ducibile, vt terminus; subiecto vero, vel passiuo, nihil. Po-
tentia præterea actiua primi agentis, in actu creandi, passi-
uam non habuit correspondentem, quum nullum tunc esset
passiuum, sed creabile tantum, vt terminum. Ad 4. Falsum
4. assumit: si enim ignis, suam quidem naturam à dintra gene-

Potentia generandi non est actiua.

rando communiceret; de sua certe substantia, non vt de ma- *De filij Dei generatione.*
teris, vel quasi de materia, sed sicut de formali, & quidem
genito ac generanti consubstantiali, ignem plane gignaret,
atque vere produceret. Ad 5 Verum quidem est, secundum
communiorem dicendi vsum, illis duobus modis, esse de a- 5.
liquo. sed quia modus, quo diuinum verbum à patre proce-
dit, est singularis, & naturæ incognitus: ideo sub illorum lege
non comprehenditur, nisi partialem aliquam consubstan-
tialitatem ibi esse dixeris: generatio siquidem naturalis, est
da imperfecto substantialiter, diuina vero da perfecta sub-
stantia. Ad confirm. negatur antecedens: nam formale in
patre, respectu filij, rationem certe habet termini, per pro-
ductionem communicati: non enim diuina essentia gigni-
tor, sed per generationem communicatur. ex quo destrui-
tur illa creatio, quam filio quidam attribuunt. Ad 6. Gene- 6.
rari in illo priori, essentiæ, vt fundamento inest, nec obest es-
sentiam in illo priori, formale non esse substantiale genito,
& gignanti: nam eadem est difficultas; si in essentiae, veluti in
materia filii fuerit, filio nondum existente. Itaque, generari
in essentia est, sicut in formali consubstantiali, filium cum
ipsa filiatione constituente. Sed dicis, filius nondum est. Ne-
gatur hoc assumptum: etenim esse prius origine, siue vt con-
stitutiuum, siue vt productiuum, non est prius, & posterius
esse: sed hoc magis, vnum scilicet esse productiuum, aliud
vero productum; vnum esse constitutiuum, aliud constitu-
tum. constitutiuum autem, constituto prius est; vbi consti-
tutum aliquid est præter constitutiua, sicut in naturalibus pa-
tet, in quibus constitutum, nempe compositum per se vnum
est aliquid, præter constituentia. Non sic autem res se habet
in diuinis: nam filij persona, præter essentiam, atque relatio-
nem, dicit nihil. quam ob causam, sicut filij constitutiua, sci-
licet, essentia, atque relatio, seipsis priora non sunt; ita quoque,
filio priora non sunt dicenda. Ad 7. Essentia, vt formale con-
substantiale genito, & gignenti, in vtrisque inuenitur: geni- 7.
tum enim non procedit, sicuti, si materia, vel quasi materia
esset. Nec obest illud, quod student quidam inferre, tunc sci-
licet, de sua esse filium substantia genitum: nam, quamuis
eandem cum patre essentiam habeat; à patre tamen, & non à
seipso originem ducit. pater enim nedum consubstantialita-
tem; verum etiam originem dicit, atque enunciat. Ad 8. Di-
uina essentia non generatur, sed communicatur, nec etiam 8.
relatio. Infers, terminus formalis in creaturis generatur, ma-
teria vero per accidens. Verum quidem hoc est in creaturis,
vbi terminus formalis accipit nouum esse: non sic autem se
habet essentia diuina, sed esse terminū communicatum; id-
circo relatio magis, quam essentia, generationis passiuæ simi-
tudinem habet, quippe, quæ accipit esse, & aliis non commu-
nicatur. Ad 9 Filius non est de nihilo, nec etiam de aliquo, 9.
quasi de materia. sed de substantia, sicut de consubstantiali
formali. Quare fallaciam esse cōsequentis dicimus, dum sic
arguitur: Non est de aliquo, sicut ex materia, vel quasi ex ma-
teria: ergo est de nihilo. Verbum igitur diuinum non esse ex
patris substantia, veluti ex materia, clarissimum est.

Modus verbi geniti est natura incognitus.

Prius origine non est esse prius & posterius.

Terminus formalis in creaturis.

Filius non est de nihilo.

CAP. IV.

Essentia diuina, est formalis diuinæ generationis terminus, vt quo, filius vero, vt quod.

QVemadmodum quidditas creata, id esse dicitur,
quo certe aliquid est ens quidditatiue, idque ex sui 1.
habet natura, quod perfectionem magis, quam im-
perfectionem indicat: sicut etiam ipsa quidditas, vt-
pote humanitas, ob imperfectæ actualitatis conditionem,
diuisibilis est, seu ad indiuidualem contrahibilis est pro-
prietatem à qua, & aliquam actualitatem, & vnitatem, sius
indiuisibilitatem recipit: vnde fit, vt quod est contrahens, si-
ue proprietas indiuidualis, ne dum formaliter indiuiduo,
sed ipsi aliquo modo insit naturæ: illius enim respectu, ad
modum potentiæ se habet: contrahitur namque ab illa, atque
determinatur. Præterea, sicut humanitas in indiuiduo est ali-
quis actus, & quatenus humanitas, ipsa indiuiduali proprie-
tate perfectior est, licet ipsa, vicissim sit proprius actus, & ali-
quo modo actus naturæ, contrahit enim ipsam, atque deter-
minat; ita etiam, si ita loqui licet, Deitas in diuinis, per se est,
qua sane Deus, est Deus, & subsistens, siue persona: à secun-
da autem quidditatis similitudine dissentit, non enim per
personalem proprietatem determinabilis est, aut aliquo
cōtrahibilis modo; hoc certe imperfectionis est, atque poten-
tialitatis in natura creata, quod Deo tribui non debet. Deitas
nam-

Quomodo per, quam dicatur [illegible] ...

In quibus conueniat & differat diuina essentia à quidditate humana.

De filij Dei generatione.

Essentia, & relatio, constituunt personam sine compositione.

namque, quemadmodum ex se vnitatem habet, ita etiam actualitatem. proprietas ergo personalis, est actus personæ, non autem naturæ diuinæ, quam aliquomodo perficeret, vel informaret. Cum tertia autem similitudine, quamuis aliquo modo conueniat, differt tamen, & quidem plurimum: essentia enim formaliter est actus infinitus, relatio vero ex sua formali ratione, minime. Quare, licet relatio sit proprius actus personæ; essentiam tamen diuinam non actuat; sicut in creaturis, indiuidualis proprietas, aliquo certe modo naturam actuat, quæ est actu perfectior. Sed dicet aliquis: si isti duo actus, neuter est actus alterius; quonam modo, vnũ constituent? Dico, compositi vnitatem, ex actus potentiæq; ratione effluere, authore philos. Sed persona in diuinis est simpliciter simplex; ideo compositionem nullo pacto subire potest, sed est per se considerata, sicut essentia diuinæ simpliciter simplex, quamuis formalis ratio vnius, nõ sit alterius. Sed cur non constituunt vnum compositum, si duorum actuum formales rationes non sint eædem, & in eandem tamen personam conueniant? In causa est, quia, cum essentia infinitæ virtutis sit, quicquid potest esse cum ea, est idem perfecte illi. Porro perfectio identitatis, quæ formales rationes non aufert, omnem compositionem excludit: ideo ex his duobus, quasi ex potentia, & actu, nullum emanat compositum; sed vnum simplicissimum: vna siquidem res, est perfectissime eadem alteri. habes ergo quomodo personæ dicatur vna, sine vlla sui compositione.

Arist. 7. & 8. met. c. vlt.

2\. *Relatio distinguit personam, sed non essentiam.*

Sed dicet aliquis, si actus, est distinguere, vt dicitur 7. met. quam ob causam, si relatio personam distinguit, non distinguit etiam essentiam? Dico, relationem esse actum personalem, personaliter distinguentem, formaliter finitum; essentiam vero, actum quidditatiuum, formaliter infinitum. quum igitur formaliter distinguantur; vnus, alterius distinguendi, aut contrahendi, determinandiq; officium non habet.

3\. *Fundamentum relationis diuinæ.*

Sed iterum percontaris, quod sit diuinæ relationis fundamentum. fundamentum enim, relatione, prius esse videtur, ab ea certe perficiendum, magis quam è conuerso, alioqui fundamento præsupponeretur. cum ergo essentia diuina, istarum sit relationum fundamentum, illarũ profecto, quasi materia esse videtur. Dico, quod creaturæ de imperfecto, ad perfectum proficiscuntur, quia à potentia, ad actũ pergunt: ideo generationis ordo, à perfectionis ordine dissentit: priora enim generatione, vt dicitur 9. met. sunt posteriora perfectione. sed in diuinis, generationis ordo, ab ordine perfectionis nõ discrepat, à simpliciter enim perfecto, ad simpliciter perfectum itur: idem ergo simpliciter sit perfectum, necesse est. Sane, ordo originis ad aliquod primum perfectionis reducitur, sicut ad totalis originis primum. Quare, si in natura creata huiusmodi ordo haberetur; non materia primum, quæ formæ esset subiicienda, sed ipsa potius forma quæreretur; deinde suppositum, quod actum est per ipsam formam subsistere. ita etiam in diuinis [illegible], in quibus siquidem in primo naturæ signo, diuin[illegible] essentia per se subsistens, quod alicui naturæ crea[illegible] competere nequit; quia nulla earum esse habet per se, nisi in supposito.

Quid sit essentia in primo signo, & secundo.

hæc autem essentia, in suo quidem primo signo, per se subsistens, non est alicuius perfectionis receptiua: in secundo autem signo, communicatur quidem, non veluti forma, materiam informans; sed vt quidditas, supposito, tanquam forma per eam existenti. Ex hac autem diuina quidditate, siue essentia, in secundo signo existente relatio pullulat quæ propter identitatem, quam habet cum diuina scilicet essentia, Deus vocatur.

Essentia communicatur, vt quidditas.

Ex quo patet, diuinam essentiam, istarum fundamentum relationum esse, non quidem potentiale, sed formale magis in quo profecto fundamento, non per informationem; sed sicut ea, quæ naturæ per se insunt, aut per se in natura subsistunt, relationes, atque formæ huiusmodi, subsistendi habent naturam. Itaque essentia diuina, respectu fundamenti, non potentiæ, sed formæ habet naturam. Nam, sicut natura, supposito comitatur, ita (vt sic loquar) essentia, relationi, ob quam, relatio subsistens, est Deus: & cum in persona ambæ planæ sint; neutra tamen est forma, alterã informans; sed sunt perfectæ idem, licet non formaliter. Quatenus autem hoc modo se habent, relatio, diuinæ essentiæ terminus formalis, vtpote in ipsa receptus, nullo modo esse potest: essentia vero, quoniam est formalis generationis terminus, ob quam, relatio, & est, & Deus est, sine dubio, relationis forma appellanda est.

Obiectio.

4\. *Quomodo diuina essentia, relationi communicatur.*

Sed dubitabit aliquis, terminus generationis formalis cõmunicatur: præsupponit ergo illud, cui est communicandus. sed diuina essentia, relationem nequaquam præsupponit, sed è conuerso potius. non ergo relationi communicatur: imo relatio, essentiæ communicatur: atq; ita relatio productionis est formalis terminus, essentia vero, materialis. Dico, id, quod communicatur, quatenus productio est, communicatur, non opus habere, illud præsupponere, cui est communicandum, neque è conuerso: nam communicatio huiusmodi, rei tam existenti, non communicatur, veluti in alteratione fieri videmus, quam sane res alterabilis præcedit: sed rei profecto simul existenti, quam, nec communicatio, nec res communicabilis, natura præcedit, nisi perfectionis prioritate, quatenus, scilicet essentia est formaliter infinita, relatio vero, minime, sed idem est.

De filij Dei generatione.

CAP. V.

Rationes, quibus ostenditur, diuinam essentiam esse formalem terminum generationis diuinæ.

Non præstatur, seu communicatur, per generationem forma simplex, alicui producto, nisi illa formalis extiterit, talis productionis terminus. sed essentia diuina, est forma simplicissima, quæ filio per generationem communicatur, vt D. Ioann ait: *Quod dedit mihi pater, maius est omnibus*: infinitum enim sit necesse est, quod omnia sua magnitudine vincit: proinde August. & in eundem Ioannis locum: *Filio, inquit, essentiam præstat pater, sine vllo initio temporis, sine vlla mutabilitate naturæ*: ergo ipsa est terminus formalis diuinæ generationis. 1.

Ioan. 10.

Aug. 15. de Trin. c. 26. & 78.

Quomodo pater communicat essentiam filio.

Patet etiam ratione: nulla enim entitas, formaliter, simpliciterque termino productionis formali, perfectior, productione haberi potest. sed essentia diuina, formaliter est infinita; non autem ipsa relatio. Si ergo relatio, diuinæ esset generationis terminus: personæ plane filij, per generationem, diuinam non haberet essentiam: atque ita Deus non esset dicendus, quod impiũ est, asserere velle. 2.

Amplius, naturæ, est terminus formalis generationis, in rebus creatis, non autem indiuidualis proprietas: *generatio enim, vt dicitur 2. phys. est via ad naturam.* hoc est, ad formam. sed relatio non est natura diuina, sed essentia; nam tria supposita, eiusdem sunt naturæ, non eiusdem nihilominus relationis. essentia igitur diuina, est terminus formalis. Adde, quod si diuinæ generationis terminus formalis, esset relatio, tunc plane generatio, non ad substantiam, sed ad aliquid, esset terminanda, quod falsum est.

3\. Si præterea, formalis generationis terminus, esset relatio; diuina generatio non esset vniuoca. eiusdem sane non est generis in generante, & genito, quod profecto absurdissimum est.

4\. Item, illud est alicuius productionis formalis terminus, quod per productionem primo est in producto: sed essentia diuina, est prima filij perfectio: igitur illius est formalis generationis terminus. Sane, ille est terminus generationis actiuæ, in quo quidem generatio passiua fundatur: sed hæc, absque dubio, est diuina essentia. igitur ipsa est generationis terminus. productio certe suppositi substantialis, terminatur ad substantiam.

5\. Adde, quod communicatur filio à patre, diuinæ est generationis terminus. sed essentia, non relatio communicatur: relatio enim in diuinis, saltem ipsa filiatio est proprietas personalis, quæ generationis terminus esse non potest, alioqui productio non esset vniuoca: igitur essentia, diuinæ est generationis terminus formalis, totalis vero est ipsum suppositum genitum, quod plane, relatione posterius esse non potest. necesse autem est, præter terminum generationis totalem, formalem etiam statuere; nam omnis habitudo, extremis posterior est sed generatio actiue, filij persone, posterior esse non potest: igitur necessario, terminus formalis est addendus, qui natura, productione prior sit, siue originis prioritate. in hominis enim generatione, anima, natura prius creatur, quam infunditur, nam prius est esse, quam inesse. Itaque cum persona filij non sit terminus, quo quid est, quod generatur. neque filiatio, cum sit relatio: nulla autem relatio est terminus per se, essentiæ ergo terminus est: in filio enim, non nisi essentia est, & relatio.

5 Phys. com. 10.

CAP. VI.

Argumenta contrariæ opinionis.

Omnis terminus quo generationis, vt dicit Commentator 7 met. com. 31 & 2. phys. com. 14. per generationem accipit esse. Generatio, inquit, est via ad hoc, quod forma fiat. sed essentia diuina esse non accepit: igitur diuinæ esse nequit generationis terminus. 1.

2\. Item, omnis productionis terminus, productione posterior est. sed essentia diuina, non est posterior generatione: generationis ergo non est formalis terminus.

3\. Amplius, vbi ex vno aliud generatur; id certe, in

quo

De filij Dei generatione.

quo generant, & genitum conueniunt, illorum est subiectũ, & non terminus. sed diuina essentia, & genito communis est, & gignenti: non ergo potest esse generationis terminus formalis. Illud præterea, quod producitur, ob formalem 4. productionis terminum, esse accipere dicitur. ipse ergo terminus, ad esse accipiendum, maiorem habet aptitudinem: 5. nam propter quod vnumquodque, & illud magis. Item, quod generatione prius est, ipsius terminus ad quem, nequaquam esse potest, sed essentia, est absolutum, quod profecto relatiuo prius est, Ergo &c. maior autem authoritate Commentatoris. 1. cœli com. 132. & in lib. de substantia orbis cap. 1. confirmatur: Dimensiones, inquit, non generantur, quia eædem, quæ erant in corrupto, manent in genito. Anima præterea, nequit esse formalis nutritionis terminus, quia 6, scilicet præest in nutrito: nec formalis terminus resurrectionis, quia præsistit resurrectioni. quam ob rem, si anima prius crearetur, deinde materia, quam esset informatura, cum prius extiterit, illius certe materiæ, atque productionis, non esset formalis terminus. Adde, quod essentia, est generationis principium: à termino ergo formali generationis ipsius geniti, distinguitur. Ex his igitur, atque similibus patet, diuinam essentiam, non esse formalem diuinæ generationis terminum.

CAP. VII.

Soluuntur contrariæ opinionis argumenta.

Essentia diuina differt ab aliis formis.

1. AD primum, verum quidem est, terminum totalem in diuinis, per productionem accipere esse simpliciter: non autem formalem terminum, nempe diuinam essentiam, sed esse tantum in supposito. Essentia enim diuina à formis materialibus bifariam dissentit: primo quidem, quia per se subsistit, formæ autem materiales, minime, quam ob causam eius, in quo sunt, aliquid præsupponunt, a quo reuera, virtutem habeant subsistendi. Essentia præterea diuina, est suum esse: formæ vero materiales ab alio ipsarum esse recipiunt, quod diuinæ competere nullo modo essentiæ potest. Quare maior in formis, quæ sunt suũ esse, falsa est, cuiusmodi est diuina essentia: sufficit enim, productionis termino formali, producto communicari, at-
2. que per illum, assimilari, producenti. Ad 2. maior vera est in diuinis de termino totali, non autem de termino formali. Ad
3. 3. maior vera est, vbi vnum, ex alio, veluti ex transeunte materia generatur: non autem vbi vnum generatur ex alio, sicut ex vniuoco producente. ibi enim vniuoca communis est natura, quæ non generatur, sed per generationem communicatur. Ad 4. negatur consequentia: nam illa philosophi sententia non tenet in causis æquiuocis, quæ denominatio-
4. nem non recipiunt. Vnde non valet: conclusio scitur propter principia: igitur principia sunt magis scita. Ita certe, formalis terminus interdum non accipit esse: ideoque non sequitur quod magis accipiat esse. Quotiescunque enim fuerit aliqua dispositio, quæ magis ac minus recipit, causam formaliter denominans, atque causatum, competit autem causato, propter causam; per prius absque dubio, simpliciterque de causa dicitur, posterius vero, & secundum quid, de causato. Quam ob causam Commentator 8. phy. com. 77. inquit: Horum autem de quibus nomen dicitur secundum prius, & posterius, & simpliciter, & secundum denominationem, illud, de quo dicitur prius, est causa eius, de quo dicitur posterius. Et 7. met. com. 3. Est inquit, declaratum, quod cum plura communicant in eodem nomine, & quoddam dignius quibusdam: illud, quod est dignius illo nomine, sit causa cæterorum, & dispositio illorum in illo nomine. sed hæc in diuina essentia, quia magis, minusque non suscipit, locum habere non possunt: Ergo. Ad 5. maior est falsa, in forma, quæ
5. est suum esse: non enim est inconueniens, viæ, quæ per metaphoram, ita nominatur, terminum præexistere. Præterea, si in subiecto generationis, vtpote in materia, præexistit, maior quidem est vera, sed minor falsa. Quod siquidem hoc modo præexistit, producto, ex productionis virtute communicatur. Sed diuina essẽtia ob suã simplicitatẽ, immutabilitatẽq́, ita se habere non potest. Secus autem est, si aliquid in generante præexstiterit; sic enim maior est falsa, minor vero vera.

Ad Comment.

Ad illud autem commentatoris dicimus, dimensiones, non esse suum esse, atque in generatione, vsque ad materiam primam, resolutionem fieri. Ad illud, quod de anima adducitur, negatur antecedens: nullus sane alius terminus formalis nutritionis datur, nisi anima, quæ est sola forma substantialis in nutrito. Pari quoque facilitate, negatur 3. confirmatio, nam resurrectio non est generatio; partim quidem, quia genitum resurrectioni præfuit; partim vero, quia non aliquã sequitur alterationem, materiæ dispositiuam ad animam recipiendam.

Resurrectio non est generatio.

Ad 4. confirmationem, dico: si illud, in rerum natura inueniri posset; anima nihilominus, creationis materiæ, esset formalis terminus: quatenus scilicet esset formalis terminus compositi, ex materia nouiter creata, & ex præexistente forma, resultantis. Ad 5. confirmationem, consequentia quoque valuti falsa abiicitur: etenim, principium quo, & id, quod est ab ipso, realiter distinguenda nequaquam sunt.

De filij Dei generatione.

CAP. VIII.

Argumenta, quæ probare conantur, verbum diuinum non esse genitum ex patris substantia.

SI pater de seipso filium gignit: igitur essentia generat, quod falsum est: tenet consequentia: id enim de quo aliquid generatur, est principium geniti: sed pater generat filium, de sua substantia: ergo, substantia patris, est principium filij, non quidem materiale, vt dictum est, effectiuum igitur erit filij principium. Adde adhuc aliud absurdum, nempe patrem, filium quoque dici posse: etenim si id, de quo aliquid generatur, permanserit in generatione idem, eiusdem quod generatur, prædicationem esset suscepturum. Alterum ergo duorum necessario sequetur, aut, scilicet patrem non mansurum in filio, aut filium esse appellandum: sed vtrumque falsissimum esse, constat: ergo &c. Item, tres personæ non sunt ex eadem essentia, filius ergo non est de substantia patris. Antecedens est Augustini dicentis: Non est aliud persona, & essentia. 7. de Trinitate, cap. 11. & 12. iden tres personas, ex eadem substantia non dicimus: sed persona filij, non est aliud ab essentia: igitur non est de substantia patris. Amplius, si ista est vera. filius est de substantia patris, hæc quoque erit vera, filius, est essentiæ filius: sed illa est falsa: nam propter genitiui constructionem, essentiam profecto, filium generare, aliquis dicere posset. Prior ergo propositio falsa est. Non minorem certe distinctionem secunda, quam prima importare videtur propositio: alioqui eadem ratione, patrem esse de substantia patris, diceremus. Item, illa propositio, de, aut identitatem dicit, aut diuersitatem. si identitatem quidem, cum essentia diuina sit summa identitas: tunc plane sequeretur vere posse dici, substantiam esse de substantia, quod negant Theologi. Si vero, diuersitatem, maior emergeret falsitas, vt filij substantiam, à patris substantia, discretam atque separatam esse diceremus: atque ita, filium secundum diuinam essentiam, patre esse minorem.

1.
2.
3.
4.
5.

CAP. IX.

Soluuntur argumenta.

AD 2. In diuina generatione, hæc præpositio, de, 2.
consubstantialitatem, non materiale principiũ significat: quod enim de materia producitur, per illius fit transmutationem, de quo in aliam producitur formam. sed diuina essentia non est transmutabilis, nec alterius formæ susceptiua: ideo non sequitur, quod pater, filius dici possit. Ad primum, filius est de substantia patris, quod certe,
& naturæ consubstantialitatem, & filij originem à patre ma- 1.
nantem significat. ex quo consequentiam falsam esse, mani-
feste patet. Ad 3. Augustinus accipit ibi substantiam pro sup- 3.
posito, vt ipsemet ibidem prosequitur. Præterea non sequitur, filius non est de essentia, ergo non est de essentia patris. nam in secunda, & consubstantialitatis, & originis ordo ostenditur: in prima vero, nihil ponitur, quod originem demonstret. quare ex vsu, textuque sermonis, filium esse de es-
sentia, idem est, ac si diceretur, filium esse ex materia. Ad 4. 4.
negatur consequentia, siquidem in antecedente, relatio inter filium, & essentiam, tanquam ad suum correlatiuum, esse manifestatur: in consequente vero, inter patrem & filium, consubstantialitas, & origo. quã ob causam, hæc præpositio, filius essentię, sublãtæ distinctionẽ generantis à genito indicat: ista aũt, de substantia patris, distinctionem personarum, quando ergo dicitur: filius est de substantia; consubstantialitatem; cum vero additur, patris; originis processionem, o-
stendit. Ad 5. neque diuersitatem dicere, neque iden- 5.
titatem, sed consubstantialitatem, cum originis habitudine, affirmamus.

QVAESTIO.

De filij Dei generatione.

QVÆSTIONIS SEPTIMÆ CAP. I.

Verbi diuini generatio est æterna.

1. IN creaturis haberi non potest generatio æterna, quia nimirum absque mutatione illa fieri nequit: cuiplane necesse est, ipsius terminos correspondere, nempe esse, post non esse. Diuina vero generatio, quoniam mutationem ignorat intra illorum limites terminorum nō concluditur, hac de causa, æterna est, neq; initium

In creaturis non potest esse generatio æterna.

2. habens, neque finem dierum. Amplius, agens omnino sufficiens, à nullo scilicet dependens, producensque per naturæ modum, coæuam reuera sibi habet productionem, productumque perfectum, præsertim, si in agendo, motu non indigeat. hæc autem omnia, quoniam patri in diuinis optime perfectissimeque conueniunt; absque dubio, æterna certe generatione, filium genuit omnibus modis perfectum. ipse quippe agens sufficiens est, per modum naturæ agens, in filio producendo: motuque non indigens in illius productione. quod si productionem suam non produceret, in causa profecto esset, aut quia potestatem haberet agendi, & non agendi: vel si determinasset se ad agendum, ab aliquo tamen præpeditus, agere non potuisset; quæ sane duo secum habent absurda: alterum quidem in generatione filii, alterius auxilio atque dependentia, Deo opus esse: alterum vero, filium per motum gignere. His igitur exclusis expulsisque, iam apparet, quoad humanæ possibile est infirmitati, patrem in diuinis, agens esse perfectissimum, summque filium per modum naturæ genuisse, cui sine motu suam naturam communicauit. Si ignis, inquit August. esset æternus, splendorem sibi coæuum atque coæternum haberet: sane, quoties in aliquo ratio communioris alicuius, minusq; communis innenitur: quicquid certe per se rationem communioris sequitur; eandem profecto sequetur; vbi absque ratione minus communis inuenitur. Exempli gratia: si in creatura ratio cōcurrat, naturaliter causantis, atq; ratio naturaliter producentis: quicquid plane respectu huius communioris, quod est naturaliter producere, creaturam sequitur, eam etiam, vbi absque causatione naturaliter, seu naturali habetur, indubie sequetur. Ignis autem non vt producens, sed vt causans, naturaliter splendorem gignit: nam si per impossibile illum non causaret, sed produceret; ita quod splendor eiusdem esset naturæ cum igne; non minus propria coæuitas sequeretur geniti splendoris. Cum ergo in diuinis vera sit ratio producentis naturaliter, absque ratione naturaliter causantia; productum sibi habet verissime coæternum, atque coæ-

Aug. 6. Trin. c. 1. & 2. Si ignis esset æternus splendor esset æternus.

3. uum. Amplius: in successiuorum generatione, ad illorum perfectionem pertinet esse, dum fiunt: ad imperfectionem vero, in fluxu partis post partem, esse habere. Porro in generatione permanentium, manere perfectionis est: non esse vero, dum fiunt, imperfectionis: spectet enim ad imperfectionem facientis; nam si perfectum esset agens, coæuum sibi productum gigneret: producti quoque imperfectionem denotat, quod esse, post non esse acceperit. Ex his igitur, quæ in creaturis, perfectionis, imperfectionisque esse videntur, remotis quidem imperfectis conditionibus, perfectas vero ad vnum aliquod cogendo; illud plene generatione, naturaq; perfectissime genitum dicendum est, quod semper

4. gignitur, semperque manet, in (nunc) æternitatis, nec vllam capit temporis, aut naturæ vicissitudinem. Amplius si filius non est æternus, nec generatio quidem: igitur non tantum filius, Deus appellandus non est, sed nec etiam pater. De filio autem dubium non est, quin post non esse, acceperit esse, si ab æterno non fuerit genitus: omne autem huiusmodi esse, & non esse potest: quod plane Deo congruere non valet. Idem quoque de patre esset sentiendum; quippe, qui de nouo pater fieret, adueniretque ei paternitas, relatio realis ad filium; atque ita immutationi esset subiiciendus, quod Dei naturæ

5. non conuenit. Quemadmodum præterea patris substantia est, ex qua filius generatur; ità quoque filius est æternus. valet consequentia: alioqui, patris substantia, sui quidem respectu necessaria, filii vero minime esset: atque ita vna, ea-

6. demque patris substantia, & necessaria, & non necessaria diceretur, quod est falsum. Amplius: diuina generatio, omnium est generationum perfectissima: nullam ergo potest imperfectionis nouitatē admittere, tū in genito, tū etiā in generāte: quorū enim est idē esse, eorum plane est eadem duratio. sed patris & filii est idem esse existentiæ, licet non subsistentiæ: eorum ergo est eadem duratio. Cum autem pater sit æternus, & filius quoque æternus, ex consequenti, æterna erit generatio: perfecta siquidem est huiusmodi generatio, non expectans terminum, sicut corruptibilium generationes, in quibus, quod semper nascitur, nunquam natum est, authore Augustino 83. quæst. quæst. 3. nec diuitās habet enim moram. Item: si filius est sapientia, virtus, & idea patris, sine his autem pater nunquam extitit; filius igitur semper fuit. etenim, si intelligere, coæternum sit menti paternæ, de nuo intelligente nemque ad actum intelligendi, Deum 7.

De filij Dei generatione.

conuersum fuisse, impium est asserere: suum ergo intelligere, æternum est. sed verbum lucidum, est coæternum menti intelligenti, vtpote illius partus æternus: verbum igitur diuinum æternum esse, clarissime patet.

CAP. II.

Argumenta, quod verbi diuini generatio non sit æterna.

QVod habet principium durationis, non est æternum: implicat enim principium habere durationis, 1. & æternum esse. sed filius suæ habet durationis principium, quippe, qui habet principium sui esse: non ergo est æternus, nec eius per consequens generatio. Item, si filii generatio est æterna, ergo semper generatur, & per con- 2. sequens, nunquam est genitus; & ita nunquam est filius. *Quod semper nascitur*, inquit August. 83. *quæst. nunquam est natum*: quod nunquam natum est, nunquam est filius. Ampli- 3. us: sicut se habet corruptio ad non esse; ita generatio ad esse. sed omne quod corrumpitur, habet non esse, post esse: igitur omne quod generatur, habet esse post non esse: atque ita non est æternum. Item: principium est prius 4. principiato: igitur pater prior est filio, non quidem natura, cum vna eademque sit amborum: duratione ergo. Sane, vbi est idem esse; atque duratio: si aliquid est principium esse, durationis quoque erit. sed pater est principium esse filij; quia principium deitatis (authore August.) principium igitur est durationis filii. ex quo patet, filium non esse æternum. adhæc: si duo quædam mensurentur tempore, & vnum ab 5. altero generetur, generans profecto tempore prius est genito. Quare cum pater & filius, æternitate mensurentur, & de patre filius generetur. pater ergo prior est filio æternitate, & per consequens duratione. Item, *Arius*, 12. generationis mo- 6. dos assignat. Primus quidem modus est, lineæ fluxus à puncto, in quo plane simplicitatis deest æqualitas. Secundus vero est, emissio radiorum à sole, vbi naturæ æqualitas deficit. Tertii ordinis, est characteris impressio, vbi deest cōsubstantialitas, poniturq; efficientia. Quarti modi, est bonæ voluntatis immissio à Deo, in quo nō adest consubstantialitas. Quintus modus, est secundū accidentis exitū à substātia, sed accidenti nō adest subsistentia. In sexto modo, speciei à materia cōtinetur abstractio, sicuti sensus speciē accipit à sensibili; sed hic deficit spiritualis simplicitatis æqualitas. Ad septimū modū, pertinet voluntatis excitatio à cogitatione, quæ certe tēporalis est. Octauus modus in transfiguratione numeratur, vtpote, si ex ære fiat imago, quæ profecto materialis est. Noni modi, est motus à mouente; sed effectum indicat à causa procedentem. Decimus, specierum eductionem à genere complectitur, qui vtique diuinis non congruit: nam pater non prædicatur de filio, sicut genus de specie. Vndecimus, ideationem dicit, vt opus exterius ab eo, quod menti insidet. Duodecimus, ad animalium genituram spectat: in qua quidem prius est, atque posterius, secundum tempus. Itaque si filius Dei in aliquo illorum modorum generationis ordine continetur, patri in diuinitatis æqualitate non est conferendus: sin vero alium habet peculiarem, hunc natura modum ignorauit: quæ hos tantum modos, velut sibi familiares ha- bere consueuit. Denique: omne quod est ex altero, habet 7. principiū: sed nullū æternū habet principiū: ergo filius nō est 8. æternus. Item filius à patre genitus, aut semper generatur, aut est dare aliq; suæ generationis instans: si semper generatur, dū sic est in generari, imperfectus vtiq; semper erit, quēadmodū in successiuis patet, quæ sunt semper in fieri, vt tēpus, & motus: si vero aliquod instans diuinæ generationis detur, ante illud ergo instans, filius non erat. ex quo patet in diuinis, filii generationem non esse æternam.

Aug. 4. Trin. c. 17.

Arius posit. 10. Duodecim modi generationis.

CAPVT. III.

Soluuntur Argumenta.

AD primum: si principium, originem dicat, atque 1. initium, ita vt sit sensus: pater est principium originatiuum, & esse filij, & durationis. Maior est falsa: æternitati enim non repugnat huiusmodi principium. Quod si principium intelligatur, velut instans, quod est principium temporis, filij generationi tribui non potest, cum

æter-

De filij Dei generatione. æternitatis maiestatem suscipere nequeat. Ad 2. August. de animalium generatione loquitur, in qua non simul consistunt nasci, & natum: si ergo iuxta animantium genituram, filij generatio intelligatur; dubium non est, non debere dici, filium semper generari, ne id, quod in creatura imperfectionis est, Deo sit tribuendum: præstat ergo dicere, filium semper genitum esse, quam filium semper generari. Etenim, cum dicitur, semper generatur, esse semper accipere indicat. Cum vero semper genitus, à generante, esse demonstrat semper habere verum, atque perfectum.
Filius semper genitus melius dicitur quam quod semper generatur.
3. Ad 3. antecedens verum est de generatione, quæ motu sit, & à non esse, ad esse progreditur: sed generatio diuina non habet terminum, à quo negatiuum, ideo mutationi non subijcitur,
4. nec esse, post non esse accipere potest. Ad 4. Pater, quatenus est pater, est principium filij; & ipso quidem filio, non
5. natura, aut duratione, sed origine prior. Ad 5. quando genitum, per motum à generante procedit; tunc plane genitum, tempore posterius est, ipso generante; quia nimirum motus res successiua est, & tempus similiter: at si generatio fiat in instanti, genitumque non per mutationem, motumue procedat; non opus est certe generante, aliqua duratione esse posterius. Porro diuina generatio est in instanti æternitatis: quod sane instans, quoniam permanens est genitum, vt natura, aut duratione, posterius sit generante, fieri non
6. potest. Ad 6. nullus modus, authore *August. de verbis domini*, processionis alicuius, perfecte diuinam repræsentat generationem. ex multis enim modis similitudinem colligere oportet; vt quod ex vno deest, aliquo modo suppleatur ex altero: vnde coæternum patri esse filium, splendoris ortus à sole nobis indicat. impassibilem vero eiusdem natiuitatem, verbi generatio: consubstantialitatem autem, filij nomen insinuat. Ex his autem modis, clarior est, atque lucidior, verbi ab intellectu processio: verbum enim, eo, à quo procedit, posterius esse nequit; nisi profecto illius fuerit intellectus, qui de potentia in actum proficiscitur, quod certe diuino
Plurimi modi sunt necessarij ad explicandam verbi generationem.
7. intellectui minime conuenit. Ad 7. æternitas non admittit
8. durationis principium, sed originis tantum. Ad 8. in æternitate, ipsum indiuisibile semper permanet, in quo filius nascitur, vel vt rectius dicam, semper est natus; nam semper æternitatis signat permanentiam: natus vero, perfectionem geniti. Filij ergo Dei generatio est æterna.

CAP. IV.

Diuina generatio, realem geniti à gignente distinctionem indicat.

1. QVicquid largitur alicui esse simpliciter: oportet prius esse, illudque præcedere, cui simplex esse communicare debet: sed generans dat genito esse simpliciter; generatio n. est ad esse simpliciter: generans ergo, nō
2. est ipsum genitū realiter. Amplius, relatiua realia, quatenus sunt relatiua, realiter ad inuicem separantur: sed generans & genitū in diuinis, sunt relatiua realia, vtpote oppositis distincta relationibus: pater ergo & filius in diuinis, realem inter se distinctionem habent. Adhuc: omne, quod ad sui simi-
3. litudinem aliquid gignit, ab eo plane separatur: nam nihil ita sibi assimilat, quin ab ipso distinguatur. sed generatio diuina, & si natura patri similem filium gignat, manent tamen hypostasum, seu personarum proprietate distincti: realiter
4. igitur ab inuicem secernuntur. Præterea, omne productum in diuinis est subsistens; nullum enim ibi accidens inuenitur, quod inhæreat subsistenti: sed filius in diuinis est productus realiterque distinctus: subsistit igitur in natura intellectuali, & ex consequenti in persona. Quare à patre realiter distinguatur, necesse est.

CAP. V.

Argumenta contraria.

1. QVemadmodum idem potest esse mouens, & motum, vt patet in voluntate, quæ est mouens, & mota; ita quoque idem esse potest, & producens, & productum, generans, & genitum. Generatio ergo actiua, atque passiua, eidem possunt supposito conuenire: nulla ergo inter ipsas erit realis distinctio. Item,
2. sicut diuina essentia, ob suæ infinitatis amplitudinem, vllis nequit terminis concludi, sed tribus communis est personis; ita sane, quæcunque relatio in diuinis, quoniam est infinita, cum à diuina essentia realiter non distinguatur, illimitata est, atque eidem supposito indifferanter conuenire
3. potest. Amplius, in quo perfectissima est generatio; in eo certe nulla debet esse distinctio: quod enim est summe perfectum, est maxime vnum, quia distinctio imperfectionem dicit; maxime vero vnum, nullam distinctionem admittit: *De filij Dei generatione.* sed in deo est perfectissima generatio: igitur nulla in eo inueniri potest realis distinctio. Præterea, non plus is facienda est in diuinis distinctio, quam mutatio: sed generatio diui- 4.
na fit sine mutatione: igitur sine distinctione.

CAP. VI.

Soluuntur argumenta.

AD 1. negatur conseq. generans enim dat genito in 1.
actu primo esse, & simpliciter quidem; nihil autem seipsum in actu primo continet: alioqui sibi ipsi præsupponeretur, atque seipso prius esset. Porro mouere aliquid, non in primo, sed in secundo actu, esse largitur: hoc ergo sane modo, actu primus, virtualiter certe secundum continere valet: non igitur est simile, quod si aliquid seipsum mouere queat, seipsum etiam possit producere. moti præterea, & mouentis relationes, non sunt formaliter oppositæ, sicut producentis, & producti, quæ plane nequeunt eidē inesse; præsertim si productū substantia extiterit, in genere substantiæ per se subsistens, non inhærens producenti. 2.
Ad 2. negatur similitudo. etenim relatio ex se nō est infinita; siue, vt alijs verbis vtar, non est formaliter infinita; ideoque non indifferanter est omnibus communicabilis. Quod si quis naturaliter esse infinitam dixerit, ex hoc tamen dicere non audebit, esse omnibus communicabilem. Ad 3. gene- 3.
ratio non vnitatem generantis cum genito; sed similitudinem aliquam ostendit, quæ sine profecto distinctione consistere nequit. Cum igitur perfectissima sit diuina generatio, & optimam, summamque similitudinem, & minimam, sed realem distinctionem habet. Ad 4. generatio commu- 4.
niter accepta, à mutatione quidem abstrahit; non autem à generantis & geniti distinctione: non ergo est simile, generatio diuina fit sine mutatione; igitur sine distinctione.

QVÆSTIONIS OCTAVÆ CAP. I.

Verbum lucidum, est imago Dei inuisibilis.

DIuini germinis substantiam, balbucientes hactenus perscrutati sumus, eiusdem modo pulchritudinem inquiramus: germen enim, nedum parentis substantiam, naturamque præseferre satagit; sed & pulchritudinem; sed & similitudinem; sed & producentis imaginem. Est autem Pymandri verbum, imago dei inuisibilis, authore Paulo, character, *seu figura substantiæ ipsius*: totam scilicet in se habens Pymandri substantiam. Etenim genuinus quidem filius, non solum parentis naturæ, morumque qualitatem; verum etiam viuam paterni sigilli effigiem, vultusque simulacrum prætendit: *Qui videt me*, inquit, *vi- det & patrem meum*: illius ego similitudinem gero: pater siquidem in me est, & ego in patre. Cæterum imago in diuinis, *Imago in diuinis quomodo accipiatur.* no modo, id esse dicitur; ad cuius typum, similitudinemque aliquid producitur. hoc autem modo, tribus est communis personis: proinde ait Moyses: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* alio modo, productum in eadem naturæ substantia, secundum Græcorum sententiam, imago in diuinis appellatur: Latini vero, modum imaginis producendæ dicunt esse necessarium; vt aliqua personarum in diuinis, proprie imago sit appellanda. Quare, verbum in diuinis verissime imago nominatur, quippe, cum naturæ habeat identitatem, productionis qua modum naturalem. vnde August. *Eo verbum est*, inquit, *quo filius, & imago.* quod plane de imaginis connotato intelligendum est, formale enim, ipsius significatum, producti similitudinem, à suo producente, per modum naturæ productam, ostendit. Porro respectus huiusmodi, rationis est potius, quam filij personæ constitutiuus. non sic autem formale verbi significatum se habet, sed proprie, verissimeque filij personam constituit, eiusdemque productionis similitudinem, ad viuum (quoad fieri potest) exprimit, atque enunciat. Verbi igitur, atque filij principale significatum, connotat imaginis naturam. Itaque, imago in diuinis, est nomen personale, verbi personæ attributum. imago enim, non quæcunque est similitudo; sed ea certe, quæ est specifica, vel in aliquo speciei signo saltem: signum autem speciei in corporeis rebus maxime videtur esse figura. vnde, quamuis multorum animalium secundum speciem diuersæ sint figuræ, non tamen diuersi colores: quam ob causam, si quispiam, alicuius rei in pariete colorem transtulerit, non autem figuram; nondum certe

Verbum est vere imago.

Aug. 7. Trin.

Imaginis & verbi discrimen.

Ratio nam perfecta imaginis.

imago

De filij Dei generatione.

imago dicitur: præter omnemque speciesm similitudinem, originis est necessaria productio; vt legitima possit imago nominari. quamobrem, August. *lib. 83. quæst.* vnum ouum, alterius non esse imaginem dicit; quia nimirum, non est de illo expressum. Vera igitur imaginis ratio, simile, à simili in specie produci, ostendit. qui plane producendi modus in diuinis, verbi solius est, eiusdemque tantummodo personæ competere potest. Nam & si Spiritus sanctus, sua quidem processione, patris accipiet naturam; tamen, quia non dicitur natus, quemadmodum & filius, ideo imago in diuinis nequaquam appellatur. Porro, quoniam filius procedit vt verbum, ad cuius certe rationem spectat, specificam sui parentis gerere similitudinem; ideo imago Dei, à Paulo nominatur. Patet ergo, quare verbum Pymandri, imago in diuinis appelletur, Spiritus autem sanctus minime.

Rationes perfecta imaginis.

Spiritus sanctus non dicitur imago.

CAP. II.

Argumenta contrariæ opinionis.

1. *August. quæst. 83.* Q Væcunque persona in diuinis, ab alia procedit per similitudinis modum, illa profecto in diuinis, imago est appellanda: id autem patet, per illud Augustini, imaginis ratio, est similitudo cum expressione. Sed Spiritus sanctus in diuinis, per modum similitudinis procedit; habet enim patris in se, ac filij eandem substantiam, quæ vera est in trinitate similitudo, in qua nulla potest esse corporalis figura: igitur, Spiritus sanctus, imago dicitur, *Damascen.* atque appellari potest. Confirmatur ex Damasceno, *Spiritus sanctus, est imago filij*, inquit; non igitur in diuinis est proprium filij nomen. Insuper D. Paulus hominem, Dei imaginem *Paul. 1. Cor. 11.* appellat. Vir, inquit *non debet velare caput, quoniam imago, & gloria est Dei.* Solius ergo filij, imago non erit. Amplius, vbi est
2. vna sanctæ Trinitatis deitas, atque imago; ibi certe, nullum est personale nomen inferendum: sed vna est sanctæ Trinitatis imago, dicente Moyse: Faciamus hominem, ad imaginem nostram: & August. Imago igitur, nomen est essentiale, *Aug. de fide Petri.* non personale. Item, eius profecto rei est imago, ad quam imaginatur (teste Hilario) species indifferens. sed essentia in diuinis, est species indifferens: ipsa ergo est imago in *Hilar. lib. de Synod.*
3. sancta Trinitate.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. A D 1. quamuis Spiritus sanctus eandem habeat cum patre, & filio naturam, tamen, quia similitudinem nascentis non habet, sed procedentis potius, ideo imago non vocatur. Porro Damasc. cæterique Græcorum sapientissimi, imaginis nomine, pro perfecta similitudine vtuntur. Ad illud autem Pauli: dicimus hominē,
5 Dei imaginem appellari; quatenus ad Dei imaginem est expressus: sic denarius, Cæsaris imago vocatur, proprius tamen, ad imaginem dicitur, in quo plane, motus, ad perfectionem designatur tendentis. Ad 2. August. exemplari, pro imagine abutitur: imago enim, propriè est, quæ ad alterius simi-
4. litudinem procedit. Quare, id, ad cuius similitudinem aliquid affingitur, non imago propria, sed exemplar dicitur. Ad 3. Species, quam Hilarius intelligit, forma est ab alio pro-
3. cedens: sicuti dicere solemus, hunc, alterius esse similem: quatenus scilicet, vnius forma, alterius formæ similis esse videtur. sed hoc ad imaginis rationem pertinet. Quomodo ergo filius in diuinis vocetur à sacris litteris imago patris, breuiter dixi.

CAP. IV.

Verbum est in patre, & pater est in verbo.

1. D Einceps videndum est, quomodo pater est in filio, & filius in patre, vt scripturæ loquuntur. Aliquid esse in aliquo, bifariam intelligi potest, aut certa secundum se totū; quemadmodum dicere solemus, vinum secundum se totum, in amphora esse, vel secundum partem, idque dupliciter: vel respectu partis tantum, quæ in aliquo continetur, cuius gratia, totū etiam corpus inibi haberi, pronunciamus: sic auis est in laqueo, quia illius pes, laqueo inuolutus, astringitur. vel quia pars ita est in alio, vt eius, in quo est, aliquid esse videatur: veluti, si monstrum aliquod, duo secū ferens capita, duo etiam corpora, non quatuor, sed duos haberet pedes: vnum profecto illorum corporum, respectu pedis in eodem existentis monstro, in altero esse diceretur. Quomodo ergo dicemus, patrem esse in filio? non primo quidem modo: nam id, quod primo est in altero, qualibet sane ipsius

Aliquid est in aliquo dupliciter.

Quomodo pater in filio.

pars, æque primo in illo esse dicenda est. Si ergo pater primo est in filio: paternitas etiam æque primo erit in filio, sicut & ipsa Deitas. Sed hoc inde orietur absurdū; vt quēadmodū filius, Deitate, est Deus, ita quoque paternitate, sit pater: quod
2. plane est impossibile. Amplius, id, in quo primo aliquid est; illud reuera videtur, quasi ambitu suo complecti, & penetrare, & continere. sed idem, respectu eiusdem, continere, & contineri, intelligi nequit. itaque vna persona, est in alia, secundum aliquid sui, quod certa eius, in quo est, aliquid est. Hæc autem diuina est essentia, quæ ita est aliquid existentis; vt etiam sit aliquid eius, in quo coexistit. vbicunque enim, alicuius fuerit relationis fundamentum; ibi, profecto, relatio in ipso fundata consistit. Vbi igitur fuerit essentia; ibi 3.
erit & filiatio, quæ in ipsa fundatur; essentia autem sola, aut sola relatio, non est huius inexistentiæ causa, alioqui pater in seipso esse diceretur. Atqui rem iam, Saluator distinctionem demonstrauit: *Pater est in me*, inquit, *& ego in patre.* Relationes præterea originis, in personis, quæ referuntur, eiusdem non sunt rationis. Si ergo illæ, formales essent rationes essendi personarum in se inuicem, vniformiter in se inuicem personæ non essent. Cum igitur in persona, essentia, & relatio sint: ambæ profecto talis erunt causa existentiæ. Etenim, licet nihil sibi, sed alteri simile esse dicatur; in qualitate tamen, authore Philos. similitudo super vnitatem fundatur. Ex quo patet, solam relatiuorum diuersitatem, solamque fundamenti vnitatem, non sufficere ad similitudinem statuendam; sed vtrumque veluti causam vnam totalem, esse necessarium. Ita profecto, (si fas est dicere) sola personæ existentis distinctio, aut sola essentiæ vnitas non sufficiunt, sed simul concurrant, necesse est; vt perfecta sit ratio personarum in se inuicem existentium. Esse enim in alio, communis est relatio, eiusdemque plane rationis, quæ omnibus profecto diuinis conuenit personis: personarum autem relationes, atque rationes, minime; sed singulæ, singulis tantummodo conueniunt. non ergo causæ esse possunt totales inuicem existendi. Sane, in æquiparantiæ relatiuis, vna est ratio fundamentalis: esse autem inuicem, siue vnam in altera personam, est ab æqualitate, atque similitudine sumptum, quod ad relatiuum pertinet, atqui, totales personarum rationes, eiusdem non sunt rationis: nec igitur fundamentales. variatis certe per se fundamentis, variantur etiam relationes. Essentia præterea, quatenus est essentia, personis 5.
largitur deitatem, siue esse Deum: relatio vero esse relatiuum. Porro, persona in alia existens, cum subsistenter, & non formaliter existat, esse illi nequaquam largitur. Pateter go, rationem existendi in essentiæ, vel relationi primo minime conuenire. Cæterum, persona in diuinis, incommunicabiliter subsistit, atque ita per seipsam est in alia, vt subsistens, scilicet in subsistente. conuenit autem personæ iste subsistendi modus, per seipsam primo, vt primo denominato. aliquid siquidem, alicui conuenire potest per partem. idque dupliciter; aut per partem certe, sicut per rationem; aut vero, sicuti primo denominatum per illud, quod conuenire dicitur. Verbi gratia: generare, conuenit patri in diuinis, per essentiam, scilicet, sicut per rationem, & principium quo generandi, sicut composito competit, per formam agere apud creaturas. crispitudo autem, siue albedo, vni tantum corporis parti. cuius gratia toti corpori inesse dicimus: vnde vocatur homo crispus, vel albus. vna tamen pars est primo denominata: corpus autem hoc modo, denominationem primo non habet. Cum igitur in diuinis persona, per se sit subsistens; primo hanc denominationem habet subsistendi; vt subsistens ergo in subsistente, subsistit velut primum denominatum. Ex quo patet, personas diuinas inuicem esse, hoc est, vnam in altera per mutuam æqualitatem, atque similitudinem subsistere: personæ, vt primo denominato, congruere. per essentiam vero, sicut per rationem fundamentalem: sic enim esse in diuinis, est relatio communis. ergo & suum fundamentum; quod plane aliud esse non potest, nisi diuina essentia. Quamuis ergo relationes non sint fundamenta personarum inuicem existentium: necessariæ tamen sunt, ad extremorum, personarumque distinctiones statuendas. Est autem verbum, vel filius in patre, sicut verbum in dicente, & amor in amante, & notitia in cognoscente: quamuis huiusmodi similitudines, diuinis non sint conferendæ personis. Intelligentia siquidem humana, rationem huius dicti non capit; nec exemplum aliquod, rebus diuinis, comparatio humana præstabit. Exemplum autem, quamuis tenue, & tantæ rei, non multum conueniens, ex animæ potentiis assumitur; sicut latius disputaui libro sexto. In nullo ergo modorum, quos philos. numerat, *4. phys.* iste essendi modus concluditur: sed peculiari quodam nomine theologi vocant circumincessionem, id est,

De filij Dei generatione.

4.

Arist. 5. met.

Quomodo vna persona sit in alio.

Generatio conuenit patri.

Verbum in patre, vt in dicente.

Circumincessio.

De filij Dei diuinitate.

Dei viuum ex patre viuo profluit, & ideo semper est: nunquam enim erat, sed nec erit vnquam Deus sine verbo. Ex quo sequitur, verbum, siue filium Dei creaturam non esse: alioqui miseriusse modo haberet genus humanum, quam antea. dum enim credit beneficio filij Dei à falsorum deorum seruitute liberatum esse, in maiorem ioc. disset impietatis iniuriam, Deo scilicet seruiens, qui naturaliter non est Deus. Item omne creatum est recens: sed nefas est in recentem Deum credere, sicut dicitur in Psal. *Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum*: igitur filius Dei non est creatura. Item, omnis creatura est serua ex suæ naturæ conditione. *Omnis* (inquit Apostolus) *creatura ingemiscit*, quærens liberari à seruitute corruptionis. sed Christus nos liberauit à seruitute legis, mortis, & peccati. quomodo ergo filius Dei, qui nos exemit omni seruitute corruptionis, creatura dici potest, cum creatura ab huiusmodi seruitute seipsam eximere nequeat? filius Dei ergo non est seruus, sed liber; non libertate, qua nos liberauit, sed libertate naturali, quam à patre accepit. Amplius, omnis creatura facta est in tempore, nullum vero tempus generationem filij præcessit, neque spatium, aut duratio vlla: non ergo est factus filius Dei, sed genitus. Quomodo enim esset omnium creator, si eius generationem aliqua duratio creata præcessisset? Denique, rationales creaturæ filij Dei vocantur, non quidem natura, sed participatione. Ego dixi, Dij estis: filius autem, non participatione, sed natura est Deus: quia qui non honorat filium, non honorat patrem, vt dicit euangelium. si ergo æqualis honor debetur vtrisque absque dubio, pares sunt in Deitatis honore.

Filius Dei non est creatura. — *Rom. 8.* — *Gal. 4.*

QVÆSTIONIS QVARTÆ
CAP. I.

Filium Dei esse verum verbum, atque naturale Dei patris.

Licet multa dicta sint, quæ filij Dei diuinitatem clarissime ostendunt, nonnullis tamen opinionibus, quæ de verbo Dei perperam loquuntur, occurrendum esse censui, atque ita adhuc addere aliquid necessarium esse putaui. *Quidam sic arguunt*. Si filius, inquiunt, est verbum patris, & ipsi consubstantialis: in nullo ergo differt à patre, atque ita verbum pater appellari poterit, quod scripturis non probatur. igitur verbum non est eiusdem naturæ cum patre. *Soluitur*: Ioannes *cap.* 1. sine aliqua dubitatione loquitur: *Et Deus erat verbum*, inquit: verbum ergo est filius Dei substantialis. Et cum dicit patrem appellari posse; non probatur, propter differentiam personarũ, quæ realiter distinguuntur, vnius tamen sunt diuinitatis, propter eandem numero diuinam essentiam, quæ est in vtraque persona. Adhuc *instant hoc modo*: in euangelio Ioannis legimus, ita filium patrem alloquentem. *Et glorificaui*, inquit, *& glorificabo*. Quomodo igitur filius verum patris erit verbum, cum ad eum pater loquatur? locutio autem sine verbo fieri non potest, aut igitur per ipsum, si verbum verum est, loquitur filio pater, quod est absurdum; aut aliud est illud verbum interius, atque naturale, quo ad filium locutus est pater. *Soluitur*: Verbum, siue filius Dei, quatenus Deus, more humano per labia, guttur, & linguam non emittitur, neque aures audientium verberat; sed intrinsecus mentem mouet, instruit, & mouet. neque vox illa patris proprie naturalis fuit; sed sonus quidam factus, quo significabatur, quantæ dignitatis filius sit apud patrem. quod autem vox illa collisione corporis facta fuit, Dominus ostendit *Ioan.* 12. *Non propter me*, inquit, *facta est hæc vox, sed propter vos*. non dicit, non propter me locutus est pater, sed, facta est vox. facta est ergo illa vox miraculose propter discipulos; vt paternam voluntatem in glorificatione filij sui cognoscentes, pericula, opprobria omnia non pertimescerent. Iterum instant. Inuenitur, *inquiunt*, in scripturis, pater dicens ad filium, Gen. 1. *Faciamus hominem*: Et Ioan. 8. *Ego à meipso non loquor; sed quæ à patre audiui, hæc nuncio vobis*. si pater locutus est ad nescientem filium, & tunc discentem, quando verbum patris percepit; aliud profecto ipse verbum erit, quam illud natura intrinsecum, quo didicit: sin vero ad scientem filium, superuacaneum videtur fuisse, scientem docere. *Soluitur*. omnia pater docuit, & dedit filio generatione æterna, nec per aliud verbum, per interualla temporis filium docuit; sed genuit æternaliter Deum, omnia scientem, omnia potentem. vnicum ergo est verbum Dei naturale, atque intrinsecum, id est, filius Dei. Amplius, si aliud verbum insitum patri est, secundum naturam, quam illud de quo scripturæ loquuntur, vt sit aliud intrinsecum, quasi occultatum in patre, aliud enuncians, manifestansque mysteria Dei, quod Deum esse Ioannes euangelista asserit, proculdubio in patrem compositio caderet. componeretur enim Deus pater, secundum istos, ex essentia diuina, & verbo suo intrinseco. sed nullo pacto in Deum cadit compositio: vnicum ergo est verbum Dei, & non duo, vt isti dicunt. Rursus *obiiciunt*, filius Dei, verbum & sapientia Dei appellatur: sed sapientia est quædam scientia, & verbum est prolatio vocis; hæc autem non competunt filio, quippe qui non est prolatio vocis, neque scientia aliqua acquisita: igitur verbum Dei dici non potest. *Soluitur*: verbum Dei est subsistens ex subsistente, viuum ex viuo, non enim est sicut verbum humanum, sed tantum excedit verbum humanum, quantum humana substantia à Dei substantia exceditur. Loqui autem patrem ad filium, sic intellige. filium habere perfectam voluntatis paternæ cognitionem, nec expectare verbum, quum ipse sit vnicum Dei verbum connaturale, & coæternum patri. Quando ergo legis in euangelio loquentem patrem cum filio, hoc modo intellige, nempe filium, absque alio doctore, perfecte cognoscere voluntatem patris. *Instantia*. Verbum appellatur, non quia ex patre secundum naturam sit, aut quia ipse filius sit intrinsecum, atque insitũ patri; sed potius quia patris verbum audiens, nobis enunciat voluntatem patris: sicut sanctificatio quoque dicitur filius, quia alios sanctificat; iustitia, quia alios iustificat. *Soluitur*: si filius verbum dicitur, quia verbum audit, erit vtique ipse verbum participatione illius verbi. sed quæ per participationem habentur, possunt amitti: igitur filius, quia est verbum per participationem, potest desinere esse verbum, quod est omnibus modis absurdum: non enim recte diceretur à filio: *Qui videt me, videt & patrem meum*, propterea, quod pater est Deus natura immutabilis, filius vero mutabilis; quippe qui esset Deus, non quidem per naturam, sed per participationem. fateamur ergo necesse est, filium Dei esse verum verbum Dei, non autem alterius verbi participem. *Instantia*; nomen illud si filio naturaliter inest; proculdubio non diceret Apostolus. Christum ob meritum crucis, & humilitatis accepisse nomen, quod est super omne nomen: nemo enim de nouo accipit quod habet. sed Apostolus apertissimis, & elegantissimis verbis hoc profitetur. Ergo non est Deus natura, sed factus per gratiam. *Soluitur*: cum filius Dei sit in sinu patris altissimus, non opus illi erat labore quærere, quod naturaliter habebat. Quare illa Pauli verba sic intellige: *Dedit illi nomen*: non nomen, quod prius non habuerat; sed illius declarationem, & manifestationem nominis. prius enim paucis hoc nomen innotuerat, sed post Christi passionem, toti prorsus mundo innotuit. Exaltatus est præterea, non secundum quod Deus; sed secundum quod *verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Altissimus Dei filius semper est vt Deus, exaltatur vero, vt homo. *Psalm.* 44. *Sedes tua*, inquit, *in seculum seculi*: addit: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus &c.* vt verbum, & filius Dei regnabat ante vnctionem cum patre. Exaltatur autem, vngitur propter nos, vt per ipsum in omnes nos gratia percurrat. *Ioan.* 17. *Et pro ipsis ego sanctifico meipsum, vt ipsi quoque sanctificati sint*: omnia enim quæ in Christo, vt in homine sunt, in vniuersam redundant ecclesiam electorum. *Instantia*: Apost. ita loquitur: *Tanto melior angelis effectus, quanto præ illis differentius nomen hæreditauit*. Arguunt ergo ex his verbis hoc modo: Quod fit melius, prius non erat. sed Christus factus est melior angelis; igitur prius non erat; atqui Deus semper est eodem modo, & non potest fieri melior, neque deterior: igitur filius non est Deus. *Soluitur*: quando propter nos factus est homo, & immunditia peccatorum per ipsum purgata, sedit in dextra magnitudinis in excelsis, tunc melior angelis cognitus est; non quia naturam in aliud mutauerit, vel quia factus sit postea, quod antea non erat; non enim de natura filij modo sermo habetur, sed de ea potius, quæ incarnationis tempore, assumpta est natura: itaque non angelorum natura naturæ Christi comparatur; sed Christi administratio administrationi angelorum, quam dicit meliorem fuisse. *Instantia*: in Act. Apost. sic Petrus: *Sciat omnis domus Israel, quia Dominum & Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis*. Apost. ad Hebr. 3. *Considerate Pontificem confessionis nostræ Iesum Christum, qui fidelis est ei, qui fecit ipsum*. Tunc sic formatur argumentum: quod fit à Deo, non est Deus, quia Deus non fit, cum semper sit. sed filius fit à Deo patre: igitur non est Deus. *Soluitur* verbum illud facere, quando de filio Dei dicitur, vel de humana natura assumpta à Christo intellige, aut indifferenter, abusiue accipias pro generare.

Argumentum. — *Solutio. Verbum Dei filium substantialis.* — *Instantia.* — *Soluitur. Verbum Dei quomodo loquatur.* — *Glorificaui, & glorificabo.* — *Instantia.* — *Soluitur.* — *Vnicum est verbum Dei.* — *Instantia.* — *Soluitur.* — *Pater loquitur ad filium quomodo intelligitur.* — *Instantia.* — *Soluitur. Verbũ Dei non audit aliud verbum.* — *Instantia. Philip. 2. Dedit illi nomen.* — *Soluitur.* — *Gratia Christi redundat in electos.* — *Instantia. Heb. 1. Melior angelis effectus.* — *Soluitur.* — *Instantia. Act. 2.* — *Factus quomodo intelligitur.* — *Soluitur.*

Ab ho-

De filij Dei diuinitate.

Facere pro generare. *4. Reg. 2.*

Ab hodierno die, inquit, filios faciam, id est generabo. Non ergo de natura verbi, sed de incarnatione eius, hæc Paulus scripsit: tunc enim factus est pro nobis homo, quando verbum caro factum est: tunc, vt homo fidelis creatori suo fuit, quia opus sibi commissum fideliter perfecit: tunc Apost. pro nobis fuit ad nos missus, & fidelis Pontifex confessionis nostræ, offerens seipsum pro nobis hostiam immaculatam Deo in odorem suauitatis. Non ergo ad essentiam filii illa verba sunt referenda, sed ad sumptæ humanitatis sacramentum. nam & Paulus antea homo erat, quam factus sit Apostolos. & Moyses similiter, antequam factus sit fidelis minister in tota domo Dei.

Exod. 28.

Eodem quoque modo intelligenda est illa scriptura, quæ sumpta est ex Act. Apost. Dei filius erat semper, vt est omnium Dominus: In seruientem forma factus est, vnctus est, quoniam id homini conuenit; hominem enim assumpsit, non vt diuinitatem amitteret; sed vt seruitutem nostram, in dominandi honorem extolleret; & dedecus nostrum ad nobilitatem suam traducaret. Quando ergo dicit scriptura, & Dominum ipsum, & Christum Deus fecit; Deum, aut pro tota trinitate accipias; aut si ad patrem referas, verbum patris, ea operatione non priuabis; opera enim trinitatis ad extra sunt indiuisa; *Ego à me nihil facio, sed pater in me manens, facit opera*, Vel accipias fecit, pro declarauit: pluribus siquidem operibus miraculosis, quæ per filium facere dignatus est, filij diuinitatem declarauit. *Ioan. 10. Et si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, quia ego in patre, & pater in me est.* Ad hoc accedit, quod fieri, & effici, non semper essendi principium significat: *Fiat mihi in Deum protectorem*, Psalm. canit. & *Factus est Dominus refugium pauperi.* nemo enim audebit dicere, tunc cœpisse Deum esse, quando pauperi factus est refugium; sed semper fuisse. Quare quemadmodum qui semper est, aliis fieri refugium dicitur, dum est illis solatio, & adiumento; ita cum Dominus noster semper sit Deus, & omnium Dominus, fieri nobis dicitur saluator, cum per assumptæ humanitatis sacramentum, nobis auxilium præstitit salutis.

Dominum Iesum Deus fecit. *Ioan 14.* *Fecit, idest declarauit.* *Psal. 30.* *Psal. 9.*

Instantia. *Sed dicet aliquis.* quomodo filius erit similis patri, qui de seipso aperte dicit, omnia se à patre accepisse: *Omnia, inquit, tradita sunt mihi à patre meo.* Nam si à seipso haberet, non vtique accepisset: quoniam vero se accepisse vere ait, certe non habebat à seipso.

Omnia mihi tradita sunt à patre meo. *Soluitur.*

Soluitur: Dum filius à patre, omnia naturaliter accipere dicitur, vno duntaxat excepto quod pater non est: non ergo filius de nouo aliquid à patre accipit, quod prius ab æterno non acceperat nascendo: alioqui quare diceret, omnia quæ habet pater mea sunt, & omnia mea patris similiter? Nam si nihil habet filius à seipso, nihil etiam haberet pater à seipso, quod est omnino absurdum. Accipere autem se dicit à patre, ne quis putet eundem esse patrem & filium, sicut dixit Sabellius, simili scripturæ testimonio confirmatur: Sicut, inquit, pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Ex patre siquidem filium habere vitam natura aliter significatur, & alium personaliter esse quam qui dedit, demonstretur. Sensus ergo illius scripturæ est: sicut pater æternaliter vitam habet in semetipso; sic & filius æternaliter habet vitam in semetipso. Quare, si aliquando filius non habebat vitam in semetipso, nec pater habebat; sed hoc est impium: igitur filius semper habet vitam in semetipso. Cum autem dicit, se à patre eam accepisse; diuinitatem suam non minorauit, sed suæ emanationis originem insinuauit, alium scilicet esse personaliter, ita tamen, vt identitati naturali in nullo derogetur.

Sicut pater habet vitã in semetipso.

Instantia. *Primogenitus* *Soluitur.*

Instantia: Posset aliquis obiicere. si creatura, inquit, non esset filius Dei; non diceretur omnium creaturarum primogenitus: quoniam enim magnam habet cum creaturis coniunctionem, propterea hoc nomine appellatur: alioqui quomodo earum primogenitus recte diceretur? *Soluitur:* Paulo ante *com. 7. Quæst. 2. cap. 4.* de hoc nomine nonnihil dixi: Dominus siquidem noster, vnigenitus dicitur, quia solus ex patre nascitur, & solus Dei filius naturaliter est. Primogenitus autem dicitur, quum in multis scribitur fratribus; quando nimirũ hominem assumpsit, frater noster effectus est; tunc primogenitus factus est in multis fratribus, quia multos filios Dei per gratiam effecit. Primogenitus igitur vocatur, non quia tempora alios præcessit, neque quia eiusdem ipse, in quantum Dei verbũ, cum creaturis essentiæ est; sed quia in ipso primo deificati sumus. vnigenitus vero simpliciter dicitur, nulla alia causa addita, quia solus, vt vere filius, in sinu patris est, primogenitus in multis fratribus, & primogenitus ex mortuis. non est ergo ipse filius, verbum Dei creatura: nam si in eo vniuersa creata sunt, *Colos. 1.* nihil ergo est creatum, quod per ipsum creatum non sit; alioqui seipsum creasset. Vocatur quoque primogenitus ex mortuis, quia primus ipse, morte calcata, surrexit, & primus carnem nostram in cœlos reduxit.

Quare vocatur primogenitus, & vnigenitus.

Primogenitus ex mortuis.

Quare, quemadmodũ initium viarum creatus est, quia per ipsum omnes possunt in salutem recurrere; ita plane primogenitus vocatur in multis fratribus, quia vocauit nos omnes ad adoptionem Dei per gratiam. primogenitus vero ex mortuis, quia ex mortuis resurgens, naturam nostram in incorruptionem reuocauit.

De filij Dei diuinitate.

Vnigenitus quare.

Vnigenitus, quia solus à patre genitus, cætera vero per ipsum sunt condita. Non ergo vnigenitus appellatur, vt quidam dicunt, quod solus à patre creatus sit; sed potius quod solus à patre natus sit, siue naturaliter nascatur; alioqui non erit pater omnium vniuersalitar creator, quod sanctis scripturis, & fidei catholicæ non consentit. Itaque filius Dei naturalis recte vnigenitus appellatur, quia ex patre naturaliter prodiens, essentiæ paternæ verus per generationem hæres inuenitur: neque illorum sententia probanda venit, ideo vnigenitum appellari, quod solus omnis exeedat; alioqui pater, qui simili excellentia pollet, posset simili nominis titulo gaudere, appellariq; scilicet vnigenitus, quod scripturis diuinis minime probatur: Pater enim est ingenitus, nõ autem genitus, aut vnigenitus: non ergo propter excessum, sed quia à patre nascitur, vocatur vnigenitus Dei filius. Præterea, Euangelium vocat Dominum nostrum, primogenitum virginis matris, eo, quod primo natus sit, non quod alios etiam genuerit; sed quia primum plerumque absolute, & sine comparatione dicitur.

Primogenitus Mariæ virginis.

Itaque non quia creatura est filius Dei, totius creaturæ primogenitus dicitur: sed sicut dixi, quia per ipsum adoptati, filii Dei per gratiam efficimur, cuius gratiæ per ipsius meritũ participes facti sumus. Primogenitus quoque dicitur, quia ipse primus filius vere est, sicut & pater primus pater: & per ipsum omnia facta sunt, & per ipsum omnia adoptantur, Habes igitur quare Dominus noster vocetur vnigenitus, & primogenitus Dei; primogenitus in multis fratribus; primogenitus gloriosę virginis matris, primogenitus ex mortuis.

CAP. II.

Quomodo intelligitur sedere à dextris meis, aut à sinistris, non est meum dare vobis.

Posset aliquis *sic arguere*: Si filius Dei æqualis est patri, eandem profecto habet potestatis virtutem cum patre: vbi enim non est æqualis virtus potestatis; nec æqualis dignitas maiestatis. sed æqualis potestas filio negatur, vt Euang. *Matth. 20. cap.* apertissime nos admonet: *Sedere, inquit, à dextris meis, non est meum dare vobis*: igitur non est æqualis patri. *Soluitur:* Vobis petentibus supremos honores, non est meum dare vobis, sed illis, qui in certamine superabunt. Ordinatum est certamen, statuta sunt præmia, distributi sunt honores; certate viriliter, & supremos accipietis honores, quos tantopere quæritis. non ergo est meum dare vobis[illegible] supremum honorem, qui reseruatus est in præscientia[illegible] illis, quos excessus certandi commendabit. Quare Dominus potestatem non negauit, sed dispensationem ostendit. alioqui non recte dixisset, *Omnia tradita sunt mihi à patre.* certe omnia pater per ipsum operatur, ex quibus omnibus vnum est, distributio munerum singulis sanctorum. Item, non est meum dare vobis, quia iustus sum iudex, & honores singulis pro suis meritis distribuo. Dixi vos sessuros super 12. thronos; vultisne, vt aliis sine honoribus remanentibus, vobis solis omnium honores impendantur? non est meum dare vobis, nõ fert hoc mea iustitia, non patitur iusti iudicis munus & officium: iustus enim sum munerum declarator, & distributor. Itaq; suspicari non debemus ideo à patre honores præparatos esse, quia ipse præstare non posset, sed propter dispensationem incarnationis, ita fuisse locutum. Consueuit enim Dominus omnia quæ naturam hominis excedunt, patri, vt Deo attribuare.

Sedere à dextris nõ est meum dare vobis.

Omnia pater per filiũ operatur.

Non est meum dare vobis.

Instat aduersarius alio medio, Ioannes dicit: *Vt cognoscant te solum Deum.* filius solum patrem Deum verum esse fatatur Pater quoq; in Isaia. *Ego, inquit, Deus primus, & ego post hæc. nec est Deus præter me.* si ergo pater est verus, & primus Deus. filius ergo non est Deus, quia vnus Deus; & non plures dii, nisi participatione, seu adoptione, non autem natura. *Soluitur: Vt cognoscant, inquit, te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* vt ergo verus Deus pater cognoscendus est; ita non aliter Iesus quoque Christus habendus est. Cum ergo pater per prophetam dicit: *Ego Deus primus*; non filium, sed creaturas, à quibus falso Dei nomen occupabatur, repulisse intelligitur: Falsi ergo dij, quos humana ignorantia finxit; repudiantur. Illa quoque

Vt cognoscant te solum Deum. *Ioan. 17.* *Isa 44.*

scriptura,

[De filii Dei diuinitate.] scriptura, ex Euangelio Ioan. desumpta, eodem modo est intelligenda: *Vt cognoscant te solum verum Deum*, Patrem à falsis diis, non autem à filij natura extrudendum esse insinuauit. alioqui, si filius non est natura Deus, sicut & pater, cur patri se æquauit? & quem misisti, inquit, Iesum Christum. docuit siquidem in patris, filijque cognitione, vitam æternam cōsistere. igitur eiusdem sunt naturæ, & maiestatis. Soli filio hæc verba congruunt, qui creatura non est, sed ex patria substantia prodit, & genitori non iniuria connumeratur. *[Ioan. 17.]* *Manifestaui nomen tuum hominibus*, nempe quod sis verus pater, & filium verum habeas, vt idem Ioan. *[1 Ioan. 5.]* Et simus in vero filio Dei domino Iesu Christo. Ita illa dictio exclusiua non excludit filiū à patris natura & operatione; sed falsos Deos, quos error mortalium inuenit. *Instat aduersarius:* Qui proficit in sapientia, non est Deus; quia Dei sapientia huiusmodi profectuum non recipit incrementa: sed Christus proficiebat *[Iesus proficiebat ætate, & sapientia.]* in sapientia, Lucæ 2. *proficiebat ætate, sapientia, & gratia apud Deum & homines*: igitur non erat Deus natura, sed nuncupatione, siue adoptione. *Soluitur:* Christus vt Deus, perfecti patris filius, proficere non poterat: profecisse autem dicitur secundum assumptæ naturæ dispensationem. Nam si Christus est sapientia Dei, virtus, forma, & imago patris; quomodo profectus erat susceptibilis? Esset enim aliquid maius Dei sapientia, virtute, forma, & imagine, quod est absurdissimum. Adhæc accedit, quod profectus sit de imperfecto, ad perfectum ascensus. sed filius est totus in patre, & totus in patre filius, patre autem nihil sublimius, nihilque perfectius: Quo ergo filius proficiendo ascendet, qui replet patrem, vt more corporum loquar, & repletur à patre? nam si receperit incrementum; maior patre videbitur, quod nefas dictu omnino est. Non ergo proficit, qui perfectus est, neque mutatur, *[Quomodo Christus crescebat in sapientia.]* qui immutabilis est. Dicitur autem Christus profecisse in sapiētia, eo, quod paulatim corpore crescente, paulatim quoque sapientior videbatur occultam scilicet sapientiam suā paulatim reuelando, nostræ naturæ legem secutus. Videntibus igitur atque audientibus eum sapientiorem gratioremque se præbebat, ideoque dicitur profecisse; non persona qui- *[3. Instantia.]* dem verbi, sed humana natura. *Contra:* Si vnus est filius Dei, & hic vnus proficiebat, imperfectus erat certe: quomodo igitur perfectissimo patri erit æqualis? *[Soluitur.]* *Soluitur:* Vnus profecto dominus noster Iesus, & non duo, & vnus hypostatice, atque personaliter in duabus naturis: quia Verbum caro factum est. Si ergo secundum naturam dicitur profecisse humanam, saltem secundum experimentalem cognitionem, vt quidam sentire videntur: ex hoc autem non licet colligere, secundum diuinam in eo naturam profecisse, quæ est *[4. Instantia.]* expers omnis incrementi. *Contra:* filius patri subiicitur, vt dicit Apost. 1. Cor. 15. Igitur non est æqualis patri. nemo enim negare potest, minus esse quod subiicitur eo, quod subiicit: *[Soluitur. Filius subiicitur patri.]* sicut victore, quod victum est. *Soluitur:* Qui alicuius voluntatem facit ei vtique subiicitur: sed filius facit voluntatem patris: igitur patri filius subiicitur. Hæc autem subiectio æqualitatem non destruit, subijcitur enim æquali æquale, dispensationis interdum modo quo [illegible] Paulus ad Cor. 14. *Spiritus* *[Spiritus sanctus subiectus prophetis.]* *prophetarum*, inquit, prophe[illegible] subiectus est. Spiritus prophetarum est spiritus sanctus, cuius æqualitatem non destruit subiectio, qua prophetis subiicitur: multo ergo minus destruit æqualitatem filii subiectio, qua subiicitur patri. Ad hæc accedit, quod scriptura dicit, filio patrem esse subiectū, ministrat enim filio. igitur est illi subiectus. Quod ministret, *[Psal. 109.]* audi Psalm. 1. *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.* Si ergo pater quamuis ministret filio, minor tamen ipso propterea non est; nec filius quia patri *[Deus omnia in omnibus.]* subiicitur, minor patre putandus est. Sensus ergo illius sententiæ talis est: In futuro seculo, filius nobis patrem largietur, atque ita pater per filium erit omnia in omnibus, & vita, & incorruptibilitas, & gaudium, & virtus, & quicquid sanctis gratiæ dabitur, ex patre per filium in spiritu dabitur. Quoniam vero dixerat, à patre omnia subiecta iri filio; ne quis putaret, patrem non omnibus dominaturum, filium subijcit patri; vt rerum omnium principatus in patrem per filium redigatur, & ita deitas, pater *[5. Instantia.]* scilicet cum filio, & spiritu sancto regnet. *Contra:* Apostolus dicit: Subiicietur, scilicet in futuro seculo: ergo modo patri *[Quomodo subiicietur, si modo non subiicitur.]* non subiicitur, & consequenter patris non facit voluntatē. Si vero in præsenti seculo subiectus est patri, quomodo in futuro saeculo subiicietur? *[Soluitur.]* *Soluitur:* subiectus nunc quoque Christus patri est, non tamen pro omnibus, sed pro solis credentibus in eum, quos ab omni peccato suo pretioso sanguine liberatos, patri sedulo offert. Cum vero propulsatus fuerit omnis error à mentibus hominum, & subditus erit *[Subiectionis modus.]* mundus Christo domino: tunc & ipse quoque pro omnibus patri subiicietur, vt sit Deus omnia in omnibus; tunc omnibus largietur, vt per ipsum patre omnes participent *[De filii Dei diuinitate.]* & hic est subiectionis modus, qui non separat filium à paterna dignitate, & natura, quia incommutabilis est Deus. *[6. Instantia.]* *Contra:* Ioannes scribit 17. *Glorifica me pater ea gloria, quam habebam apud te, antequam mundus esset*: Glorificans est maior *[Glorifica me pater.]* eo, qui glorificatur: igitur pater maior est filio. *[Soluitur.]* *Soluitur.* Nō sibi à patre gloriam petebat, qua sicuti Deus natura non indigebat; sed paternam gloriam in hominem quem assum- *[Gloria quā Christus petebat.]* psit. *δόξα*, modo gloriam, modo opinionem significat. Sensus ergo illius petitionis est talis. Quoniam ô pater homo factus, id solum esse hominib. videor, nec cognitus sum tibi coæternus esse, glorifica me tu, id est, talem opinionem ac fidem hominibus de me largiaris, qualem habent credentes in me; vt scilicet credant me natura Deum, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Petit à patre, vt homo, & quicquid à patre, vt homo petit, à seipso vt Deo, & spiritu sancto petit: perfectam siquidem, sicut & pater, & spiritus sanctus, possidet gloriam: igitur perfectus Deus.

CAP. III.

Christus est natura Deus, rationibus ostenditur.

[Ad Rom. 1. Prima ratio] QVod Dominus noster Iesus Christus sit verus Deus natura, non participatione, aut adoptione, Apost. ostendit, & quidem clarissime: *Gratia*, inquit, *vobis, & pax à Deo patre, & à Domino Iesu Christo*. ex cuius authoritate talis ratio colligi potest: *[Gratia vobis & pax, Rom. 1.]* Quorum virtus & operatio vna & eadem penitus est; eorum vtique vna, & eadem natura est: sed ita res habet inter patrem & filium, vt aperte Apostolus restatur: Gratia, inquit, vobis à Deo patre, & Domino Iesu Christo; vnam enim eandemque esse operationem Dei veri, & creaturæ, concedet nemo. Confirmatur, ille censendus est Deus verus, qui vna cum patre, pacem & gratiam sanctis suis largitur. sed Christus de se dicit: *Pacem meam do* *[Pacem relinquo vobis. Ioan 14.]* *vobis, pacem meam dimitto vobis.* Si ergo pacem suam esse dicit, non ergo participatione, sed identitate essentiali, est Patri coæternus, vt pote collargitor naturaliter, atque insepa- *[2. Ratio. Rom. 2.]* rabiliter gratiæ & pacis cum patre. Item, Paul. *Secundum duritiem tuam, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii Dei, qui retribuet singulis secundum opera sua.* Et *Omnes nos*, *[2. Cor. 5.]* inquit, *oportet manifestari coram Christo, vt vnusquisque accipiat propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum.* Ioan. 5. *Pater omne iudicium dedit filio.* Ex quibus sane scripturis potest talis ratio formari: Qui retribuet singulis secundum opera eorum; est infinitæ potentiæ: sed filius Dei, vt scripturæ dicūt, singulis hominibus est redditurus secundum opera eorum: igitur est infinitæ potentiæ, & consequenter est Deus: Deus enim solus est infinitæ virtutis. Confirmatur authoritate Euang. *Ite maledicti in ignem æternū: & venite benedicti patris* *[Matth. 25.]* *mei.* Ipse ergo est, *qui constitutus est iudex viuorum atque mortuorum.* Item: *qui iustificat, Deus est*: quomodo enim poterit crea- *[3. Ratio. Iustitia per filium Dei.]* tura creaturam iustificare, id est, de iniusta iustam facere? iustitia enim ista non est extrinseca, sed intrinseca, vt dixi in quarto libro, in tractatu de iustificatione. Deus autem solus intrinsecus mentem purgat, & iustitia vestit: sed Christus iustificat suos fideles, *Iustitia*, inquit, *Dei per Iesum Christum.* *[Rom. 3.]* & iterum: *Qui credit in eum, qui iustificat impium.* &, *Qui factus* *[2. Cor. 5.]* *est nobis iustitia, sanctificatio, &c.* &, *Vnus est Deus, qui iustificat* *[Rom. 3.]* *circumcisionem ex fide, & præputium per fidem*, Ioan. 6. *Amen dico vobis, qui credit in me, non iudicatur, sed habet vitam æternam.* Igitur Christus est verus Deus. *Ego sum vita*, inquit Dominus, Ioan. 14. *Et qui credit in me, habet vitam æternam: & ego suscitabo ipsum in nouissimo die*, Ioan. 6. *Et ego sum resurrectio & vita*, Ioan. 11. Quæ omnia: non nisi soli Deo competere possunt. Quare, aut scriptura non est vera, aut Christus est verus Deus: sed illud est falsum: igitur hoc est verum. Item: qui est *[4. Ratio. Dominus gloriæ.]* Dominus gloriæ, ipse est Deus per naturam; quia gratiam & gloriam dabit Dominus, & Dominus potens ipse est rex glo- *[1. Cor. 2.]* riæ: sed Christus est rex gloriæ, *Si cognouissent, non vtique crucifixissent dominum gloriæ*: igitur Christus est Deus. Confirmatur: qui scit, & manifestat consilia cordium, ipse vtique est Deus: Ego Deus scrutans corda, & probans renes, dicit Dominus: sed Christus manifestabit consilia cordium, *Nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui* *[1. Cor. 4.]* *illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordium* igitur est natura Deus, & non adoptione. Item: Qui *[5 Ratio.]* semper est, Deus est: *Ego sum, qui sum*, dixit Dominus Moysi: & in Malachia 2. *Ego Deus, qui non mutor*: sed Dei filius semper *[Iesus Christus heri & hodie.]* est *Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in secula*: incommutabilis est ergo naturæ, quod solius Dei propriū. Nam de angelis, qui

[..]fili j [..]ciduitate. *Hebr. 13. [..] 4.* *Adorent eum omnes angeli.*

qui cæteris rebus naturæ dignitate antecellunt, scribitur in Iob: *Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis reperit prauitatem.* De aliis autem rebus in Psal. 101. *Tu solus ipse es, & anni tui non deficient: alia vero, velut amictum mutabis ea, & mutabuntur.* in Psal 96. *Et adorent eum omnes angeli Dei.* Et Psal. 2. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Psal. 109. *Sede a dextris meis.* Hæc autem diuinarum scripturarum oracula, soli Dei filio, qui est dominus noster Iesus Christus, sunt attribuenda: ex quibus perspicuum fieri potest, dominum nostrum Iesum Christũ esse natura verum Deum, & verum filium Dei.

6. Ratio. Christus potest omnia sibi subiicere.

Item: ille qui propria potentia potest sibi subijcere omnia, est verus Deus, qa nemini subest, & omnia illi subsunt: sed Christus sua propria potestate potest sibi subijcere omnia, *ad Phil. 3.* secundum operationem; quia ipse potest subijcere sibi omnia: Christus igitur est verus Deus. Quomodo non erit verus Deus, qui non aliter quam pater potest cuncta sibi subiicere? Confirmatur authoritate Apostoli *Coloss. 1. Transtulit in regnum filij dilectionis suæ*, id est dilecti sui, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.

Filius dilectionis suæ.

Si filius dilectus nominatur, per quem sortiti sumus redemptionem & remissionem peccatorum; quomodo non erit verus Deus? & quis potest dimittere peccata; nisi solus Deus?

7. Ratio. In quo condita sunt vniuersa.

Item: qui creator est omnium, ipse vtique non est creatura: alioqui crearet seipsum, quod est falsum: sed Christus creauit omnia, *Coloss. 1.* In ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, siue visibilia, siue inuisibilia. Si ergo omnia per ipsum creata sunt; non ergo cum creaturis connumerandus venit. aliud enim ipse est præter creaturas; & ideo non est creatura.

In quo sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ.

Confirmatur: Ille, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, est verus Deus: quis enim potest omnia scire, nisi solus Deus? ipsi enim omnia patent, omnia sunt nuda & aperta: sed dominus noster habet huiusmodi cognitionis thesauros; igitur est verus Deus: sic enim Paulus *ad Col. 1.* loquitur: *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Quomodo ergo non erit Deus, qui omnem intellectum & scientiam excedit, quem nulla potest comprehendere creatura?

Vbi Christus est in dextris Dei sedens.

Confirmatur authoritate eiusdem epistolæ *cap. 3. Vbi Christus est*, inquit, *in dextris Dei sedens*: nulla creatura in eodem cum rege omnium solio sedet. cui enim dixit vnquam Angelorum; sede à dextris meis? sed Christus sedet à dextris Dei in eodem solio: nõ igitur est creatura, sed creator Deus.

8. Ratio. Christus vita vestra.

Item, creatura vita esse non potest, sed particeps vitæ: sed Christus est vita, *Col. 3. Cum apparuerit*, inquit, *Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria*: igitur Christus non est creatura, sed Deus verus. Et vita erat lux hominũ, ait Ioannes in principio sui Euangelii. & iterum: Ego sum resurrectio & vita: &, Ego sum via, veritas, & vita. Cum ergo sit vita per essentiam; est ergo Deus per essentiam: idem enim est Deo viuere & esse.

1. Thess. 1. Ad seruiendum Deo viuo & vero.

Confirmatur authoritate Apost. *Conuersi estis ab idolis vestris, ad seruiendum Deo viuo & vero, in Christo domino*: Si ergo est Deus viuus, non ergo est idolum mortuum: si verus, non est ergo creatura; quia falso sibi non vsurpauit hoc nomẽ, neque rapinam arbitratus est se esse Deum. Quis audebit negare Christum esse Deum viuum & verum, nisi qui negat veritatem, qui contemnit scripturas, qui inflatus sensu carnis suæ, [..] se omnibus superiorem & sapientiorem esse: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

9. Ratio. Hæres omnium.

Item, qui est à patre omnium hæres constitutus, ipse vtique est verus filius Dei, & verus Deus: sed Dominus noster Iesus Christus, est omnium hæres. *Hebr. 1. Quem constituit*, inquit, *heredem vniuersorum, per quem fecit & secula*; igitur est verus Deus. nulla siquidem creatura ante secula fuit; omnia enim in tempore sunt, præter solum Deum: sed filius Dei fecit omnia secula per quem fecit & secula, igitur filius Dei non est creatura, sed verus Deus.

Per quem fecit & secula.

In primo quoq; & secũdo capitulo eiusdem epistolæ præponit Christũ angelis, quod differentius nomen hæreditauerit, quod euangelium præstantius sit lege Moysis: in tertio autem cap. præponit Christum Moysi, asserens Moysen, serui quidem, Christum autem filii officio functum fuisse. Si ergo Christus maior est angelis, præstantior Moyse, & filii officio fungitur; proculdubio, non est creatura, sed verus Deus: neque enim inter creatorem, & creaturam aliquod medium recte excogitari aut inueniri potest.

Euangelium gloriæ beati Dei.

In priori ad Timoth. cap. 1. Christum appellat gloriosum, & beatum Deum: *Secundum euangelium*, inquit, *gloriæ beati Dei*, id est Christi. Si Christus est verus Deus, non est ex nihilo; & per consequens non est creatura.

Et regni eius non erit finis.

Confirmatur authoritate Lucæ cap. 1. *Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & regni eius non erit finis*: natura igitur Deus, cuius regni non erit finis.

10. Ratio. Vnus mediator Dei & hominum.

Item: ille qui fungitur officio singularis mediatoris inter Deum & homines; ipse vtique non solum est homo, verumetiam & Deus: sed Christus est huiusmodi 1. *Tim. 2. Vnus Deus, & vnus mediator Dei & hominum Iesus Christus*, non solum quia reconciliauit homines Deo, verum quia naturaliter & substantialiter, & Deus, & homo in vna hypostasi est. hoc enim modo naturam nostram Deus sibi reconciliauit: nam alioqui quomodo vnus mediator, cum plurimi ex sanctis hominibus, mediationis ministerio vsi sint?

De filij Dei diuinitate.

Moses mediator fuit, qui legem à Deo accipiens, filiis Israel intimauit: Ieremias de seipso ita loquitur *Recordare mei domine stantis coram te, ad loquendum pro ipsis bona*, & Paulus clamat: *rogamus pro Christo reconciliamini Deo*, de aliis sanctis quoq; simile est iudicium.

Exod. 20. Ierem. 18. 2. Cor. 5.

Itaque Christus vnus mediator Dei, & hominum, quia in eo vno, Deus & homo coniunguntur: non est tamen ipse aliquid tertium, præter Deum & hominem; sed Deus vere, & homo vere. non est ergo creatura filius Dei, si natura nostra ipsi coniuncta, Deo vero coniungitur. Confirmatur authoritate eiusdem epistolæ *cap. 4. Fidelis sermo*, inquit, *& omni acceptione dignus*: in hoc laboramus, & certamus; quia speramus in Deũ viuum, qui est saluator omnium, maxime fidelium.

Speramus in Deum viuum.

Si est Deus viuus: ergo est naturaliter vita, & consequenter non erit creatura. Confirm. *cap. 6.* Omnis creatura ex seipsa non habet immortalitatem; sed potest deficere; constat enim ex nihilo: neque est cognitionis infinitæ. sed Christus ex seipso habet immortalitatem, & cognitionis est infinitæ: igitur non est pura creatura, sed verus Deus. sic enim docemur ab Apostolo. Rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.

1. Tim. 6.

Et quæ est ista lux, nisi eius Diuinitas, quam nulla creatura comprehendere potest? Et quis iste solus immortalis, nisi solus Deus? omnes n. morimur, & tanquã aqua in terrã dilabimur, dicebat illa prudens mulier.

11. Ratio. Aduentus magni Dei.

Itẽ: qui à diuinis scripturis appellatur magnus Deus, proculdubio creatura dici nõ potest: sed Christus dominus hoc nomine vocatur ab Apostolo Tit. 2. *Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi*: quomodo non erit magnæ insipientiæ inter creaturas eũ collocare? Confirmatur: nulla creatura potest præseferre imaginem Diuinæ substantiæ; quia finitis gradibus naturæ concluditur: Diuina vero substantia aliquot naturæ gradibus non constringitur, sed est immensa & infinita: sed Christus est imago dei inuisibilis *Col. 1.* & character substantiæ illius, *Hebr. 1.* id est, in se habens totam substantiam patris. Deus est ergo, & non creatura; vt pote forma, & imago increata.

Imago Dei inuisibilis.

12. Ratio. Spiritus Iesu.

Item, cuius est spiritus sanctus, eius vtique proprium est, Deum esse: Spiritus sanctus enim Deus est, vt dicetur in 2. lib. ideirco non potest alicui competere, qui propria authoritate, eius esse dicatur, nisi Deus extiterit, & eiusdem substantiæ cum spiritu sancto: sed spiritus sanctus vocatur spiritus Christi, *Actor. 16. Tentabant in Bithyniam ire, & non dimisit eos Spiritus Iesu.* Et *Rom. 8. Qui non habet spiritum Christi, hic non est eius.* Quomodo ergo filius non erit natura Deus, si spiritus sanctus ita suus est, quemadmodum patris? creaturas enim excedit, vt solus cum patre spiritum sanctum possideat.

1. Ioan. 2.

Vnde Ioan *Qui negat patrem filium quoque negat*: & qui negat filium, is quoque patrem negat: filius autem negatur, si creatura esse credatur. Quidquid igitur de patre dicitur, id de filio quoq; necessario dicitur, præter, quod, nec pater filius est, nec filius pater.

1. Ioan. vlt. Vita æterna Christus.

Cõfirmatur per eundẽ Euang. *Hoc testimonium Dei, quod vitam æternam dedit nobis, & hæc vita in filio eius est.* Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium, non habet vitam. Aeternitatis vocabulum de Deo dicitur apud scripturam, productio enim à nihilo, æternitatis nomen penitus interimit; & ideo æternitas Dei solummodo naturæ substantialiter inest. Si ergo æterna vita Christus est & apud patrem; quomodo erit creatura; cum creatura æterna dici non possit? *Et scimus*, inquit Ioan. *quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum* vt cognoscamus Deum verum, & simus in vero filio eius Iesu Christo: hic est verus Deus & vita æterna. Apertissime Christum dominum nostrum, filium Dei, & Deum verum appellauit: est enim verus Deus substantialiter, non participatione sicut creaturæ: siquidem qui Deus verus est, natura Deus est, & non creatura, *ca. 4. Quicunque*, inquit, *confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei*, quem paulo ante vocauit verum Deum, *Deus in eo manet, & ipse in Deo.*

Deum verum.

Qui negat ergo filium Dei esse verum Deũ, Deus in eo non manet; sed princeps huius mundi, qui dominatur in filiis diffidentiæ:

13. Ratio. Tu es Christus filius Dei.

Item Matth. 16. laudatur confessio Principis Apostolorum, *Tu es Christus filius Dei viui: Beatus es*, inquit, *Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi; sed pater meus, qui est in cœ[lis]*. A patre cœlesti Petrus didicit, Christum esse filium Dei viui: neque enim dixit, ipsum vnum esse de filiis Dei, ita per adoptionem & gratiam filius esse putaretur: sed, *Tu es Christus filius Dei viui*, id est, vnicus, & naturalis filius patris. laudatus hac sua professione Pastor ouium, quod maiora, & sublimiora Dei arcana discere diuinitus potuerit. si autem Chri-

De filij Dei diuinitate.

filius est creatura, quid opus erat Patri confessionem ita commendare? naturali siquidem cognitione creaturas cognoscimus, aut quomodo pater diuinitus per Petrum Apostolum, filium suum credentibus reuelauit; si filius non est Deus, sed creatura? Idem confirmatur verbis, quæ sequuntur: Venturus est, inquit, filius hominis in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Quomodo gloria patris, est gloria filij, si filius non est eiusdem naturæ cum patre? Gloriam meam alteri non dabo, dicebat Deus *per Isaiam Prophetam* 42. igitur filius est consubstantialis patri. Item: si pater natura est Deus, filius quoque natura est Deus; alioqui minoris erit dignitatis quam omnes creaturæ; creaturæ enim consubstantialem sibi fructum ex seipsis producunt; non enim nascuntur ex dumis vuæ, neque ex vuis dumi. Quomodo erit creatura, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? ex cuius plenitudine omnes accepimus gratiam & pacem? Item: qui dedit hominibus potestatem filios Dei fieri, per gratiam adoptionis. Ioan. 1. Ipse vtique non est filius per gratiam, sed per naturam: ideoque necesse est, vt filius Dei sit Deus per naturam. *Sic Deus dilexit mundum*, ait Ioan. 3. *vt filium suum vnigenitum daderit.* Si præcipua mirabilisque Dei patris, dilectio erga mundum, ex hoc cognoscitur, quod filium suum hominem factum, pro mundi salute dederit; parua profecto, nec magni æstimanda esset dilectio; si non vere filium, sed creaturam quandam pro mundo dedisset: sed hæc est præcipua, maximaque in mundum dilectio: non ergo creaturam, sed vere filium assumere hominem pro mundo voluit: propterea Euangelista vnigenitum appellauit. Rursus, si omnia quæ patris sunt, mea sunt, Ioan. 16. Est autem præcipuum essentiæ patris, vt increatæ substantiæ sit: erit ergo filius similiter increatus, & ita in principio cum patre, & in patre, verbumque eius, & filius eius, secundum ineffabilem & incomprehensibilem generationis modum.

Gloria patris. — *14. Ratio.* — *Illuminat omnes homines.* — *15. Ratio.* — *Dedit potestatem filios Dei fieri.* — *Sic Deus dilexit mundum.* — *Omnia quæ patris sunt, mea sunt.*

QVÆSTIO QVINTA.

CAP. I.

Verbum est notitia actualis, ex memoria patris genita, proprium nomen filij Dei in diuinis.

Quid sit verbum creatum.

Postquam audiuimus diuinitatem filii Dei, eiusdem deinceps generationem audiamus: ex verbi autem creati similitudine, ad increati intelligentiam nos assurgere superius annotauimus. Porro verbum creatum, teste August. sic describitur: *Verbum est perfectis intelligentiæ producta vel expressa a memoria: ex sua quidem productiuo modo, absque actuali cognitione, diuini verbi repræsentatiua, nequaquam consistens:* ex quo patet, omnem nostram intellectionem à memoria certe genitam verbum appellari: quippe, quæ perfectio sit intelligentiæ, à memoria manans cum actuali, manenteque cognitione, verbum diuinum repræsentans. ea vero, quæ confusa dicitur cognitio, vtpote prima nobis nota, perfecti verbi nomen habere non potest, quia à perfecta sans memoria non producitur. Quem ob causam non omnis intellectio in diuinis, est verbum formaliter: est enim essentialis intellectio communis tribus, ideoque verbum formaliter non vocatur: vnde patris intellectio, ac spiritus sancti, cum per memoriam non sit producta; verbum formaliter non nominatur. Verbum sane filij proprium est, quod hoc ipsum sonat verbum: nam aliquod est ab alio realiter emanans, intellectus, seu memoriæ ordine, atque modo. Eadem autem personæ, quatenus in esse substantiali per generationem in natura viuente, à producente quoque viuente, eiusdem gignitur naturæ; Filius nominatur: quatenus autem in natura intellectuali subsistente, per memoriæ virtutem, ab aliquo producitur eiusdem naturæ; Verbum dicitur in diuinis: quæ plane verbo creato necessaria non sunt; quia profecto dignitatem personæ subire nequit, ob eam, quam habet accidentis naturam; igitur quælibet notitia genita, quæ authore August. proles vocatur, verbi non est repræsentatiue diuini, nisi verbum fuerit perfectum: aliquo tamen modo verbum appelletur: nam quælibet intellectio actualis, ex memoria gignitur; & hæc quidem magis, hæc vero minus perfecta; quatenus magis minusque memoria perfecta extiterit. sufficit autem quamlibet notitiam prolem esse, & sui quidem expressiuam parentis: *Omne quod notum est*, inquit August. *verbum dicitur animo impressum, quamdiu ex memoria dissinm proferri potest.* Quare inter notitiam primam genitam imperfectam, & eam quæ inquisitionẽ sequitur, formalis non est collocanda differentia; ob quam hæc possit verbum dici, illa vero minime: ordo autem, qui in perfecta notitiæ comparanda à nobis obseruatur, talis est. Intellectus siquidem noster, à confusis, ad distincta natura proficiscitur; ideo originis ordine, notitia nobis primum imprimitur obiecti confuse: idcirco, vt ad distinctam claramque notitiam perueniamus, multa nobis inquisitione opus est; quæ sane verbo sit præuie perfecto. etenim verbum perfectum, actualis cum sit notitia perfecta, per diuisionis differentiarum viam, illi vtrique conuenientium, commode haberi potest. Quare aliquo obiecto confuse cognito, per viam diuisionis, vt diximus, postea inquisitio sequitur: omnibus autem illis differentiis inuentis, tunc profecto illius obiecti diffinitiua cognitio, actualis reputatur atque perfecta: illius plane habitualis notitiæ, quæ primo in memoria erat, perfecte declaratiua: talis autem distincta notitia, verbum est perfectum. *Placet mihi*, ait August. vbi supra, *quod noui, diffinio, quid sit intemperantia, & hoc est verbum eius*: itaque intellectus imperfectus, ad verbum quidem perfectum habendum, inquisitione indiget, quæ tamen ipsius verbi formaliter generatio non dicitur, sed quædam potius præuia dispositio. *Hac atque illac*, inquit August. *quadam motione, id est inquisitione iactamur. quæ plane non est verbi formaliter generatio, sed eam sequitur, quando obiectum in memoria habituali cognitum, in lucem, claramque cognitionem inquirendo, reuocamus.* Tunc, inquit, *fit verum verbum, quando ad illud, quod scimus, peruenerit inquisitio; indeque formabitur verbum.* Vt igitur inducatur forma perfecta, motus inquisitionis est necessarius: ideo talis ordo, sic describitur. Primo quidem habitualis notitia confusa præcedit: hanc sequitur actualis cognitio, siue intellectio confusa: tertio inquisitio, de multis profecto notitiis habitualibus, in memoria habituali contentis: postea inquisitio distincta, & primi obiecti, cuius cognitio inquiritur actualis notitia. Porro actualis distinctaque notitia, habitualem in memoria perfecta imprimit, vnde fit, vt memoria omnino perfecte reddatur; atque ita memoriæ, quæ est in patre, quoad fieri potest, similis fiet. vbi autem memoria perfectionis huiusmodi summam attigerit, inquisitionis non indiget, verbum gignit perfectum; quod sane diuinum, atque paternum repræsentat. Verbi autem diuini generatio, pro nostræ balbutiei tenuitate, ita depingitur. Essentia diuina, quæ est in patre, suæ præsens est intellectiuæ potentiæ: essentiæ autem & intellectus memoriæ astant; ex qua fit, seu dicitur verbum, id est, secunda persona generatur. Illud vero dicere, ipsum generare, alio nomine, actiue generatio: ipsum autem dici, generari nominatur. Itaque essentia diuina in patre duarum est operationum principium, idque ex talium operationum natura, ordine quodam proueniente, nempe essentialis intellectionis, productionisque notitiæ declaratiuæ. Sane, per notitiæ simplicis medium, declaratiuæ est principium notitiæ; vt ita dicam, quo res facilius intelligatur: Essentia in patre, obiecti vice fungitur: essentialis præterea intellectio, siue notitia simplex notitia postmodum declaratiua, quæ verbum est æternum. his sane duobus, paternæ memoriæ astantibus, verbum dicit, id est, filium gignit; idque ab æterno, absque vlla interpollatæ vicissitudinis more. Cæterum intellectio essentialis, non est actio verbi producendi; sed ita se habet, sicuti prior, ad p[...]riorem actionem, sic quod vna, alterius ratio, aut causa nullo modo dicitur: ordinem tamen habent ad inuicem. Memoria igitur patris fœcunda habens diuinam essentiam, pro obiecti ratione; intellectum vero diuinum loco potentiæ intelligentis, suum verbum dicit. Sed dicet aliquis: estne simul voluntas patris, memoriam agens ad verbi productionem? *Recte quæritur* (inquit August.) *vtrum omnis notitia sit verbum, an tantum amata notitia.* nouimus enim & ea quæ odimus, sed non parta dicendo sunt animo: ad verbi autem rationem non pertinet, obiecti cogniti amore gigni, neque notitiæ, quæ est verbum: perfectum tamen concomitatur verbum, duplex voluntatis actus: primus quidem, qui præuiam inquisitionem imperat, secundus vero, quo intellectus, in habitatam intellectuali notitia quiescit, sine qua, in habitu non persisteret notitia. actus igitur voluntatis, nec formaliter, nec vt causa ad verbi essentiam pertinet; sed concomitanter potius, ob inquisitionem certe præuiam, eiusque continuationem, insuper, quia intellectus in huiusmodi notitia diu non permaneret, nisi voluntatis complacentiam haberet, atque consensum; licet huiusmodi permanentia non sit de perfecti verbi intensiua ratione. hæc quidem de verbi generatione dixi.

Verbum in diuinis non est omnis intellectio. — *Filium proprie est verbum.* — *Lib. 9. Trin. c. 10. & 14.* — *De filij Dei diuinitate.* — *Notitia confusa.* — *Verbum perfectum.* — *15. de Trin. c. 15. vel 39.* — *Quomodo verbum Dei generatur.* — *Dicere, & dici in diuinis.* — *Memoria fœcunda.* — *Intellectio essentialis.* — *9. Trin. c. 10. c. 4.* — *9. Trin. c. vlt.* — *Voluntas diuina quo modo est principium generationis filij.*

De filij Dei generatione.

CAP. II.

Argumenta, quibus probari videtur, essentiam in diuinis, verbi geniti esse principium.

1. Sicut vnumquodque se habet ad esse, ita certe se habet
ad operari, ex philosopho *in met. 2.* sed essentia diui-
na est illa, ad quam profecto intellectus, & volun-
tas in diuinis in essendo reducuntur: ergo & in prin-
cipiando. Sane, diuina essentia, intellectum, & voluntatem
virtualiter continet; ita quod si per impossibile intellectus &
voluntas diuina produci possent, vel causari, ab essentia vti-
que producerentur diuina. Item: quod per identitatem, vel
2. virtualiter calorem, & lucem continet, illud absque dubio
calefactionis, atque illuminationis principium nominatur.
sed essentia diuina, intellectum, & voluntatem identice con-
tinet: igitur generationis, spirationisque principium iure di-
Natura est principium motus. ci potest. Natura etiam, teste philos. 2. *phys.* principium est
motus, seu productionis. Insuper, intellectus, atque voluntas
in creatura, substantiæ productiua non sunt: in Deo quoquo
virtutem non habent producendi: vniuoce enim in Deo, at-
que in creatura dicuntur. Quod si dixeris in Deo idem esse
realiter cum substantia, in creatura vero minime; propterea
vniuoce in vtrisque non dici: intelligas hoc nihil habere
momenti. si enim intellectus per se esset generationis princi-
pium in diuinis; etiam à substantia separatus idem præstaret:
haberet certe hoc ex ratione formali, qua intellectus esset, &
non substantia. Idemptitas ergo illa, respectu generandi, per
accidens se habere videtur. alioqui substantia potius genera-
tionis diceretur principium; præsertim cum ab ea principij
rationem intellectus acceperit. Intellectus ergo diuini, atque
voluntatis idemptitas cum diuina substantia, pro hoc stabi-
3. liendo proposito non prodest. Amplius quod est proprietas
accidentalis in creaturis; non est immediatum principium
communicandæ naturæ: ergo nec in diuinis. patet; quia ac-
cidentalis videtur proprietas, vt intellectus scilicet, vel vo-
luntas, principia sint producendi, quum hoc à diuina habe-
ant essentia: illa igitur principij rationem in diuinis perfe-
4. ctissime habet. Adhuc, primū in vnoquoque genere, & perfe-
5. ctissimum; principij nomen, rationemque obtinet. sed essen-
tia inter diuinas perfectiones est prima: ergo &c. Item, per
operationes nihil producitur, 9. *met. com.* 16. per operationes,
inquam, immanentes. sed intelligere, est operatio imma-
nens. per ipsam ergo verbum non producitur. Profecto,
quemadmodum, per actum voluntatis, aut potentiæ sensiti-
uæ, verbum nequaquam producitur; ita, absque dubio, per
actum intellectus. Consequentia tenet, cum omnes esse o-
perationes immanentes, clarissime constet. Quod autem o-
6. perationes immanentes nihil producant, ita probatur. actio,
non est actionis, 5. *phys.* sed intellectio est actio immanens:
non ergo gignit notitiam, siue verbum; nisi velis dicere, alia
actione gigni, & ita consequenter vsque in infinitum, quod
7. sane perfectæ generationi non conuenit. Amplius, omnino
probabile esse videtur, essentiæ certe diuinæ, conuenire ge-
nerandi principium, ita arguendo: Si essentia diuina non ge-
nerat, neque generatur, tunc in trinitate erit quaternitas. te-
net consequentia: est enim in diuinis res generans, nempe
pater, res genita, id est, filius, res spirata, hoc est, spiritus san-
8. ctus, & res vtique non generans, nec genita, nec etiam spira-
ta. sed hoc falsum est, dari, scilicet, quaternitatem: essentia
ergo generat. Adhuc pater generet, ergo essentia generat,
patet, nam essentia per se prædicatur de patre, pro ipso ergo
supponere valet. Præterea, de quocunque prædicatur diffi-
9. nitio, & diffinitum: sed definitio patris, etiam esse filij pa-
trem; verum est quoque dicere: diuina essentia est pater: &
10. ex consequenti, diuina essentia, verbum generat. Item, per-
sona patris generet, ergo & essentiæ. patet: quia vnum, est
idem alteri; vtpute diuersas non habens proprietates. pro-
prietas enim in diuinis, est relatio distinguens: atqui referri,
essentiæ non conuenit: huiusmodi ergo non habet proprie-
tatem distinguendi, essentiam ergo in diuinis verbum gigne-
re, verum est.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. Ad 1. neg. maior: nam attributa, in ratione essendi ad
essentiam, velut ad primam perfectionem simpli-
citer, reducuntur, non autem, vt ad principium o-
perandi: proinde philosophi sententia ita intelli-
genda est: vnumquodque eatenus operetur, quatenus est; &
quo operatur, eo quoque esse dicitur: & tunc nihil facit ad rem

Ad 2. Neg. similitudo: lux enim, atque calor non sunt perfe-
ctiones simpliciter: idcirco vnitiue, seu eminenter, vel vir-
tualiter ab vno, & per vnum continentur; vtpote à causa
nente non distinctæ: ita, vt ex seipsis nequeant rationes for-
2. males habere. quam ob causam, ipsorum continens, & ca-
lefactionis dicitur, & illuminationis principium. Intellectus
autem & voluntas, quoniam sunt perfectiones simpliciter,
suasque suas proprias habent rationes formales; ideoque
principia appellantur productiua. Ad confir. autem de in-
tellectu, & voluntate in creatura, non est simile. Quamuis
enim intellectus humanus, atque voluntas eiusdem sint sub-
stantiæ; non ita tamen, sicut intellectus diuinus, atque vo-
luntas: sunt sane realiter eadem, in suisque rationibus for-
maliter infinitæ, quorum actus sunt perfectissimi in substan-
tia; non sicut creaturæ, cuius actus sunt accidentia. insuper,
propter ipsorum fortassis rationes, non ob consubstantia-
3. litatem, productiua nominentur. Ad 3. Neg. similitudo, cum
huiusmodi actus idem simpliciter sint essentiæ diuinæ, ean-
demque possideant in essendo dignitatem: ex seipsis namque
subsistunt, etiam infinite formaliter. intellectus autem, & vo-
luntas in nobis, non ita adæquantur animæ essentiæ, quia
profecto ipsorum operationes, & actus, accidentia sunt: ideo
4. virtutem non habent communicandæ naturæ. Ad 4. In di-
uinis, illud, quod in essendo alia continet, non est præcise
principium naturam communicandi; nisi vicem habuerit
Memoria fœcunda. obiecti cum potentia intellectiua tunc plane, quasi è duobus
memoriam vnam integrantibus, principium integrant co-
municandæ naturæ, ipse certe prior [illegible] quod, vt potenti-
am, & obiectum, quod, vel circa quod sua fœcunditate com-
plectitur, gignitque verbum perfectissimum. Patet ergo,
quomodo illud primum, quod est principium generandi, sit
5. intelligendum. Ad 5. Neg. maior, nam & si ad extra per tales
operationes producetur nihil; ad intra tamen, tum in intel-
lectu, tum etiam in voluntate, habitus generantur. Verum
præterea intelligentiam, per actum intelligendi ad extra, al-
teram producere, Auicenna consentissime docet. Ad con-
firm. negatur consequentia, voluntas enim, non est conce-
ptiua potentia, sicut intellectus: ad sensum etiam non spe-
ctat, quemadmodum ad intellectum, suum sibi obiectum
6. formare. Ad 6. Actio illa, quæ est ad terminum, nequit sine
termino intelligi: verbum autem, quoniam terminus est in-
trinsecus, vlterius non eget actione. Sed dicis, verbum est
Obiectio. Soluta. principium cognitionis obiecti, ergo non est eius terminus.
Resp. non esse cognitionis obiecti principium, illius nempe
actus, quo obiectum cognoscitur, sed rationem potius obie-
7. cti cognoscendi. Ad 7. Neg. conseq. quamuis enim, essentia
Essentia nō generat. diuina non generet, neque generetur; eadem tamen realiter
1. est cum generante, & genito: propterea non opus est in di-
uinis quaternitatem intelligi. Porro essentiam generari, aut
generare, omnino impossibile est. Sane, vbicunque est prin-
cipium vnum naturale, eius certe rationis, nisi passiuorum
difformitas obsistat, producibilia producit. Si ergo essentia
diuina est totale principium producendi, quoniam in diui-
nis ex parte passiui nulla potest esse difformitas, eiusdem pro-
fecto rationis & filium, & spiritum sanctum productura es-
set, seu produxisset: atque ita spiritus sanctus esset genitus, fi-
2. lius, & verbum. Amplius, genitum, esse accipere simpliciter
per generationem, constat: terminatur enim ad esse simpli-
citer ipsa generatio. sed diuina essentia, non accipit esse sim-
pliciter, nisi quia suppositis communicatur accipientibus:
3. igitur non generat, neque generatur. Ad hæc, genitum non
4. est ratio essendi ipsi generandi: sed diuina essentia est ratio
essendi ipsi generandi in diuinis: non ergo est genita. Præter-
ea, vbi eadem extrema prorsus sunt, ibi eadem est habitudo;
relationes enim à fundamentis, & terminis distinguuntur. si
ergo vtriusque emanationis terminus, diuina esset essentia;
non duæ, sed vna esset emanatio, quandoquidem vnus vtri-
5. usque esset terminus, diuina scilicet essentia. Illud præterea
quod generat, à genito realiter distinguitur, siquidem nulla
certe res seipsam gignit, vt m. sed essentia diuina, realiter à
6. seipsa non distinguitur. ergo &c. Item, sicut iste est falsa, hu-
manitas currit, ita etiam, secundum formalem ipsius ratio-
7. nem, ista est falsa. essentia generet. Verbum namque actiuum
seu passiuum, quod plane rem, per modum adiacentis sup-
posito enunciat, de forma, vltima plane abstractione, abstra-
cta nequaquam prædicatur. sed essentia diuina est huiusmo-
di, Ergo &c. Ex his igitur atque similibus patet, diuinam es-
8. sentiam non esse totale principium generandi. Ad 8. Essen-
tia est pater, est prædicatio identica, non formalis: generare
vero formalis est, atque denominatiua. quam ob causam
non sequitur, essentia est pater, & pater generat, ergo essentia
9. generat. Ad 9. negetur minor adiectiue, substantiue vero
conceditur: aut clarius, conceditur identice, negatur au-

De filij Dei generatione.

tem formaliter. essentia est pater filij identice, vtpote exi-
stens ille, qui est pater, non autem formaliter, alioqui verum
esset dicere essentia generat. Ad 10. dictum est in diuinis, es-
sentiam identice à personis non distingui, neque identicam
10. diuersam habere proprietatem; distingui vero formaliter:
nam si penitus idem esset, & generans diceretur, & genita,
quod supra improbatum est. Ex quo patet, diuinam essenti-
am non esse totale verbi ... principium.

CAP. IV.

Argumenta quibus ostenditur, verbum in diuinis nomen esse substantiale non personale.

1. *Qualibet persona dicit.* SI solus pater diceret in diuinis; tunc aliæ profecto
personæ non dicerent: sed hoc est falsum: ergo &
antecedens. Quælibet namque persone, & aliam di-
cit personam, de qua loquitur, & creaturam. Sancto
sane spiritui, idem est dicere, & cogitando rem intueri. Por-
ro hoc tribus est commune: essentialiter ergo & non perso-
2. naliter in diuinis verbum dicitur. Amplius, verbum, actus
intelligendi, ab intelligente quandam profecto emanatio-
nem significat: sed quælibet certe diuina persona, intelli-
gens est, habensque intellectionem: igitur quælibet verbum
gignit. Tria ergo sunt verba, & non vnum, vel si vnum esse
volueris, tribus arit commune. Verbum ergo non est pro-
3. prium, sed appropiatum filij in diuinis. Item, quemadmo-
dum pater est intelligens, & filius est intelligens, atque spiri-
tus sanctus, ita certe pater est dicens, atque similiter eorum
quilibet: ergo, verbum in diuinis, essentialiter dicitur, & non
4. personaliter. Ad hæc, quicunque intelligit, dum certe intelli-
git, verbum concipit: sed filius intelligit: ergo ipsius est ali-
Verbo virtutis suæ. quod verbum, atque ita esset verbum verbi. patet autem per
illud Apostoli *ad Hebr. 1. Portans*, inquit, *omnia verbo virtutis suæ.*
Spiritus sanctus verbum filij. quam plane scripturam Basilius sic exposuit, vt spiritum san-
ctum, filij verbum dicere non vereretur. Item, vnius consti-
5. tutiui esse, vnum reuera est formale constitutiuum: sed filia-
6. tio, genitæ est constitutiua personæ, Augustino authore, de
fide ad Petrum cap. 2. non ergo verbum. Eiusdem sane pro-
prietatis esse non videntur, filius, & verbum: non enim om-
nis filius, verbum est, nec omne verbum est filius. Præterea,
Aug. 9. Trin. c. 10. & 5. verbum est secundum August. cum amore notitia: sed hæ
sunt essentialia: igitur verbum in diuinis essentiale nomen
est, & non genitæ personæ proprium.

CAP. V.

Soluuntur argumenta.

AD primum: quælibet persona in diuinis dicit, id est,
intelligit verbum, & dicit verbo, hoc est, intelligit in
verbo: omnia enim pater in seipso nouit, & in ver-
bo obiectiue, similiter & spiritus sanctus: sed non
quælibet persona dicit, id est, gignit verbum, nisi solus pater.
Sane, quod dicit realem emanationem in diuinis ab alio per
memoriam, alicui necesse est conuenire personæ. sed ver-
bum est aliquid, à memoria paterna, veluti à principio reali-
ter emanans, vtpote partus mentis realis: igitur iste modus
Declarare duplex. dicendi, patri tantum conuenit, atque ipsius est notionale. So-
lus etiam pater dicit verbo, id est, declarat verbo producto,
idque effectiue, atque productiue. aliquid enim declarare,
bifariam potest intelligi: vno quidem modo formaliter, seu
per modum formæ; veluti id cuius est, imaginem declarare
dicimus; atque ita verbum, character patris à Paulo voca-
Dicere multiplex. tur, alio vero modo effectiue productiueque, vt pictor ima-
ginis, ipsum declarat imaginem. Quo plane modo, ver-
1. bum à patre declarari profitemur. Itaque pater in diuinis
propriissime & dicit verbum, & verbo. Dicere namque in
diuinis, interdum idem est, ac intelligere: proinde non vo-
camus tres, sed vnum intelligentem; neque tres, sed vnum
dicentem, & cogitando rem intuentem. Huiusmodi autem
dicere, tribus est commune, ideo essentiale, & non persona-
le nomen est dicendum. Aliquando, de agendis signet impe-
2. rium, vt est illud: Ipse dixit, & facta sunt. nonnunquam quod
3. est declarabile, manifestat; sicque quælibet persona, sei-
4. psam declaret, & agendorum habet imperium. Ad hæc, idem
5. est, quod eam dicere, id est, declarare, à quo habet emanan-
di principium, soli que filio tribuitur. Interim dicere, est pro-
ducere verbum, partum mentis, propriamque imaginem:
6. qui profecto modus propriissimus cum sit, patri tantummo-
Pater dicit verbo. do conuenire, dubium non est. Postremo, est aliud verbo
producto declarare. patet igitur hoc modo dicit verbo.
quemadmodum enim verbum declarat formaliter omnia;
ita plane, pater suo verbo producto, cuius est productiuus,
principatiue etiam declarat omnia: non identice autem, aut
formaliter. & vt clarius dicam: pater dicit verbo, hoc est,
Verbi duplex respectum. est principium producens verbum declaratiuum. Verbum
certe diuinum, vnum habet ad patrem mutuum, atque rea-
lem respectum; alterum vero, ad alia, quæ manifestat, atque
declarat, essentiam scilicet vt primum obiectum, personas,
atque creaturas. Porro huiusmodi verbi respectus, rationis
potius est, quam realis. quippe cum declaratiui, seu declara-
tionis nomine significetur. Primus itaque respectus, est in-
trinsecus verbi, quoad patrem dicentem refertur: idem e-
nim est, quod verbatio passiua, aut filiatio. Ex suo igitur prin-
cipali hunc tantum respectum complectitur. Habet etiam ad
intra rationis respectum, vtpote patris declaratiuum, à quo
est, & sui ipsius, quod est ab ipso. qui plane rationis respectus,
licet verbi proprij sint, ad ipsius tamen quidditatiuum con-
ceptum non pertinent. Insuper ad creaturas respectum ha-
6. de Trin. 83. quæst. bere dicitur, quatenus, teste August. ars nominatur omnipo-
tentis Dei, plena rationibus omnium viuentium. Logos e-
Logos. nim melius per factum interpretatur, quam per rationem; vt
significetur certe, non solum ad patrem respectus; sed ad ea
quoque, quæ per verbum facta sunt operatiua potentia.
Connotat ergo verbum, ad creaturas, sibi appropiatum re-
spectum. Cæterum ars in diuinis absolute accepta, tribus est
Ars in diuinis est verbum Dei. attributa personis: filio tamen proprius conuenit. Ars vero
producta, & filio communis est, & spiritui sancto: sed per
memoriam productam, ita filio conuenire dicimus, sicuti
improductam, patri, & sancto spiritui per voluntatem pro-
ductam. Itaque verbum ad creaturas respectum profert:
Deus siquidem, dum se cognoscit, omnem prorsus creatu-
ram cognoscit, idque vno actu; propterea vnicum habet ver-
bum, quod, non solum patris est expressiuum, sed omnium
Pater in diuinis propriè dicit verbum, & verbo. prorsus creaturarum. Ipsum quippe in mente conceptum,
eorum sane omnium est repræsentatiuum, quæ mẽte diuina
intelliguntur. vnde, quẽadmodũ Dei scientia, ipsius quidẽ Dei
est cognoscitiua tñ, creaturarũ vero, & cognoscitiua, & facti-
ua, ita plane, Dei verbũ, eius, q est in patre, expressiuum est:
2. creaturarum autem, expressiuum, pariterque operatiuum.
Quare ergo solus pater in diuinis dicat verbum, & verbo,
hæc puto debere sufficere. Ad 2. ista non est formalis, ver-
bum est intellectio producta, sicut nec ista, verbum est es-
Actualis intellectio est verbũ. sentia, aut voluntas: sed bene est identica: abstractum enim
non prædicatur de concreto formaliter: Non incongrue ta-
men per appropiationem, non autem per proprietatem a-
ctualis intellectio nominatur. nam, sicut quælibet persona
est identice essentia; ita quoque est identice notitia. Deinde,
quæ ad intellectum pertinent, filio appropiantur omnia: de-
nique suæ emanationis modus, notitiam exprimit actualem,
per actum dicendi productam. maior ergo neg. si formaliter
intelligatur, & conceditur identice, sed tunc ad rem non
pertinet. Ad 3. Sicut in diuinis proprie loquendo, verbum 3.
dicitur personaliter, & non essentialiter; ita quoque & dice-
ra proinde, sicut tribus verbum non est commune; sic, neque
verum est dicere, tres esse formaliter vnum dicentem. Ad
4. eo modo, filium intelligentem vocemus, quo etiam Deũ 4.
esse dicimus: intelligere enim in diuinis essentialiter dici-
Verbum, id est imperium virtutis. tur. Sicut ergo filius, Deus est genitus, & non generans; ita
certe est intelligens, non verbum producens; sed verbum
procedens. Illud autem Apost. pro effectu imperioque vir-
tutis, recte, vereque intelligitur. Basilius vero figurate loqui-
Spiritus sanctus dicitur verbum filij. tur, vtpote verbum filij, quia manifestat filium. sic alicuius
verbum nominatur, quod illius profecto manifestatiuum
esse videtur. Ad 5. illud August. paulo ante dilucidatum
est. Porro verbum in diuinis, non est qualiscunque notitia, 5.
qualitercunque producta; sed ea duntaxat, quæ à memoria
paterna, per productionem realem producitur. Igitur Au-
gust. inibi circumloquendo, nostri insinuat verbi naturam:
amor enim imperat intellectui verbi generationem: ideo ad
verbum formandum, pariendumque dominium habere vi-
detur. hoc autem contingit, quia intellectus ex se efficacior
non est, ad partum verbi proferendum, idcirco voluntate
Obiectio indiget impellente. Verum, Deo hæc nequaquam conue-
niunt: quam ob causam, verbum habet æternum, simplex,
atque perfectum. Sed *dices*: omne dicens verbum formaliter,
per verbum intelligit: sed pater non intelligit formaliter per
Respon. verbum, alioqui haberet à filio esse intelligendi: ergo. *Neg.*
maior: cum enim eandem cum dicente verbum essentiam
habeat; profecto dicendi ratio formalis, non erit dicenti:
non per essentiam quidem, quæ prior est in dicente, saltem
prioritate originis, aut rationis. ex quo patrem formaliter nõ
intelligere per filium, satis patet. Ad 6 non sunt duæ, sed vna 6.
tantum-

De filij Dei generatione.

tantummodo proprietas: filius enim, & verbum, vt dictum
est, eandem relationem significant, licet alia connotent. Vna
sane, eademque personalis proprietas, cum esset reamplis-
sima, diuersis nominibus significatur. vnum enim nomen
Filius imago, splēdor, verbum.
inueniri non potuit, quo illa complecteremur omnia: ideo
filius dictus est, vtpote patri connaturalis, splendor, eidem
coæternus, imago, illi similis, verbum, quia immaterialiter
genitum, & patris est expressiuum. Itaque filius naturam
connotat viuentem in communi: verbum vero notitiam a-
ctualem, & expressam.

CAP. VI.

Argumenta, quæ nituntur probare, verbum non esse notitiam seu intellectionem actualem.

Aug. 9. Trin. c. vlt.
1. VErbum est aliquid genitum à memoria, authore
Aug. Sed intellectio non potest esse genita, quia a-
ctio non gignitur, sed est, qua aliquid gignitur:
actionis vero non est actio, imo est actio manens.
verbum ergo aliquid est formatum præter actum intelli-
2. gendi. Iterum, terminus operationis intellectualis, non est
intellectio: sed verbum est terminus: igitur non est intelle-
3. ctio. Item non videtur, quod verbum diuinum sit intelle-
ctio actualis, quod certe ita probari potest: intelligere non
est actio, entis quidem realis productiue, vt 9. met. dicitur:
sunt enim operationes huiusmodi fines, vt primus testatur
æthicorum liber. nihil ergo reale per actum intellectus pro-
4. ducitur. Si verbum ergo diuinum sit actualis intellectio,
Verbum non est species intelligibilis.
non reale, sed ens erit rationis: quod profecto impium
est dicere; Item, si verbum est intellectio actualis, ergo ali-
quid est, quod ad intellectum pertinet. sed ad intellectum
nullo modo pertinet: igitur non est actualis intellectio. ete-
nim species profecto esset, vel habitus, aut actus, vel obie-
ctum, denique vel aliquis rationis respectus, aliquod illo-
rum consequens Porro speciem non esse intelligibilem, cla-
1. rissimum est: illa namque ex phantasmate consurgit, quæ
2. sane, quoniam imperfectionem sonat, in diuino plane in-
3. tellecto non est statuēda. Illud præterea est verbū intellectus,
4. q̄ per suum quidē actū intellectus dicit. sed intellectus, specie͂
5. intelligibilem non dicit, cū sit præuia actui: igitur species non
est verbum. Adhuc, quod est res intellecta in actu, non est
species intelligibilis: in eo namque consistere potest, qui actu
non intelligit: verbum autem non est, nisi actu intelligatur:
ergo. Insuper, species est ab intellectu agente, verbum au-
6. tem ab intellectu possibili: species quoque & actus reflexe,
verbum autem ab intellectu directe cognoscitur Adhuc, in-
tellectionis intrinsecæ terminus, verbum est, in quo cogno-
scitur natura ad extra: species autem & actus non sunt ter-
mini intellectionis: verbum ergo non esse speciem, clare pa-
tet. Sed dices: imago in cogitatione, verbum est hominis: sed
imago est species: ergo species est verbum. verū imago pro
ipsa notitia actuali intelligitur, vnde aliquando cogitatio
Verbum non est habitus.
verbum appellatur, improprie tamen. Verbum præterea
non est habitus, vtpote qui perpetuo in actu non permanet.
Quod si dixeris verbū esse notitiā, seu intellectionem im-
pressam declaratiuam, essentia enim diuina, velut obiectum,
simplicem paterno notitiam intellectui imprimit, qua pro-
fecto fœcundus effectus, ratio est producendi actiua, notiti-
am genitam: conuertit se namque nudus intellectus, ad in-
tellectum simplici formatum notitia obiectum, actumque
intelligendi: atque ita partu suo, generat notitiam declarati-
Notitia impressa.
uam, id est, verbum. hoc quoque dubitatione non vacat: In
actu enim puro nihil est positiuum: sed diuina natura est
1. actus purus: nihil ergo positiuum ibi est collocandum nec
habes effugiendi locum, vtpote, quia modus est intelligendi,
2. qui nihil positiuum addit, nam verbi generationem quæri-
mus realem. Item, per impressionem nulla forma subsistens
3. producitur: sed verbum diuinum est forma simplex subsi-
Filius non est notitia impressa.
stens: Ergo &c. Adhuc; intellectus conuersio, ad intellectum
formatum est sane aliqua actio, quæ necessario alicui est tri-
buenda supposito: filij autem supposito non conuenit, alio-
qui origine seipso prior inueniretur, neque etiam patris: er-
go nullius. Cuius namque est intellectus nudus formaliter:
eiusdem plane est omne illud, quod sibi per illam conuer-
sionem imprimitur. sed intellectus, vt conuertitur, & for-
matur, est patris. eiusdem ergo erit notitia, qua formatur. sed
quicquid est in patre, vt pater est, ingenitum est, atque ita ver-
bum est notitia ingenita. aut si dixeris esse genitam, tunc sane
pater esset sapiens sapientia genita; quod certe à veritate lon-
ge dissentit: pater enim esset genitus: & ita in Sabellij hære-
4. sim incideremus, qui personarum in diuinis distinctionem
negauit. Amplius, in diuinis illa conuersio, non est potentia,
sed intellectus potius, neque actio; esset enim notitia, essen-
tiali omnino posterior, quæ verbum appellatur, atque ita ver-
bum esset prius verbo. neque actio, quæ est dicere; quando-
quidem verbo priorem esse nonnulli reputant. Denique
non est potentiæ determinatio, aut dispositio: intellectus re-
uera in diuinis, indispositus, suo determinatus esse non po-
test: frustra igitur ponitur talis impressio, atque conuersio.
Verbum non est actus.
Adhuc, verbum non est actus intellectus. Omnis enim actus
intellectus, vt intellectus, est communis tribus: sed
verbum non est commune tribus: igitur non est actus intel-
lectus. Itē, aut est actus dicendi, aut intelligendi, aut ambo si-
1. mul. non ambo simul, alioqui verbum non esset vnum. sed
2. plura: actus sane dicendi est in prædicamento relationis: in-
telligendi vero in prædicamento qualitatis. neque actus in-
telligendi, cum omnibus sit diuinis certe communis perso-
nis; atque ita singulæ, verbum dicerentur. neque actus dicen-
di: est namque ingenitus, vtpote in patris intellectu consi-
stens. quicquid autem est ita in patre, ingenitum est, nisi velis
personarum distinctionem confundere; sed verbum est ge-
nitum: ergo non est actus. Item, verbum est terminus intel-
3. lectionis: sed actus non est terminus intellectionis: ergo a-
4. ctus non est verbum. Præterea, aut est actus, alius ab actu pa-
tris, quod sane dicendum non est, aut est idem patris actus.
tunc quæro, an sit intelligendi, aut dicendi actus. si intelligen-
Verbum non est obiectum.
di, igitur verbum causa est, ob quam pater formaliter verbū
intelligit, quod supra negauimus. aut dicendi; sed omne di-
cens verbum, formaliter per verbum intelligit: in eandem
1. ergo absurditatis foueam incideremus, si verbum, actum es-
2. se dixerimus. Item, verbum non est obiectum. Obiectum
3. reuera in diuinis, est diuina essentia, quæ tribus est commu-
4. nis personis: sed verbum formaliter vnius est personæ, nem-
pe filij: igitur verbum non est obiectum. Insuper, obiectum
non fit per intellectum: sed verbum sine intellectus opera-
tione non est: ergo non est obiectum. Item obiectum
& verbum non sunt idem formaliter: ergo &c. Præterea, ve
diximus, pater esset verbum, & spiritus sanctus quoque, qui
sunt certe obiecta formaliter distincta. non autem identice,
id est, ratione diuinæ essentiæ, quæ sane, quoniam vna est in
omnibus diuinis trinitatis personis, de verbo formaliter nō
Verbum non est respectus rationis.
dicitur. Amplius, verbum esse non potest rationis respectus,
cum sit summum ens. Quare si non est species, habitus, vel a-
ctus, aut obiectum, neque rationis aliquis respectus satis pa-
tet, nullo modo, intellectionem, seu notitiam esse actualem.
5. Denique, actus primus in patre, est principium productiuum.
nam licet in patre concurrant memoria, intelligentia, atque
voluntas. pater tamen, intelligentia vt quo formaliter ver-
Aug. 15. Trin. c. 7. vel 15.
bum non gignit, sed memoria, authore August. hoc est, vt in
actu memoriæ existit; quod tunc vere est, quando obiectum
intelligibile ipsius intellectui adest, appellaturque actus pri-
mus, secundus vero, actu intelligere. Sed secundus actus non
est principium productiuum: igitur intellectio, vt est patris
operatio, verbi diuini ratio formalis, ac productiua non di-
citur. perfectarum sane est operationum fines esse, non ali-
quorum gratia finium fieri. actus ergo primus, cuius virtute
illa elicitur operatio, verbi diuini principium est producti-
6. uum. Item, si verbum est formaliter ab actuali patris intelle-
ctione distinctum, tunc in patre erunt duo verba, nempe in-
telligentiæ vnum, memoriæ vero alterum. obiectum enim,
patris præsens intellectui, natum est immediatius verbum
gignere, quam actus intelligendi. Sed conseq. est falsum, er-
go, & anteced. Sane, illius immediatius verbum esse dicen-
dum est, à quo certe immediatius exprimitur: sed immedia-
tius ab essentia exprimitur: igitur actualis paterni intellectus
7. notitia, non est verbi ratio elicitiua; alioqui tam intellectio-
nis paternæ, quam essentiæ patris verbū diceretur. sed tunc
profecto in eandem rursus impietatis absurditatem prorū-
endum esset, scilicet, vt vnum sit verbum essentiæ patris im-
mediate declaratiuum, intelligentiæ vero alterum. Si præ-
8. terea verbum est actualis intellectio; patris erit, & non alte-
rius. sed verbum est notitia genita: actualis ergo illa notitia
esset genita atque producta: non vtiam cognita, sed omni
cognitione prior; alioqui processus in infinitum daretur, a-
ctus scilicet intellectus ante actum intelligendi. sed tunc ma-
gna hæresis exurget, vt dicamus, patrem sine cognitione,
verbum diuinum genuisse. Adhuc, actualis illa cognitio, à
9. diuina, vt aiunt, essentia producta, alterius non est dicenda
rationis; quia nimirum in patre est, vt in producente, & in
verbo, vt producta. nisi velis dicere, deitatem, alterius esse
in patre rationis, vtpote ab alio esse non habentem, & in filio à
patre procedente, quod certe hæreticum est. Pater ergo in
diuinis verbum esset: actualis enim notitia, quam filium esse
dicunt, eiusdem est in ambobus rationis: quæ autem eius [illegible]

De filij Dei generatione.
funt rationis, formaliter ab ioqiaem dissentire non viden-
tur: Itaq; ex his, quæ dicta sunt, filium sau verbum diuinum,
ex actu paterni intellactus non asse genitum, omnino claru
asse constat. Superest autem ounc arguere: si hæc ita sa habe-
ani, in hoc absurdum asse deueniendum, vt patrem nec actu *Verbum non esse productum ex actu memoriæ.*
memoriæ quidem, verbum gignere dicamus: pater enim in
actu primo, sicut est operatiuus tantum; in secundo vero for-
maliter intelligit, ita etiam in eadem memoria, in actu primo
1. est productiuus, in secundo vero produeit notitiam geni-
2. tam. Quare si actu intelligentiæ verbum non gignit: nec et-
iam memoriæ: vterque enim actus, est secundus; ideo simila
de vtroque est babendum iudicium. Item, verbum, authore
3. August. visio est de visiona. actualis ergo notitia, est ratio gi- *Aug. 15. Trin. c. 13. vel 37.*
gnēdi verbum. Iterum, intelligen oa est in patre, sub propriæ
aerte intalligentiæ ratione: sed huiusmodi, aum propris sit
intelligentiæ perfactio, verbum esse constat. verbum ar-
go est patris intelligentia, quatenus patar est. quam ob
caosam, aut verbum à patre noo est ganitum, aut per intelle-
ctum prodoctum esse, dicendum est.

CAP. VII.

Soluuntur argumenta.

Verbum quot modis accipitur.
VErbum in nobi: ast quod voce profertur: in voce
autem duo inueniuntur, ipsa scilicet vox, atq; eius-
dem significatio vocis. Vox enim taste philos. in-
tellectus conceptum significat. iterum, ex imagina-
tiooe significationeque proficiscitur, vt in lib. de aoima dici-
tur. ex quo apparet, vocem non significatiuam, verbum dici
non posse. etenim vox exterior, ideo verbum dicitur, quia
1. reuera interiorem significat conceptum mentis. Igitur inta-
2. rior mentis conceptus, propria verbum appellatur: deinde
3. vox ipsius significatiua concaptus: tertio ipsa vocis imagi-
natio, verbum dicitur imaginatom. Non temere ergo Da- *Quid verbum secundum Damasc. lib. 1. c. 27.*
masc. ita pbilosophatur. *Verbum, inquit, est naturalis intellectus motus, secundum quem mouetur, & intelligit, & cogitat, veluti lux & splendor:* propriam aerte verbi indolem intimauit. Rursus,
tertiam innuit, cum dicit: *Verbum est, quod non verbo profertur; sed in corde prenunciatur.* Vltimum vero, *verbum est angelus, id est nuntius intelligentiæ.* Postremo, verbum sub quadam figura
aacipitur, est autem significatum enunciantis atque impe- *Verbum in diuinis.*
rantis. Cæterum verbum in diuinis, conceprum significat
intellectus, 15. *de Trinit. Quisquis potest,* inquit August. *intelligere verbum non solum antequam sanet, aut sonorum eius aliqua imagines inuoluantur; iam potest aliquam verbi illius similitudinem intelligere, de quo dictum est: In principio erat verbum.* cooceptus au-
tam cordis, ex sui natura, ab alio procedit: verbū igitur in di-
uinis, significat aliquid ab alio procadens, atque emanans.
Porro intelligere ita se habet ad intellectum in actu, sicut es-
se ad ens in actu: non enim intelligere, actionem ab intelli-
gente significat exeuntem; sed in intelligente manentem.
Cum argo verbum in diuinis notitia dicatur, noo sane actus *Verbum est sapientia genita.*
aut babitus intelligitur, intellectus cognoscentis; sad id pla-
ne, quod intellectus concipit cognoscendo. quam ob cau-
sam August. sapientiam genitam, verbum asse dicit, quæ pro-
fecto ipsa est conceptus sapientis: pari quoqua modo notitia
geoita nominatur. aogitatio autem poprie non dicitur: in
inquisitione enim veritatis consistit, quæ in Deum noo cadit.
nam cum intellectus ad formam veritatis peruenerit, non
cogitat, sad contemplatur. Itaque, varbum diuinum est no- *Verbum diuinum est notitia genita.*
titia genita, à patre procedeos: intellectus siquidem parfe-
ctus in patre, qoatanus potantia est operatiua, obiectum na-
tus est intelligere, quaotum certe intelligibile est: quantæ
vero notitiæ genitæ potantia est productiua; tantæ profecto
notitiæ, quanta potast esse obiecti, principium est producti-
uum. Quoniam ergo iotellectus in patre ast parfectissimus,
vtpote non reducibilis ad aliquod se perfectius; obiectum
quoque infinitum intelligibile, noctiam absque dubio pro-
duxit infinitam, id est verbum suum. Porro actus ille pri- *Notitia infinita.*
mus, qui est operatiuus & prodoctiuus, suppositum in actu
sacundo, ratio est perficiendi, qui plane operatio nominatur,
prior sane intelligibilis, quam id qood producitur. quemad-
modum enim, si quis dixerit, aliquam in luminoso opera-
tionem lucem esse: illuminare autem, luminis productio-
nem à luminoso, lux sine dubio in luminoso esset principi-
um quo; tum ex parte operationis, quæ est lucara; tum etiam
ex parte prodoctionis, quæ est illuminare. lucata tamē, quod
ast operatio illuminationis, quæ est prodoctio, causa non est
dicenda formalis. ordo nihilominus ibi inuenitur, quasi ef- *Intelligere & dicere in Patre*
factiuum, ad eandem plane causam communam ordinato-
rum, à qua vnus immediatius, quam alius procedit effe-

ctus. Ita sane de verbi diuini generationa est intelligan- *De filij Dei generatione.*
dum: siquidam actus primus, qui paternæ est memoriæ, ad
intelligere, qood est patris operatio, & dicere, quod est noti-
tiam genitam producera; habera videtur ordinem prioritа-
tis, originis saltem: quamuis intelligere patris, non sit verbi *Immediatius est intelligere quam dicere.*
dicendi principium effectiuum, est tamen immediatius in-
telligere; quasi à mamoris patris productum; quam dicere,
vel quam verbum sit ab eodem productum: pater enim non
generat filium, effectiua intellectione intelligens; intellectio
namque actus est immanans, qui ad aliquod per eam pro- 1.
ductum non terminatur: intelligare praeterea, ast essentiale, 2.
generare vero personale; sed essentialia, personalis præca- 3.
dunt: genuit tamen filium intellectu, & concomitante, &
aliciante; tum quia in diuinis omnia sunt coæterna; tum at-
iam, quia verbum non est, nisi à dicente. Vnde, sicut Sol na-
turæ perfectione, Lunam antecellit, sine luna vero, nun-
quam constitit; ita plane pater sina filio nunquam fuit: filios
autem in primo originis signo, quod non ab alio, sed à sa assa
habet, extitit nunquam: verum tamen est, patrē prius filium
ganerare, quam intalligera: idem enim est generare, & pa-
trem asse: siquidem generatio, patrem in esse personali con-
stituit. Porro prius est patrem esse, quam patrem intelligere
filium: sed intellectio simpliciter prior ast, in patra vero,
quatenus parer est, est postarior. Pater in primo signo origi-
nis intelligit filium, hoc enim habet à se: filius vero in sacun-
do signo generatur, vtpote à patre babens asse. Quara pater *Obiectiones.*
prius intelligit filium, quam filius generetur. Sed dicet ali-
quis, eadem intellectione intalligitur assentia, & filius: sed as- 1.
senna est prior illa intellectiona: ergo & filius. Item: quod 2.
non est, videri non potest: anta ergo generationem filij, pa- 3.
ter filium vidara noo potest. Adbuc nulla carte intellectio,
suo præcooeipitur obiecto: sed filij genaratio est obiectum
intellectionis: ante ergo ipsius generationem, parer naquit
filium intelligere. Resp. maior est vera, dum modo noo æ- *Responsio.*
que primo intelligatur. Ad 2. illud quod non est, simpliciter 1.
videri non potest, bene quidem, quod pro aliqoo signo oon 2.
est, simpliciter tamen est. Ad 3. antecedens verum essa dici- 3.
mus de obiecto primario, oon autem de secundario, cuius-
modi, quoad personalem relationam verbum essa dicimus. *Verbum esse actualem intellectionem.*
His ita excussis, facilior ad argumenta patebit responsio. Ad
primum: concedimus verbum in diuinis mentis prolem es-
se, atque notitiam ganitam. productionem vero, actualam
intellectionem non esse exeuntem, sed in intalligente ma- *Solutio primi argumenti.*
nentem esse dicimus. Porro illa actualis intellectio, non est
actio de genere actionis, scilicet transeuntis; sed qualitas
quædam, vt ita loquar, illius actionis imitatrix, veluti est di-
aare: hæc certe semper requirit, suæ causæ præsentiam, quasi
continue influentis. sic patar perpetuo filium generat. vnde,
quamuis actus intelligendi, quia est immanens, non
sit operatiuus, seu productiuus; bene tamen ast actus di-
ceodi: dixi enim patrem in primo signo filium non gi-
goere, sed in secundo; actumque intelligendi, actus
dicendi, causam non esse, nec vnum sine altero consi-
steta; sad ordine quodam, si licaat dicera, dignitatis actum
intelligendi, præcadere actum dicendi. Quaodo ergo dicis,
intellectio non est actus productiuus; hoc idem etiam ego *Verbum est perpetua emanatio.*
confiteor: sed actu dicendi, qui profecto quædam est ema-
natio à dicente, quam verbum genitum esse dico: hæc au-
tem quoniam quotidie à patre fluit, non transit, aut tempore
interrumpitur aliquo, sed perpetuo tempota, aut æternali-
ter à [illegible] in verbum, imo ipsum verbum, absque vlla motæ
interpollatione producitur. hanc ob causam actus non dici-
tur transiens, neque indem actio, aut habitus, vel aliquid hu-
iusmodi, quæ apud nos in vsu habentur; sed perpetua quæ-
dam à patre fluens emanatio. Sed dicet aliquis: patris in- [illegible] *Obiectio*
ctio, est verbi generatio: dicere enim, quod est verbum gi- *Responsio*
gnere, actus est intellectus, vnde quoddam est intelligere. V-
nius plane potentiæ vnus est actus: nam, teste philos. 2. *de an.*
potentiæ distinguuntur per actus. sed vt diximus, intelligere
est perfectio simpliciter, non autem dicere ergo. Item: in-
telligere cum sit patris operatio, obiectum quasi præsuppo-
situm habet: dicere vero, quia verbi est generatio, terminū
per eam productum est, id est, verbum. Ad illud autem phi-
los. ita respond. actum seu actionem, interdum immanen-
tem significare actionem, quæ in fieri magis, quam in facto
consistit, semperque habet alicuius intelligibilis respectum,
quam profecto in diuinis intallectiooem vocamus: aliquan-
do varo, actus amaoationem denotat, cui correspondet in
diuinis actus dicendi. Vnus ergo actus cum hæc duo com- *Vnus & idem actus non potest esse diuersarum potentiarum.*
plectatur, recte vni tribuitur potentiæ, vel sic intellige: vnum
eundemque actum diuersarum potentiarum esse non posse,
vnius varo potentiæ actus plures. Hæc certe quæ diximus, ad
soluendas reliquorum obscuritates argumentorum, paucis

exce-

De filij Dei generatione.

exceptis, sufficere arbitror. Ad illud autem quod de memoria, atq; intelligentia obiiciebatur, respondeo: quamuis memoria, & intelligentia patris, realiter non differant, tanta nihilominus inter illa differantia elucescit; vt illorum alterũ, productionis sit principium productiuum, alterum vero minime. Dicet, quod vterque est actus secundus. Respõdeo: hanc esse præpositionem per se; operatio, quatanus est operatio, non est productiua: sunt enim operationes fines perfectionesque operantis: productio autem, quatenus est productio, non est perfectio producentis, sed esse habentis productum, non formaliter inclusum in producentis persona. Actus igitur secundus, quo pater intelligit, seu operatur, formaliter non producit: intelligere siquidem ex sua quidem ratione, operationem & productionem in patre nõ significat; dicere vero actum producendi denotat. Ad 2. filius est visio de visione, id est, actus secundus, natus ex actu primo. Dicis, proprius actus intelligentiæ, est verbum. Minime, natura enim verbi est, vt sit notitia genita. Sed iterum instas, si notitia fuerit declaratiua, sufficit. Nequaquam, si relationem rationis intellexeris, vtpote intelligibilis ad intellectum. talis enim relatio est actualis notitiæ, patris declaratiuæ, qua profecto pater formaliter intelligit, ad habitualem notitiam patris, vt est scilicet memoria: ita quod obiectum patris paterno intellectui, æque perfecte per notitiam patris actualem declaratur, ac per actualem notitiam, quæ est filius: notitia n. actualis in patre, verbum nõ dicitur; quicquid n. in patre est formaliter, ingenitum esse, necessarium est. filius ergo in diuinis est visio de visione, seu notitia de notitia id est actus secundus, qui est visio, scientia, fortitudo, &c. de patris memoria fœcunda emanans, atque procedens. Quomodo autem verbum diuinum sit actualis intellectio, dictum est.

Operatio & productio.

Visio de visione filius dicitur.

Notitia actualis in patre non est verbum.

QVÆSTIO SEXTA.

CAP. I.

Verbum diuinum ex patris substantia gignitur, non quasi ex materia, sed ex formali potius consubstantiali.

Verba Mercurij.

MEntis (inquit) *germen est verbum lucidum*: germen quippe ex radicis substantia exurgit, illius & naturæ conditionem secum adducens, & formæ similitudinem. Sic itaque verbum lucidum, mentis paternæ est germen, proculdubio ex mentis natura prodit, illiusque similitudinem gerit: operæ pretium igitur fuerit percunctãdo inquirere, quomodo ex mentis prodierit substantia. nam ex nihilo prodiisse, quemadmodum & cætera, quæ condita sunt, impossibile est. scamnum enim facit artifex ex ligno: homo autem generat filium de seipso. Quare, sicut artifex, ex materia aliquid, ita sane Deus ex nihilo cuncta condiuit: non quia nihilum in rei substantiam transierit, sed quia nullo præsupposito, tota rei substantia ab ipso fuerit producta. Si ergo verbum ex nihilo procederet, instar artificiati se haberet ad patrem, veriq; atque naturalis filij nomen amitteret: verbum igitur lucidum ex patris substantia genitũ est, sublimiori certe modo, quam filij hominum ex ipsorum parentibus generantur: partem nempe, nõ totam prorsus ipsorum naturam in filios transfundunt: diuina autem natura, quoniam impertibilis est, per generationem filio communicatur, sola distinctione secũdum originem permanente. quam ob rem verbum diuinũ proprissime filius nominatur: vt enim aliquis vere dicatur filius, sex opus habet. *Primum est*, vt ab eo sit productum. *Secundum*: vt non per artem intellectualem; alioqui domus, filia domificatoris appellaretur. *Tertium*: vt assimiletur in specie producenti: qua ratione eurum, filius terræ non dicitur, nec cœlestium inferiora hæc. deficit enim inter gignens, & genitum vnitas specifica. *Quartum*. vt genitum & generans viuant hinc est, quod ignis genitus, generantis filius dici non possit. *Quintum*: vt virtutem sentiendi vtrumque formaliter vel eminenter contineat: vnde planta radicis filia non dicitur. *Vltimum*: vt actus ille, per quem generetur, sit cognoscitiuus: proinde, & si generatiua operatio in nobis cognoscentis sit, tamen quia cognitiua non est, cum ad vim vegetatiuã spectet, quæ nõ est virtus cognitiua. sequitur; vt nullus nostrum, filius sui patris proprie dicendus sit. Solum ergo verbum lucidum, exactissime filius patris æterni dicendus est: nã, & ab eo producitur, & per modũ naturæ patri in natura singularissima assimilatur: summe viuit cum patre: omnem vitæ gradum formaliter vel eminenter continet. & denique actus notionalis ille, quo generatur, cognitiuus est. Spiritui sancto autem, quoniam secunda conditio deficit, ideo filius dici non potest. Est igitur verbum de substantia patris, hoc est consubstantialis, & à patre procedens: hoc enim innuit ille præpositio de: quam ob causam, quia pater à filio non procedit; ipsum de filij substantia esse, dicere non licet: cum autem patris substantia præexistat, de qua verbum gignitur, de nihilo ergo esse nõ potuit. Etenim, si ignis de sua aliquid generaret forma, non de nihilo, sed de seipso, illud generatum esse diceremus. Cæterum essentia diuina, forma est suppositorum in diuinis, quibus esse largitur diuinum formaliter; & primo quidem, vt ita dicam, patris personæ, filij deinde per modum naturæ, postremo spiritus sancti supposito, siue personæ. hæc autem largiendi libertas, diuinæ competit essentiæ, non quasi materiæ, sed formæ locum habenti; sane nobilior, quæ in creaturis habetur conditio, illi est tribuenda: formæ autem modus præstantior est, vtpote non vni, sed plurimis rebus communis: nam vna eademque anima, & genitæ est forma carnis, & gignendæ: materiæ vero sub diuersis non ordinatis, sed disparatis formis simul esse non potest: congrue igitur essentia diuina formæ comparatur, vtpote, quæ simul tota sit in verbo & in dicente, in spiritu, & in spirante. Porro, quoniam causa materialis, secundum vniuersam generis sui latitudinem, imperfecta omnino reputetur: quippe quæ in suo genere ad aliquod simpliciter perfectum reduci non possit: iure ergo in eo, quod omnibus est modis perfectissimum, non est reponenda: ideo in Deo non solum materia non est, sed neque etiam aliquid, quod quasi materia reputetur. In materia profecto perfectionis est nihil, quin sit imperfectioni permixtũ, quod plene perfectissimo nequit enti conuenire. Mutatio autem, ex sui certe ratione imperfectionem sonet; tum quia in mutabili potentialitatem indicat; tum etiam quia concomitanter potentiæ dicit etiam imperfectionem actiuæ; vtpote quæ ad producendum causa indigeat concausante. hæc autem, quoniam in Deum cadere non possunt, ideo generatio diuina, nec materiæ, nec quasi materiæ est comparanda. Non sic autem se habet generatio humana; sed productionem atq; mutationem complectitur: productio autem ipsius est producti, nempe compositi, 7. *met.* aut certa accidit, cũ alicuius reuera partis compositi mutatione fieri. Porro mutatio, formaliter est rei mutabilis actus, quæ profecto de mutatione transit ad formam. In creaturis namq; mutatio productionem concomitatur, idque ob productiuæ imperfectionem potentiæ, quæ plane esse totale, producti in ista termino, largiri non valet. quare aliquid, quod præerat, ad aliam amplius partem transmutat atque hoc modo, compositum producit. Quod si generans agens esset perfectum, non opus sibi esset materia de qua, vel in quam ageret; sed per se effectum produceret, in qua quidem productione, mutatio non esset: quemadmodum, sine sui mutatione, Deum, vniuersa condidisse dicimus. In qua plane productione, terminus productus, id est, mundus, per omnipotentem producentis virtutem, accepit esse, nulla quidem mutatione interueniente quippe, quæ illius est solius, nempe rei mutabilis, quæ aliter nunc se habere potest, quam prius, vt 6. recitat physicorum liber. sed in creatione, huiusmodi fuit nihil: itaque verbum diuinum, ex substantia patris, non tanquam ex materia, sed tanquam ex forma potius genitum est.

Verbum non fuit ex nihilo.

Veri filij conditiones sunt sex.

Filius Dei proprie filius dicitur.

De filij Dei generatione.

De substantia patris quid signi ficat.

Essentia diuina est vt forma, & non vt materia.

Essentia comparatur formæ.

Generatio diuina ab humana multum differt.

Mutatio abs mutatur.

Agens perfectum non indiget materia.

CAP. II.

Argumenta, quibus probatur, verbum diuinum ex patris substantia, quasi ex materia gigni.

I. ILlud, quod sub vtroque generationis extremo generanti, scilicet, & genito, consistit; sine dubio, materia, vel quasi materia nuncupetur. sed diuina essentia, & in generante est, & in genito: igitur ex ea, veluti ex materia, vel quasi materia, lucidum Pymandri verbum, æterno quidem tempore saltem imaginario genitum est.

II. Item, quod recipit formalem generationis terminum, materiæ officio fungitur, est enim veluti generationis subiectum. sed essentia quasi recipit, subiectum generationis formalem, vtpote relationem, qui est vtique formalis terminus: quandoquidem genitum verbum constituat, atque distinguat. Cum igitur in essentia sit relatio, quæ profecto generationis fere terminus esse videtur; in ipsa etiam generatio erit.

III. Amplius, vt supra annotauimus, secundum philosophi doctrinam, omni potentiæ quidem actiuæ, correspondeat necesse est aliqua potentia passiua: fœcunditati igitur patris, actiuæ, quasi potentiæ existenti, aliqua correspondet potentia, quasi passiua, de qua verbum educitur. omne autem huiusmodi, aut vera est

De filij Dei generatione.

est materia, aut quasi materiæ similitudinem gerit: sed diui-
næ hoc congruit essentiæ. ex ea igitur, velut ex materia, aut
quasi ex materia, verbum generatur. Item, si ignis, de sua
quidem substantia, ignem gigneret; adhuc certe substantia
4. ignis generantis, ita in potentia esset ad formam ignis gene-
randi, sicuti modo est aliena materia, ex qua generatur. es-
sentia ergo patris, de qua filium pater generat, respectu ge-
5. nerationis, instar materiæ se habere, manifestum est. Deio-
de, quemadmodum generare est prius origine filio in diui-
nis; ita certe & generari, atque filiatio; sunt enim generare,
& generari simul. Porro constitutiuum, prius est constituto.
in illo ergo priori, generari erat in essentia; non sicut in for-
6. mali, patri, ac filio consubstantiali, quia filius nondum erat:
igitur sicut in materia, quæ prior est origine ipso, per eam
constituto. Esse præterea de aliquo (teste Ambros.) bifariam
dicitur, aut certe materialiter, aut vero effectiue, seu produ-
ctiue. Quare, si filius est de substantia patris materialiter ha-
betur intentum: si vero effectiue, tunc plane duo sequentur
absurda, imo impossibilia, alterum, scilicet, quod essentia, fi-
lium generat; alterum vero, sicut cætera creata, verbum esse
genitum: illa enim effectiue à Deo procedere, verum est.
Præstat ergo dicere, filium de substantia patris, materialiter
magis, quam effectiue fuisse genitum. Adde, quodlibet for-
male ex parte patris, vicem habere principij productiui:
quare de substantia patris, causæ materialis circumstantias so-
nare videtur: alioquin eandem certe absurditatis foueam
esset incidendum; vt filium, effectiue à patre esse dicamus.
7. Adhue, si verbum est de substantia, id est, consubstantiali
formali, hoc autem in patre tantum inueniatur: filij profe-
cto formale esse non posset; nam formale in patre, principi-
um dicit productiuum. Si ergo hoc modo verbum esset à pa-
tre; non genitum quidem, sed creatum esset dicendum. Si au-
tem in patre, & filio hoc formale substantiale inueniatur;
tunc sane filius ex sua propria esset substantia generatus. sed
hoc est impossibile, nihil enim seipsum gignit, aut causa est
8. sui esse. Adhuc, si substantia est formale in generante; & ge-
nito, igitur generatur ipsa, acquiritur magis, quam relatio: in
generatione enim, magis formale generari dicitur. sed quod
in natura præsupponitur, veluti materia, generari non dici-
tur: igitur diuina essentia in filij generatione, vt materia se
habet, præsupponitur enim; relatio vero vt forma. etenim, si
non est formalis terminus; materia ergo est. Conf. patet: at-
tributalis namque proprietas, quæ in esse secundo perfectio
est, illi conuenire non potest; multo etiam minus hypostati-
ca. Porro termino formali, per productionem, esse accipere
conuenit, essentiæ vero minime, est enim improducta. To-
talis præterea formalis terminus generationis, est esse geni-
tum. Quare, si diuina esset huiusmodi, terminus essentia; ge-
9. nita etiam diceretur. Præterea, verbum est, aut de nihilo, aut
ex materia, vel quasi materia. sed non est de nihilo, neque
negatiue, neque affirmatiue, neque originaliter. ergo de sub-
stantia, vt de materia.

Esse de aliquo dupliciter dicitur.

Amb. lib. de Sp. S. 5. cap. 5.

Confirmatio.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. AD primum, termino generationis producto, essen-
tia diuina nequaquam præsupponitur, velut mate-
ria, aut materiæ instar; sed sicut formale potius. quo
sane, & generans, & genitum, consubstantiale ha-
bent diuinum esse. Non enim diuina essentia, his plane ter-
minis subditur; quorum alter, forma sit; alter vero negatio
formæ, sicut materia in corruptibilium generatione se ha-
bet: diuina siquidem generatio, terminum à quo negatiuum
non habet; sed ad quem tantum positiuum. per ipsam certe
nihil abiicitur, aut positiuum, scilicet, vel negatiuum: imper-
fectæ enim est generationis. Itaque cum diuina generatio, o-
mnium sit perfectissima, in generante, & genito, non mate-
riæ vicem, sed consubstantialis formæ, diuina obtinet essen-
tia. Ad 2. Relatio non est formalis generationis terminus; sed
2. diuina sane essentia. vt postea dicemus: neque in essentia est,
veluti forma in materia. verum si persona est ibi relatiua;
tunc profecto in essentia esse dicetur, sicut proprietas suppo-
siti est in natura. Porro in aliquo, vt suppositum, vel ratio-
nem suppositi esse, modum non infert, quo forma est in ma-
teria. Ad 3. In Deo potentia generandi, proprie actiua dici nõ
potest, sed productiua potius: cui aliquod correspondet pro-
3. ducibile, vt terminus; subiecto vero, vel passiuo, nihil. Po-
tentia præterea actiua primi agentis, in actu creandi, passi-
uam non habuit correspondentem, quum nullum tunc esset
passiuum, sed creabile tantum, vt terminum. Ad 4. Falsum
4. assumit: si enim ignis, suam quidem naturam ad intra gene-

Essentia tenet locum formæ & non materiæ.

Potentia generandi non est actiua.

rando communicaret; de sua certa substantia, non vt de ma-
teria, vel quasi de materia, sed sicut de formali, & quidem
genito ac generanti consubstantiali, ignem plane gigneret,
atque vere produceret. Ad 5. Verum quidem est, secundum
communiorem dicendi vsum, illis duobus modis, esse de a- 5.
liquo. sed quia modus, quo diuinum verbum à patre proce-
dit, est singularis, & naturæ incognitus, ideo sub illorum lege
non comprehenditur, nisi partialem aliquam consubstan-
tialitatem ibi esse dixeris: generatio siquidem naturalis, est
de imperfecto substantialiter, diuina vero de perfecta sub-
stantia. Ad confirm. negatur antecedens: nam formale in
patre, respectu filij, rationem certe habet termini, per pro-
ductionem communicari: non enim diuina essentia gigni-
tur, sed per generationem communicatur. ex quo destrui-
tur illa creatio, quam filio quidam attribuunt. Ad 6. Gene- 6.
rari in illo priori, essentiæ, vt fundamento inest, nec obest es-
sentiam in illo priori, formale non esse substantiale genito.
& gignenti. nam eadem est difficultas; si in essentia, veluti in
materia filij fuerit, filio nondum existente. Itaque, generari
in essentia est, sicut in formali consubstantiali, filium cum
ipsa filiatione constituente. Sed dicis, filius nondum est. Ne-
gatur hoc assumptum: etenim esse prius origine, siue vt con-
stitutiuum, siue vt productiuum, non est prius, & posterius
esse: sed hoc magis, vnum scilicet esse productiuum, aliud
vero productum; vnum esse constitutiuum, aliud constitu-
tum. constitutiuum autem, constituto prius est; vbi consti-
tutum aliquid est præter constitutiua, sicut in naturalibus pa-
tet, in quibus constitutum, nempe compositum per se vnum
est aliquid, præter constituentia. Non sic autem res se habet
in diuinis: nam filij persona, præter essentiam, atque relatio-
nem, dicit nihil. quam ob causam, sicut filij constitutiua, sci-
licet, essentia, atque relatio, seipsis priora non sunt; ita quoque,
filio priora non sunt dicenda. Ad 7. Essentia, vt formale con-
substantiale genito, & gignenti, in vtrisque inuenitur: geni- 7.
tum enim non procedit, sicuti, si materia, vel quasi materia
esset. Nec obest illud, quod studens quidam inferre, tunc sci-
licet, de sua esse filium substantia genitum: nam, quamuis
eandem cum patre essentiam habeat; à patre tamen, & non à
seipso originem ducit. pater enim nedum consubstantialita-
tem; verum etiam originem dicit, atque enunciat. Ad 8. Di- 8.
uina essentia non generatur, sed communicatur, nec etiam
relatio. Infers, terminus formalis in creaturis generatur, ma-
teria vero per accidens. Verum quidem hoc est in creaturis,
vbi terminus formalis accipit nouum esse: non sic autem se
habet essentia diuina, sed esse terminũ communicatum; ic-
circo relatio magis, quam essentia, generationis passiuæ simi-
tudinem habet, quippe, quæ accipit esse, & aliis non commu-
nicatur. Ad 9. Filius non est de nihilo, nec etiam de aliquo, 9.
quasi de materia. sed de substantia, sicut de consubstantiali
formali. Quare fallaciam esse cõsequentis dicimus, dum sic
arguitur: Non est de aliquo, sicut ex materia, vel quasi ex ma-
teria: ergo est de nihilo. Verbum igitur diuinum non esse ex
patris substantia, veluti ex materia, clarissimum est.

De filij Dei generatione.

Modus verbi geniti est natura incognitus.

Prius origine non est esse prius & posterius.

Terminus formalis in creaturis.

Filius non est de nihilo.

CAP. IV.

Essentia diuina, est formalis diuinæ generationis terminus, vt quo, filius vero, vt quod.

1. QVemadmodum quidditas creata, id esse dicitur,
quo certe aliquid est ens quidditatiue, idque ex sui
habet natura, quod perfectionem magis, quam im-
perfectionem indicat. sicut etiam ipsa quidditas, vt-
pote humanitas, ob imperfectæ actualitatis conditionem,
diuisibilis est, seu ad indiuidualem contrahibilis est pro-
prietatem à qua, & aliquam actualitatem, & vnitatem, siue
indiuisibilitatem recipit: vnde fit, vt quod est contrahens, si-
ue proprietas indiuidualis, ne dum formaliter indiuiduo,
sed ipsi aliquo modo insit naturæ: illius enim respectu, ad
modum potentiæ se habet: contrahitur namque ab illa, atque
determinatur. Præterea, sicut humanitas in indiuiduo est ali-
quis actus, & quatenus humanitas, ipsa indiuiduali proprie-
tate perfectior est, licet ipsa vicissim sit proprius actus, & ali-
quo modo actus naturæ, contrahit enim ipsam, atque deter-
minat; ita etiam, si ita loqui licet, Deitas in diuinis, per se est,
qua sane Deus, est Deus, & subsistens siue persona: à secun-
da autem quidditatiua similitudine dissentit, non enim per
personalem proprietatem determinabilis est, aut aliquo
cõtrahibilis modo; hoc certe imperfectionis est, atque poten-
tialitatis in natura creata, quod Deo tribui non debet. Deitas
nam-

Quemadmodum, qua in diuinis dicatur vna.

In quibus conueniat & differat diuina essentia à quidditate humana.

De filij Dei generatione.

Essentia, & relatio, constituunt personam sine compositione.

namque, quemadmodum ea se vnitatem habet; ita etiam effectualitatem. proprietas ergo personalis, est actus personæ, non autem naturæ diuinæ, quam aliquo modo perficeret, vel informaret. Cum tertia autem similitudine, quamuis aliquo modo conueniat, dissentit tamen, & quidem plurimum: essentia enim formaliter est actus infinitus, relatio vero ex sua formali ratione, minime. Quare, licet relatio sit proprius actus personæ; essentiam tamen diuinam non actuat; sicut in creaturis, indiuidualis proprietas, aliquo certe modo naturam actuat, quæ est actu perfectior. Sed dicet aliquis: si isti duo actus, neuter est actus alterius, quonam modo, vnũ constituent? Dico, compositi vnitatem, ex actus potentiæque ratione effluere, authore philos. Sed persona in diuinis: est simpliciter simplex; ideo compositionem nullo pacto subire potest, sed est per se considerata, sicut essentia diuina simpliciter simplex, quamuis formalis ratio vnius, nõ sit alterius. Sed cur non constituunt vnum compositum, si duorum actuum formales rationes non sint eædem, & in eandem tamen personam conueniant? In causa est, quia, cum essentia infinitæ virtutis sit, quicquid potest esse cum ea, est idem perfecte illi. Porro perfectio identitatis, quæ formales rationes non eufert, omnem compositionem excludit: ideo ex his duobus, quasi ex potentia, & actu, nullum emanat compositum; sed vnum simplicissimum: vna siquidem ratio, est perfectissime eadem alteri. habes ergo quomodo persona dicatur vna: sine vlla sui compositione. Sed dicet aliquis, si actus, est distinguere, vt dicitur 7. met. quam ob causam, si relatio personam distinguit, non distinguit etiam essentiam? Dico, relationem esse actum personalem, personaliter distinguentem, formaliter finitum; essentiam vero, actum quidditatiuum, formaliter infinitum. quum igitur formaliter distinguantur; vnus, alterius distinguendi, aut contrahendi, determinandique, officium non habet. Sed iterum percontaris, quod sit diuinæ relationis fundamentum. fundamentum enim, relatione, prius esse videtur, ab ea certe perficiendum, magis quam è conuerso, alioqui fundamento præsupponeretur. cum ergo essentia diuina, istarum sit relationum fundamentum, illarũ profecto, quasi materia esse videtur. Dico, quod creaturæ de imperfecto, ad perfectum proficiscuntur, quia à potentia, ad actũ pergunt: ideo generationis ordo, à perfectionis ordine dissentit: priora enim generatione, vt dicitur 9. met. sunt posteriora perfectione. sed in diuinis, generationis ordo, ab ordine perfectionis nõ discrepat, à simpliciter enim perfecto, ad simpliciter perfectum itur: idem ergo simpliciter sit perfectum, necesse est. Sane, ordo originis ad aliquod primum perfectionis reducitur, sicut ad totalis originis primum. Quare, si in natura creata huiusmodi ordo haberetur; non materia primum, quæ formæ esset subiicienda, sed ipsa potius forma quæreretur; deinde suppositum, quod [illegible] est per ipsam formam subsistere. ita etiam in diuinis [illegible]: in quibus siquidem in primo naturæ signo, diuina [illegible] essentia per se subsistens, quod alicui naturæ crea[illegible] competere nequit; quia nulla earum esse habet per se, nisi in supposito. hæc autem essentia, in suo quidem primo signo, per se subsistens, non est alicuius perfectionis receptiua: in secundo autem signo, communicatur quidem, non veluti forma, materiam informans, sed vt quidditas, supposito, tanquam forma per eam existenti. Ex hac autem diuina quidditate, siue essentia, in secundo signo existente relatio pullulat quæ propter identitatem, quam habet cum diuina scilicet essentia, Deus vocatur. Ex quo patet, diuinam essentiam, istarum fundamentum relationum esse, non quidem potentiale, sed formale magis. in quo profecto fundamento, non per informationem, sed sicut ea, quæ naturæ per se insunt, aut per se in natura subsistunt, relationes, atque formæ huiusmodi, subsistendi habent naturam. Itaque essentia diuina, respectu fundamenti, non potentiæ, sed formæ habet naturam. Nam, sicut natura, supposito communicatur, ita (vt sic loquar) essentia, relationi, ob quam, relatio subsistens, est Deus: & cum in persona ambæ planæ sint: neutra tamen est forma, alterã informans; sed sunt perfectæ idem, licet non formaliter. Quatenus autem hoc modo se habent, relatio, diuinæ essentiæ terminus formalis, vtpote in ipsa receptus, nullo modo esse potest; essentia vero, quoniam est formalis generationis terminus, ob quam, relatio, & est, & Deus est, sine dubio, relationis forma appellanda est. Sed dubitabit aliquis, terminus generationis formalis communicatur: præsupponit ergo illud, cui est communicandus. sed diuina essentia, relationem nequaquam præsupponit, sed è conuerso potius. non ergo relationi communicatur: imo relatio, essentiæ communicatur: atque ita relatio productionis est formalis terminus, essentia vero, materialis. Dico, id, quod communicatur, quatenus productio est, communicatur, non opus habere, illud præsupponere, cui est communicandum, neque è conuerso; nam communicatio huiusmodi, rei iam existenti, non communicatur, veluti in alterationis fieri videmus, quam sane res alterabilis præcedit: sed rei profecto simul existenti, quam, nec communicatio, nec res communicabilis, natura præcedit, nisi perfectionis prioritate, quatenus, scilicet essentia est formaliter infinita, relatio vero, minime, sed identice.

Arist. 7. & 6. met. & vlt.

2\. *Relatio distinguit personam, sed non essentiam.*

3\. *Fundamentum relationis diuinæ.*

Quid sit essentia in primo signo, & secundo.

Essentia communicatur, vt quidditas.

Obiectio. 4. *Quomodo diuina essentia, relationi communicatur.*

CAP. V.

Rationes, quibus ostenditur, diuinam essentiam esse formalem terminum generationis diuinæ.

Non præstatur, seu communicatur, per generationem forma simplex, alicui producto, nisi illi formalis extiterit, talis productionis terminus. sed essentia diuina, est forma simplicissima, quæ filio per generationem communicatur, vt D. Ioannes ait: *Quod dedit mihi pater, maius est omnibus*: infinitum enim sit necesse est, quod omnia sua magnitudine vincit: proinde August. & in eundem Ioannis locum: *Filio, inquit, essentiam præstat pater, sine vllo initio temporis, sine vlla mutabilitate naturæ*: ergo ipse est terminus formalis diuinæ generationis. Petet etiam ratione. nulla enim entitas, formaliter, simpliciterque termino productionis formali, perfectior, productione haberi potest: sed essentia diuina, formaliter est infinita; non autem ipsa relatio. Si ergo relatio, diuinæ esset generationis terminus: persona plane filij, per generationem, diuinam non haberet essentiam: atque ita Deus non esset dicendus, quod impiũ est, asserere velle. Amplius, natura, est terminus formalis generationis, in rebus creatis, non autem indiuidualis proprietas: *generatio* enim, vt dicitur 2. *phys. est via ad naturam*. hoc est, ad formam. sed relatio non est natura diuina, sed essentia; nam tria supposita, eiusdem sunt naturæ, non eiusdem nihilominus relationis: essentia igitur diuina, est terminus formalis. Adde, quod si diuinæ generationis terminus formalis, esset relatio, tunc plane generatio, non ad substantiam, sed ad aliquid, esset terminanda, quod falsum est. Si præterea, formalis generationis terminus, esset relatio; diuina generatio non esset vniuoca. eiusdem sane non est generis in generante, & genito, quod profecto absurdissimum est. Item, illud est alicuius productionis formalis terminus, quod per productionem primo est in producto: sed essentia diuina, est prima filij perfectio: igitur illius est formalis generationis terminus. Sane, ille est terminus generationis actiuæ, in quo quidem generatio passiua fundatur: sed hæc, absque dubio, est diuina essentia. igitur ipsa est generationis terminus: productio certe suppositi substantialis, terminatur ad substantiam. Adhuc, quod communicatur filio à patre, diuinæ est generationis terminus. sed essentia, non relatio communicatur: relatio enim in diuinis, saltem ipsa filiatio est proprietas personalis, quæ generationis terminus esse non potest, alioqui productio non esset vniuoca: igitur essentia, diuinæ est est generationis terminus formalis, totalis vero est ipsum suppositum genitum, quod plane, relatione posterius esse non potest. necesse autem est, præter terminum generationis totalem, formalem etiam statuere; nam omnis habitudo, extremis posterior est. sed generatio actiua, filij persone, posterior esse non potest. igitur necessario, terminus formalis est addendus, qui natura, productione prior sit, siue originis prioritate. in hominis enim generatione, anima, natura prius creatur, quam infunditur, nam prius est esse, quam inesse. Itaque cum persona filij non sit terminus, quo quia id est, quod generatur. neque filiatio, cum sit relatio: nulla autem relatio est terminus per se, essentia ergo terminus est. in filio enim, non nisi essentia est, & relatio.

Ioan. 10.

Aug. 15. de Trin. c. 26. & 78.

Quomodo pater communicat essentiam filio.

2\.

3\.

4\.

5\.

5 Phys. com 10.

CAP. VI.

Argumenta contrariæ opinionis.

Omnis terminus quo generationis, vt dicit Commentator 7 met. com. 31 & 2. phys. com. 14. per generationem accipit esse. Generatio, inquit, est via ad hoc, quod forma fiat. sed essentia diuina esse non accipit: igitur diuinæ esse nequit generationis terminus. 1.

Item, omnis productionis terminus, productione posterior est. sed essentia diuina, non est posterior generatione: generationis ergo non est formalis terminus. 2.

Amplius, vbi ex vno aliud generatur: id certe, in 3.

De filij Dei generatione. quo generans, & genitum conueniunt, illorum est subiectũ, & non terminus. sed diuina essentia, & genito communis est, & gignenti: non ergo potest esse generationis terminus formalis. Illud præterea, quod producitur, ob formalem
4. productionis terminum, esse accipere dicitur. ipse ergo terminus, ad esse accipiendum, maiorem habet aptitudinem:
5. nam propter quod vnumquodque, & illud magis. Item, quod generationis prius est, ipsius terminus esse quem, nequaquam esse potest. sed essentia, est absolutum, quod profecto relatiuo prius est, Ergo &c. maior autem authoritate Commentatoris 1. cœli com. 132. & in lib. de substantia orbis cap. 1. confirmatur: Dimensiones, inquit, non generantur; quia eædem, quæ erant in corrupto, manent in genito. Anima præterea, nequit esse formalis nutritionis terminus, quia
6. scilicet præest in nutrito: nec formalis terminus resurrectionis, quia præsistit resurrectioni. quam ob rem, si anima prius crearetur, deinde materia, quam esset informatura, cum prius extiterit, illius certe materiæ, atque productionis, non esset formalis terminus. Adde, quod essentia, est generationis principium: à termino ergo formali generationis ipsius geniti, distinguitur. Ex his igitur, atque similibus patet, diuinam essentiam, non esse formalem diuinæ generationis terminum.

CAP. VII.

Soluuntur contrariæ opinionis argumenta.

1. AD primum, verum quidem est, terminum totalem in diuinis, per productionem accipere esse simpliciter: non autem formalem terminum, nempe diuinam essentiam, sed esse tantum in supposito. Es-
Essentia diuina dif- fert ab aliis formis. sentia enim diuina à formis materialibus bifariam dissentit: primo quidem, quia per se subsistit, formæ autem materiales, minime, quam ob causam eius, in quo sunt, aliquid præsupponunt, à quo re vera, virtutem habeant subsistendi. Essentia præterea diuina, est suum esse: formæ vero materiales ab alio ipsarum esse recipiunt, quod diuinæ competere nullo modo essentiæ potest. Quare maior in formis, quæ sunt sui esse, falsa est, cuiusmodi est diuina essentia: sufficit enim, productionis termino formali, producto communicari, at-
2. que per illum, assimilari, producenti. Ad 2. maior vera est in diuinis de termino totali, non autem de termino formali. Ad
3. 3. maior vera est, vbi vnum, ex alio, veluti ex transeunte materia generatur: non autem vbi vnum generatur ex alio, hoc est ex vniuoco producente. ibi enim vniuoca communis est natura, quæ non generatur, sed per generationem communicatur. Ad 4. negatur consequentia: nam illa philosophi sententia non tenet in causis æquiuocis, quæ denominatio-
4. nem non recipiunt. Vnde non valet: conclusio scitur propter principia: igitur principia sunt magis scita. Ita certe, formalis terminus interdum non accipit esse: ideoque non sequitur quod magis accipiat esse. Quotiescunque enim fuerit aliqua dispositio, quæ magis ac minus recipit, causam formaliter denominans, atque causatum, competit autem causato, propter causam, propriusabsque dubio, simpliciterque de causa dicitur, posterius vero, & secundum quid, de causato. Quam ob causam Commentator 8. phy. com. 77. inquit: Horum autem de quibus nomen dicitur secundum prius, & posterius, & simpliciter, & secundum denominationem, illud, de quo dicitur prius, est causa eius, de quo dicitur posterius. Et 7. met. com. 3. Est inquit, declaratum, quod cum plura communicant in eodem nomine, & quoddam dignius quibusdam, illud, quod est dignius illo nomine, sit causa cæterorum, & dispositio illorum in illo nomine. sed hæc in diuina essentia, quia magis, minusque non suscipit, locum habere non possunt: Ergo. Ad 5. maior est falsa, in forma, quæ
5. est suum esse: non enim est inconueniens, viæ, quæ per metaphoram, ita nominatur, terminum præextitere. Præterea, si in subiecto generationis, vtpote in materia, præextitit; maior quidem est vera, sed minor falsa. Quod siquidem hoc modo præextitit, producto, ex productionis virtute cõmunicatur. Sed diuina essẽtia ob suã simplicitatẽ, immutabilitatẽq; ita se habere non potest. Secus autem est, si aliquid in gene-
Ad Commen. rante præextiterit. sic enim maior est falsa, minor vero vera. Ad illud autem commentatoris dicimus, dimensiones, non esse suum esse, atque in generatione, vsque ad materiam primam resolutionem fieri. Ad illud, quod de anima adducitur, negatur antecedens: nullus enim alius terminus formalis nutritionis datur, nisi anima, quæ est sola forma substantialis in nutrito. Pari quoque facilitate, negatur 3. confirma-
Resurrectio non est generatio. tio, nam resurrectio non est generatio; partim quidem, quia genitum resurrectioni præfuit; partim vero, quia non aliquã sequitur alterationem, materiæ dispositiuam ad animam recipiendam. Ad 4. confirmationem, dico: si illud, in rerum natura inueniri posset; anima nihilominus, creationis materix, esset formalis terminus: quatenus scilicet esset formalis terminus compositi, ex materia nouiter creata, & ex præexistente forma, resultantis. Ad 5. confirmationem, consequentia quoque veluti falsa abijcitur: etenim, principium quo, & id, quod est ab ipso, realiter distinguenda nequaquam sunt. *De filij Dei generatione.*

CAP. VIII.

Argumenta, quæ probare conantur, verbum diuinum non esse genitum ex patris substantia.

SI pater de seipso filium gignit: igitur essentia generat, quod falsum est. tenet consequentia: id enim 1.
de quo aliquid generatur, est principium geniti: sed pater generat filium, de sua substantia: ergo, substantia patris, est principium filij, non quidem materiale, vt dictum est. effectiuum igitur erit filij principium. Adde ad- 2.
huc aliud absurdum, nempe patrem, filium quoque dici posse: etenim si id, de quo aliquid generatur, permanserit in generatione idem, eiusdem quod generatur, prædicationem esset suscepturum. Alterum ergo duorum necessario sequetur; aut, scilicet patrem non mansurum in filio; aut filium esse appellandum: sed vtrumque falsissimum esse, constat: ergo &c. Item, tres personæ non sunt ex eadem essentia, filius 3.
ergo non est de substantia patris. Antecedens est Augustini dicentis: Non est aliud persona, & essentia. 7. de Trinitate, cap. 11. & 12. idem tres personas, ex eadem substantia non dicimus: sed persona filij, non est aliud ab essentia: igitur non est de substantia patris. Amplius, si ista est vera. filius est de 4.
substantia patris, hæc quoque erit vera, filius, est essentiæ filius: sed ista est falsa: nam propter genitiui constructionem, essentiam profecto, filium generare, aliquis dicere posset. Prior ergo propositio falsa est. Non minorem certe distinctionem secunda, quam prima importare videtur propositio: alioquin eadem ratione, patrem esse de substantia patris, 5.
diceremus. Item, illa propositio, de, aut identitatem dicit, aut diuersitatem. si identitatem quidem, cum essentia diuina sit summa identitas: tunc plane sequeretur vera posse dici, substantiam esse de substantia, quod negant Theologi. Si vero, diuersitatem, maior emergeret falsitas, vt filij substantiam, à patris substantia, discretam atque separatam esse diceremus: atque ita, filium secundum diuinam essentiam, patre esse minorem.

CAP. IX.

Soluuntur argumenta.

AD 2. In diuina generatione, hæc præpositio, de, 2.
consubstantialitatem, non materiale principiũ significat: quod enim de materia producitur, per illius fit transmutationem, de quo in aliam producitur formam. sed diuina essentia non est transmutabilis, nec alterius formæ susceptiua: ideo non sequitur, quod pater, filius dici possit. Ad primum, filius est de substantia patris, quod certe, 1.
& naturæ consubstantialitatem, & filij originem à patre manantem significat. ex quo consequentiam falsam esse, manifeste patet. Ad 3. Augustinus accipit ibi substantiam pro sup- 3.
posito, vt ipse met ibidem prosequitur. Præterea non sequitur, filius non est de essentia, ergo non est de essentia patris. nam in secunda, & consubstantialitatis, & originis ordo ostenditur: in prima vero, nihil ponitur, quod originem demonstret. quare ex vsu, textuque sermonis, filium esse de essentia, idem est, ac si diceretur, filium esse ex materia. Ad 4. 4.
negatur consequentia: siquidem in antecedente, relatio inter filium, & essentiam, tanquam ad suum correlatiuum, esse manifestatur: in consequente vero, inter patrem & filium, consubstantialitas, & origo. quã ob causam, hæc præpositio, filius essentię, substãtiæ distinctionẽ generantis à genito indicat: illa eũt, de substantia patris, distinctionem personarum, quando ergo dicitur: filius est de substantia; consubstantialitatem, cum vero additur, patris; originis processionem, ostendit. Ad 5. neque diuersitatem dicere, neque iden- 5.
titatem, sed consubstantialitatem, cum originis habitudinis, affirmamus.

QVAESTIO-

De filij Dei generatione.

QVÆSTIONIS SEPTIMÆ CAP. I.

Verbi diuini generatio est æterna.

1. IN creaturis haberi non potest generatio æterna, quianimirum absque mutatione illa fieri nequit: cui planenecesse est, ipsius terminos correspondere, nempe esse, post non esse. Diuina vero generatio,

In creaturis non potest esse generatio æterna.

quoniam mutationem ignorat intra illorum limites terminorum nō concluditur, hac de causa, æterna est, neq; initium

2. habeos, neque finem diarum. Amplius, agens omnino sufficiens, à nullo scilicat dapendans, producensque per naturæ modum, coæuam reuera sibi habet productionem, productumque perfectum, præsertim, si in agendo, motu non indigeat. hæc autem omnia, quoniam patri in diuinis optime perfectissimeque conueniunt; absqua dubio, æterna certe generatione, filium genuit omnibus modis perfectum. ipse quippe agens sufficiens est, per modum naturæ agens, in filio producendo: motuque non indigens in illius productione. quod si productionam suam non produceret, in causa profecto esset, aut quia potestatem haberet agendi, & non agendi: vel si determinasset se ad agendum; ebaliquo tamen præpeditus, agere non potuisset; quæ sane duo secum habent absurde: alterum quidem in generatione filii, alterius auxilio atque dependentia, Deo opus essa: altarum vero, filium per motum gignere. His igitur exclusis expulsisque, iam apparet, quoad humanæ possibile est infirmitati, patrem in diuinis, agens esse perfectissimum, suumque filium per modum naturæ genuisse, cui sine motu susm naturam communicauit. Si ignis, inquit August. esset æternus, splandorem

Aug. 8. Trin. c. 1. & 2. Si ignis esset æternus splendor esset æternus.

sibi coæuum atque coæternum haberet: sane, quoties in aliquo ratio communioris alicuius, minusq; communis inuanitur: quicquid certe per se rationem communioris sequitur; eandem profecto sequetur; vbi ebsque ratione minus communis inuenitur. Exempli gratia: si in creatura ratio cōcurrat, naturaliter causātis, atq; ratio naturaliter producēns: quicquid plane respectu huius communioris, quod est naturaliter producere, creaturam sequitur, eam etiam, vbi absque causatione oaturaliter, seu naturali habetur, indubie sequetur. Igois autem non ve producens, sed vt causens, oaturaliter splendorem gignit: nam si per impossibile illum non causaret, sed produceret; ita quod splendor eiusdem esset naturæ cum igne; non minus propria coæuitas sequeretur geniti splandoris. Cum ergo io diuinis vera sit ratio producentis naturaliter, absque ratione neturaliter causantis; productum sibi habet verissime coæternum, atque coæuum. Amplius: io successiuorum generetione, ad illorum

3. perfectionem pertinet esse, dum fiunt: ad imperfectionem vero, in fluxu partis post partem, esse habera. Porro in generatione permanentium, manere perfectionis est: non essa vero, dum fiunt, imperfectionis: spectat enim ad imperfectionem facientis; nam si perfectum esset agens, coæuum sibi productum gigneret: producti quoque imperfectionem denotat, quod esse, post non esse acceperit. Ex his igitur, quæ in creaturis, perfectionis, imperfectionisque esse videntur, remota quidem imperfectis cooditionibus, perfectas vero ad vnum aliquod cogendo; illud plane generatione, naturaq; perfectissime genitum dicendum est, quod semper

4. gignitur, sempeeque manet, in (nonc) æternitatis, nec vllam capit temporis, aut oaturæ vicissitudinem. Amplius: si filius non est æternus, nec generatio quidem: igitur non tantum filius, Deus appellandus non est, sed nec etiam pater. De filio autem dubium non est, quin post noo esse, accepit esse, si ab æterno non fuerit genitus: omne autem huiusmodi esse, & non esse potest: quod plane Deo congruere non valet. Idem quoque de patre esset sentiendum; quippe, qui de nouo pater fieret, adueniretque ei paternitas, relatio realis ad filium; atque ita immutationi esset subiiciendus, quod Dei naturæ

5. non conuenit. Quemadmodum præterea patris substantia est, ex qua filius generatur; ita quoque filius est æternus. valet consequentia: alioqui, patris substantia, sui quidem respectu necessaria, filii vero minime esset: atque ita vna, ea-

6. demque patris substantie, & necessaria, & non necassaria diceretur, quod est falsum. Amplius: diuina generatio, omnium est generationum perfectissima: nullam ergo potest imperfectionis nouitatē admittere, tū in genito, tū etiā in generāte: quorū enim est idē esse, eorum plane est eadem duratio. sed patris & filii est idem esse existentiæ, licet non subsistentiæ; eorum argo est eadem duratio. Cum autem pater sit æternus, & filius quoque æternus, ex consequenti, æterne erit generatio: perfecta siquidem est huiusmodi generatio, non expectans terminum, sicut corruptibilium generationss, in quibus, quod semper nascitur, nunquam natum est, authore Augustino 83. quæst. quæst. 3. natiuitas habet enim moram. Item: si filius est sapientia, virtus, & idea patris; sine his autem pater nunquam extitit; filius igitur semper fuit. etenim, si intelligere, coæternum sit menti paternæ; de non intelligente namque ad actum intelligendi, Deum 7.

conuersum fuisse, impium est asserere: suum ergo intelligera, æternum est. sed verbum lucidum, est coæternum menti intelligenti, vtpote illius partus æternus: varbum igitur diuinum æternum esse, clarissime patet.

De filij Dei generatione.

CAP. II.

Argumenta, quod verbi diuini generatio non sit æterna.

QVod habet principium durationis, non est æter-

1. num: implicat enim principium habere durationis, & æteroum asse: sed filius suæ habet durationis principium, quippe, qui habet principium sui esse: non ergo est ætsenus, nec eius per consequens generatio. Item, si

2. filij generatio est æterna, ergo semper generatur, & per consequens, nunquam est genitus; & ita nunquam est filius. *Quod semper nascitur*, inquit August. 83. *quæst. nunquam est na-*

3. *tum*: quod nunquam natum est, nunquam est filius. Amplius: sicut se habet corruptio ad non esse; ita ganeratio ed esse. sed omne quod corrumpitur, habet non esse, post esse: igitur omne quod generatur, habet esse post non

4. esse: atque ita non est æternum. Item: principium est prius principiato: igitur pater prior est filio, non quidem oatura, aum vna eademque sit amborum: duratione ergo. Sane, vbi est idem esse; atque duratio: si aliquid est principium esse, durationis quoque erit. sed pater est principium esse filij; quia principium deitatis (authore August.) principium igitur est durationis filii. ex quo patet, filium non esse ætarnum,

Aug. 4. Trin. c. 17.

5. adhæc: si duo quædam mensurentur tempore, & vnum ab altero generetur, generans profecto tempore prius est genito. Quare cum pater & filius, æternitate mensurentur, & de patre filius generetur: pater ergo prior est filio ætarnitate, &

6. per consequens duratione. Item, *Arius*, 12. generationis modos assignar. Primus quidem modus est, lineæ fluxus à puncto, in quo plane simplicitatis deest æqualitas. Secundus vero est, emissio radiorum à sole, vbi naturæ æqualitas deficit. Tertii ordinis, est characteris impressio, vbi deest cōsubstantialitas, ponitur q; efficientis. Quarti modi, est bonæ voluntatis immissio à Deo, in quo nō adest consubstantialitas. Quintus modus, est secundū accidentis exitū à substātia, sed accidenti nū edest subsistentia. In sexto modo, speciei à materia cōtinetur abstractio, sicuti sensus speciē accipit à sensibili; sed hic deficit spiritualis simplicitatis æqualitas. Ad septimū modū, pertinet voluntatis excitatio à cogitatione, quæ certe tēporalis est. Octauus modus in transfiguratione numeratur, vtpote, si ex ære fiat imago, quæ profecto materialis est. Noni modi, est motus à mouente; sed effectum indicat à causa procedentem. Decimus, specierum eductionem à genere complectitur, qui vtique diuinis non congruit: nam pater non prædicatur de filio, sicut genus de specie. Vndecimus, ideationem dicit, vt opus exterius ab eo, quod mente in fidet. Duodecimus, ad animalium genituram spectat: in qua quidem prius est, atque posterius, secundum tempus. Itaque si filius Dei in aliquo illorum modorum generationis ordine continetur, patri in diuinitatis æqualitate non ast conferendus: sin vero alium habet peculiarem, hunc nature modum ignorauit: quæ hos tantum modos, velut sibi familiares ha-

Arius posit. ua. Duodecim modi generationis.

7. bere consueuit. Denique: omne quod est ex altero, habet

8. principiū: sed nullū æternū habet principiū: ergo filius nō est æternus. Itē, filius à patre genitus, aut semper generatur, aut est dare aliq; suæ generationis instans: si semper generatur, dū sic est in generari; imperfectus vtiq; semper erit, quēadmodū in successiuis patet, quæ sunt semper in fieri, vt tēpus, & motus: si vero aliquod instans diuinæ generationis detur; ante illud ergo instans, filius non erat. ex quo patet io diuinis, filij generationem non esse æternam.

CAPVT. III.

Soluuntur Argumenta.

1. AD primum: si principium, originem dicat, atque initium, ita vt sit sensus: pater est principium originatiuum, & esse filij, & durationis. Maior est falsa: æternitati enim oon repugnat huiusmodi principium. Quod si principium intelligatur, velut instans, quod est principium temporis, filij generationi tribui non potest, cum

æter-

De filij Dei generatione.

æternitatis maiestatem suscipere nequeat. Ad 2. August. de animalium generatione loquitur, in qua non simul contingunt nasci, & natum: si ergo iuxta animantium genituram, filij generatio intelligatur; dubium non est, non debere dici, filium semper generari. ne id, quod in creaturis imperfectionis est, Deo sit tribuendum. præstat ergo dicere, filium semper genitum esse, quam filium semper generari. Etenim, cum dicitur, semper generatur, esse semper accipere indicat. Cum vero semper genitus, à generante, esse demonstrat semper habere verum, atque perfectum.

Filius semper genitus dicitur quam quod semper generatur.

3. Ad 3. antecedens verum est de generatione, quæ mutatio fit, & à non esse, ad esse progreditur: sed generatio diuina non habet terminum, à quo negatiuum, ideo mutationi non subijcitur, nec esse, post non esse accipere potest.
4. Ad 4. Pater, quatenus est pater, est principium filij; & ipso quidem filio, non
5. natura, aut duratione, sed origine prior. Ad 5. quando genitum, per motum à generante procedit; tunc plane genitum, tempore posterius est, ipso generante; quia nimirum motus res successiua est, & tempus similiter: at si generatio fiat in instanti, genitumque non per mutationem, motumue procedat; non opus est certe generante, aliqua duratione esse posterius. Porro diuina generatio est in instanti æternitatis: quod sane instans, quoniam permanens est genitum, vt natura, aut duratione, posterius sit generante, fieri non
6. potest. Ad 6. nullus modus, authore *August. de verbis domini*, processione alicuius, perfecte diuinam repræsentat generationem. ex multis enim modis similitudinem colligere oportet; vt quod ex vno deest, aliquo modo suppleatur ex altero: vnde coæternum patri esse filium, splendoris ortus à sole nobis indicat. impassibilem vero eiusdem natiuitatem, verbi generatio: consubstantialitatem autem, filij nomen insinuat. Ex his autem modis, clarior est, atque lucidior, verbi ab intellectu processio: verbum enim, eo, à quo procedit, posterius esse nequit; nisi profecto illius fuerit intellectus, qui de potentia in actum proficiscitur, quod certe diuino
7. intellectui minime conuenit. Ad 7. æternitas non admittit
8. durationis principium, sed originis tantum. Ad 8. in æternitate, ipsum indiuisibile semper permanet, in quo filius nascitur, vel vt rectius dicam, semper est natus; nam semper æternitatis signat permanentiam: natus vero, perfectionem geniti. Filij ergo Dei generatio est æterna.

Plurimi modi sunt necessarij ad explicationem verbi generationem.

CAP. IV.

Diuina generatio, realem geniti à gignente distinctionem indicat.

1. Quicquid largitur alicui esse simpliciter: oportet prius esse, illud quod præcedere, cui simplex esse communicare debet: sed generans dat genito esse simpliciter; generatio enim est ad esse simpliciter: generans ergo, nõ
2. est ipsum genitũ realiter. Amplius, relatiua realia, quatenus sunt relatiua, realiter ad inuicem separantur: sed generans & genitũ in diuinis, sunt relatiua realia, vtpote oppositis distincta relationibus: pater ergo & filius in diuinis, realem inter se distinctionem habent. Adhuc: omne, quod ad sui simi-
3. litudinem aliquid gignit; ab eo plane separatur: nam nihil ita sibi assimilat, quin ab ipso distinguatur. sed generatio diuina, & si natura patri similem filium gignat, manent tamen hypostasum, seu personarum proprietate distincti: realiter
4. igitur ab inuicem secernuntur. Præterea, omne productum in diuinis est subsistens; nullum enim ibi accidens inuenitur, quod inhæreat subsistenti: sed filius in diuinis est productus realiterque distinctus: subsistit igitur in natura intellectuali, & ex consequenti in persona. Quare à patre realiter distinguantur, necesse est.

CAP. V.

Argumenta contraria.

1. Quemadmodum idem potest esse mouens, & motum, vt patet in voluntate, quæ est mouens, & mota; ita quoque idem esse potest, & producens, & productum, generans, & genitum. Generatio ergo actiua, atque passiua, eidem possunt supposito conuenire: nulla ergo inter ipsas erit realis distinctio. Item,
2. sicut diuina essentia, ob suæ infinitatis amplitudinem, vllis nequit terminis concludi, sed tribus communis est personis; ita sane, quæcunque relatio in diuinis, quoniam est infinita, cum à diuina essentia realiter non distinguatur, illimitata est, atque eidem supposito indifferenter conuenire potest. Amplius, in quo perfectissima est generatio; in eo
3. certe nulla debet esse distinctio: quod enim est summe perfectum, est maxime vnum; quia distinctio imperfectionem dicit; maxime vero vnum, nullam distinctionem admittit: sed in deo est perfectissima generatio: igitur nulla in eo inueniri potest realis distinctio. Præterea, non plus facienda
4. est in diuinis distinctio, quam mutatio: sed generatio diuina fit sine mutatione: igitur sine distinctione.

De filij Dei generatione.

CAP. VI.

Soluuntur argumenta.

Ad 1. negatur conseq. generans enim dat genito in actu primo esse, & simpliciter quidem; nihil autem seipsum in actu primo continet; alioqui sibi ipsi præsupponeretur, atque seipso prius esset. Porro mouere aliquid; non in primo, sed in secundo actu, esse largitur: hoc ergo sane modo, actus primus, virtualiter certe secundum continere valet. non igitur est simile, quod si aliquid seipsum mouere queat, seipsum etiam possit producere. moti præterea, & mouentis relationes, non sunt formaliter oppositæ, sicut producentis, & producti, quæ plane nequeunt eidẽ inesse; præsertim si productũ substantia extiterit, in genere substantiæ per se subsistens, non inhærens producenti. 2.
Ad 2. negatur similitudo. etenim relatio ex se nõ est infinita; siue, vt alijs verbis vtar, non est formaliter infinita; ideoque non indifferenter est omnibus communicabilis. Quod si quis naturaliter esse infinitam dixerit, ex hoc tamen dicere non audebit, esse omnibus communicabilem. Ad 3. gene- 3.
ratio non vnitatem generantis cum genito; sed similitudinem aliquam ostendit, quæ sine profecto distinctione consistere nequit. Cum igitur perfectissima sit diuina generatio, & optimam, summamque similitudinem, & minimam, sed realem distinctionem habet. Ad 4. generatio commu- 4.
niter accepta, à mutatione quidem abstrahit; non autem à generantis & geniti distinctione: non ergo est simile, generatio diuina fit sine mutatione; igitur sine distinctione.

QVÆSTIONIS OCTAVÆ CAP. I.

Verbum lucidum, est imago Dei inuisibilis.

Diuini germinis substantiam, balbucientes hactenus perscrutati sumus, eiusdem modo pulchritudinem inquiramus: germen enim, nedum parentis substantiam, naturamque præseferre satagit; sed & pulchritudinem, sed & similitudinem; sed & producentis imaginem. Est autem Pymandri verbum, imago dei inuisibilis, authore Paulo, character, *seu figura substantia ipsius*: eam scilicet in se habens Pymandri substantiam. Etenim genuinus quidem filius, non solum parentis naturæ, morumque qualitates; verum etiam viuam paterni sigilli effigiem, vultusque simulacrum prætendit: *Qui videt me*, inquit, *vid & patrem meum*. illius ergo similitudinem gero: pater siquidem in me est, & ego in patre. Cæterum imago in diuinis, vno modo, id esse dicitur; ad cuius typum, similitudinemque aliquid producitur. hoc autem modo, tribus est communis personis: proinde ait Moyses: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*. alio modo, productum in eadem naturæ substantia, secundum Græcorum sententiam, imago in diuinis appellatur: Latini vero, modum imaginis producendæ dicunt esse necessarium; vt aliqua personarum in diuinis, proprie imago sit appellanda. Quare, verbum in diuinis verissime imago nominatur, quippe, cum naturæ habeat identitatem, productionisque modum naturalem. vnde August. *Eo verbum est*, inquit; *quo filius, & imago*. quod plane de imaginis connotato intelligendum est, formale enim, ipsius significatum, producti similitudinem, à suo producente, per modum naturæ productam, ostendit. Porro respectus huiusmodi, rationis est potius, quam filij personæ constitutiuus. non sic autem formale verbi significatum se habet, sed proprie, verissimeque filij personam constituit, eiusdemque productionis similitudinem, ad viuum (quoad fieri potest) exprimit, atque enunciat. Verbi igitur, atque filij principale significatum, connotat imaginis naturam. Itaque, imago in diuinis, est nomen personale, verbi personæ attributum. imago enim, non quæcunque est similitudo; sed ea certe, quæ est specifica, vel in aliquo speciei signo salte: signum autem speciei in corporeis rebus maxime videtur esse figura. vnde, quamuis multorum animalium secundum speciem diuersæ sint figuræ, non tamen diuersi colores: quam ob causam, si quispiam, alicuius rei in pariete colorem transtulerit, non autem figuram; nondum certe imago

Imago in diuinis quomodo accipitur.

Verbum est vera imago.
Aug. 7. Trin.

Imaginis & verbi discrimen.

Rationes perfectæ imaginis.

De filij Dei generatione. imago dicitur: præter namque specificam similitudinem, originis est necessitatis productio; vt legitima possit imago nominari. quamobrem, August. *lib. 83. quæst.* vnum ouum, alteruis non esse imaginem dicit; quia nimirum, non est de illo expressum. *Rationes perfectæ imaginis.* Vera igitur imaginis ratio, simile, à simili in specie produci, ostendit. qui plane producendi modus in diuinis, verbi solius est, eiusdemque tantummodo personæ competere potest. Nam & si Spiritus sanctus, sua quidem processione, patris accipiat naturam; tamen, quia non dicitur natus, quemadmodum & filius, ideo imago in diuinis nequaquam appellatur. *Spiritus sanctus non dicitur imago.* Porro, quoniam filius procedit vt verbum, ad eius certe rationem spectat, specificam sui parentis gerere similitudinem, ideo imago Dei, à Paulo nominatur. Patet ergo, quare verbum Pymandri, imago in diuinis appelletur, Spiritus autem sanctus minime.

CAP. II.

Argumenta contrariæ opinionis.

1. *August. quæst. 83.* QVæcunque persona in diuinis, ab alia procedit per similitudinis modum, illa profecto in diuinis, imago est appellanda: id autem pater, per illud Augustini, imaginis ratio, est similitudo cum expressione. Sed Spiritus sanctus in diuinis, per modum similitudinis procedit; habet enim patris in se, ac filij manentem substantiam, quæ vera est in trinitate similitudo, in qua nulla potest esse corporalis figura: igitur, Spiritus sanctus, imago dicitur, atque appellari potest. *Damascen.* Confirmatur ex Damasceno, *Spiritus sanctus, est imago filij*, inquit; non igitur in diuinis est proprium filij nomen. *Paul. 1. Cor. 11.* Insuper D. Paulus hominem, Dei imaginem appellat. *Vir*, inquit: *non debet velare caput, quoniam imago, & gloria est Dei.* Solius ergo filij, imago non erit.
2. Amplius, vbi est vna sanctæ Trinitatis deitas, atque imago; ibi certe, nullum est personale nomen inserendum: sed vna est sanctæ Trinitatis imago, dicente Moyse: Faciamus hominem, ad imaginem nostram: & August. *Aug. de fide Petri.* Imago igitur, nomen est essentiale, non personale. Item, eius profecto rei est imago, ad quam imaginatur (teste Hilario) *Hilar. lib. de Synod.* species indifferens, sed essentia in diuinis, est species indifferens; ipsa ergo est imago in
3. sancta Trinitate.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. quamuis Spiritus sanctus eandem habeat cum patre, & filio naturam; tamen, quia similitudinem nascentis non habet, sed procedentis potius, ideo imago non vocatur. Porro Damasc. cæterique Græcorum sapientissimi, imaginis nomine, pro perfecta similitudine vtuntur. Ad illud autem Pauli: dicimus hominē, Dei imaginem appellari; quatenus ad Dei imaginem est expressus: sic denarius, Cæsaris imago vocatur, proprius tamen, ad imaginem dicitur, in quo plane, motus, ad perfectionem designatur tendentis. Ad 2. August. exemplari, pro imagine abutitur: imago enim, propria est, quæ ad alterius similitudinem procedit. Quare, id, ad cuius similitudinem aliquid effingitur, non imago proprie, sed exemplar dicitur.
3. Ad 3. Species, quam Hilarius intelligit, forma est ab alio procedens: sicuti dicere solemus, hunc, alterius esse similem: quatenus scilicet, vnius forma, alterius formæ similis esse videtur. sed hoc ad imaginis rationem pertinet. Quomodo ergo filius in diuinis vocetur à sacris litteris imago patris, breuiter dixi.

CAP. IV.

Verbum est in patre, & pater est in verbo.

DEinceps videndum est, quomodo pater est in filio, & filius in patre, vt scripturæ loquuntur.
1. *Aliquid est in aliquo dupliciter.* Aliquid esse in aliquo, bifariam intelligi potest, aut certe secundum se totū; quemadmodum dicere solemus, vinum secundum se totum, in amphora esse, vel secundum partem, idque dupliciter: vel respectu partis tantum, quæ in aliquo cōtinetur, cuius gratia, totū et corpus in tibi haberi, pronunciamus: sic auis est in laqueo, quia illius pes, laqueo inuolutus, astringitur. vel quia pars ita est in alio, vt eius, in quo est, aliqd esse videatur: veluti, si monstrum aliquod, duo secū serena capita, duo etiam corpora, non quatuor, sed duos haberet pedes: vnum profecto illorum corporum, respectu pedis in eodem existentis monstro, in altero esse diceretur. *Quomodo pater in filio.* Quomodo ergo dicemus, patrem esse in filio? non primo quidem modo: nam id, quod primo est in altero, qualibet sane ipsius pars, æque primo in illo esse dicenda est. *De filij Dei generatione.* Si ergo pater primo est in filio: paternitas etiam æque primo erit in filio, sicut & ipsa Deitas. Sed hoc inde orietur absurdū, vt quēadmodū filius, Deitate, est Deus, ita quoque paternitate, sit pater: quod plane est impossibile.
2. Amplius, id, in quo primo aliquid est; illud re uera videtur, quasi ambitu suo complecti, & penetrare, & continere. sed idem, respectu eiusdem, continere, & contineri, intelligi nequit. itaque vna persona, est in alia, secundum aliquid sui, quod certe eius, in quo est, aliquid est. Hæc autem diuina est essentia, quæ ita est aliquid existentis; vt etiam sit aliquid eius, in quo coexistit. vbicunque enim, alicuius fuerit relationis fundamentum, ibi, profecto, relatio in ipso fundata consistit. 3. Vbi igitur fuerit essentia; ibi erit & filiatio, quæ in ipsa fundatur: essentia autem sola, siue sola relatio, non est huius inexistentiæ causa; alioqui pater in seipso esse diceretur. Atqui talem, Saluator distinctionem demonstrauit: *Pater est in me*, inquit, *& ego in patre.* 4. Relationes præterea originis, in personis, quæ referuntur, eiusdem non sunt rationis. Si ergo illæ, formales essent rationes essendi personarum in se inuicem, vniformiter in se inuicem personæ non essent. Cum igitur in persona, essentia, & relatio sint; ambæ profecto tales erunt causa existentiæ. Etenim, licet nihil sibi, sed alteri simile esse dicatur; in qualitate tamen, authore Philos. *Arist. 5. met.* similitudo super vnitatem fundatur. Ex quo patet, solam relatiuorum diuersitatem, solamque fundamenti vnitatem, non sufficere ad similitudinem statuendam; sed vtrumque veluti causam vnam totalem, esse necessarium. *Quomodo vna persona sit in alio.* Ita profecto, (si fas est dicere) sola personæ existentis distinctio, aut sola essentiæ vnitas non sufficiunt, sed simul concurrant, necesse est; vt perfecta sit ratio personarum in se inuicem existentium. Esse enim in alio, communia est relatio, eiusdemque plane rationis, quæ omnibus profecto diuinis conuenit personis: personarum autem relationes, atque rationes, minime; sed singulæ, singulis tantummodo conueniunt. non ergo causæ esse possunt totales inuicem existendi. Sane, in æquiparantiæ relatiuis, vna est ratio fundamentalis: esse autem inuicem, siue vnam in altera personam, est ab æqualitate, atque similitudine sumptum, quod ad relatiuum pertinet, atqui, totales personarum rationes, eiusdem non sunt rationis; nec igitur fundamentales. variatis certe per se fundamentis, variantur etiam relationes. 5. Essentia præterea, quatenus est essentia, personis largitur deitatem, siue esse Deum: relatio vero esse relatiuum. Porro, persona in alia existens, cum subsistenter, & non formaliter existat. esse illi nequaquam largitur. Patet ergo, rationem existendi in essentiæ, vel relationi primo minime conuenire. Cæterum, persona in diuinis, incommunicabiliter subsistit, atque ita per seipsam est in alia, vt subsistens, scilicet in subsistente. conuenit autem personæ iste subsistendi modus, per seipsam primo, vt primo denominato. aliquid siquidem, alteri conuenire potest per partem. idque dupliciter; aut per partem certe, sicut per rationem; aut vero, sicuti primo denominatum per illud, quod conuenire dicitur. *Generatio conuenit patri.* Verbi gratia. generare, conuenit patri in diuinis, per essentiam, scilicet, sicut per rationem, & principium quo generandi, sicut composito competit, per formam agere apud creaturas. crispitudo autem, siue albedo, vni tantum corporis parti: cuius gratia toti corpori inesse dicimus: vnde vocatur homo crispus, vel albus: vna tamen pars est primo denominata; corpus autem hoc modo, denominationem primo non habet. Cum igitur in diuinis persona, per se sic subsistens; primo hanc denominationem habet subsistendi: vt subsistens ergo in subsistente, subsistit velut primum denominatum. Ex quo patet, personas diuinas inuicem esse, hoc est, vnam in altera per mutuam æqualitatem, atque similitudinem subsistere: personæ, vt primo denominato, congruere. per essentiam vero, sicut per rationem fundamentalem: sic enim esse in diuinis, est relatio communis: ergo & suum fundamentum: quod plane aliud esse non potest, nisi diuina essentia. *Verbum in patre, vt in dicente.* Quamuis ergo relationes non sint fundamenta personarum inuicem existensiom. necessariæ tamen sunt, ad extremorum, personarumque distinctiones statuendas. Est autem verbum, vel filius in patre, sicut verbum in dicente, & amor in amante, & notitia in cognoscente: quamuis huiusmodi similitudines, diuinis non sint conferendæ personis. Intelligentia siquidem humana, rationem huius dicti non capit; nec exemplum aliquod, rebus diuinis, comparatio humana præstabit. Exemplum autem, quamuis tenue, & tantæ rei, non multum conueniens, ex animæ potentiis assumitur: sicut latius disputaui libro sexto. *Circumincessio.* In nullo ergo modorum, quos philos. numerat, 4. *phys.* iste essendi modus concluditur: sed peculiari quodam nomine theologi vocant circumincessionem, id est,

De filij Dei generatione.

subsistentis, in subsistente in eadem essentia, præsentiæ assistentiam. Itaque diuinæ personæ, per hunc existendi modum, vna, in altera tota est & vicissim altera, in altera. *totus in patre est filius, & totus in verbo pater*, inquit Ambros. persona namque diuina, ex essentia, & originis relatione constat. Porro, relatio in essentia, veluti in fundamento est inseparabilis. Quare in diuina essentia, patris est filiatio cum paternitate & paternitas etiam cum filiatione. Cum autem certum sit, vnam, eandemque patris, ac filij essentiam esse; indubie sequitur, totam patris personam in filio; & filij, in patre esse. Idem quoque iudicium est de spiritu sancto. huius autem *Circumincessionis causa.* circumincessionis causa cōpleta, est vnitas essentiæ, cum distinctione personarum ideo in solo Deo reperitur, in quo plenissime est vnitas essentiæ, cum personarum distinctione.

CAP. V.

Argumenta, personam, in persona per se totam primo esse, probantia.

Contra prædicta posset aliquis sic arguere: aut per-
1. sona est in persona per se primo, & per sa totam: aut per partem, vel quasi per partem; quæ est essentia. Non secundo modo: nam per partem in alio existere; eundem fere modum existendi in illo habet, quem profecto pars habere videtur. Cum autem essentia sit formaliter in patre; & filius sit in patre per essentiam. filius igitur in patre erit formaliter: atque ita, pater est fi-
2. lius, & pater. Item, subsistere per se in alio, diuinæ non con- *Hilar. 7. de Trin.* uenit essentiæ, aut relationi; neutra enim personaliter subsistit, sed in persona tantum; sed persona est in persona, sicut subsistens, in subsistente, teste Hilario. Omne autem, quod sic subsistit, per se totum; & non per partes subsistit: Persona igitur per se totam, in persona, & non per essentiam subsistit: *In patre totus filius, & totus in filio pater.* *in patre totus filius, & totus in verbo est pater*, ait Ambros. Sed dices fortassis, de proxima hoc ratione esse intelligendum, de remota autem minime. Porro, essentia, vt est formaliter in patre, non est filij essendi in patre proxima; sed remota potius ratio: proxima autem, est proprietas personæ inexistentis. Sed hoc friuolum est: siquidem, illud conuenire primo, alicui dicitur, quod non secundum aliquam sui partem, sed secundum omnes sibi conuenit intrinsecas partes. In persona autem essentia est, & relatio: quidquid igitur personæ conuenit, hoc certe sibi conuenit primo; non quidem essentiæ respectu tantummodo, aut relationis, sed amborum simul: quippe cum absque his, persona subsistere nequeat. Quoniam ergo persona, secundum se totam, in his duobus consistit: igitur essentia, non remota filij gignendi, siue genit, vt certius dicam, causa, seu
3. ratio; sed proxima quoque est dicenda. Amplius, si essentiæ vnitas, tota esset ratio, personam in persona existendi. pater igitur esset in seipso. tenet consequentia: in se enim habet personæ vnitatem. sed hoc est impossibile, igitur & antece-
4. dens. Adhuc, quod personæ in diuinis conuenit, essentiæ conuenire non potest: persona enim generat, non essentia. igitur à simili, quod essentiæ conuenit, personæ minime conueniet. Sed essentiæ patris conueniet, esse in filio: quatenus à patris persona distinguitur, quæ non est, sicut essentia communicabilis. patri ergo non conuenit esse in filio per essentiam, neque filium in patre: alioqui persona, sicut essentia communicabilis esset, atque ita sibi ipsis vicissim cederent, quod plane impossibile est. Item, sicut ista non valet: essentia filij est in filio; ergo filius est in filio; ita quoque ista non est admittenda: patris essentia est in filio; igitur pater est
5. in filio per essentiam. *Persona siquidem est in alia, sicut subsistens* *de Fide ad Petrum.* *in subsistente*, authore August. Sed essentia non est in personis, sicut subsistēs: nō ergo est ratio existēdi personarū in inuicē. Patet ergo vnā personā in altera nō per essentiā, sed per personā subsistere. Sed dices: etsi nō per essentiā; per relationem saltem. sed hoc quoq; falsum est, Etenim, si ratione relationis, & non essentiæ, vna persona est in alia: igitur respectu eiusdem, vnum ac idem, per se primo erit continens, atque con-
6. tentum. sed hoc certa, philosophi repugnat doctrinæ 4. phy. comm 24. igitur & c. Conseq. autem clarissima est: id enim, quod secundum se totum continetur in alio, & è diuerso continet quoque absque dubio, respectu eiusdem, primo, & per se, & continens est, & contentum. sed vna persona est in alia, idque per relationem: igitur vna continet alteram, & continetur ab altera: nihil enim aliud est in persona, quam essentia, & relatio. Præterea, relatio est ratio, ob quam,
7. vna alteri opponitur persona: non ergo ratio est, qua vna sit in alia. Persona ergo non est in persona.

CAP. VI.

De filij Dei generatione.

Soluuntur argumenta.

Ad 1. negatur probatio secundæ partis disiunctiuæ: 1.
non enim necesse est, vt id, quod personæ in diuinis conuenit per partem, vtpote per rationem fundamentalem, id est, per essentiam, vel per principium, quo eodem modo, & sibi, & parti conueniat. generare siquidem, non essentiæ, sed personæ conuenit, idque per essentiam, sicut per fundamentum, & principium, quo. Non sequitur ergo, pater est in filio, & filius est in patre: sed pater generat, ergo filius generat: quia nimirum, si aliquid, in alio sit per partem; eodem modo, in illo erit, sicut, & pars. pater enim, siue filius est in patre, per essentiam, fundamentaliter: ex quo certe fundamento, non sequitur, quod vna eademque persona, sit pater, & filius: vt subsistens vero, in subsistente, tanquam primum denominatum. Conuenit autem iste modus essendi, personæ primo per se totam: nec inde sequitur, quod vna sit altera persona: nam persona in diuinis non est communicabilis. igitur quando aliquid alicui parti conuenit, vel toti, alicuius partis ratione; non opus est alteri competere parti; præsertim, si huiusmodi partes, ad integrandum totum, non eiusdem fuerint rationis. Non ergo valet, pater est in filio per essentiam, ergo per paternitatem, quia essentia patris, non est sine paternitate. Nam relatio, & essentia in patre, non sunt eiusdem, vt diximus, rationis. Cōmittitur igitur fallacia æquiuocationis. Verbi gratia: filius est in patre, quia præsentialiter, & intime, totus existit in toto patre. igitur formaliter, seu per informationem. Minime sequitur. primus nihilominus modus, secundum præsuppo- *Quamuis pater est in filio fundamentaliter, non tamen pater est filius.*
nit. Ad 2. quamuis personæ, vt primo denominato per se 2.
totam personaliter subsistere conueniat; non tamen inde sequitur, per essentiam in alia persona, quasi per fundamentalem rationem, non posse subsistere. Ad 3. sola quidem es- 3.
sentia sufficit ad esse in, idque fundamentali ratione; cum hoc etiam necessaria est personarum distinctio, quæ, respectu eiusdem personæ, haberi non potest. ideoq; nō sequitur. Vnitas essentiæ est in patre igitur pater est in seipso; nam in patre formaliter nō est personarū distinctio. Ad 4. essentia, qua- 4.
ten' à persona distinguitur: personis inest diuinis formaliter atq; cōmunicabiliter: qui plane modus nequit cōuenire personis. Personis vicissim, inest subsistenter inesse. Quando ergo dicis, essentiæ proprietas essendi personis non conuenit: igitur vna non potest in altera per essentiam inesse persona: respondeo, per essentiam, vtpote per rationem fundamentalem, non per essentiæ modum essendi, vnam personam in altera esse. Ad 5. negatur consequentia: esse enim in, vt di- 5.
ximus, personarum innuit distinctionem: quam ob causam, non valet, filij essentia est in filio, ergo filius est in seipso: æquiuocatio sane in modo essendi esse videtur. Ad confirmationem quoque negatur consequentia: siquidem, vt primū denominatum persona subsistit, per essentiam autem, fundamentaliter. Ad 6. ille modus essendi, in, non continenti- 6.
am, sed præsentiam subsistentis in subsistente enunciat: atq; ita vnius est in vtroque rationis. Etenim, quemadmodum vna persona subsistens est, præsensq; alteri; ita profecto, & alia vicissim, alteri. Ad 7. negatur conseq. esse certe in alio, secū- 7.
dum intellectum in oppositis relatiue, vnum est, de intellectu alterius relatiui.

CAP. VII.

Argumenta, quæ probare videntur, nullo modo, vnam personam in altera esse.

Si personæ diuinæ essent inuicem, vt dictum est; tunc 1.
essent confusæ. sed non debemus confundere personas, iuxta illud Athanasii: *Neque confundentes personas.* Anteced. autem patet: nam tunc sequeretur, quod quolibet esset in quodlibet, iuxta Anaxagoræ sententiam. Igitur in diuinis, vna persona non est in altera, Sane indiuisibile, ab indiuisibili non separatur; nisi extra illud extiterit, vt dicitur 4. *phy.* duo siquidem indiuisibilia simul posita, non faciunt maius cum sint vnum indiuisibile. Si ergo personæ diuinæ fuerint simul, non erunt vtique distinctæ, indi-
uisibiles sunt enim. Amplius, si persona subsistit in persona, 2.
idque cum personarum distinctione; tunc absque dubio, in illis compositio inueniretur; Tenet consequentia: nam si aliquid in Deitate esset, quod nihilominus ipsa Deitas non esset. Deitas sane, esset composita, siue componibilis, authore *Aug. 10. de ciu. Dei.* August, Ideo simplex est Deus, inquit, quia est illud, quod habet,

De filij Dei generat. habet, excepto quod personâ dicitur relatiue ad alteram, & non est ipsa. Igitur si persona habet aliquid, quod non est ipsa; ipsa plane est composita, vel componibilis. Præterea, in
3. quo est filius, in eodem plane est filiatio; filius enim & filiatio non separantur ab inuicem. sed in patre est filius, quia in patre totus est filius in patre ergo est filiatio. At illud, in quo
4. est filiatio, est filius. Pater ergo est filius. Item, si pater est in filio, & vicissim, filius est in patre; ergo filius, seu pater est in seipso. patet conseq. per illud. Philos. 4. *phys.* Si aer est in igne, & ignis est in cælo: aer ergo est in cælo. Igitur à simili: pater est in filio, & filius est in patre: ergo pater est in seipso. Sane, *quicquid sequitur*, inquit philos. *ad prædicatum, sequitur ad subiectum.* Vnde sunt illæ maximæ famosissimæ videlicet: quidquid sequitur ad consequens, sequitur ad antecedens: & quidquid antecedit ad antecedens, antecedit ad consequens. & quod
5. est prius priore, est prius posteriore: & quidquid est causa causæ, est causa causati. Item, si pater est in filio: ergo est Deus in Deo, tenet consequentia: nam filius est Deus. sed nihil in a-
6. lio esse dicitur, quin ab ipso distinguatur: igitur Deus distin- *Modi essendi in alio.* guitur à Deo. Item, *Arist. 4. phys.* ponit modos essendi in alio, aut sicut totũ in partibus, vel sicut genus in speciebus. aut sicut pars in toto, aut species in genere, vel sicut forma in materia, aut locatum in loco, vel sicut res in fine optimo, aut motum in mouente, vel regnum in rege. sed ex his, patri in filio existenti, modus propemodum nullus aptari potest, vt facile est inspicere. igitur pater non est in filio.

CAP. VIII.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. si in diuinis quælibet persona in qualibet esset, secundum Anaxagoræ mentem; absque dubio, confusio illa sequeretur: sic enim persona esset in
2. persona, vt pars certe ipsius. sed persona non est in persona, vt pars: non ergo est necessaria confusio. Ad confirm. negatur similitudo: etenim ratio totius, diuinis nequit congruere personis. Ad 2. Deitas, omni in natura subsistenti diuina, communis est: quapropter in illa natura aliquid est subsistentis: ideoque ab illo realiter distingui non potest; asset enim cum illo componibilis. nam quomodo in aliquo plura erunt subsistente, nisi vnum cum altero sit componibile? Porro persona, non est aliquid
3. subsistentis in natura diuina. quare, etsi persona sit in persona, inuicem tamen non est componibilis, sicuti de Deitate esset dicendum. Ad 3. illud certe, in quo filiatio, sicut forma in formato existit, filius plane, & est, & nominatur. sed
4. hoc modo filius, non est in patre, sed per intimam potius inexistentiam: ex quo patet, patrem, filium non esse appellandum. Ad 4. in relatiuis æquiparentiæ, non valet iste arguendi mod⁹, nimirũ, Mercurius est similis Platoni, & Plato est simi-
5. lis Mercurio: igitur Mercurius sibiipsi erit similis. dici ergo non debet, pater est in filio, & filius est in patre, ergo pater est in seipso. Ad 5. concedimus, Deum esse in Deo, sed non inde
6. sequitur: ergo Deus distinguitur à Deo; quia consequentis fallacia committitur. in prima enim non distribuitur ille ablatiuus, Deo; sed in secunda, idque virtute negationis in illo verbo distinguitur inclusæ. Ad 6 modus iste essendi, absconditus fuit ab oculis viuentium, patuitque solum oculis fidei.

MERCVRIVS.

Mens autem Pater Deus.

Comment. VIII.

DIuini germinis sacramenta, hactenus Pymandro docente, in medium adduximus: operæ pretium fuerit, Pymandri nunc eximiam dignitatem, virtutem, potentiamque generandi, rimari: ipse quippe est *mens*, de qua superius locuti sumus, *Pater Deus* Dicamus ergo primum, quare pater, & quæ sint huius patris arcana: quæ ipsemet per suum verbum lucidum reuelare dignabitur.

QVÆSTIONIS PRIMAE CAP. I.

De Patris potentia generatiua.

Potentia generandi, est magis quid absolutum, quam respectiuum.

MVltiplex huius est vocis significatio: nam interdum à theologis Logica vocatur potentia, quæ facta ab intellectu compositionis, modum indicat; in sola q; consistit non repugnantia terminorum. Proinde *Potentia multiplex. Logica. Realis.* patrem hoc modo posse generare dicimus: filium vero minime. Alia autem est realis potentia: & hæc quidem duplex. quædam enim in qualibet entis creati specie, atque in indiuiduo, ab actu separatur, quatenus scilicet ens, à potentia, ad actum proficiscitur: hæc autem potentia, ob sui imperfectionem in Deum non cadit, qui est actus purus. quædam vero, *Potentia productiua.* est principium agendi, illius plane relationis fundamentum proximum. hanc vocant theologi, operatiuam, aut productiuam potentiam: quæ etiam aliis terminis, atque nominibus, pro per se significato, est potentialitas: pro denominato autem, est fundamentum potentialitatis proximum. vnde potentia fundamentalis in Deo, quæ quidem dici potest actualis: est potentia generandi, & spirandi, hæc autem potentia respectum ionuit aliquẽ, siquidem terminum protendere videtur. Quapropter hæc *Potentia fundamentalis siue actualis est potentia generandi.* potentia generandi, & respectum nominat, & fundamentum: atque ita, & per se significatum, & denominatum complectitur. hoc autem modo accepta, non est purum ad aliquid: quippe cum potentia generandi, Hilario teste, perfectionem dicat infinitam. nec ex respectu formali, & absolu- *Hilar. 4. Trin.* to, sicut persona, aliquod est constitutum. Prima enim formalis relatio in diuinis, est paternitas: potentia autem gene- *Fundamentum proximum relationis.* randi, præintelligitur, tanquam eius certe proprium fundamentum. Huiusmodi ergo potentia, ex respectu fundamentali, & absoluto constat. Sed dicet aliquis, quod est illud absolutum, proximum fundamentum istius relationis? Hæc certe, vt apertius, lucidiusque intelligas, oportet scire actiuam, seu operatiuam potentiam, præcise interdum significare fundamentum. si hoc modo potentia intelligatur actiua: non est profecto relatio, sed aliquod absolutum. aliquando autem pro fundamento accipitur cum his certe conditionibus, quæ ad filij generationem sunt necessariæ: sicut in creaturis, approximatio passi, & impedimenti remotio. Ista autẽ potentiæ distinctio, clarissima est apud philos. *Quoniam autẽ* *9. met. t. 4. com. 10.* inquit, *aliquid possibile, & quando, & quomodo, & quæcunq; alia necesse est adesse in diffinitione*, agens propinquũ debet esse ipsi pas- *Absolutum est principium generandi.* siuo, quo præsente agit, alioqui agere profecto non potest. Igitur, si hoc modo potentia generandi intelligatur; & absolutum, & respectiuũ complectitur: absolutum autem magis.
principium enim agendi totale quo, termino actionis, pro- 1.
ductionisque formali imperfectius esse non potest. Pater, nam minus perfectum, vel non æque perfectum saltem, non est ratio communicandi magis perfectum, seu aliquid per-
fectius, sed relatio, quoniam formaliter non est infinita, non 2.
est principium quo generandi. Iterum, si ipsa proprietas patris, seu relatio paternitatis esset principium, quo pater generat filium; tunc plane in diuinis, duæ productiones, per modum naturæ, & voluntatis, non essent formaliter distinctæ. Consequens est falsum, consequentia vero probatur. In diuinis siquidem, productiones per modum naturæ, & voluntatis, hac certe ratione distinctæ esse dicuntur, quia nimirũ principiũ, quo producens, producit, aliter se habeat ad ꝓductionẽ, & productum: quia hoc scil. naturaliter, illud vero libere producitur. Porro omnis relatio, suum propriũ correlarium, æque naturaliter respicere videtur. Quam ob causam, relatio spiratiua, seu rei spiratæ, ita sane naturaliter, suum respicit correlarium, quemadmodum & suum relatio gene-
rantis. Item, tunc sequeretur, vnam eandemque relationem 3.
suiipsius esse principium. in patre quippe, vnica est originis relatio ad filium, nempe paternitas. quocirca, si illa est principium, quo respectu generationis; quæ quidem generatio,
eadem est relatio, licet aliter nominetur: erit ergo principium 4.
sui. Præterea tunc etiam paternitas, filiatione esset perfectior: illud n. quo ꝓducẽs producit, si eiusdẽ nõ fuerit rationis cum forma producti, virtualiter eam continet, atque illa est perfectius. Quam ob rem, si paternitas est, quo pater agit, eiusdem autem rationis cum filiatione non est: continet ergo filiationem virtualiter, illaq; est perfectior. filiatio præterea nõ dat filio, ad intra, vel ad extra aliquid agere; cũ filius, filiatione, ꝓducat nihil. Itaq; si pater paternitate formaliter agit; paternitas profecto, filiatione erit perfectior. Potentia ergo actiua generandi, est magis quid absolutũ, quam respectiuũ.

 Sanè,

De Patris potentia generatiua. Sane, quod est in principio productiuo perfectionis; ob
principij productiui rationem non aufertur. Sed in identi-
tate numerali, atque adæquata sibi communicatione, seipsum
communicare, principij productiui perfectionem indicat: igitur
5. ob aliquam principij productiui rationem non est auferendum. Vnde,
si per impossibile, Deus generaret alium Deum: Deitas quidem,
principium esset productiuum illius, non autem relatio. sed Dei-
tas in huiusmodi generatione, seipsam, in identitate nume-
rali, adæquataque sibi in ratione principij productiui com-
municatione, nequaquam communicaret: patet; nam ad-
huc alium posset Deum gignere. quare, cum ita Deitas, in
identitate numerali, communicatione sibi adæquata, in ver-
bi diuini generatione communicetur; vt alia numero, eius-
dem rationis communicatio esse non possit; absque dubio,
absolutum magis, quam respectiuum est potentia actiua ge-
nerandi. Adhuc, aliquid absolutum est terminus formalis
6. generationis: ergo est ratio formalis, qua agens agit. ante-
cedens iam ante declaratum, quod scilicet essentia diuina est
formalis terminus generationis. consequentia autem pro-
batur: impossibile enim est, formalem productionis termi-
num, agens communicare; si forma æque perfecta non ege-
rit, modo vniuoce agat; perfectiori vero, si æquiuoce. Cum
autem in diuinis absoluto perfectius sit nihil, infinitum est e-
7. nim; relatio vero minime: igitur in diuinis, absolutum est
principium, quo generandi. Item: si producens & produ-
ctum eiusdem fuerint naturæ, atque productio per conse-
quens vniuoca; proprietatem sane indiuidualem, vel quasi
indiuidualem principium esse productiuum, est impossibile:
principium n. producendi causa, siue ratio est, qua re productum
assimilatur producenti. sed indiuidualis conditio, non est ra-
tio assimilandi; cum à qualibet re, quæ est in producto, tota
separetur, atque distinguatur, ab illius maxime indiuiduali
Proprietates. proprietate, siquidem indiuiduales se totis formaliter distin-
guuntur, in nulloque conueniunt, ac diuersæ, siue alterius
sunt rationis. sed generatio diuina est vniuoca, vipote subsi-
Generatio diuina est vniuoca. stentis alicuius in vna eademque natura cum producente, relatio
vero, quoniam suppositalis est proprietas, formaliterque à
8. relatione distinguitur producti: certe ratio vel principium
esse nequit producendi. Adhuc, si relatio est principium for-
male quo generandi; pater profecto filio esset perfectior. te-
net consequentia. producens namque æquiuocum totale a-
licuius, simpliciter nobilius & perfectius est ipso producto.
sed relatio in patre, est principium quo producendi totale,
producens quasi æquiuocum, est enim relatio alterius rationis
in producente & producto; vnde principium producendi
9. in producto simile non habet: igitur pater filio simpliciter
Absolutum principium formale productiuum. erit perfectior, atque ita filius, Deus dicendus non esset. Ite-
rum, principium productiuum quo, aut est pura relatio, aut
purum absolutum, aut ex vtroque constat. puram autem
non esse relationem iam patet; neque ex vtroque constitu-
tum; oportet enim aliquid esse vnum per se, multo fortius
quam actus, cuius principium nominatur: purum ergo est
absolutum. Sane, quando producens & productum, eius-
dem sunt naturæ absolutæ: principium certe producendi
absolutum sit, omnino necessarium esse videtur. Cum au-
tem in diuinis huiusmodi generationis ordo habeatur: igi-
tur absolutum magis, quam relatiuum, est actiua potentia
10. generandi. Denique: in quocunque agente illud certe po-
tentia propriissime vocatur, quo agens agit. Porro produ-
cens per suam actionem, aliquid sibi simile producit, quan-
tum ad formam, qua agit. sic homo genitus in natura huma-
na, similis est generanti: pater enim naturæ huma-
næ virtute, filium generat. quare illud est in aliquo generan-
te, potentia generatiua; secundum cuius naturam, genitum
est simile gignenti. Cum autem in natura diuina, filius patri
Hilar. 2. Trin. similis sit: natura ergo diuina, est in patre potentia generan-
di. *Natiuitas Dei*, inquit Hilar. *non potest eam, ex qua profecta est,
non tenere naturam.* Ex quo apparet, potentiam generandi,
diuinam principaliter significare naturam: nec eam sane,
quatenus idem est relationi, vt ex æquo significet vtrumque.
nam quamuis paternitas, vt forma patris significetur: est ta-
men personalis proprietas, se habens ad personam patris,
quemadmodum, vt ita dicam, indiuidualis forma ad ali-
quod indiuiduum. forma autem indiuidualis in rebus crea-
tis, personam constituit generantis: non autem id est, quo
generans generat: alioqui Mercurius generaret Mercurium:
vnde paternitas constituit patris personam: id autem non
est, quo pater generat, aliter pater patrem generaret. Natura
ergo diuina in qua filius est similis patri, est potentia actiua
generandi in patre. Generatio est opus naturæ, inquit Da-
mascenus, non sicut generantis; sed sicut eius, qui generans
generat. Ex quo apparet in recto, naturam significare diuinam,
in obliquo autem relationem. Ex his ergo & similibus osten-
di poterit, quod est principium formale productiuum in diuinis.

CAP. II.

Argumenta, quæ ostendere videntur generationem in diuinis esse æquiuocam.

De Patris potentia generatiuus.

Contra prædicta posset aliquis sic arguere: Paterni- 1.
tas & filiatio, in diuinis differunt specie: ergo per-
sonæ constitutæ per eas. antecedens autem mani-
festum est, secundum quidditates enim differunt;
talis aũt differentia est specifica. Adde, quod puri actus sunt;
actus autem & formæ, differentia est specifica. consequentia
autem patet: non enim maior est in principiis, quam in prin-
cipiatis distinctio, eadem præterea est & constituentium, &
constitutorum differentia formalis. Amplius, productiones 2.
differunt specie: ergo & producta. antecedens autem claris-
simum est: in diuinis enim non est productio, nisi vnica vni-
us rationis. consequentia tenet: quia productiones cum pro-
ductis, eiusdem sunt rationis: proportio præterea non esset
productionum ad producta. Insuper, alterius rationis potentiæ:
alterius rationis obiecta requirunt. Quare si sua, producerent ob-
iecta; ea certe alterius rationis essent, producturæ. Itẽ, differentia
specifica, perfectior plane reputatur, quẽ numeralis: siquidẽ 3.
ad vniuersi perfectionem pertinet specierum distinctio, in- *Specifica differentia est de perfectione vniuersi.*
diuiduorum vero minime: quam ob causam cum ea, quæ
sunt alicuius in creaturis perfectionis, atque eminentiæ, Deo
sint attribuenda; probabile esse videtur in diuinis non nu-
meralem, sed specificam generationem inueniri. Sed hæc pa-
rum ad rem facere videntur: in æquiuoca quippe generatio-
ne, principium productiuum, est perfectius forma termi-
nante: nihil autem in Deo, absoluto perfectius est, præser-
tim ipsa relatio; esset certe absurdissimum, relationem
virtualiter diuinam continere essentiam: igitur conclusio
quam adducunt falsa est. cum enim in primo generationis
termino, hoc est, in ipso producto, natura & relatio ipsius
producti propria, quæ est hæc, concurrant; aut profecto æ-
quiuoca, seu vniuoca generatio, à formali generationis ter-
mino appellatur, quæ est essentia diuina, aut à formali ipsius
producti, quæ est forma indiuidualis. Si primo modo; vni-
uoca vtraque est generatio; nam diuina essentia eadem est in
producente, & producto. Si vero secundo modo; nulla pla-
ne erit vniuoca generatio, quippe, cum nullum genitum, sua
in forma indiuiduali assimiletur gignenti.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

AD 1. in diuinis non est species, genus, aut differen- 1.
tia; quamuis paternitas & filiatio, quoniam
sunt oppositæ, alterius sint rationis. quando er-
go infertur, quod constituta sunt alterius rationis,
quasi specifice, negatur conseq. Ad prob. autem dicitur: con-
stituentia, maiori ab inuicem distinctione separari quam ipsa *Distinctionis ratio.*
certe constituta. facile est id perspicere in differentiis indi-
uidualibus, quæ sunt primo diuersæ, non autem ipsa indiui-
dua. constituta namque materiam, in qua conueniunt, com-
plectuntur: constituentia vero, minime. sic species, genus in-
cludunt in quid, non autem specificæ differentiæ. siquidem,
nonnulla interdum, ob minorem in aliquo genere conue-
nientiam magis distinguuntur, quam ea, quæ habent maio-
rem repugnantiam, siue incompossibilitatem. nam contra-
ria, vt album, & nigrum, magis distingui videntur, quam
disparata, nempe homo, & album. verum huiusmodi mo-
dus, proprius dici non debet, quo aliqua, magis minusque
distingui dicimus: etenim, quæ minus in aliquo genere con
ueniunt, proprie distingui videntur: atque ita, quæ genere
generalissimo sunt distincta, plus distinguuntur, quam con-
traria eiusdem generis, tametsi inter se maxime repugnent.
Quocirca, quanta est constituentium, vel formaliter distin- *Distinguentia magis differunt inter se, quã distincta.*
guentium repugnantia; tanta, sine dubio, & constitutorum:
nam si album & nigrum sunt incompossibilia; ex his etiam
constituta, similiter. Item, quanta est paternitatis, & filiatio-
nis incompossibilitas, propter quã, paternitas non est filia-
tio, tanta est & patris, & filii: ita quod pater non est filius.
Quod si iuxta primum modum acceperis: minus reuera di- *Ratio distinctionis.*
stinguentia conueniunt, quam distincta, seu quæ per illa di-
stinguuntur. Differentiæ enim sunt specificæ, genus, in quo con-
ueniunt, nequaquam includunt: species vero per eas distin-
ctæ, genus includunt, sub quo conuenire dicuntur. In causa
autem est, quia distinguentia, aliquid ipsa in præsupponunt
distinctis, quod ipsa non includunt distinguentia: hac da
causa in illo conueniunt; distinguentia autem, nequaquam.

Ex

De Patris potentia generativa. Ex his apparet, nihil virium habere illud, quod in argumento robur assumitur: non maiorem in principiis, quam in principiatis distinctionem esse: in paucioribus certe est principiorum conuenientia, quam principiatorum. Ita specificæ differentiæ, quæ sunt principia specierum, in eo, in quo species conueniunt genere, nequaquam conueniunt. De differentiis vero indiuidualibus, & indiuiduis, respectu naturæ specificæ, simile est iudicium. Non igitur quanta est formalium distinctio constituentium; tanta esse debet, & constitutorum. Sed *dicet aliquis*, relationes huiusmodi in producto, subsistentes sunt. tantum ergo differunt, quantum personæ subsistentes. *Dico*, quod quamuis relationes sint subsistentes: personæ tamen diuinæ, præter relationes, naturam, in qua subsistunt, includunt: relationes vero, ipsam naturam formaliter non includunt. diuinæ siquidem personæ, in aliquo, id est in diuina essentia conueniunt: in qua sane relationes formaliter conuenire nequeunt: Idcirco non est par in vtrisque distinctio. Sed *dices*, personæ distinguuntur formaliter. igitur specifice. Anteced. patet, consequentia etiam probatur: in persona enim inueniri non potest alia differentia formalis, quam ipsarum plane relationum, quæ est specifica, aut nulla prorsus. *Resp.* non sequi: relationibus personæ distinguuntur: sed relationes distinguuntur specie: ergo personæ specie distinguuntur. *Dico*, nullæ ergo est distinctorum differentiæ, tum quia illis non tribuitur illa quæ est distinctorum: tum etiam quia nec aliqua alia per illa? *Dico*, minorem esse distinctorum, quam distinguentium differentiam: in diuinis enim, illa, quæ sunt distincta, nempe diuinæ personæ, numero seu personaliter distinguuntur, non autem natura, quamuis relationes

2. sint oppositæ. Ad 2. negatur conseq. Ad prob. dico, productiones eiusdem esse rationis cum productis: quia nimirum productiones sunt relationes; producta vero, relatiua. sed producta sunt formaliter in diuina natura subsistentia; productiones vero, minime. Quamobrem, producta, in natura, per productiones eis communicata, aliquam habent vnitatem, quam nequeunt productiones habere. Ad conf. de productione, resp. non opus esse, productionis proportionem eiusdem esse rationis cum termino formali: ex suis enim rationibus formalibus aliter distinguuntur, quam ex terminis formalibus. Ad illud autem de potentiarum, & obiectorum

3. distinctione, cum de productionibus diuinis loquemur, latius, clariusque respondebimus. Ad 3. differentia in creaturis specifica, perfectio est, quæ illarum supplet imperfectionem: in creaturis namque, ob earum limitationem, absque distinctione specifica, perfectio esse non potest: natura siquidem quæ non perseuerat in indiuiduo, in specie manet perpetua. Quare, cum natura diuina sit infinite, ad sui perpetuitatem conseruandam, speciei adminiculo non eget. non oportet ergo, quasi in creaturis, speciem ponere, diuinæ naturæ imperfectionem supplentem.

CAP. IV.

Argumenta, quæ conantur probare, relationem esse in diuinis potentiam actiuam generandi.

1. POsset aliquis contra supradicta ita argumentari. *Potentia actiua, ex 5. met. est principium agendi.* potentia actiua est relatio; nam in diuinis, respectu personæ, principium notionaliter dicitur. igitur relatio est princi-

2. pium agendi. Item, generatio in diuinis, relationem significat: etiam, & potentiam actiuam: posse enim, & agere idem

3. sunt in diuinis. Item, quæ ad diuinam essentiam pertinent, communia sunt tribus: sed potentia generandi est patris solius; pater vero, relatione constituitur: relatio ergo est principium generandi. Item, sicut se habet essentia ad operationes essentiales; ita proculdubio, proprie-

4. tas, ad operationem personalem: sed essentia est principium operationum essentialium: proprietas ergo est principium operationis personalis. sed generare, est operatio, ad patrem tantummodo spectans: paternitas ergo, quæ ipsius est pro-

5. prietas, est potentia actiua generandi. Præterea, si relationi repugnet, esse principium agendi; pariter repugnebit, principium esse, suppositum constituendi: par namque ratio in vtroque esse videtur. si ergo relatio, suppositum constituit, agendi quoque potest esse principium. Sane, eo pater generat filium, quo eum à se distinguit. sed distinguit eum paternitate, vt satis patet: ergo generat eum paternitate: distinctio siquidem ad generationis rationem spectat, quia nihil seipsum

6. gignit. Amplius, productiones specificæ distinctæ, ad principia formalia, specie quidem distincta, reducuntur: sed generare, & spirare in patre, specifice distinguuntur. igitur ad paternitatem, & virtutem spiratiuam reducuntur; non ad essentiam, quæ vnius est rationis, ex quo patet, relatio- De Patris potentia generatiua.

7. nem esse principium agendi. Certe, eo pater generat, (au-

8. thore August.) quo est pater. sed est pater, paternitate: ergo paternitate generat. Iterum, in filio, terminus formalis, qui illi communicatur, est essentia: productus vero, est filiatio, essentia igitur in patre, est principium communicationis: paternitas vero formale productionis principium. Præterea, omnis formæ, sicuti suis profecto actionis sufficienter elicitiua, si per se est, illa etiam actione, per se agit. si ergo Deitas per se sit generatiua potentia: per se etiam generabit. sed Deitati, quatenus Deitas per se esse conuenit, & in seipsa aliquo modo prius est, quam in persona esse intelligatur: *Tres personæ* (inquit August.) *ipsa Deitate per se sunt; non è conuerso.* sequitur ergo, quod in primo naturæ signo, in quo intelligitur Deitas, antequam in persona intelligatur, generabit, atque ita à genito distinguetur. sed hoc est impossibile: relatio ergo est actiua potentia generandi. Deinde, producentis, & formæ, qua producens producit, eadem est ad productum relatio

9. (authore philos.) qui disputat, ad idem causæ principiuque genus pertinere, & artem, & ædificatorem. quapropter ad idem principij genus, producens, & illud, quo producit, pertinere videntur. Quamobrem, si essentia, est potentia actiua generandi, qua pater generat filium; indubie eadem habebit realem relationem ad filium, quam pater habet. sed essentia non refertur: igitur non est actiua generandi potentia. Patet etiam hoc ex Damasc. *Forma, inquit, in qua generans, & genitum assimilantur, non habet vnitatem, nisi rationis* eandem ergo habebit rationis entitatem: sed tunc, actionis realis nequaquam erit principium elicitiuum. Adde, quod forma non sit principium agēdi, nisi certe in quantū per eam agens est in actu: in actu vero est, quatenus est in ipso, & in ipso est vt

10. hoc. sic ergo erit generandi principium. Vlterius, productio, prius est distinctiua, quam assimilatiua. omnis enim productio est distinctiua; assimilatiua vero, non omnis. forma ergo, quæ est principium producendi, id plane habet ex actu distinguendi, & non ex actu assimilandi. Porro, ei conuenit in quantum est, hæc actus distinguendi; illi vero, actus assimilandi, quatenus est forma: igitur principium erit generandi, in quantum hæc, non autem in quantum forma. Brutum siquidem, simile est suapsius genitori in specie: formæ tamen specifica non est geniti bruti principium, sed potentia vegetatiue. Sic calor, in augenda carne, teste philos. est principium actiuum: caro tamen, similis est gignenti in forma plane vegetatiua. ex his ergo apparet, diuinæ generationis principium, magis esse relationem, quam essentiam: relationis

11. enim est distinguere, non autem essentiæ, quæ vna eademque est in tribus. Adhuc, actio positiua, est per principium positiuum: sed generare, est actio positiua: per principium ergo erit positiuum. Porro in diuinis, essentia est, & relatio. vnde quemadmodum relatio, 5. *phys.* non potest esse actionis terminus, ita sane nec principium agendi elicitiuū. essentia ergo erit in diuinis omnis actionis, atque productionis principium elicitiuum. sed quidquid est huiusmodi, est indeterminatū, ad hanc, vel ad illam actionem, productionemque agendam. quam ob causam, vt hanc, vel illam actionem agat diuina essentia, eget determinante: sed hoc ad relationem spectat: potentia ergo generandi & absolutum, & respectiuum complectitur: respectiuum autem magis: nam determinare præcipuam, seu primam in actione dignitatem demonstrat.

12. Præterea: si essentia est principium agendi: igitur filius potest generare. tenet consequentia: ad agentis rationem spectat, suppositum esse perfectum, non impeditum, habens principium sufficiens generandi, quæ omnia in filij persona copiosissime esse videntur: ergo &c. Nam si diuinæ conuenit essentiæ esse per se præcise principium generandi; filio, absque dubio conueniret. si vero, quatenus relationem paternitatis in patre constituit, habetur propositum, nempe, relationem maxime esse principium generandi. Sane, potentia generan-

13. di est in patre; et quæ essentia in patre est paternitas, vel saltem paternitatem dicit: paternitas ergo, est actiua potentia generandi. Item: si essentia est potentia actiua generandi: ergo possunt esse plures personæ genitæ, vel spiratæ: consequentia patet: cuicunque enim inest potentia generandi, vt diximus, potest generare: sed in filio est talis potentia, quia diuina est essentia: alium ergo filium potest gignere. Suffragatur huic sententiæ August. *Filius non genuit creatorem*, inquit; *non quia non potest, sed quia non oportuit.* Ex his ergo apparet, relationem esse principalius principium generationis diuinæ.

Aug. 9. Trin. c. 8. — Arist. 2. Phys. & 5. met. — Damas. lib. 1. c. 8. — 2. de anim. — Aug. contra Max.

De Patris potentia generatiua.

CAP. V.

Soluuntur argumenta.

1\. *Essentia diuina est principium quo generationis.*

AD 1. ipsam principij relationem, potentia non significat; alioquin in genere esset relationis: id ergo significat, quod est principium, non quidem sicut agens: sed sicut id, quo agens agit. Agens enim à facto distinguitur, similiter generans, à generato: sed id, quo generans, generat; genito commune est, & gignenti præsertim in diuina generatione, in qua est idem numero, non specie tantum, sicut in creaturis. cum ergo essentia diuina sit principium, quo generans generat; non distinguitur à genito: bene autem hoc innueret, si diceretur, essentia diuina generat.
2\. Ad 2. Quemadmodum in diuinis eadem est cũ generatione potentia generandi; ita etiam, essentia diuina cum generatione, atque paternitate, idem est, re quidem, non autem ratione.
3\. Ad 3. Potentia, in recto significatur; generatio vero in obliquo: ac si diceremus essentiam patris. vnde quatenus ad essentiam, quæ significatur, communis est tribus, quatenus vero ad notionem, quæ connotatur, ad solam pertinet patris personam.
4\. Ad 4. Negatur similitudo, siquidem per essentialem operationem, cuiusmodi est creare, creaturis communes Deus communicat perfectiones: esse scilicet & viuere, & quæ sunt generis eiusdem: per operationem autem personalem, id, quod est sibi proprium, nempe paternitatem, pater non communicat. forma præterea specifica, quoniam dat esse simpliciter est principium agendi: formæ autem indiuidualis, quæ esse simpliciter præstare non potest; ideo non est productionis principium, sed indiuiduationis potius. Quare, cum essentiæ diuina, sit vt forma communis patris, paternitas autem, vt indiuidualis; ideo in patre non est principium agendi, quamuis id agat, vt patris sit solius huiusmodi operatio. Itaque quoniam potentia generandi, paternæ est operationis principium; ipsa profecto principaliter essentiam, connotatiue vero paternitatem, ostendit, atque significat: potentia siquidem generandi, patris est, siue in patre esse dicitur.

Forma specifica, & non indiuidualis dat esse simpliciter.

5\. Ad 5. Neg. minor: nam quatenus se habet ad modum formæ indiuidualis, potestatem habet suppositi constituendi. vnde etiam repugnantia illi oritur, principium esse generandi. Ad confirm. negatur maior: ad prob. negatur conseq. quamuis enim distinctio ad generationis spectet rationem; non opus est tamen, idem formale distinctiuũ esse, atque formale generationis principiũ. nã formale distinctiuũ generationẽ consequitur.
6\. Ad 6. Quoniam generare, & spirare in patre sunt idem realiter, ratione vero distinguuntur: hac de causa, ad principia, quæ sunt idem re, ratione autem distincta, reuocantur, seu reducuntur. Sane, producti verbi principium, sub memoriæ fœcundæ, siue intellectus ratione, diuina est essentia; quæ profecto, sub voluntatis ratione, amorem produxit. Porro generari, & spirari, realiter distinguuntur: quæ tamen non inferunt eorum principia realiter esse distincta: sufficit enim illis distinctæ originis ordo. Ad confirm. eo certe formaliter generat, quo est formaliter pater: paternitas namque & generare idem sunt: verum huiusmodi proprietas, quando generare dicit, actionem significat; relationem vero, si paternitatem connotet. non est autem eo formaliter pater, quo secundum rem, genitum elicit, & generationem secundum modum intelligendi, hoc est, pater, paternitate est formaliter pater: atque per ipsam paternitatem, habet filium correlatiue, non autem principatiue, sed per essentiam magis, quæ est Deus.

Principiũ productiui verbi, memoria fœcunda.

7\. Ad 7. In filio, nullus est formalis terminus productus; sed ipsemet filius est productus. vnde: quamuis filiatio esset producta, constitutiue quidem; non tamen sequitur, eam esse formale principium productiuum absolutum. relationi siquidem magis repugnat producere, quam constitutiue produci. Sed dicet aliquis, si essentia est formale principium, quo pater generat; igitur filius non est per patris intellectum genitus. tenet consequentia: nam formale principium, quo in agente, non est inferioris ordinis ad terminum formalem. sed intellectus est huiusmodi: ergo &c. Ad essentiam enim, authore Augustin. omnia attributa comparantur, quasi qualitates. Dico, filium in diuinis, & verbum esse, & filium, & Deum. intellectus namque, quatenus intellectus, sub ea certe ratione, qua est verbum, est illius producti principium: vt natura vero, ea quidem ratione, qua est filius. sed intellectus, vt diuina essentia, eius est principium, quatenus est Deus: singulæ igitur producti rationes, singulis correspondent rationibus producentis.

Aug. 15. Trin. c. 5.

8\. Ad 8. Illa propositio intelligenda est de illa forma, quæ est potentia proxima, productiua à se distincti realiter, vel essentialiter, sicut ostendit Auicennæ exemplum, 6. met. quod calor scilicet separatus ageret. sed cum essentia diui. potentia non sit potentia proxima, nec alicuius personæ à se realiter, seu essentialiter distinctæ productiua; non licet inferre, in tuo primo signo, diuinam essentiam generasse.
9\. Ad 9. Philos. sententia vera est in causa, & causato, in quo causæ, & principij, quo causat, distinctio est realis ab ipso causato. Dependentia etiam essentialis est causati, ad principium causatiuum; quia principium causatiuum vnicum est, in vno supposito, atqui suppositum diuinum producens, à supposito producto distinctum quidem est; quo autem producit, indistinctum: quare inter productum, & principium quo producendi, non potest esse realis distinctio, sed rationis tantum. Ad primam confirm. dico, formam, in qua generans, secundum aliquid illius formæ, assimilatur genito, non esse tantum ens rationis; sed aliquam vnitatem, omnem actum intellectus præcedentem, habere. Etenim, ignis generaret ignem, & aquam corrumperet, etiam si nullus intelligeret, propter similitudinem scilicet, contrarietatemque naturalem. Porro Damasc. communicabilitatem alicuius vnius secundum naturam, & secundum numerum intelligit; qualis profecto inuenitur in essentia diuina, quæ eadem est in tribus: huic autem similem in creaturis inueniri, impossibile est.
10\. Ad 10. Prius secundum conseq. non est semper prius secundum causalitatem. sic enim dicimus: ignis est, ergo calidus: non tamen è conuerso. calidum igitur est prius secundum consequentiam: ignis vero secundum causalitatem. Simile quoque potest esse iudicium de actione distinctiua, atque assimilatiua. distinguere namque in generatione prius, id est, communius esse cernitur, quam assimilare: omni quippe generationi, etiam imperfectissimæ, quatenus est à forma, vt hæc, conuenire videmus. assimilare autem sibi conuenit, quatenus est à forma absolute. Cæterum perfectior est formæ ratio, quã singularitatis. Omnis igitur productio, prius, secundum intentionem productionis est assimilatiua, quam distinctiua. productio autem assimilatiua vniuoca est à natura producentis, quæ est principium quo productionis. Ad primam instantiam, dico non esse alicuius momenti: ibi enim, communicatur vtraque forma, & principalis actiua, & immediata. siquidem caro geniti, est animata, habens calorem genitum aliqualem naturalem. vtraque etiam forma est generationis principium, quamuis vnum sit mediatũ, immediatum vero alterum. Ad 2. Dubium est, an vegetatiua tantum operetur sine sensitiua. quum autem propria inquisitione egeat, ad illud tempus differimus, quando de hac materia erit nobis loquendum.

Prius secundum consequentiam, & causalitatem.

Productio assimilatiua est perfectior.

11\. Ad 11. Duo sunt hic maxime inspicienda: alterum quidem principium indeterminatum, in actum exire non posse, nisi determinetur: alterum vero huiusmodi, per respectum determinari. Contra 1. sic: indeterminatum actione potentiæ actiuæ, differt ab indeterminato potentiæ passiuæ, in hoc scilicet, quod passiue indeterminatum nequeat in actum exire, sine determinante; actiue vero, bene sine determinantis auxilio. Quoniam autem diuina essentia, est potentia actiua, vtpote purus actus; non eget ergo aliquo determinante. Sane, nulla in ea constitui potest indeterminatio, siue imperfectio, quæ illius actionem impediat. quod enim ad plura, quodam ordine producenda indeterminatum est, idque vt principium in actu; potest certe illa producere, eo plane ordine, quo nata sunt produci, sine aliquo determinante. Quocirca, si essentia diuina (vt quidam dicunt) ad productiones sit indeterminatum principium; non indiget certe relatione determinante, essentia præterea diuina non est indeterminata ad duas productiones diuinas, imo ex se est sufficienter determinata ad vtramque; & prius quidem ordine originis ad generationem, deinde ad spirationem. Contra 2. Si relatio actualis, cuiusmodi est paternitas, diuinam determinet essentiam, ad hoc quidem agit, vt actuale potentiale, quod falsum est. essentia enim cum sic purus actus, illo non indiget: ac sicut ratio agendi; sed relatio non est ratio agendi: est sicut conditio suppositi egentis, sed conditio suppositi, cuiusmodi est paternitas, non tribuit principio, quod sit aliquid agendi determinatum principium; sicut lignum non dat albedini, vt determinatum sit disgregandi principium, sed magis è conuerso. Nullo ergo modo, relatio, diuinam potest determinare potentiam. Item, quod determinat ad producendum aliquod infinitum, est infinitum: sed paternitas non est formaliter infinita: non determinat ergo essentiam ad producendum suppositum infinitum.

Diuina essentia non eget determinante.

Paternitas non determinat diuinam essentiam.

12\. Ad 12. Maior vera est in rebus creatis: in diuinis autẽ minime. nam, quamuis suppositum diuinum sit perfectũ, & non impeditum, habeatque principiũ quo generandi; adhuc tñ, huiusmodi actioni cõuenit, necesse est.

filius

De Patris potentia genitiua. filius autem, quoniam accipit naturam per productionem,
principio generandi adæquatam, quamuis habeat principium quo; non habet tamen sufficiens principium generandi.
Sane, potentia generandi, si pro fundamento præcise intelligatur, id est, pro ipsa forma absoluta; ita certe tribus est communis personis: si vero pro forma absoluta respectu potentialitatis, cum omnibus, quæ conueniunt potentiæ propinquæ generandi, ipsa quoque forma est actui coniuncta, tunc,
Filius habet potentiam generandi. sine dubio, ad patris tantummodo personam potentia generandi spectat. Ad primam confir. essentiale quo, est in filio, non tamen generat; quia non habet ea, quæ ad generationem sunt necessaria. Ad 2. Potentia proxima, bene respectum amplectitur, vt dictum est. principalius autem in potentia proxima est absolutum, quam respectus: nam absolutum est illud, per quod potentia est proxima ad agendum: absolutum enim est infinitum, & in quolibet supposito diuino simpliciter perfectum, non autem relatio. Ad 13. Ex
13. *Potentia generandi duo complectitur.* supradictis patet responsio; omnem siquidem perfectionem, quam habet pater, habet etiam filius, sed potentia generandi, duo complectitur, essentiam scilicet in recto, & relationem in obl. quo. Quantum autem ad id, quod dicit in recto; est perfectio simpliciter, tribus communis: quantum vero ad relationem, non est perfectio simpliciter. In his etiam argumentis est fallacia figuræ dictionis: quid profecto in ad aliquid mutatur; arguendo à potentia simpliciter, ad potentiam generandi. Quando ergo dicimus non esse in filio potentiam generandi; non aliquam ab eo potentiam, sed modum potentiæ negamus. omnis plana potentia, quæ est in patre, & in filio quoque est; sed non eadem in vtroque relatio.
Paternitas duobus modis accipitur. quando ergo dicitur, paternitas in ratione potentiæ generandi includitur: igitur est potentia generandi. Resp. paternitatem pro proprietate accipi; quatenus scilicet est hypostasis forma constitutiua: non autem pro relatione, quæ certe secundum suo rationem, ipsa generandi potentia, posterior est. posterius autem non est de ratione prioris. paternitas præterea filiationi est opposita: vna ergo non est ratio, alte-
Productio, & modus producendi. rius productæ. Licet ergo productio simplex, tantum vnum formale principium requirat, producti principaliter elicitiuum, alia tamen concurrunt, vt modi talia reuera principij. paternitas autem, quia se habet ad patrem, vt indiuidualis forma, non est forma productiua; sed modus potentiæ, omnis namque potentia generatiua, est principium generationis; sed paternitas, vt relatio non est principium generationis, cum ad eam sequatur: igitur non est potentia generatiua.

CAP. VI.

Argumenta, quæ videntur ostendere, paternitatem, siue relationem, esse principium generandi.

1. PRopria suppositi operatio, est per propriam formam, suppositum enim habet propriam formam: per illam ergo agit. propria siquidem forma dat esse: igitur & agere. quia, si forma est communis, & effectus etiam est communis: nam causa, & effectus sibi inuicem correspondent; vniuersalis, vniuersali, particularis vero, particulari: vt dicitur 5. *met.* & 2 *phys.* Sed propria operatio, siue actus patris, est generare: à propria ergo forma, quæ est paternitas, ille actus proficiscitur. Suffragatur huic
Aug. 5. Trin. c. 6. sententiæ, authoritas August. Eo *Pater est*, inquit, *quo est filius*: ergo eo est pater, quo generat. Tenet consequentia, generatione plane est ei filius, sed paternitate est pater: paternitate igitur generat. quod si Deitate generet: Deitate ergo est pa-
2. ter. Secundo, medium eiusdem est generis cum extremis. sed supposita, cum sint extrema, in relatiuorum numero habentur. Illud ergo, quo suppositum agit, quoniam mediat inter illa, proculdubio relatiuum est dicendum. Item, potentia est eiusdem generis cum actu: igitur relatio est principi-
3. um generandi. Patet consequ. quia potentia, & actus sunt idem in diuinis. sed actus generandi est relatio, vel relatiuum: ergo & principium. Item, omne absolutum in diuinis,
4. est absolutum tribus: sed potentia generandi, non est communis tribus: igitur non est quid absolutum. Deinde *producens, & productum, eidem conuenire, est impossibile*, authore *Augustino 1. de Trinit.* ergo à simili, producere, & produci: sed produci conuenit Deo, secundum aliquod absolutum, quia nimirum essentia, diuina est productionis terminus: non ergo ei, per absolutum, sed per relationem potius, conuenit producere.

CAP. VII.

Soluuntur Argumenta.

Paternitatura filium genuit.

AD 1. si forma communis, non communitate quidem prædicationis, sed identitate numerali, vna, eademque fuerit in pluribus suppositis; tunc suppositum agens, per talem communem formam, aget 1.
Diuina essentia est forma communis tribus personis. præterea, si requisita ad huiusmodi productionem, ei præsto fuerint, quemadmodum in diuinis agitur. In rebus autem creatis, res non se ita habet, quippe, cum vnumquodque suppositum per propriam, & non per communem agat formam. Ad prob. propria forma dat esse: ergo dat agere. Negatur conseq. multæ enim sunt formæ dantes esse, quæ non sunt actiuæ, atque ita non dant actum secundum: in quarum numero haberi possunt paternitas, & filiatio. Ad 2. prob. philos. sententia de causis communibus intelligenda est, quæ in rebus habentur, non de illa communitate, quæ est in diuinis. Ad authoritatem Augustini, resp. illud esse intelligendum formaliter, non fundamentaliter, seu causaliter. vult ergo August. dicere, eo est pater, quo est ei filius, id est,
Eo est pater, quo est filius. illa notione: pater enim non dicitur ad se, sed ad filium: non autem intelligit, quo pater, sit pater, siue generet, vt principio generationis elicitiuo. Ad 2. essentia proprie medium
2. non appellatur; sed magis spectat ad partem generantis. Quare si in his, medium aliquod datur, illud profecto erit generatio, quæ eiusdem est rationis cum extremis: ipsa quip-
3. pe relatio est, sicut extrema sunt relatiua. Ad 3. vera est maior de potentia, quæ est differentia entis. nam ita ens, non solum per actum, & per potentiam diuiditur, sed quodcunque etiam genus entis, vnde ad idem genus pertinent actua, & potentia. sed hoc modo non conuenit potentia in diuinis, quæ actui opponitur; illa namque generatio est simpliciter in actu necessaria; ideo non est in potentia, quatenus potentia
4. actui repugnat. falsa est ergo huiusmodi propositio. Ad 4. verum quidem est in diuinis absolutum, tribus esse commu-
5. ne, non tamen generare, vt dictum est. Ad 5. producere, & produci, eidem non possunt realiter conuenire bene autem, distinctis suppositis. secundum idem, vt principium quo, & terminum formalem. Principium enim productiuum quo, producto, à producente communicatur. Ex quo apparet, nullam esse contradictionem: nam communicatum, præexistere potest communicationi, non autem productum productioni: idem enim seipsum producere, est impossibile. Quomodo namque potest non ens, ens producere.

QVAESTIONIS SECVNDAE CAP. I.

Pater genuit filium natura, atq; necessitate immutabili.

Natura varie dicitur. POst elucidationem principij productiui diuinæ generationis, deinceps, necessitate, an libere genuerit quærendum est. Natura, quantum ad propositum spectat, essentia rei interdum nominatur: proinde hominis naturam, humanitatem vocamus. Alio vero modo, est rei naturalis proprietas: sic ignem calidum dicimus. Postremo, est determinate aliquid vnum agendi principi-
1. Phys. com. 3. um. Vnde philos. *Natura est principium quoddam, & causa quietis & motus eius in quo est prima per se, & non secundum accidens*: principium inquam, veluti causa efficiens; & causa, quatenus materiam, atque alias causas intuetur. Si ergo hoc modo natura intelligatur, impetum quendam naturalem significat. & ab agente à proposito distinguitur. Ex his ergo, ad di-
Natura diuina quid significet. uina, si licet, assurgera, naturam diuinam, primo quidem modo, essentiam, secundum propriam diuinitatis rationem, appellamus. secundo, essentiæ diuinæ quamlibet proprietatem: iuxta quem certe dicendi modum, voluntas, natura appellatur. tertio, alicuius vnius determinatæ productionis, principium productiuum, non liberum plane, sed simpliciter primum, in Deo natura vocatur. Cæterum, pater, natura filium genuit, tertio sane, non primo, aut secundo modo etenim nullum principium, eiusdem rationis actum, modo illud principium fuerit simpliciter, perfectum habere potest, nisi vnum productum, adæquatum sibi simpliciter. Essentia
Intellectum in patre habens potentem diuinam essentiam, est principium productiuum filij. ergo diuina, cum sit huiusmodi, vnius tantum ad intra erit productionis principium. Quamobrem, licet filio, natura diuina, primo certe modo dicta, communicetur; patrem tamen, natura, vel essentia, tanquam principio productiuo, ipsum non genuisse, dicunt Theologi: non enim sic intellecta natura; sed intellectus, siue memoria, est verbi principium productiuum. Nec etiam secundo modo

Pater natura filiũ genuit. modo, filius producitur: modus namque ille indeterminatus est; generationis autem filij, determinatus sit, necesse est. Tertius igitur modus, tantæ rei congruere videtur; principium namque illud productiuum, contra liberum distinguitur, quod est voluntas. Memoria tenera, vel intellectus, suorum actuum respectu, quos ipse elicit, naturalis habet principij rationem, naturalis inquam, & non liberi. Pater, quia prima libertas in voluntate consistit: idcirco in intellectu non potest esse libertas, quæ voluntatis libertatem antecedere valeat: uno sine voluntatis imperio, liberum non habet principium.
Natura filius producitur. Quoniam igitur filius, memoria, vel intellectu producitur; productiuo siquidem principio producatur, quod à voluntate distinguitur; alioqui vna tantum in diuinis esset productio: natura, hoc tertio modo, filius producitur, qui principium naturale, modum principiandi naturalem habet.
Aug. 5. Trin. c. 1. Contestatur nobis August. *Verbum Dei,*
Hilar. 5. de Trin. inquit, *per quod facta sunt omnia, est filius Dei natura: est enim Deus de Deo, non per protensionem, sicut ramus ab arbore*, autore Hilario, aut per deriuationem, cum participatione naturæ; sed ex
Necessitas immutabilis. virtute naturæ, atque & ex principio naturaliter productiuo, in eadem natura cum generante subsistit. Quantum ad 2. de necessitate productionis, dicimus patrem, filium producere necessitate sana immutabilitatis, quæ cognationem, seu proportionem habet cum formæ necessitate: hæc autem necessitas, ex diuinæ naturæ formali, atque intrinseca perfectione proficiscitur, si enim pater, filium contingenter, & non necessario generat; aliquid contingens esset in Deo. Porro memoria patris cum sit perfecta, atque fœcunda, verbum omnino sibi adæquatum habet, atque perfectum; producit ergo filium necessitate immutabili.

CAP. II.

Argumenta, quæ his aduersantur.

1. Aliquis sic arguet: illud quod producitur per modum artis, non producitur natura: ars enim, & natura sunt distincta principia, sicut artificiatum, non
Aug. 6. Trin. est naturale. Sed filius, authore Aug. aliisque Platonicis, producitur sicut ars: est namque ars omnipotentis
2. Dei, plena rationibus omnium viuentium: Ergo &c. Item, natura est principium motus, & quietis, vt citauimus; sed filius non producitur per motum, nec pater ab eius cessat productione, cum sit æterna: igitur non est per naturam,
3. seu naturæ modum productus. Item, natura, & intellectus sunt principia distincta productiua, vnde habent, vt dicitur 2. phys. diuersas principiandi rationes. sed filius
4. producitur per modum intellectus: igitur non per modum naturæ. Item, agens necessario, est imperfectum: suæ enim actioni non dominatur: sed in Deum non cadit imperfectio: non producit ergo necessario. Adde Anselmum. *Improprie*
Ansel. lib. 1. cur Deus homo c. 4. *dicitur necessitas, vbi nulla est coactio, aut aliqua prohibitio*: sed pater non generat filium coactus, vel prohibitus. Ergo &c. Item, si pater necessario genuit filium; aut genuit ipsum æ-
5. que sibi necessarium; aut non. si non æque necessarium: igitur non est patri æqualis: nec videtur, quod possit esse æque necessarius: nam pater est à se necessarius; filius autem non est ex se necessarius, sed contingens potius. Etenim, si filius non habet necessitatem, nisi à patre: ergo pater est magis necessarius: atque ita non sunt æque necessarij. Conseq. prima
6. probatur per philos. *propter quod vnumquodque tale & illud magis*. Item, generatio est voluntaria, & libera quia in diuinis nihil est inuoluntarium: igitur non ex necessitate filios generatur.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. *Filius dicitur ars* Ad 1. negatur maior: nam quod fit per artem, est artificiatum: sed verbum non est artificiatum, sed potius ars, & pater etiam est ars, atque spiritus sanctus; filio tamen appropiatur, quia verbum est à memoria fœcunda procedens: ex quo apparet inualidum esse ar-
2. gumentum. Ad 2. in diuinis non est proprie motus, sed ipsius vice fungitur productio, actio, siue operatio. Præterea, natura est principium motus, & quietis; & tamen in vno eodemque, non est semper vtriusque principium. Nam cœlum naturaliter mouetur, & tamen naturaliter quiescere non potest, secundũ philosophi sententiam. Sic quoque pater, natura generat filiũ. & natura etiã ab illius generatione nõ cessat.
3. Ad 3. quia verbũ est quasi subsistentis intellectio, vt diximus, per memoriam, seu intellectum producta siue elicita, ideo per naturã producitur: nam intellectus, respectu actuũ, quos elicit, modum certe naturæ habere videtur. Ad 4. negatur *Pater natura filiũ genuit.*
maior: non omne plane agens necessario, est imperfectum; imo in creatoris, non agere necessario, maioris est imperfectionis. sed illud dicitur imperfectum, cuius actio, à substantia distinguitur: hoc autem modo, Deum agere impossibile est. Ad auth. Anselmi dico, ipsum loqui, atque intelligere necessitatem, ab efficiente causa extrinseca, manantem. Ad 4. *Agens imperfectum.*
5. filius est æque necessarius, vt pater; quia eandem habet naturam: nec sequitur, non est ex se originaliter necessarius. 5. *Filius quomodo est necessarius.*
igitur ex se, est originaliter contingens; quia necessarium, & contingens sunt immediata simpliciter: nam aliis conditionibus concurrentibus, regula huiusmodi non tenetur: quocirca filium, formaliter, etsi non originaliter, necessarium esse fatemur. Ad philosophi auth. dico ipsius regulam, in hac sane diuina generatione, locum habere non posse: nam filius in diuinis, non dicitur alicuius causæ effectus. Illa autem regula vera est inter causam, & effectum, aliis sibi adiunctis conditionibus, de quibus paulo ante disputaui. Ad 6. filij productio est naturalis, & libera: naturalis, quatenus distinguitur à violento, & à libero, libertate electiua. libera vero, libertate reuera complacentia & præcedente, non tamen vt principio electiuo. intellectus namque procedit ab essentia, vt potentia mere naturalis in principiando, non autem voluntas, ideo essentiam non determinat ad productionem per modum intellectus, sicuti voluntas, ad modum liberum: essentia autem sine his non agit, nec vicissim illæ, sine essentia hac de causa, duæ tantum sunt in diuinis productiones. 6. *Filij productio est naturalis & libera.*

CAP. IV.

Pater genuit filium volens, nec tamen eum voluntate genuisse dicimus, vt principio productiuo.

Pro tantæ rei maiori notitia habenda, non nulla alia addere censui. Intellectio patris, quatenus pater, est verbi generatio: *est enim filius partus mentis paternæ.* *Aug. 15. Trin. c. 2.*
Generatio igitur filij, Patris volitionem præcedit: eiusdem enim potentiæ non sunt plures actus, quia actus, potentias distinguunt, 2. de anima. sed gignere filium, siue dicere verbum, quod idem est in Deo, est potentiæ intellectiuæ, & intelligere similiter: dicere ergo, est formaliter aliquod, patris, quatenus patris, intelligere: intellectio autem patris, est verbi gignitio. Quam ob causam, si intelligere præcedit velle, & generatio præcedet volitionem prius ergo est pater, quam volens, quia prius est esse patrem, quam velle. Non volens ergo pater, filium generat. Aduersus autem huiusmodi modum dicendi, ita arguere valemus: in- *Intellectio, & dictio different.*
telligere est perfectio simpliciter; dicere vero, minime: non sunt ergo idem formaliter. siquidem, pater sua est intellectione beatus; sed non est beatus, nisi perfectione simpliciter. Intelligere ergo in patre est perfectio simpliciter. Porro, si 2.
dicere, esset perfectio simpliciter; tunc plane, filius, & spiritus sanctus non essent simpliciter perfecti: non enim hoc modo dicunt, id est, verbum exprimunt, siue producunt. In creaturis præterea, actionis ratio, atque factionis, formaliter distinguuntur: actio namque est vltimus terminus. sed factionis, est alius terminus ab ipsa productus: proinde, in diuinis, operatio, qua formaliter pater operatur, à productione distinguitur, qua pater formaliter producit: etenim operatio, obiectum, quasi præsuppositum habet, productio vero, terminum ab ipsa productum. Intelligere ergo, quæ est patris operatio, formaliter à dicere distinguitur, quæ est filij productio. Cæterum in nostro intellectu, primam naturaliter in- 3.
tellectionem habente, quæ procul dubio, in nostra non est potestate, accedere potest voluntas, de illa certe intellectione sibi complacens. proprie autem, illam actionem volitionem nõ dicitur velle, sed eã elicitã, esse velle. Si itaq; formaliter dicere esset intelligere, pater formaliter volens, non gigneret; sed ipsa filij generatio, quæ aliquo modo posterius, ipsi complaceret. Ad illud, de actu, & potentia, dico, actionem in creaturis, vno quidem modo, actionẽ, de genere actionis significare: alio vero, actum secundum, quæ est qualitas absoluta. Vnius ergo potentiæ, hoc modo, vnus est actus. Potest tamen *Quomodo vnius potentiæ sit vnus actus.*
vnius potentiæ, actus esse duplex; quorum vnus est de genere actionis, alius vero de genere qualitatis. hoc autem modo intellectus noster pro actione, ad actionis genus spectante, verbum gignit: pro actione vero, de genere qualitatis, notitiam genitam intelligi. Ex his autem, ad diuina ascendentes, dicimus, intellectum diuinum, vnum habere actum: nostræ, vt ita dicam, intellectioni correspondentem,

quæ

Pater volens genuit filium.

Pater vo. quæ est qualitas, quo plane actu, patris intellectus formaliter intelligit: alterum vero, quo exprimit verbum. Pater ergo, hoc modo gignit filium volens: quippe, qui in primo originis signo, formaliter intelligit, atque actum habet in illo priori, volendi formaliter; in secundo autem signo, filium gignit.

Primum originis signum.

Illam autem verbi generationem, non voluntate, seu volitione sequente, vult, sed ea prorsus, quæ est in primo originis signo, qua pater formaliter vult intellectione præsupposita aliquo modo, qua pater intelligit, non ad verbi generationem. Quare, pater volens, voluntate quidem antecedente, filium genuit. Itaque volitione originis, vult filium, eiusque generationem, priusquam generet. Sane, quidquid habet filius, à patre accepit, excepta relatione, quæ non est communicabilis: sed habet volitionem, atque intellectionem: à patre ergo suscepit. pater præterea à se habet omnem profecto perfectionem simpliciter. verbi autem intellectio, atque volitio, in patre, verbi productionem præcedunt. In primo signo originis, filii generationem voluit, antequam genuit.

Rationes oppositæ.

1. Hæc autem, quamuis subtiliter dicantur; dubitatione tamen non carent. Illud sane, quod est simpliciter necessarium, atque esse habet, per productionem realem; ante suam productionem, nequit esse intellectum, seu volitum. Aut enim in illo priori, in quo præintelligitur, habet esse reale, aut non. Si habet esse, & non per productionem. igitur est, antequam produceretur. si autem esse habet intelligibile: est diminutum, & imperfectum. Sed, omne, quod ante esse reale, habet esse, non est simpliciter perfectum, nec simpliciter necessarium, quod de filio Dei sentire, nefas est.

2. Amplius, nullum magis necessarium, minus necessarium præsupponit: sed verbum Dei, quia realis est productionis terminus, est simpliciter necessarium, quemadmodum & Pater: cognitum vero, siue volitum, quia sunt eius rationes, non sunt simpliciter necessaria: igitur verbum productum, non præsupponit sui ipsius cognitionem, volitionemque. siue, vt clarius dicam, ipsum prius fuisse cognitum, atque volitum.

3. Adhuc, si verbum cognoscitur à patre ante sui productionem: igitur est in Patris scientia, antequam sit. sed omne productum, quatenus est in scientia producentis, est ratio sui ipsius producendi; quia domus exterior, fit à domo in anima existente: sed verbum non est ratio producendi seipsum, nec de sui notitia nascitur: nō fuit ergo prius in notitia cognoscentis.

4. Præterea, abstracte sunt, quorum species est in anima, 7. *met.* Igitur, si verbum diuinum, ante sui productionem, est præcognitum, atque volitum; ad eius utique profecto exemplaria typum productum est. Sed hoc absurdissimum est: filius enim Dei, fons est omnium idearum, quæ sunt, passim, ac vbique in diuinis. Iterum, reale aliquod relatiuum, prius in esse reali, quam alio quouis modo, suum respicit correlatiuum; sed Pater in diuinis, est relatiuum reale: suum ergo correlatiuum, realiter productum, nempe filium realiter existentem, prius respicit, quam intellectum, vel volitum. Ex hic ergo apparet, filium prius non fuisse intellectum, siue volitum, quam productum.

Filius non prius fuit intellectus, siue volitus, quam productus.

Quam ob causam ad tam profundissimæ quæstionis sensum, ita mihi videtur esse dicendum: quod pater filium volens genuit, volitione, inquam, generationem, & genitum communicante & in genito, & generante complacente; simul enim generet, & habet filium, & vult generare filium.

Filius non producitur voluntate, vt principio productiuo.

2. si enim habet intellectum perfectissimum, & obiectum perfectissimum, sibique præsens; omnia plane simul sunt, nullius ibi opus est subsequentis, aut antecedentis voluntatis adminiculo, quo prius generet, & postea velit; aut prius velit, & postea generet. Quantum ad productionis modum, dico filium non produci voluntate, vt principio productiuo: quod enim producitur per modum naturæ à principio omnino perfecto; non est dicendum per modum voluntatis produci: siquidem huiusmodi modi formaliter ab inuicē distinguuntur. sed filius producitur per modū naturæ, vt dictum est: nō ergo voluntate, siue per modum voluntatis. Adde, quando est aliquod principium omnibus modis perfectum; alterius cooperatione principii non eget. sed memoria fœcunda, verbi est principium productiuum perfectissimum, vt dictum est: igitur voluntatis

3. opera, veluti principio alio productiuo, opus non habet. Illud præterea, quod in diuinis, vt natum, & non vt datum producitur, non ex voluntate producitur. sed filius, authore August. 5. *de trinit.* producitur, vt natus, & Spiritus sanctus, vt datus: ergo &c. Hoc certe modo, quoniam distincta sunt productiua principia, distincta quoque producta in diuinis; ideo constanter dicimus, filium voluntate, vt principio productiuo, non esse productum, nec etiam voluntate, vt superiori principio, memoriam ad intelligentiam copulante. respectu enim primæ intellectionis, voluntas nostra non mouet intellectum, quibus sane tangamur, inquit August. 3. *de*

4. *lib. arb.* non est nostræ voluntatis. quare si in nobis esset actus intelligendi perpetuus, nullo quidem modo interruptus; voluntas profecto principii non fungeretur autoritate in conuertendo intelligentiæ aciem in memoriam. aut ipsam, suo imperio conuertam, intelligendo. Cum autem in diuinis vnica tantum sit intelligentia, ex fœcundæ memoriæ plenitudine producta, quæ est verbum diuinum; hanc ob causam, voluntas, nec principii, nec comprincipii, in verbo gignendo, habere potest dominium.

CAP. V.

Argumenta, quæ videntur probare, filium produci voluntate, vt principio productiuo.

Qvod copulat potentiam cum obiecto, in verbi generatione, aut est principium, aut certe in loco principii est habendum: sed voluntas, hoc egit in filii genitura: igitur, est principiū productiuū, & ex consequēti volūtate filius producitur. Maior ex seipsa clarissima est. minor autem patet ex Aug. *Verbum, inquit, cum mente de qua gignitur, medius amor coniungit: & cap. 4. Verbum, quod insinuare volumus, est cum amore notitia.* eadem namque notitia sibi placite, digneque amate, verbum est. &, *Voluntas, inquit, conuertit aciem, vt formetur intrinsecus.* proinde, *partum mentis appetitum præcedere voluit.* & 11. Ad visionem, necessaria est intentio copulans parentem cum prole: intentio autem, est voluntatis actus. Voluntate ergo copulat parentem cum prole. 1.

Aug. 9. Trin c. 8. Verbum est cum amore notitia. Lib. 11. Trin c. 2. 9. Trin.

Item, ingenitum patrem, velle habere alium sibi conformem, atque condignum, est gignere filium. sed non vult, nisi voluntate: voluntate ergo filium gignit. Sane, vt testatur August, pater genuit filium, quia potuit, vtpote non impotens: voluit quoque, quia non est inuidus: voluntate igitur, filium genuit. Adde, quod Pater voluerit generationem, & genitum, ante filii generationem: voluntate ergo filium genuit. 2.

Lib. 3. c. 7. cont. Max.

Item, *omne inuoluntarium est triste*: sed nihil est triste in diuinis: nihil ergo est inuoluntarium: voluntate ergo filius generatur. Sane filius est amor, & est productus; quia nihil, nisi natus accipit filius, siue habet. sed amor e productū, volūtas, principium dicitur. volūtate ergo filius gignitur. Si dixeris, cōcomitanter esse amorē: cū primo sit notitia, pducta; inualida plane instātia videtur: idē certe, & primiter nimi fœmelis, & cuiuscunq; ipsum cōcomitentis, videtur esse principiū. igitur, filiū in diuinis, voluntate esse genitum, est necesse. 3.

Arist. 5. meta c. de necess.

Item, quod non est voluntarium, est necessarium. si filius ergo non voluntate genitus est necessitate ergo generatur. sed Pater, teste Hilar. *non genuit filium, naturalis necessitate ductus*: filium ergo genuit voluntate. 4.

Hil. lib. de Syn.

Præterea, quod procedit per modum intellectus, vt verbum à dicente procedit; per voluntatem procedit: sed filius procedit, vt verbum: per voluntatem ergo, & non per naturam procedit. Paulus quoq; vocat *filium dilectionis Dei*, non naturæ; dilectio autem est in voluntate: voluntate ergo gignitur. 5.

Coloss. 1. Filius dilectionis.

CAP. VI.

Soluuntur Argumenta.

AD 1. quoniam verbi productio in diuinis, est simpliciter prima; ideo voluntas, illius productionis respectum, principii virtutem productiui habere non valet: August. autem sententiæ, & si in nobis locum habeant; in Deo tamen habere non possunt. ad verbi enim productionem, sufficit memoriæ fœcunditas. Sed dicet aliquis, huiusmodi actus nobis tribuit August. quatenus trinitatis mysteriū exprimimus, vnde voluntas tertia est imaginis pars; non solum ergo nobis, sed Deo etiam attribuuntur. Respectum illum, obiectum cum potentia copulandi, intelligentiæque aciem ad memoriam conuertendi; esse ipsius voluntatis: ipsi tamen, quatenus ad imaginem pertinet, minime conuenire. est enim amor obiecti, qui ad intellectum maxime spectat: notitiam autem obiecti amari, contingit; non autem obiectum. *Placet mihi*, inquit August. *displicere intemperantiā, nō aūt ipsa intēperantia placet.* Sed uerū *aliquis dicet*: nobilissimo producto, nobilissimū cōuenit producēdi principiū: sed filius in diuinis, est nobilissimū productū: igitur nobilissimū congruit principiū producendi, nempe voluntas. Item, quod maioris est perfectionis, Deo vtique est attribuendum. Porro, maior videtur esse perfectio, duobus principiis, æque productiuis, filium gigni; quam vno solum modo, 1. 2. 3.

Aug. 9. Trin.

Pater volens genuit filium.

modo. ita plane omnis dubitandi locus, procul esset expulsus, nullaque imperfectio in mentem subiret. vtrum scilicet ex naturæ necessitate, filius esset genitus, an ex voluntatis imperio; parentem cum prole copulantis: filius ergo, voluntate, atque intellectu productus est. Item, si in pro-
3 ducendo spiritu sancto, Intellectus principij subijt rationem productiui, vt postea dicemus; quare ergo, in filio gignendo, eandem non potest productiui principij habere rationem? Sed hæc facile *soluuntur*. intellectus enim diuinus, est ita nobilis, ac ipsa voluntas, in suaque productione intrinseca, voluntate, vt principio productiuo, non eget; ideo ad eandem intrinsecam intelligentiam producendam; non est opus, ex æquo simul concurrere: & ita soluitur secundum. Ad 3. autem, idem puto esse dicendum. intellectus siquidem, siue intellectio, productionis Spiritus sancti, per se principium nequaquam appellatur; sed ob potentiarum ordinem, concur-
2. rere dicimus. Ad 2. velle, & gignere filium, idem sunt: realiter quidem, non autem formaliter: atque ideo non oportet voluntatem vtriusque esse principium: quamuis velle identica prædicatione, sit ipsum intelligere. Ad August. autorit. dico, patrem voluisse ab æterno filium gignere, & genuisse; non tamen voluntate, vt principio effectiuo produxisse; sed voluntate, in generatione, ac genito sibi complacente: *Hic est*, inquit, *filius meus, in quo mihi bene complacui ipsum audite*. Nec inde sequitur, voluit generationem, & genitum: ergo voluntate genuit. Ad 3. quoniam in diuinis nihil est inuoluntarium, hac de causa, filij generatio, nullo quidem modo inuoluntaria dicenda est. non tamen voluntate, vt principio elicitiuo, est producta. Multa reuera facimus, aut voluntate quidam præcedente, aut concomitante, quorum tamen voluntas
4. non est immediatum principium. Ad 4. necessarium, duobus modis potest intelligi: vno quidem modo per se, quod scilicet non potest non esse, quo quidem modo, patrem dicimus, filium producere; aliud autem per causam agentem, aut cogentem hic, siue per causam finalem. sed vtrumque in Deum non cadit, tum quia coactus non generat, tum etiam, quia propter finem aliquem extrinsecum non agit. Ad Hilarij vero autoritatem, respon. aduersus eos fuisse locutum, qui voluntatis paternæ concomitantiam in filij generatione, à patre auferebant; atque ita filium genuisse, vt voluntas generandi ei non adesset: sicut nos, multa, naturali necessitate inuiti patimur. hac sane necessitate, filium fuisse genitū impium est dicere. Ad aliam confirm. resp. filium à patre procedere, voluntate complacente sibi in generatione, & genito; non autem, vt principio productiuo. Ad illud apostoli, ita puto esse dicendum, dici filium dilectionis. i. dilecti, secundum Hebræorum consuetudinem: ex hoc tamen non habetur; dilectionem, generationis filij esse principium.

Necessariū duobus modis dicitur.

CAP. VII.

Argumenta, quod Pater volens, filium non genuerit.

Qvidquid producitur per intellectum, producitur
1. ante velle: pater, quia intelligere est ante velle, prior enim est intellectus, quam voluntas. sed filius producitur per intelligere: igitur ante velle: atque ita, pater volens, nequaquam filium producit. Item, si pater producit filium volens: ergo voluntate: non enim est volens,
2. nisi voluntate. sed hoc antea reprobauimus: non igitur pater volens filium, siue verbum genuit. Confir. hoc ex August.
15. Trin. vbi approbat cuiusdam dictum, contra quendam hæreticum disputantis; an scilicet pater sit Deus volens, vel nolens: quod si indignum est sentire, patrem Deum inuitum, seu non volentem, filium gignere: volens ergo filium generauit.
3. Item, quidquid pater intelligit ad intra, vult se illa intelligere, alioqui inuitus illa intelligeret: sed prima sua intellectione, filium genuit: voluit ergo: atque per consequens filium volens genuit.

CAP. VIII.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. quamuis intelligere, quatenus dicit perfectionem simpliciter, sit prius ipso velle; ipsum tamen dicere, non est prius, quia nimirum, nequaquam dicit perfectionem simpliciter. Ex quo clarum est, quod pater volens, filium generet. Nam dicere, quod ad filij productionem spectat, non est prius, quam velle. Ad 2. an-
2. teced. falsum esse, superius diximus. Sed *dices*, pater producit filium libere: ergo voluntate. *Resp.* & si pater volens, filium producat, non tamen voluntate, vt principio elicitiuo, bene tamen voluntarie. Ad 3. dicimus, patrem voluntate sibi complacente in genito, filium genuisse: & hac voluntate Pater est volens, verbum genuit. Cæterum sciendum est verbi diuini ingenitintellectionem, atque volitionem, termino comparatam, tue. ipso non esse priorem; neque prius patri, quam filio, qui est terminus productus conuenire: ad supposita autem comparata intelligentia, atque volentia, alio certe modo se habere. sic enim, patri prius conuenit, quam filio producto, quia nimirum filius, habet illam à patre. Secundum ergo signum originis, quod est signum filij producti, in duo diuiditur signa: alterum quidem conuenit patri, in quo à se habet verbi intellectionem, atque volitionem: secundum vero conuenit filio, idque à patre: patri autem non conuenit ante productionem verbi: vnde non sequitur, pater in primo signo habuit volitionem verbi. prius ergo voluit generare, quam genuit. fallacia siquidem committitur consequentis, à pluribus causis, vel modis præhabendi, ad vnum determinatum. Accipe aliquid simile spirato, respectu termini producti, non prius patri, quam filio conuenire, certissimum est: non enim sunt duo, sed vnum spirans: quod si ad patrem, & ad filium referatur; proculdubio, prius patri, quam filio conuenit. quia filius habet à patre, pater vero à seipso. Ex hoc tamen non sequitur prius patrem spirare, seu producere spiritum sanctum. Posset tamen iste locus, siue quæstio, ita conciliari. Verbi intellectio, atque volitio, si absoluta, vt perfectionem dicunt simpliciter, considerentur; in patre præcedunt filium, secundum originem: si vero, vt cadunt super obiectum. i. super verbum; ipsum præcedere non opus esse; quia sic non dicunt perfectionem simpliciter.

Signum filij producti secundum signum originis.

Spirare nō prius patri quam filio conuenit.

QVAESTIONIS TERTIAE

CAP. I.

Ingenitum in diuinis, soli patri conuenit.

POstquam de modo generationis diuinæ dixi; deinceps dicendum erit, quomodo soli patri conueniat esse ingenitum. Omnis composita dictio, ex aliquo multiplici, & priuatiua particula constans; & affirmatione, & priuatione est multiplex. Vnde philoso. impotentiam, tum multiplici potentiæ opponit, tum etiam priuatio- *5. met. com. 17.* ni. *com. 27. impotentia*, inquit, *est potentia priuatio, aut ab eo, quod aptitudinem habet, vt habeat*, &c. Cum ergo hæc vocula ingenitum, partim quidem ex affirmatione fit, vtpote, genitum; partim vero ex priuatione, nempe ex illa particula, in, dubium non est, multiplicem habere significationem. Genitum, vno quidem modo, eoque proprio, illud dicitur; quod per generationem, vt primus terminus producitur: alio autem modo, non tamen proprio; id quod per generationē communicatur, atq; generationis est formalis terminus: *Nihil*, inquit Hilarius, *nisi natum habet filius*. Demum, quocunque modo productum, genitum appellatur. Cæterum, primus modus, filio; secundus, essentiæ: tertius vero, spiritui sancto conuenit. Priuatio autem, & si multiplex sit, vt philos. testatur, vnus tamen modus, huic proposito magis deseruire videtur; ille nimirum, qui secundum genus dicitur. Proinde talpa, quatenus est animal, luminibus priuatur: negatio sane in apto nato: priuatio à philos. appellatur 4. *met.* quæ naturam, in qua sit, aptam requirit; aliud vero addens nihil. Itaque generis, vel in genere negatio, quocunq; modo intelligatur, cum aliquo modo in apto nato sit secundum genus, non autem in suo supposito; proculdubio, priuatio nominatur. vnde ingenitum proprissime dicitur carentia eius, quod natum est inesse. Hoc autem modo in diuinis inueniri non potest: nulla certe persona eo caret, quod sibi natum est inesse. Deinde subsistentem connotat personam, quæ genitorem non habet, atque ita patri, ac spiritui sancto conuenit: quorum vterque, est subsistens, & non genitus. Essentia autem, quamuis sit ens, & non genita; non tamen per se est subsistens persona. Tertio quidem modo, pro eo, quod non communicatur, non certe absolute; sed in aliquo existente: atque ita, essentia in patre, quia non communicatur, ingenita vocatur. Postremo, est improductum in diuinis proprie dictum, quod autore August. patri solummodo tribuitur. Pater enim solus non est ab alio: ideo solus appellatur ingenitus. Et Ad Orosium, non duos esse ingenitos, fides declarat. Quatenus igitur ingenitum, subsistens in natura diuina significat, quod producti negationem ostendit; pater solus est: in qua videtur aliqua, secundum genus tribuit commune, esse priuatio. filius enim genitus est: spiritus sanctus procedens; pater vero, neque genitus, neque procedens; sed ingenitus. Sed dicet aliquis, priuatio, imperfectionem dicit: sed in Deum non cadit imperfectio, nec ergo priuatio. Dico verum esse, de priuatione alicuius, secundum subiectum; non autem secun-

Genitum quid significet.

Tribus modis accipitur.

Ingenitum quid proprie sit.

Aug. 15. Trin. c. 26. & 78.

Pater solus ingenitus.

Pater est ingenitus. secundum genus: animal namque irrationale, & irrationa-
le diuiditur. Porro irrationale in boue, priuationem dicit;
non eius sane, quod secundum suam speciem bos ad haben-
Obiectiones. dum aptus est, sed eius potius, quod secundum animal ha-
bere posset. Sed iterum *aliquis arguet*: Vbi non est aliquod v-
1. num, productionibus, quæ ingenitum negat, commune;
2. illa regula locum non habet: sed sic est in proposito: ergo
&c. Præterea, quod est proprium patris, illi non conuenit per
aliquod commune; soli enim patri, nec alteri conuenire po-
test: igitur exemplum, de talpæ cæcitate, nullum est. nam etsi
cæcitas talpæ, vt talpæ conuenit; non tamen, vt animali: ad
aliquem autem non spectat esse ingenitum, nisi ad patrem:
iccirco, priuatio in eum, propter hanc vocem ingenitum,
nullo modo cadere potest. Ergo non est simile, quod de tal-
pæ cæcitate adducitur: nam ex natura rei, non est aliquod
commune paterno supposito, & alijs; cuius ratione, aliqua
Solutio. negatio realis sibi conuenire queat. *Dicendum* igitur est, in-
genitum, ex suo plane formali significato, passiuæ, atque rea-
lis productionis, negationem connotare, solique patri in di-
uinis esse tribuendum: ipse quippe est subsistens, non aliquo
quouismodo productus. vtrum vero, proprietatem dicat
positiuam, postea dicemus.

CAP. II.

Argumenta, quibus ostenditur, Ingenitum non esse solius patris proprietatem.

1. POsset aliquis contra prædicta sic arguere. Quod est
multis commune, non est alicui proprium: sed esse
ingenitum, essentiæ conuenit, atque spiritui sancto:
non ergo est patris solius. Minor autem sic declara-
tur: ad negatiuam de prædicato infinito, sequitur affirmatiua
de prædicato finito cum constantia subiecti, sicut refert se-
cundus de interpretatione liber. sed essentia, quatenus est
essentia non est genita: nec etiam spiritus sanctus: ergo est in-
genita, ingenitusque spiritus sanctus. Amplius, personalis
2. proprietas, est relatio: nam *quidquid ad se dicitur, est tribus com-*
5. de Trin. *mune*, authore August. sed ingenitum non est relatio, vt poste-
3. rius dicemus: ergo patris non est proprietas. Item, si ingeni-
tum est proprium patri: ergo est relatio, & ex consequenti,
ingenitum erit relatum. omne autem genitum esse relatum,
clarissime patet. Conuertendo autem illam per contraposi-
tionem, ita arguam: Omne non relatum, est non genitum.
tunc sic, omne ingenitum, vel non genitũ est relatum. sed o-
mne non relatum, est non genitum: ergo omne nõ relatum,
est relatum. Consequens est impossibile: ergo altera præmis-
sarum. non ista certe, omne genitum, est relatum: illa ergo
4. erit, omne non genitum, vel ingenitum est relatum. Item sic-
ut se habet innascibilitas ad patrem; ita proculdubio inspira-
bilitas ad vtrumque: sed inspirabilitas, non est vtriusque no-
tio, ne plures, quam quinque notiones, in diuinis haberentur:
nec igitur ingenitum, siue innascibilitas, erit notio paterna.
Amb. 4. de Spir. San. Adde Ambros. in diuinis, nomine ingeniti vti noluisse. O-
mnis præterea proprietas, in eo, cuius est proprietas, aliquid
5. ponere videtur. sed ingenitum in patre, remouet tantum,
ponit autem nihil: igitur patris nequaquam proprietatem
significat. Etenim, si negatiue intelligatur, & essentiæ, & spiri-
tui sancto conueniet, vt diximus; non sunt certe geniti: si
6. vero priuatiue: imperfectionem denotat. Iterum, ingeni-
tum, aut dicit patris relationem, aut substantiam: non qui-
dem relationem, quia relatiue non dicitur; substantiam er-
go significet, atque ita, filius à patre, secundum substantiam
differt, vnus namque est ingenitus, alter vero genitus. Adde,
quod si respectu filij geniti dicitur ingenitum; eodem modo
respectu personæ procedentis, improcessibilis esset appel-
landus; vtriusque reuera personæ in diuinis, principium exi-
stit.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

1. AD 1. ingenitum, sicut paulo ante dictum est, nullo
modo diuinæ essentiæ, aut spiritui sancto conuenire
potest. Ad illationem autem, dico necessariam esse
subiecti, aptitudinem habentis, constantiam. Quam
ob causam non sequitur: lapis non est iustus: ergo est iniu-
Diuina essentia ingenita non dicitur. stus; non enim ad iustitiam habendam, aptitudinem habet.
Eodem modo non sequitur: diuina essentia non est genita;
ergo est ingenita; non est enim apta generari, ideo argumen-
tum gratia formæ, in patre quoque verificari non posset; pa-
ter non est genitus: ergo est ingenitus. quocirca alio modo
non genitum accipiendum est. vel dicas, negationem illam
extra genus accipi debere; ad negatiuam talem de prædica-
to finito, non sequitur affirmatiua de prædicato infinito:
quia in affirmatiua de prædicato infinito, in genere negati-
2. ua accipitur in prædicato infinito. Ad 2. *Ingenitum, est proprie-*
Aug. 15. Trin. c. 8. *tas relatiua, non positiue, sed priuatiue*: non enim oportet, om-
nem proprietatem, relationem dicere positiue: sufficit autẽ
si positiue, aut negatiue dicatur. nã si relatio, alicui personæ
fuerit personalis, & propria, relationis et negatio, alij erit ꝓ-
pria personæ; atque ita tribus nequaquam erit cõmunis. Sane,
vno modo ingenitum, non priuationem dicit, sed negatio-
nem tantum in genere proprie dictam; quæ subiectum qui-
dem, non autem in subiecto, aptitudinem ponit. Ad 3. Quan- 3.
do dicis, omne genitum est relatum, concedo. sed cum dicis,
omne non relatum, est non genitum, nego. si relatum positi-
ue intelligas: bene vero, negatiue. vnde, licet non genitum
non sit absolutum; non est tamen positiue, sed negatiue re-
latum. Ad 4. Inspirabile, aliquam dignitatem non sonat, sic- 4.
ut ingenitum. contra: æque plane est dignitatis in patre, & fi- Inspirabile.
lio, non spirari, ac in patre non generari. Dico, quod, non
conuenit notioni, proprietatem dicere: cum enim in ingeni-
to contineatur, notitiam non ponit ab ingenito distinctam.
contra: ingeneratio est solum in patre: inspiratio vero in
patre, & filio: vna ergo ab alia distinguitur. sed
tunc tres essent notiones in patre, scilicet paterni-
tas, innascibilitas, inspiratio: quæ apud veteres in vsu
non erant: vnde Ambros. hoc nomine ingeniti, vti noluit;
ideo dicendum esse puto: locum ab authoritate negatiue
non tenere. ad author. Ambrosij dico, suo quidem tempore
huiusmodi nomen non fuisse notum: poterat sane simplici-
bus errandi causam ingerere, vtpote, quod ad se aliquid di-
cere videretur: non enim ita, sicut genitum, claram ratio-
nem indicat. consultum ergo est simplicium imbecillitati, ne
illo vocabulo vterentur. Ad 5. *Ingenitum, generationis passiuæ* 5.
negationem dicit. vnde idem est, ac si diceretur, non filius. pro- Aug. 5. Tri.
pria autem ab aliquibus, patris notio appelletur, quia primæ,
& simplicia, per negationes innotescunt: sic dicimus pun-
ctum esse, cuius pars non est. Ad confirmationem dico, in-
genitum non dicere imperfectionem, sed personam: quæ,
cum sit aliarum principium personarum; ipse nihilominus
nullo processionis, generationisque modo ab alia quapiam
persona dependet. Ad 6. Ingenitum, authore Damasceno, 6.
vno modo idem est, ac increatum, atque ita substantiam si- Ingenitum significat substantiam.
gnificat: alio vero, id quod non est genitum; sicque relatiue
dicitur, eo quidem modo, quo plane negatio, ad affirmatio-
nis genus reducitur: sic non homo, ad genus substantiæ, &
non album, ad qualitatis genus. Igitur quoniam genitum in
diuinis relationem connotat: ingenitum vero, ad relatio-
nẽ reducitur; filius certe à patre non distinguitur secundũ
substantiã, sed secũdũ relationẽ: quia nimirũ, filij relatio de
patre negatur. Ad cõfir. dico, patris proprietatẽ, per natiuita-
tis filij remotionẽ potius, quã per processionis spiritus sancti Innascibilis.
significari. natura sane ordine illa, filij generationem præ-
supponat, necesse est. Quare, non esse genitum, à patre remo-
to, cum sit tamen generationis principium; immediate se-
quitur, quod spiritus sancti processione non sit improcessi-
bilis. Etenim spiritus sanctus, non est generationis principi-
um, sed à genito, ac genitore procedens. Scd *dices*, si in diui-
nis sunt plures ab alio procedentes, quare non sunt plures
existentes? *Quia* nimirum, vnum tantum debet esse princi-
pium. Si ergo duo essent innascibiles, duæ plane essent natu-
ræ; atque ita non vnus, sed dij plures essent, quod falsissi-
mum est.

CAP. IV.

Argumenta, quæ cupiunt ostendere ingenitum præter paternitatem, aliquod positiuum significare.

QVod dicit in patre aliquam perfectionem, est posi-
tiuum: negatio enim perfectionem non demon-
strat. Sed ingenitum in patre, illius perfectionem
ostendit: patri sane perfectio est, ab alio non esse
productum. ergo ingenitum, dicit aliquid positiuum. Si præ-
terea non esset ingenitum, in diuinis iretur in infinitum, quæ
maxima esset imperfectio: sed quod est negatio imperfe-
ctionis, ponit perfectionem: ergo est aliquid positiuum. Ad- Tria spectant ad notionem.
de, notionem specialem, esse aliquid positiuum: tria enim
pertinent ad notionem, nempe originem, dignitatem, atque
specialẽ significare proprietatẽ; quæ plane aliquod positiuũ
ostendũt. Sed ingenitũ est notio patris. ergo &c. illud certe est
notio patris, quo pater innotescit: sed pater, quatenus non est
ab alio, innascibilitate innotescit: igitur illa vere est patris notio.
Amplius

Pater est ingenitus.

2. Amplius: Quemadmodum esse positiuum, dicit aliquid in se; ita plene esse à se, est etiam esse positiuum: nō enim magis repugnat esse à se, quam esse in se. Sed esse in se, in prima substantia est positiuum. similiter quoque esse à se in paterno supposito. Esse præterea ab alio dicit quid positiuum. ergo esse à se. imo maius aliquid esse videtur: esse à se, quam esse in se. Adde, quod in suo esse, alio non indiget, est esse positiuum: sed hoc est esse à se in patre, in quo est primum & summum esse, vtpote à nullo dependens. ergo &c. Nam si ingenitum, esset extra genus, negatio; ita profecto, & enti, & non enti conueniret: quod in diuinis locum habere non potest, in quibus non est priuatio: ingenitum ergo, est ad contrarium ipsi genito. sed contrarium, dicit aliquid positiuum: ingenitum ergo in patre, est aliquid positiuum. est enim negatio in genere, id est, in supposito, ipsum præsupponens, in quo tamen non est priuatio, cum illi oppositum inesse non possit. Quare in patrem, neque secundum seipsum, neque secundum genus commune, cadit priuatio. Adhuc, esse à se, est modus absolutus omnino, in quo negatio fundatur, quam dicit ingenitum: aliquid igitur, à paternitate distinctum, importat ingenitum Item, ratio primi est aliquid positiuum. sed ingenitum dicit rationem primi; quia idem est, quod ab alio non esse. Ergo &c.

CAP. V.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. sciendum est, quod ingenitum non dicat aliquod positiuum: illud enim esset, sub ratione principij; nam patri conuenire nequit notionale aliud. si autem sub principij ratione intelligatur; aut sub aliquo communi illi conueniet, aut sub speciali: si autem sub particulari paternitatē diceret, aut spirationē; & ita nō esset notio ab illis distincta. si vero sub cōmuni, idē quoq; sequeretur nam cōmune non ponit in numerū cum contentis sub eo. Ingenitum ergo in patre, non est absolutum, neque respectiuum, neque relatio: duæ namque sunt in patre relationes; paternitas, & spiratio: absolutum vero diuina essentia. Item, sequeretur hoc absurdum, si huiusmodi reale positiuum in patre poneretur; quod pater scilicet suppositum esset absolutum. illud enim positiuum non est paternitas, alioqui ab ipsa non distingueretur. neque spiratio actiua; quippe, quæ filio conuenit etiam. absolutum ergo aliquid esset, paternitate quoque prius. sed hoc falsum est. nam tunc pater non esset primo absolutum suppositum: Ex quo patet, ingenitum formaliter nullam dicere, aut negare perfectionem. Quando ergo dicis: perfectionis est in patre, non esse productum; falsum est formaliter, quatenus est suppositum, siue spectat ad formale suppositi. Ad confirm. dico, negationem affirmationis, nihil ponere formaliter. Porro, nulla notio, dignitatem formaliter dicit: dignitatem, inquam, id est, perfectionem, alioqui persona, in qua plures sunt notiones, dignior, perfectiorque esset habenda: habere namque naturam ab alio, non dicit indignitatem, aliter in filio esset indignitas. Ita sane, & non habere naturam ab alio, dignitatem nequaquam dicit. Teneo et consequentia: quia sicut se habet oppositum in opposito, ita sane propositum in proposito. Sed aliquis respondere posset; non haberet ex se quidem dignitatem, sed ex suo certe fundamento; quatenus scilicet posse alteri naturam communicare, dignitatem dicit. hoc est, ille modus communicandi, vt primæ conuenit personæ, dignitatis, id est, authoritatis est. Sane, omne, quod in diuinis dignitatem, id est perfectionem dicit, est formaliter infinitum: sed nulla notio est formaliter infinita: ergo &c. Ad quod plane dicimus: etsi non dicat formaliter perfectionem; signum tamen est perfectionis; sicut paternitas, actualitatis paternæ; filiatio est viuentis signum naturæ; spiratio vero, naturæ intellectualis. Ingenitum autem, quamuis non sit relatio; ad relationem tamen, sicut priuatio ad habitum reducitur: cuius gratia, alicuius est dignitatis signum. Non dicit ergo ingenitum dignitatem simpliciter; alioqui non omnes personæ diuinæ haberent omnem dignitatem simpliciter: quod nulli licet fideli asserere.

Ingenitum in patre nō est absolutum, neque respectiuū.

Ingenitum formaliter non dicit perfectionem.

2. Ad 2. Esse in se, vel à se non dicit aliquid positiuum: illud enim, quod dicit rationis relationem formaliter; non dicit aliquid reale positiuum: sed esse à se, est huiusmodi: eiusdem namque ad seipsum habitudinem nunciat: ergo non est aliquid reale positiuum. Iterum, quod nullum habet compositum reale positiuum, sed conceptum solummodo, eumque negatiuum, non dicit certe aliquem modum positiuum; sed esse à se non plus dicit, quam ab alio non esse: nam si positiuum reale diceret; pater vtiq; à se esset realiter, atq; à se realiter produceret: Ergo &c.

Esse à se nō dicit aliquid positiuum.

Præterea, quemadmodum modus essendi in se, solam negationem huius dicit, in alio videlicet non esse; alioqui si positiuum diceret; tunc profecto positiue, & realiter aliquid in seipso esse diceretur; Ita sane esse à se, præter quam ab alio non esse, ostendit nihil. cum autem hoc sit rationis respectus, non erit igitur reale positiuum. Ad 1. prob. neg. conseq. nam esse ab alio, veram dicit productionem, non autem esse à se. Ad aliam, non est simile. etenim aliquid est, & esse potest ab alio, à se autem realiter positiue nihil; sicut in quocunque causarum genere, nihil est sui ipsius causa, aut seipsum gignit. Ad aliam: esse à se formaliter, solam negationem dicit, positiui autem nihil. Dicis: esse in se est modus positiuus essendi substantiæ: ergo esse à se est simile. Resp. bifariam esse in se intelligitur; vno quidem modo, affirmatiue, atque ita negatur antecedens, quia nihil in se est; alio vero modo non esse in alio. sed tunc concesso antecedente, negatur consequentia. similis autem sententia est de modo essendi à se. Ad 3. 3.
Neg. maior, nam primitas negationem prioris indicat: illud namq; est primum, quod præcessit nihil.

Pater est ingenitus.

CAP. VI.

Argumenta, quæ conantur probare, ingenitum, patris esse proprietatem constitutiuam.

PErsona, in esse personali, per incommunicabilem constituitur proprietatem: persona enim nihil habet, quod sit prius incommunicabile, quam ipsam proprietatem constitutiuam. sed ingenitum, siue innascibilitas, est huiusmodi: Ergo &c. Nam si paternitas, ipsa innascibilitate, prior esset, absque dubio, filiatio, quæ simul est cum paternitate, innascibilitatē præcederet. sed prior est negatio, ordine ad prius, quam positio ordinis ad posterius, in essentialiter plane ordinatis, quod est primum; necessario habet ordinis negationem ad prius, non autem ordinis positionem ad posterius; vt patet de Deo respectu creaturæ, quæ sine Deo esse non possunt, Deus autem Deus, sine illis. Ingenitum autem in patre, ad prius, ordinis negationem dicit: paternitas vero ordinis positionem ad sequentes: Ergo &c. Item, essentia, mediante paternitate, passiuam filij productionem sibi determinat; sed id facit, vt in aliquo existens supposito, quod per innascibilitatem est constitutum. Prior ergo est innascibilitas. Item, prima persona constituitur per 2.
proprietatem nobilissimam: sed innascibilitas est proprietas nobilissima: ipsa ergo est personæ patris cōstitutiua. Prius enim est essentiam à se habere; quam alteri communicare. *Damasc. 1. c. 8.*
Suffragatur nobis Damasc. *Omnia in diuinis vnum esse, præter generationem, & ingenerationem, atque processionem.* Quare, si generatio passiua, filij suppositum constituit, & spiratio, suppositum spiritus sancti; ingeneratio igitur, quæ est innascibilitas, patris est suppositi constitutiua. Item, per illam proprietatem pater constituitur, qua manente, manet ipsius suppositum, etiam si quæcunque alia fuerit circumscripta. sed innascibilitas est huiusmodi, autore Augu. *Si pater non genuisset, inquit, nihil prohiberet, ipsum dicere ingenitum.* ingenitum ergo, siue innascibilitas, patris suppositum constituit. Amplius, nullum posterius, sui potest fundamentum esse prioris: sed prius est ingenitum, quam generare Sane nihil dicitur alicuius rei productiuum, nisi antea per se ipsum fœcundum extiterit. non per illius potentiæ actum: vnde spiritus sanctus non habet voluntatem fœcundam, seu virtutem spiratiuam: quia nimirum per huiusmodi potentiæ actum procedit. In patre autem prior videtur esse fœcunditas, quam filium gignere: sed hoc esse non potest, nisi per innascibilitatem: ipsa igitur est patris constitutiua. siquidem illud dici nō potest innascibilitatis fundamentū: quo remoto, innascibilitas manet. sed principij productiui ratione remota, manet innascibilitas; nā si in diuinis vna tamē esset persona, adhuc ingenita diceretur; quāuis productiui relatio principij, nulla in ipsa inueniretur: ergo &c. Præterea, prius est, siue intelligitur diuina essentia non communicata, quam communicata: ergo prius est ipsius correlatiui, nempe non communicans suppositum, quam communicans: sed communicans, paternitate. non communicans autem, innascibilitate constituitur: Ex quo patet, paternitate, innascibilitatem esse priorem: prius ergo ipsam, quam paternitatem, suppositi paterni esse constitutiuam clarissimum est.

Quid constituit personam. 1.

3.

5. Trin. c. 6.

4.

Innascibilitas.

5.

CAP.

Pater est ingenitus.

CAP. VII.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. negatio ordinis ad aliquod prius, immediatiùs, non consequitur aliquid, quâ ipsius ordo ad secundum, si tamen per ordinem eius ad secundum in esse constituatur: alicuius enim entis positiui formale constitutiuum, negationem entis sibi repugnantis, præcedit. Sane, si prima persona, sit formaliter negatione incommunicabilis; tunc plane, non vniformiter, diuinæ se habebunt personæ, in personalitatis ratione constituenda: proinde æque non erunt perfectæ. Prima igitur persona in ordine ad secundam, constituitur relatione positiua; alioqui secunda, prima profecto perfectior esse videretur: quod est impossibile. Præterea, quando affirmatio, & negatio in aliquo conuertuntur; prior est, secundum rem affirmatio, quam negatio: alioqui negatio in illo, ante omnem affirmationem, simpliciter prima esset. sed paternitas & innascibilitas, in natura diuina, secundum veritatem conuertũtur: paternitas ergo, vtpote affirmatio, innascibilitatem, velut negationem præcedit: atque ita prima est incommunicabilitas. Iterum, quod non est ex se primo incommunicabile, primum non potest constituere suppositum: sed nulla negatio ex se est incommunicabilis, quia sicut negatio, ex affirmatione; ita etiam incommunicabilitas pensatur: Innascibilitas ergo, non est prima incommunicabilitas primæ personæ in diuinis. Quando ergo dicis, quod filiatio, sicut paternitas prior esset innascibilitate, dico, illationem non esse validam: paternitas enim & filiatio, natura simul sunt, non autem origine. Vnde non sequitur: paternitas origine est prior innascibilitate: igitur filiatio innascibilitatem antecedit. Ad aliam autem prob. resp. regulam huiusmodi constituendam esse in absolutis, ordinem habentibus, vel in relatiuis, per habitudinem ad prius, in esse constitutis, sicut patet in exemplo de Deo, atq; de creaturis. Quoniam autem prima persona habitudinem habet ad sequentem; per illam ergo, vtpote per paternitatem constituitur; vnde prius sine posteriori, necesse nec intelligi potest. quæ enim non sint essentialiter distincta; essentialis ordo in eis nequit haberi.

Relatio positiua constituit personam.

Paternitas præcedit innascibilitatem.

2. Ad 2. nobilissima perfectio in diuinis, est essentia diuina: illa autem, cum sit vna, eademque est in tribus; non est in vna nobilior, quam in altera; modusque communicandi, perfectionem non dicit simpliciter. Ad autorit. Damas. per ingenerationem paternitatem intelligere: aliter paternitas, & innascibilitas eadem essent relatio, siue proprietas.

3. Ad 3. Augustini sententia ita est intelligenda. Ingenitum ex sui ratione atque significato, patrem non connotat: aliquam nihilominus proprietatem positiuam præcedere oportet; propter quam, & ipsum insit ingenitum.

4. Ad 4. negatur minor, & ad prob. maior. in Mercurio siquidem est potentia generatiua, quam plane habet per actum generatiuæ potentiæ, similitudo autem negatur: principium enim spirandi, non solum includit voluntatem; sed & spirationem actiuam, cuius relatio opposita, nempe passiua spiratio, in spiritu sancto reponitur. Ad aliā prob. vno modo ingenitū, est patris notio cuius fūdamentum est paternitas; vnde hoc sensu, minor est falsa: nam in diuinis vna tantum si esset persona, illa certe non esset ingenita notionaliter; quia pater non esset. alio modo est diuinæ attributum essentiæ, sicut æternitas &c. & ita verum est arg. sed non militat aduersus nos. negatiu siquidem, quam innuit ingenitum, si essentiam habet pro fundamento, sicut & cætera attributa; instar attributorum, suppositorum distinctione non opus haberet. quoniam autem innuit, essentiam habere non ab alio, ideo illius est fundamentum paternitas, quæ patris est suppositi constitutiua proprietas.

Spirandi principiū.

Si esset vna persona esset ingenita.

5. Ad 5. Essentia, vt in patre aliquo modo est prior origine, quam in filio, vtpote cõmunicata. Ex hoc tamen non licet inferre, quod non communicans sit prius suppositum, quam pater: nam etsi non communicata, & non communicans sint simul natura, sicut correlatiua, quorum vnum sine altero esse nequit; vnum tamen alterum potest origine antecedere. Vnde essentia, vt non communicata, aliquo originis modo. prior est ipsa paternitate. cum hoc tamen verum est dicere, patrem, vel communicantem secundum originem, aliquo modo, non cõmunicante, esse priorem. Essentia præterea, vt non communicata origine præsupponit, patrem: nam non esse per productionem communicatum, essentiæ ennuenit; quatenus est in patre. patre ergo hoc modo, videtur esse posterior. Vnde, quamuis ingenitum, non communicans forte dicat; patre tamen non est prios: ipsum profecto præsupponit. Ingenitum etiam, vt quidam dicunt, ex suo formali significato, nequaquam dicit non communicans; sed non genitum potius in aliquo supposito, cuiusmodi est pater. prius ergo est secundum aliquem modum, patrem esse quam ingenitum. Sane, essentia diuina, quatenus est à se simpliciter prima, respectu proprietatum, quas sibi non vt forma informans; sed vt quidditas determinat, primam certe relationem positiuam, productiuam, nempe paternitatem, non adæquate quidem, sed immediate respicit, siue determinat. ex ipsa autem essentia, primaque relatione positiua, ac constitutiua, suppositum profecto constituitur primum: mediante illa relatione, producit secundum suppositum. igitur primum sic constitutum, non producitur; quia prima productione producit: atq; ita esse ingenitum, consequitur esse patrem.

Vnum correlatiuum potest origine aliud præcedere.

De Dei nomine.

MERCVRIVS.

Pater autem Deus.

Commentum IX.

DE hoc sane nomine, *Pater*, nonnulla hactenus, quæ ad rei methodum ordinisque rationem spectare visa sunt, adducere curaui: deinceps autem, quid hoc nomen, *Deus*, significet elucidabo. Communis est autem omnium sententia, hoc quidem nomine, *Deus*, significari primum ens, & summum in nobilitate, & perfectione, omnium causam incorruptibilium primum, expertem partium secundum Zoroastris sententiam, sibi ipsi simillimum, bonorum omnium aurigam, munera non expectantem, optimum, prudentissimum, iuris patrem. Orpheus vero *apud Apuleium lib. de mundo*, ait: *Iuppiter omnipotens, est primus, caput, & medium: Iouis omnia plena: tu cuncta video. hic ipsum in terris vehitis, quo cernere possu: hic etenim video ipsius vestigia: verum ipsum cernere, quis sit, nequaquam valeo; nam nubibus insidet altis.* Deus, inquit Hermes, *nihil est omnium: Deus est omnia: Deus nullum nomen habet: Deus habet omne nomen: ita fermè res omnes in Deo sunt pariter, atque non sunt: sicut domus in Architecto: forma membrorum in vegetabili: igneus in Sole calor: in vnitate, numerr: longitudo linea, in puncto. Deus vnus est: vnus autem nominis non eget. est enim, qui sine nomine est. Deo igitur nomen non est; quia vnus est, nec opus est proprio vocabulo, nisi cum discrimẽ exigit multitudo, vt vnamquamque personam, nota appellatione designes: Deo autem qui semper est vnus, proprium nomen est Deus.* Iterum: *Ineffabilis Deus, solo silentio prædicandus* Plato, tantam esse ait, vim Dei, & maiestatem, vt cum nec mente concipere, nec verbo enarrare quisquam possit, ob nimiam, & inextimabilem eius potestatem. *Opificem quidem & patrem mundi, inuenire, inquit, difficile, & cum iam inueneris prædicare, & eloqui in vulgo, impossibile.* Et in Cratylo: *Fateri nos oportet, nihil de Deorum nominibus nos cognoscere, quibus ipsi se vocãt: constat enim illos quidem veris se nominibus nuncupare. secundum vero recta denominationis modum existimo, vt quemadmodum lex in votis statuit precari Deos, quomodocunq; nominari his placet, ita & nos, ipsos vocemus, tanquam nihil aliud cognoscentes. Hoc autem in causa fuit, vt non vno, eodemque nomine apud omnes nuncuparetur. nam Ægyptij quem nos Deum, Thoit; Persæ vero, & Syri, atque magi, Orsi, vnde Oromasis. Hebræi quatuor literis, ineffabile nomen per Adonai, exprimere conati sunt, Græci, Theos. Arabes Alla, Machomet, Abdi; Christicolæ Deus, & Iesus. quatuor vbiq; literis inuocatur: quatuor enim, nempe essentia, esse, virtute, actioneq; cuncta disponit. Cælestia præterea triplicitatibus signorum quatuor, ignea, aerea, aquea, terrea & quæ sub cælo sunt, quatuor vocantur elementa.* Et in Epinomide, Deum honorum omnium authorem vocat, quem nos honoribus colere, atq; præcipue adorare, condocet. Parmenides Pythagoricus apud Platonem omnia de ipso vno rerũ principio negat pariter, & affirmat. Vnde graphice psaltes canit. *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius* quamobrem Orpheus asserit Deum esse noctem, & diem: *nox simul, atq; dies, sapientia, primaq; origo est. Igitur immẽsus splendor, nostros obtutus adeo percellent, & captus deuincent; vt verius dici videatur, hominem te non videre, quam videre. Quare, si me rogas quid sciam de Deo meo, respondeo, nihil me scire, nisi hoc, quod omne, quod scio, non est Deus meus.* Non temere ergo Dauid: *Posuit tenebras latibulum suum.* Maro autem noster ait Deum ire per omnes tractus maris, cœlumq; profundum. Cicero in Tusc. *Nec vero ipse Deus, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quadam, & libera ab omni concretione mortali.* Thales vocat Deum mentem, quæ ex aqua cuncta creauit: diis quoq; omnia plena esse asseruit, Anaxagoras 8. *phys.* & alibi, *mentem infinitam* dixit *seipsam mouentem.* Zeno, *naturalem legem* nuncupauit.

Zoroastres. *Orpheus.* *Hermes.* *Plato. in Timæo.* *Nomen Dei apud populos diuersos.* *Nomen Dei quare quatuor literis nominatur* *Parmenides.* *Psal. 138.* *Orpheus.* *Psal. 17.* *Maro. li. 6.* *Cicero.* *Thales lib. 1. de ani. tex. 86.* *Anaxagoras.* *Zeno.*

Chrysip.

uit. Chrysippus etiam, *naturalem vim ratione praeditam, & diuinam necessitatem* appellauit. *Deus, secundum Zenonem, in omni substantia permanet*: in intellectuali, est intellectus: in animali, est anima: in naturali, natura: in affectu, est affectio, & habitus: quam ob causam August. super illud, *Qui es in caelis,*

Augustinus.

Deus est in seipso, inquit, *sicut α, & ω. i. principium, & finis: in mundo, sicut rector, & auctor: in angelis sicut sapor, & decor: in Ecclesia, sicut paterfamilias in domo: in anima, sicut sponsus in thalamo: in iustis, sicut adiutor, & protector: in reprobis, sicut pauor, & horror.* Et epist. 36. *Deus totus oculus est, quia omnia videt: totus manus, quia omnia operatur. totus pes, quia vbiq; est.* vnde alibi: *Deus, nullis verbis potest exprimi, nulla cogitatione potest comprehendi*: quamobrem diuinae lucis immensitas apud nos tenebrae sunt. Bene igitur dictum est à philoso. 2. met. oculum nostrum se habere ad modum noctuae ad lumen Solis, ad manifestissima naturae. Proinde Hermes vocat Deum *sphaeram intellectualem, cuius centrum est vbiq; & circumferentia nusquam.* Est igitur nobis incognitus inuisibilis, incomprehensibilis. Denique secundum Isai. vaticinium, *Vere Deus absconditus.* Et Iob: *Est longior terra, latior mari; altior caelo, profundior inferno. ipse namq; vbiq; praesens est, & vix inueniri potest: stantē sequimur, & apprehendere non valemus: manet intra omnia: ipse extra omnia: ipse supra omnia: ipse infra omnia, superior est per potentiā. inferior per sustentationem exterior per magnitudinem. interior per subtilitatem: sursum regens, deorsum continens: extra circumdans, interius penetrans.* *Deus est longitudo propter aeternitatem: latitudo propter charitatem: sublimitas propter maiestatem: profundum propter sapientiam. Deus amat, vt charitas: nouit, vt veritas: sedet vt aequitas. dominatur, vt maiestas: regit, vt principium: tuetur, vt salus: operatur, vt virtus, reuelat, vt lux: assistit, vt pietas.* Recte ergo dixit Dio. Areopagita. *quid sit Deus: Nec intelligitur: nec dicitur: nec nominatur: nec est aliquid eorum quae sunt: neq; apprehenditur in aliquo existentiū; in omnibus enim omnia est, & in nullo, nullum.* Aratus: *A Ione*, inquit, *nos sumus: ille sanct, & vires cunctis ministrat.* Epicarmus Pythagoricus: *Nihil Deo latet, sed ipse omnia videt, nihilq; est ei impossibile* Democritus *Omnia ipse cognouit: omnia ille dare, & omnia potest auferre. Rex omnium ipse solus est.* Xenophon Athenensis: *Deus omnia quatit*, inquit *omnia quiescere facit. magnus, potensque est: qui omnibus patet: qualis autem sit, nemini patet; nisi ipsi soli, qui luce sua omnia perlustrat.* Sophocles tragicus: *Vnus vere est Deus qui caelum, latamq; terram fundauit: qui ceruleam ponti vndam, & ventorum flatus produxit.* Menander comicus: *Deus omnia videt, & prope est, quod illi simile est.* vnde propheta: *Ego sum Deus appropinquans, & non Deus de longe* Boetius Dei aeternitatem, ita describit. *AEternitas est interminabilis rota vita simul, & perfecta possessio. tota inquam, quoniam durantes hae non fluit, vt tempus non labitur, vt instans nihil enim est in tempore constitutum, quod totum . ita sua spatium pariter possit amplecti: nam futura non sunt, nec etiam praeterita. Quoniam igitur in motu, & in tempore successio quaedam est, ideo simultate hac partium carens, aeternum dici non potest.* Suffragatur huic sententiae Aug. de vera religione: *Mentis affectu, inquit, omnem mutabilitatem ab aeternitate seiungo, & in ipsa aeternitate, nulla spatia temporis cerno quia spatia temporis, praeteritis, & futuris rerum motibus constant.* Quare, & si angeli, secundum nonnullos, suę non haberent durationis principium; aeterni tamen dicendi non essent: nam licet actus, id est, volitio, & cognitio angelica (vt ipsi dicunt) successione in se careant; vnus, nihilominus, alteri succedere potest. At Deus vnico, & simplici actu, omnem perfectionem, & actum comprehendens, nihil expectat. neque aliquid eius in praeteritum cedit Proinde Aug. *Quomodo*, inquit, *in ipsis est vera aeternitas, vbi oritur voluntas, quae non erat* Bene ergo Dauid dixit: *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* nunquam enim veniunt, vel eunt, sed semper stant. Deus praeterea pro corpore sumitur caelesti, secundum antiquos. *Deum dicimus animal optimum sempiternum, cuius vita duratio existit Deo continua, & aeterna, hoc enim Deus, & caeli corp.* *Dei operatio est immortalitas.* haec autem est vita sempiterna. Est enim omnium maximum secundum Plotinum, non magnitudine quidem, sed potentia. Deum etiam infinitum dicimus, non quasi sit magnitudo quaedam, vel multitudo, quam non liceat pertransire; sed quia sit potestas quaedam, quam comprehendere nequeas: quamuis enim excelsum pro viribus cogites illum; adhuc tamen superest admodum excellentius: omnium namque est sufficientissimus, maximeque seipso contentus. Itaque Deus apud Latinos dicitur, quod quidem nomen ex Greca appellatione translatum est. nam Deus Graece θεὸς appellatur, quasi δέος. i. timor: vnde tractum est nomē Deus quod eum colentibus sit timor: ipse certe est summū bonum, authore Isidoro, quia incommutabilis est, & corrumpi omnino non potest. creatura vero bonum, sed non summum est; quia mutabilis est.

de cogn. vera vita c. 3. — *Aristoteles.* — *Hermes.* — *Esaias. 45.* — *Iob. 11.* — *Gregorius. hom. 8. Ezech.* — *Bernardus de considerationé.* — *Dionys. Areopa. de Diui. nom. c. 7.* — *Aratus.* — *Epicarmus.* — *Democritus.* — *Xenophon.* — *Sophocles.* — *Menander.* — *Boetius. de cons. lib. 5.* — *Augustin.* — *AEternitas declaratur per Augustinum.* — *lib. 12. confess.* — *Psal. 101.* — *Deus animal optimum.* — *Aristot. 8. phys. c. 4. 12. met. 39.* — *Plotinus enne. 6. lib. 9. cap. 6.* — *Isido. de sum. bono*

QVAESTIONIS PRIMAE
CAP. I.
Quod Deus non sit nominabilis, nonnullis probatur argumentis.

POsset aliquis contra ea, quae dicta sunt, elucidandae veritatis gratia, ita arguere. Quod non est intelligibile, non est nominabile: nomen enim nuntius est rei, quam mente concepimus. sed Deus à nobis intelligi non potest, vtpote, qui phantasmatibus non subditur nostris. vel, vt ita dicam, non est phantasiabilis, ergo non est nominabilis &c. Amplius, quod alicui est ineffabile, consequens est, vt eidem sit innominabile: sed Deus est huiusmodi, authore diuo Ambrosio: *Mens, inquit, deficit, vox silet. non mea tantum; verum etiam angelorum: ineffabilis enim est illa generatio, multo etiam magis diuina essentia* Proinde Dionys. *Theologi*, inquit, *laudant Deum, vt innominabilem.* Adhuc, Omne nomen aut est concretum, aut abstractum: sed nullum istorum Deo congruere potest: ergo &c. Concretum siquidem, simplicitati derogat diuinae: abstractum vero subsistentiae eiusdem: sed Deus est simplicissimus, atq; per se subsistens. nullo igitur nomine est nominabilis. Adde, ex creaturarum coniectura, Deum nos diuersis vocare nominibus: sed Deo cum creaturis commune videmus esse nihil: igitur creaturae est ineffabilis. vnde in prouerb. *Quod est nomen eius, & quod est nomen filij eius, si nosti?* & Dionysius: *Neq; nomen eius est, neque opinio.* Nomina praeterea significant substantiam, cum qualitate: verba autem & participia cum tempore pronomina vero cum demonstratione. vel relatione; quorum nihil Deo competere potest: etenim qualitati non subest vlli, tempori, aut accidenti. sentirique non potest vt demonstrari possit nec relatiue significari; quippe cum relatiua, aut nominum, aut participiorum, vel pronominum demonstratiuorum rememoratiua, aut recordatiua esse dicantur. Nullo ergo modo, Deus à nobis vocari, seu nominari potest. adhaec nullum nomen proprie de aliquo dicitur, à quo verius est remoueri, quam de eo praedicari. sed omnia nomina, quae de Deo dicuntur, sunt huiusmodi, autore Dionysio 2. cap. caelestis Hierarchiae, vtpote sapiens, bonus &c. nullum igitur est proprium nomen, quod Deo sit attribuendum. Praeterea, nomina, rerum naturam enuntiant: sed hoc nomen Deus operationis est, & non naturae ergo &c. etenim Damascenus, Dei nomen ita interpretatur: *Deus, inquit, dicitur à Thein, quod est currere, atq; vniuersa fouere: aut ab Ethin, hoc est, ardere; est enim ignis consumens: vel à Theaste, quod est considerare omnia.* Porro haec omnia ad operationem pertinent, non autem ad Dei naturam: quod profecto nominis diffinitionem penitus destruit, atque confundit. Adde, vt diximus, quatenus res à nobis cognoscitur, eatenus nominatur. sed diuina natura est nobis incognita, innominabilis igitur.

1. 2. 3. 4. 5. 6. — *Ambros. Dionys lib. de Diuin. nom. c. 1.* — *Prouer. 30.* — *Deus quid significat secundum Damasc. lib. 1. c. 1.*

CAP. II.
Soluuntur argumenta.

TVm dico diuinam essentiam à nobis intelligi posse, vt superius annotauimus: idque per effectus, quamuis simplici nequeamus conceptu ipsam ab alijs distinguere Ex quo, quemadmodum imperfecte Deum concipimus. ita etiam, ex parte nostra, imperfecte nominare valemus nominare, inquam, aut nomen imponendo, aut impositis vtendo nominibus. Sane, cum quaelibet creatura limitatae, finitaeque sit naturae; non videtur verisimile perfecta Deum posse appellatione distinguere. imperfecte igitur à creatura, à seipso autē perfecte, & comprehenditur & vocatur, eo plane modo, quo concipitur ab eadem appellatur. Ad 2. verum quidem est, Deum nobis esse ineffabilem, & ex consequenti innominabilem; non simpliciter tamen; sed perfecte vtpote, qui ipsum efferre, farique perfecte non possumus. Ad 3. ea, quae in creaturis perfecta reputantur subsistunt certe, & composita sunt: forma autem in eis non est aliquid subsistens, atque completum, sed id magis, quo aliquid est: nomina ergo, quae perfectionē aliquam significant, concreta sunt, siue in concreto dicuntur: compositis n. rebus. atq; subsistentibus completisque conueniunt. Porro, quae ad formas simplices significandas imponuntur, aliquid profecto significant, non quidem vt subsistens, sed potius, vt quo aliquid est. Sic sane albedo id significat, quo aliquid est album. Quoniam igitur Deus, & simplex

1. 2. 3. — *Imperfecte Deum nominamus.* — *Nomina abstracta & concreta in diuinis quid significent.*

De personarum æqualitate.

simplex est, & subsistens; icirco ad ipsius simplicitatem inuenıendam nomina accómodantur abstracta : concreta vero ad eius[dem] [su]bsistentiam perfectionemq; Itaque nomina concreta, quatenus subsistentiam dicunt, non autem compositionem, Deo attribuenda sunt : abstracta autem, prout sonant communicabilitatem, non autem inhærentiam. Ad confir[mationem] quamuis creatura nihil vniuocum cum Deo habere videat[ur] ; Analogice tamen ad ipsum refertur : atque ita, iuxta ip[si]us modulum Deum imitatur, & nominatur. Ad autor[itatem] item Prou. resp. quod ea certe ratione Deus nomen non habere dicitur, qua nimirum, ipsius essentia, id vincit, quod de Deo intelligimus, & voce balbutiendo, in-
4. terdum significamus. Ad 4. significare substantiam cum qualitate, perinde est, ac significare suppositum cum natura, vel eum forma determinata, in qua vtiq; subsistit. Quare sicut aliqua concreta nomina, ad Dei subsistentiam, perfectionemq. significandam imposita sunt; ita profecto nomina, quæ substantiam cum qualitate significant : verba autem, & participia, quæ tempus consignificāt; ideo de Deo dicuntur, quia scilicet, ipsius æternitas omne tempus complectitur. Etenim, quemadmodum, subsistentia simplicia, per compositorum modum apprehenduntur; ita plane Dei æternitas, non nisi per temporalium modum rerum intelligi potest. Porro, demōstratiua pronomina, id certe, quod intelligitur, non autem quod sentitur, demonstrare fatemur. Eo sane modo sub denominationem cadit, quo certe intelligitur. Patet igitur, quonam modo verba, pronomi-
5. na relatiua, atq; nomina Deo attribuantur. Ad 5. Nomina, quæ Deo attributa esse videmus, secundum Dionysii sententiam, negatione potius vera esse, quam affirmatione dicimus : ob eam profecto rationem, quia id, quod nomine significatur excellentius est, superatq; nomina vniuersa. ex quo non temere Dionys. ait, Deum superare omnē substantiam, atque vitam. In his igitur, quæ Deo attribuuntur nominibus, duo plane obseruando veniunt. alterum quidem, perfectiones, quæ nominibus significantur : alterum vero perfectionum modus. Porro perfectiones, Deo proprius, quam creaturis competunt, vtpote bonitas, sapiētia, simplicitas, & quæ sunt generis eiusdem : modus vero, creaturis potius : modus enim, quo creaturis diuina communicatur, seu participatur perfectio, imperfectus est; ide-
6. o Deo attribui non potest, nisi metaphorice tantum. Ad 6. Quoniam diuina natura nobis est incognita, idcirco ex ipsius operationibus, nomina acquirere satagimus : quæ profecto operationes, atque effectus nobis notiores sunt. hanc ob causā, ab vniuersali prouidentia, Deum vocamus, vtpote omnibus prouidentem, atq; cuncta regentem. Deitas (authore Dionysio) omnia videt prouidentia, & bonitate perfecta. hoc certe modo si Damasc. intellexeris, argum. facile solues. Cæterum huiusmodi nomen est incommunicabile, nec alicui proprie rei, siue creaturæ est attribuendū. Sane, id proprie communicabile esse dicimus, quod secundum totam, vniuersamque nominis latitudinem, non vni tantum, verumetiam multis communicari potest. per similitudinem vero, quando aliquid complectitur, quod intra nominis significationem continetur. Exempli gratia, hoc nomen, aquila, his propriis communicatur, in quibus, natura inuenitur, quam huius nominis ethimologia complectitur, nempe eiusdem naturæ consortibus : per similitudinem vero his tantummodo, qui nonnihil aquilinum præseferunt, vtpote egregiam intuendi virtutem, nubesq; penetrandi audaciam. Proinde aquilæ per metaphoram nonnulli appellantur. Quoniam igitur hoc nomen, Deus, diuinam significat naturam, quæ multiplicabilis nequaquam est; propterea, incommunicabile est, & quidem secundum rei veritatem : secundum vero participationem, multorumque opinionem, multis communicabile esse, immo communicatum fuisse legimus : *Ego dixi* (inquit Dauid) *dii estis, & filii, excelsi omnes. Deos dixit, ad quos sermo Dei factus est.* secus autem se habent nomina, à perfectionibus diuinis procedentia; vt bonus, sapiens, & huiusmodi, quæ multis communicantur, idque secundum rei veritatem: non enim diuiná naturam, sed perfectiones potius diuinas significant.

Verba, & participia Deo tribuuntur.

Demonstratiua.

Dionys. de diuinis nō.

Perfectiones, & modus perfectionis.

Lib. 12. de Diuin. nō.

Nomen Dei, quomodo est communicabile.

Ego dixi, dii estis.

MERCVRIVS.

Neque enim distant ad inuicem : horum vnio vita est.

Commentum X.

VErbi lucidi absconditam, sanctamq; geniturant, cum diuini Pymandri potentia, atque maiestate, in medium adducere studui : ipsorum iam restat differentiam, si aliqua fuerit, æqualitatem vnionemque afferre. *Hæc,* inquit, *dixo ô Mercuri, nempe verbum lucis [illegible], & mens, pater Deus, non distant ab inuicem, sed horum vnio vita est.* N[on] cap[it] *consuetudo carnalis,* inquit August. *æqualitatem personarum,* non ob aliud certe [n]isi quia vera, quæ creata sunt, sonit, vt potest : veritatem autem ipsam, qua creata sunt, non potest inuenire. nam si possit, nullo modo esset lux ista corporea manifestior quam hoc, quod diximus. Pymander enim, & ipsius lucidum verbum ab inuicem sapientia non di[ff]erunt : nam pater & verbum vna sunt sapientia, quia vna essentia, & sapientia. *de sapientia. 7. li. , capite 2.* Quapropter, non quia pater non est filius, & filius non est pater, ideo nō vna essentia : quia his nominibus relatiua eorū ostenduntur. vterque autem simul vna sapientia, & vna essentia, vbi hoc est esse, quod sapere : non autem simul vterq; verbum, aut filius : quoniam non est hoc esse, quod verbum, aut filium esse. nulla ergo potest esse naturæ dissensio, vbi vna, eademq; numero est essentia. Quocirco Pymander à suo germine, verboq; lucidissimo, non natura, sed persona distinguitur, relatione, atque origine. Itaque in Pymandro, eiusque verbo summa est æqualitas. identitas, atque similitudo : æqualitas enim, authore philos. 5. *met.* relatio est, quæ profecto super vnam numero, aut specie fundatur quantitatem. æqualia namque sunt in quantitate, sicuti eadem in substantia, & similia in qualitate. Duplex est autem quantitas, vna quidem molis, quæ quantitatis dicitur prædicamentum : alia vero perfectionis, atque virtutis, quæ sane determinati nequaquam est prædicamenti; sed transcendentia potius Deoque conuenit, quem omni prædicamento priorem esse fatemur. Qualitas præterea, & pro tertio prædicamento, & pro transcendente qualitati accipi potest; vtpote forma, quę esse largitur, vt 5. *met.* differentia substantialis, qualitas nominatur. Itaq; in Pymandro, atq; ipsius germine ęqualitas est transcendens. Etenim ad veram spectat æqualitatem, vnam esse, inueniriq; perfectionis magnitudinem atq; ea, quæ æqualia dicuntur, ab inuicem esse distincta; nihil n. sibiipsi proprie æquale esse dicitur. Porro in diuinis vna eademq; est perfectionis magnitudo, & personarum distinctio : in ipsis ergo summam, & omnino perfectissimam ęqualitatem inueniri necesse est. Amplius, si in 2.
diuinis aliqua esset inæqualitas, absque dubio, aliqua personarum imperfecta esset dicenda; quippe, quæ non eandem haberet perfectionis magnitudinem : quod certe absurdissimum est, ne dicam impium, atque hæreticum. Recte ergo canit ecclesia : Et in personis adoretur æqualitas. Quoniam igitur in diuinis summa est simplicitas, summaque perfectionis vnitas, perfectissima plane in eis inuenitur æqualitas. *Vnus est Deus* (inquit August.) *& magnus.* Vnde ergo pater erit maior ? si enim maior, magnitudine erit maior. cū autem magnitudo filius eius sit nec ille vtique maior sit eo, qui se genuit, nec maior est ea magnitudine, qua magnus est : ęqualis ergo est. nam vnde æqualis, si non in eo, quod, cui non est aliud esse, & aliud magnum esse ? æqualis, inquam, in omni re, quæ de substantia eius dicitur : vna enim est substantia, & vnum est esse amborum. Animo namque humano, non hoc esse, quod est fortem esse, aut prudentem esse, & huiusmodi. potest enim esse animus, & nullam istarum habere virtutum. Deo autem hoc est esse, quod & fortem esse, aut sapientem &c. Igitur æqualis est patri filius, & vnius eiusdemque substantiæ. Sane, non potest esse in natura pater maior, quia non est in quo crescat illa perfectio, vbi vnica tantum, atque singularis est perfectionis, magnitudo. Quicquid enim perfectionis, atque virtutis est in Pymandro; in eius quoque verbo esse, necessarium est : in eodem profecto perfectionis gradu; quia nimirum essentia diuina est infinita : propterea vna est in summo perfectionis magnitudo, quoniam vna est in ambobus infinitas. In cæteris autem æqualibus, deficit hæc magnitudinis vnitas; quia non vna, eademque infinitas, atque magnitudinis ratio. Præterea Pymander non præcedit suum verbum æ- 3.
ternitate, nec excedit magnitudine neque superat potestate. Porro in æternitate, æqualitas secundum durationem est intelligenda : in magnitudine autem, secundum perfectionem : in potestate vero, comparatio quædam est ad ea, quæ extrinsecus habentur obiecta. Cæterum potestatis æqualitas, à magnitudinis æqualitate non differt; sed eam potius explicat, per comparationē ad extrinseca. vnde dicere consueuimus illa habere maiorem calefaciendi virtutē, quæ profecto habent potentiam caloris maiorem. Æternitas autem, quæ est interminabilis vitæ, tota simul & perfecta possessio, successione caret, atque dependentiæ ordine, quę plane sine summa personarum simplicitate, atque immutabilitate consistere nequit. Cum igitur Pymander

De personarum æqualitate.

D[e sapientia] in diuinis æqualitatem personarum [in] Augus. 8. [de] Tri. c. 1.

Æqualitas personarū.

Quæ sunt dicenda æqualia.

Quomodo æqualitas sit in diuinis.

August. 6. de Tri. c. 3.

In diuinis summa est æqualitas.

sit sim-

De personarum æqualitate. *Quid sit æternitas.*

sit simplicissimus, atque penitus immutabilis; ideo perfectissimam habet vitæ interminabilis totam simul manentem possessionem, eandemque æterna productione suo quidem verbo communicauit.

QVAESTIONIS PRIMAE

CAP. I.

Quod Pymander distet à verbo suo, magnitudine argumentis quibusdam, nonnulli probari conantur.

POsset aliquis contra prædicta sic arguere. Nihil est
1. ponendum in Deo, quod imperfectionem sonare videtur, alioqui in Deum aliqua caderet imperfe-
21. quæst. q.11. ctio. sed æqualitas est huiusmodi, authore Augu. repugnat enim ei, quæ in creaturis habetur perfectioni: *Si omnia*, inquit, *essent æqualia, non essent omnia.* Igitur si æqualitas, bonum vniuersi euertit; non est suo opposito, id est, inæqualitate semper, & in omnibus melior. perfectionem ergo simpliciter non esse, perspicuum est: diuinæ
2. igitur essentiæ conuenire non potest. Item, perfecta æqualitas, sine mutua communicatione haberi non potest; alioqui inter Deum, & creaturas perfecta esset æqualitas: sed in diuinis, non inuenitur huiusmodi communicatio, teste August. *Imago*, inquit *si perfecta est, æquatur ei, cuius est imago, non*
6 Trin. c.17. *illud suæ imagini* inter Pymandrum igitur, & suum verbum, non est perfecta æqualitas: verbum enim lucidum est ima-
3. go Pymandri. Amplius, illud, in quo plures inueniuntur notiones, alteri æquale dicendum non est, in quo pauciores esse conspiciuntur sed pater in diuinis, tres habet notiones,
4. filius vero duas: ergo &c. Præterea, paternitas ad patris dignitatem pertinet: sed paternitas non conuenit filio: patri ergo æqualis dici non potest: non enim eandem habet cum patre dignitatem. *Si pater non potest generare filium* (inquit August.) *non est omnipotens*; sed filius non potest generare filium: ergo non est omnipotens. valet sequela à destru-
5. ctione consequentis, ad destructionem antecedentis Adhuc, personæ diuinæ vnam eandemque habent essentiam. igitur æquales esse non possunt. Patet conseq. nam essentia per modum formæ significatur: quæ autem ita conueniunt; non æqualia, sed similia potius dicenda sunt. Adde, quod æqualitas, relatio quædam est: relatione autem personæ ad inuicem distinguuntur: æqualitatem ergo diuinis non posse competere personis, probabile esse videtur. Ite-
6. rum, si in diuinis est æqualitas, erit etiam quantitas. æqualitas enim, authore philos. ad quantitatem pertinet. sed in diuinis non est quantitas: non ergo erit qualitas, siue æqualitas. Sane, quantitas continua intrinseca, quæ dicitur magnitudo, nullo modo statuenda erit: Deus enim est bonus, sine qualitate, & magnus sine quantitate. nec quantitas continua extrinseca, quæ dicitur locus, & tempus. neq; secundum quantitatem discretam, plures enim sunt duæ, quam vna persona. Itaque in diuinis non est æqualitas.

CAP. II.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. neg. minor: ad authoritatem autem resp in
In diuinis perfectissima æqualitas. Deo est æqualitas, eaque perfectissima, quæ profecto in creaturis inueniri non potest. ipsarum enim perfectio, ex vario naturarum ornatu consurgit: quia limitata natura, vnius tantum æqualitate, aut specie adimpleri, perficique non potest. verum ergo est, si omnia essent æqualia, non fore omnia, vtpote quia vniuersi destrueretur pulchritudo: in diuinis autem hæc locum non
2. habent. Ad 2. Quamuis patris ad filium sit mutua æqualitas, filius tamen patri, non pater filio, coæquatur. coæquari enim, præter communem æqualitatis æquiparantiæque relationem, aliam disquiparantiam significat, nempe æqualitatem ab alio accipere, quæ reuera patri non conuenit; sed opposita potius, hoc est, æqualitatem alteri communicare: dat siquidem pater filio æqualitatem, eum scilicet in naturæ identitate producendo. formalis igitur, non originalis
3. est in diuinis æqualitas. Ad 3. Personæ diuinæ (atthore August) secundum relationes, nec dicuntur similes, nec æquales nec etiam dissimiles, nec etiam inæquales. penes ergo notiones, aut relationes, æqualitas diuinarum non attenditur personarum. *Relatiuum de Deo*, inquit, *non secundum ac-*
Aug. lib. Trinit. *cidens dicitur. quia semper fuit pater & filius. non secundum substantiam. quia ad seipsos non respiciunt; sed pater ex eo, quod ei est filius, dicitur; & filius, quia habet patrem.* secundum autem substantiam
De personarum æqualitate. hæc non dicuntur: quia non quisque eorum ad seipsum, sed ad inuicem atque alterutrũ, ad alterutrũ ista dicuntur, neque secũdũ accidẽs quia & quod dicitur pater, & quod dicitur filius, æternum, atque incõmutabile est eis. Quam ob rẽ, quamuis diuersum sit patrẽ, & filiũ esse; nõ est tamen diuersa substantia. quia hæc non secundum substantiam, sed secundum relationem dicuntur. quod quidem relatiuum nõ
4. est accidens, mutabile enim non est. Ad 4. Magnitudo in di-
Magnitudo in diuinis quid significet. uinis, naturæ perfectionem significat; in qua quidem consistit æqualitas. Porro, paternitas, dignitas est patris, sicut etiam essentia. Propterea, quemadmodum eadem essentia, quæ est in patre, paternitas est: & in filio, est filiatio; ita profecto, eadem dignitas, quæ in patre, est paternitas, in filio est filiatio. Recte ergo dicimus, quicquid dignitatis habet pater, filium quoque habere. neque sequitur pater habet paternitatem, & filius similiter: mutatur enim quid in aliquid eadem namque est in ambobus essentia, atque dignitas: sed in patre secundum relationem dantis; in filio vero, secundum relationem accipientis. Ad auth. Aug. resp. con-
Potentia generandi in filio. seq. non teneri per locum intrinsecum, quasi posse generare, sub illo contineatur vniuersali, nempe esse omnipotentem; sed per habitudinem potius extrinsecam: quia nimirum esse omnipotentem, essentiæ infinitas necessario concomitatur: quam sane infinitatem, in naturæ idemptitate communicabilitas consequitur, in qua reuera perfectionis æqualitas inuenitur. Sed *dices*, potentia generandi est in filio, & tamen generare non potest; non ergo est omnipotens. *Dico*, maiorem esse veram in habente potentiam, & non va-
Quare filius non generat. lente operari ob aliquem sui aut potentiæ defectum. sed res ita non se habet: quod enim filius non generet, ex plenissima proficiscitur perfectione potentiæ: quæ plane in illo supposito abactu non distat, atque dissentit. Iterum *argais*: si filius non sciret patris generationem, non esset omnipotens: à simili ergo, si non potest in patris generationem, nequaquam erit omnipotens. *Resp.* neg. conseq. scientiam enim ad suum obiectum, prioritatis ordine non indiget. potest enim esse tum de priori, tum etiam de posteriori. Secus autem se habet potentia, quæ ordinis prioritatem omnino requirit ad suum obiectum, quomodocunque possibile nominetur. Quamobrem, omnipotentia, ad illud, quod natum est esse posterius, sese tantum extendit. Ad 5. Quando secundum 5.
quantitatem virtutis, æqualitas numeratur, tũc similitudinem complectitur, atque excessum excludit: quæcunque n. in vna forma communicant, etiam si inæqualiter illam participent, æqualia nihilominus esse dicũtur, aut dici possunt. sicut aërem similem igni in calore esse dicimus. Quod si vnum altero perfectius formam illam participet, nequaquã æqualia dicenda sunt. Itaq; quoniã in patre & in filio, ne dũ vna secundum speciem verum etiam secundum numerum, natura consistit; ideo non solum dicimus patri, filium esse
Eunomij, Arij errores. similem, quo Eunomij error confunditur; sed æqualem prorsus, atque ita Arij perfidia excluditur. Ad 6. Ex superio-
6. ribus, argumenti solutionem patere arbitror. plane in his, quæ non mole, sed virtute, magna sunt; hoc est maius esse melius esse, authore August. 6. *de Trinit.* nam melius dicitur, quod perfectius est. cum autem in Deo virtutis, non molis quantitas inueniatur, nõ est locus obiectioni, quę de quantitate molis loquitur. hęc preterea virtutis quãtitas ex formę effectibus dignoscitur. Primus autem formę effectus
Formæ effectus primus, & secundus. est, esse: omnis enim res, per suam formam, esse habere censetur. secundus vero est operatio: siquidem agens quoque omne per suam formam agit. ex quo patet, virtutis quantitatem, ex esse atque operatione pendere. etenim ea, quæ sunt perfectioris naturę, & maiora sunt duratione, & æternitate, & potentiora ad agendum, atque ad operandum. Cum igitur inest diuinis huiusmodi quantitas; ideo, teste
de fide Pet. c. 2. August. Pater, filium non præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. Quęnam igitur magnitudo sit in diuinis, manifestum est.

CAP. III.

Quomodo potentia generandi sub omnipotentia esse, aut cadere dicitur.

Terminus singularis. PRo intellectu istius quæstionis, non ignorare oportet quod terminus singularis, ex sui natura, distribui non potest; eo quod non habeat signum vniuersale. nam cui signum vniuersale coniungitur,

latitu-

De potẽti generandi.

latitudinem habet ad multa sese extendendi: [illegible] autem
quoddam vniuersale, prædicatione tantum, vt generaliter
dicitur. aliud vero, eminentia, perfectione, virtuteque.
Vniuersale multiplex. Cæterum vtrique potest addi signũ distributiuum. quod
quidem termino coniunctum, secundum illius termini na-
turam distribuit & vniuersale profecto prædicatione, pro
Vniuersale eminenter, siue per eminentiam essentia diuina dicitur. suis contentis formaliter. quoniam scilicet in ipso [illegible] ma-
liter continentur, veluti homo, formaliter est in Platone,
cæterisque sub se contentis indiuiduis: vniuersale autem
virtute, per eminentiam; quatenus eminenter sua continet
inferiora. Ex quo fit, vt non sit pro contentis form[al]iter di-
stributum; sed æquiualenter potius. Quoniã aute[m] [illegible] po-
tentia formaliter accepta singularis quidem est, [si]gni non
susceptiua distributiui; nisi quatenus eminenter continet
omnia; atque ita vniuersalis subit rationem, vocaturque
vniuersale per eminentiam, atque virtutem: vnde dicta est
omnipotentia: continet namque eminenter omnium po-
tentiam. Nomine igitur omnipotentiæ, primo distribuitur
potentia, pro qualibet scilicet potentia, non quidem for-
maliter; sed æquiualenter: secundo, pro quolibet possibili
Deus est omnipotens. formaliter. Quando ergo Deum vocamus omnipotentem,
perinde est, ac dicere, Deum habere potestatem in quod-
libet obiectum possibilia cuiuscunque. Etenim signum di-
stributiuum, alicui additum termino distribuibili, prius
pro quolibet immediate, quam mediate contento, distri-
buendi naturam largitur: atqui Dei potentia, immediatius
potentiam, quam possibilitatem respicit; nam possibile
Sub potentia distributiua in diuinis, non cadit potentia generandi. quidem, potentia mediante, attinetur: prius igitur pro
potentia, quam pro possibili distribuitur. Ex quo patet,
sub potentia distributa in diuinis, puta sub omnipotentia,
non cadere potentiam generandi. Sane, omnipotentia, non
pro qualibet potentia formaliter, sed eminenter distribui-
tur: sed potentia generandi in Deo eminenter, aut virtuali-
ter non continetur, alioqui in seipso eminenter continere-
tur, quod absurdum est: idem enim, illa potentia, quod
2. Deus, ergo &c. Amplius, Signum vniuersale, potentiæ addi-
tum, eam sic distribuit; vt negatio in subiecto eiusdem ra-
tionis impotentiam designet: veluti in apto nato ad vi-
dendum, negatio visus: sed negatio potentię generandi in
filio, nullam prorsus imperfectionem, siue impotentiam
Aug. cont. Max. lib. 3. c. 13. enunciat, authore August. *Filius, inquit, non genuit, non quia*
non potuit, id est, non quia impotens fuit; *sed quia non oportuit*:
3. potentia ergo generandi, sub omnipotentia non cadit. Ac-
4. cedit, quod si potentia generandi sit perfectio simpliciter,
tunc plane filius esset imperfectus, quod falsum est: poten-
tia præterea actiua, quam Deo attributam legimus tum a-
pud philosophos, tum etiam apud Theologos, est omnium
causa, siue causatiua. potentia autem generandi non est hu-
iusmodi: sub omnipotentia igitur simpliciter alicuius non
5. continetur personæ. Adhuc, vbi aliquid est eiusdem sim-
plicis, indiuisibilisque rationis, idque in pluribus, æque ab
omnibus possidetur; alioqui simplex illius ratio destruere-
tur. sed omnipotentia est huiusmodo in diuinis: omnipo-
tens enim pater dicitur, & omnipotens filius; non sic autẽ
potentia generandi: ergo &c. Sane non sunt tres omnipo-
tentes; sed vnus omnipotens, sicut non tres æterni, sed v-
nus æternus. Quicquid ergo ad omnipotentiæ rationem
spectare videtur, idem omnino est in Pymandro, eiusque
verbo lucidissimo. Si ergo potentia generandi, sub omni-
potentiæ clauderetur ratione; illam absque dubio, etiam
perfectissimo modo in filio reponendam fore, dicere non
6. dubitarem. Amplius, sicut se habet obiectum ad obiectum;
ita suo modo, potentia ad potentiam. si ergo potentiæ obie-
ctum, excedit obiectum; & potentia similiter, potentiam
superabit. Itaque si potentia generandi, in ratione obiecti
possibilis, sub patris omnipotentia continetur, non autem
sub filij omnipotentia; tunc plane obiectum superaret ob-
iectum, & potentia patris vinceret filij potentiam: atq; ita
non esset vnus omnipotens. Præterea, aut omnipotentia
7. est per se ad actum generandi, vt ad terminum: aut non. si
non: igitur ad alicuius omnipotentiam non spectat poten-
tia generandi. Quod si primum verum esse dixeris, tunc i-
terum arguo. Illud sane, in quo non est potentia ad aliquem
actum, ad quem producendum per se omnipotentia inten-
dit, caret profecto omnipotentia: sed in filio nõ est potentia
ad actũ generandi: ergo filius non est omnipotens, quod pla-
ne falsum est: Ergo &c. Generatio igitur non est ad subli-
mitatẽ potentiæ; sed ad proprietatem refertur naturæ. Nam
si omnipotens pater, quia filium habet; omnipotentior v-
tiq; esset, si plures haberet: quod de Deo sentire, absurdissi-
8. mum est. Item. Vel omnipotentiæ obiectum illud dicendũ
est, quod respectu aliquorum, ad quæ facienda se extendit,
nullam patitur contradictionem: determinatam enim, non
autem absolutam habet potentiam. sed tunc, vnumquodq.
agens vocaretur omnipotens. nam quodlibet agens in id a-
gere potest, quod suæ subest potentiæ, nullamque implicat
contradictionem. Vel, omnipotentiæ obiectum erit pror-
sus absolutum, sine aliqua omnino cõparatione consistens.
Itaque si potentia generandi sub omnipotentiæ obiecto
continetur, esset quoque in filio; in quo plane absolutum,
atque liberum firmissime subsistit obiectum omnipoten-
tiæ. sed superius non est concessum: omnipotentia ergo
patris non includit potentiam generandi.

CAP. IV.

Argumenta, quæ nituntur probare, potentiam generandi, sub omnipotentia contineri.

Ontra prædicta sic aliquis arguere poterit. Id cer- 1.
te ad omnipotentiam spectat: quo remoto, ipsa
etiam remouenda, auferendaque est omnipoten-
tia. sed potentia generandi, est huiusmodi, teste
August. *Si pater, inquit, non generaret sibi filium æqualem, non es-* *Lib. 2. cõt. Maxim. cap. 13.*
set omnipotens. sed impotens. potentia ergo generandi ad patris
omnipotentiã pertinet. Deinde queadmodũ quodlibet ens
in creatura, sub ente continetur distributo; ita plane, po- 2.
tentia quæcunque sub potentia distributa: omne enim in-
ferius, sub suo superiori continetur. sed potentia generandi,
ad omnipotentiam se habet vt inferius, sub suo superiori:
sub ipsa igitur omnipotentia continetur. Sane, generare
est actus realis productiuus, qui certe ad aliquam spectat
potentiam. Porro, quælibet potentia, sub omnipotentia
continetur. Item, ad omnem scientiam pertinet scientia 3.
generandi. Igitur ad omnipotentiam, potentia generandi:
qui enim nesciret generare, nesciret etiam omnia. Igitur,
qui non potest generare, non potest omnia: ex consequen-
ti non erit omnipotens. Amplius, omnipotentia ad omne 4.
illud sese extendit, quod contradictionem non includit:
sed patrem generare, nullam contradictionem includit:
filium vero generare, contradictionem ostendit: omnem
enim productionem, eamque adæquatam accepit poten-
tiæ generandi. Quare si filius generaret; seipsum gigneret:
Ergo &c. Adhuc, possibilitas actionis immanentis, ex com- 5.
paratione eius, in quo manet agentis, est ostendenda: sed ge-
neratio est actio immanens: ipsius ergo possibilitas, non ex
termino; sed ex supposito dependet agentis. si nimirum illi
compossibilis sit supposito, in quo inest. Patri autem com-
possibilis est generatio, non filio: igitur idem, quod prius.
Neque ex hoc filius impotens esset nominandus, sicuti ignis
non dicitur impotens, quia potentiam non habet ad fri-
gefaciendum: deest enim illi forma ad huiusmodi actionẽ
agendam. Cum igitur pater conuenientem habet formam
ad generandum, filius vero minime: Iure ergo, si non gene-
raret, impotens vocaretur: quod certe de filio nequaquam
est sentiendum. Quemadmodum igitur pater in diuinis,
non minus dicitur potens; quia seipsum, aut alium filium
generare non potest; ita sane, quamuis filius, alium gignere
filium nequit; non minus tamen est appellandus omnipo-
tens: alioqui omne ens vocaretur impotens; quia in id non
agit, in quod non habet formam agendi.

CAP. V.

Solvuntur Argumenta.

D 1. arg. August. non tenet per locum intrinsecum, 1.
scilicet, a toto in quantitate, ad suam partem;
quasi potentia generandi, sub omnipotentia clau-
datur, atque conclusa teneatur. Per nonnullas ergo
potius sub intellectas propositiones verificari potest. Cæ-
terum August. mens percipienda est, atque ita facile illius *Augustinus exponitur, Non genuit quia non oportuit.*
soluitur dubium. Arguit enim contra Maximinum, asseren-
tem quidem patrem filium genuisse, Deitate vero mino-
rem, minimeque sibi æqualem, quod impium est asserere.
siquidem ex hoc, pater non esset omnipotens nominandus,
tenet consequentia. nam si filio Deitatem dedit minorem;
Deitas vtique non esset infinita: infinitum enim minui non
potest. habens igitur Deitatem, non erit omnipotens: o-
mnipotentia siquidem essentiam exigit infinitam. Ad 2. ve- 2.
rum quidem est, quodlibet ens formaliter, sub ente conti-
neri distributo. ens enim secundũ cõmunitatẽ prædicandi,
distribuitur: omnipotentia autem nequaquam in qualibet

De potẽtia generandi.

Generare est actus productiuus, necessarij non possibilis.

potentia formaliter includitur; sed eminenter potius, alias continet potentias, in quarum numero, potentia generandi habenda non est: etenim formalis est in diuinis, virtualis autem, minime. Ad confir. dico, generare actus esse realis, atque productiue, non alicuius tamen possibilis non necessarij: sed eius certe quod necesse est esse. Quam ob rem, etsi potẽtia, respectu huiusmodi rei necessario genitæ, nempe verbi diuini aliquo modo potentia dicenda sit; illa tamen sub potentia distributiua in diuinis non continetur; alioqui virtualis potius, quam formalis esset in diuinis. bene tamen sub potentia distributa contineretur, si potentia in diuinis. vniuersalem haberet modum prædicandi. Dei autem potentia non ita distribuitur, neque hoc modo omnipotentia nominatur.

3\. Ad 3. Neg. similitudo; nam scire siue scibila, si absolute intelligatur, nullum habet ad inuicem realem ordinem: ideoque alicuius scientia in omnia indifferenter cadere potest obiecta, etiam in scietem, quippe quæ inter scientem & scitum, distinctione essentiali non indiget: secus autem se habet omnipotentia, quæ aliquod possibile, ab ipsa dependens, & essentialiter posterius, determinate respicit. huiusmodi autem est ens creatum; non autem potentia generandi.

Scientia & omnipotentia quomodo differãt.

Ex quo planum est, ad scientiam pertinere, sui scientiam, non autem ad omnipotentiam seipsum posse producere, siue in seipsum posse. Patet igitur, non esse simile, quod infertur.

4\. *Omnipotentiæ obiectum.*

Ad 4. Omnipotentia non respicit pro obiecto, quitquid non implitat contradictionem; alioqui seipsam respiceret, posseque in seipsam; sed in id solum intendit, quod à se est essentialiter distinctum: filius autem, cum vnius sit essentiæ cum patre, in ipsum huiusmodi respectus cadere nequit. Itaque potentia generãdi, ad filius patris omnipotentiã spectare, falsum est.

5\. Ad 5. Possibilitas illa. non est per se, neq; intrinsece, per locũ à parte totius in quantitate destructiue; ita quod potentia generandi, ad patris omnipotentiam spectet, nisi concomitatiue tantum: cum siquidem in patre essentia sit, & relatio, propria relationis ratione generare, patri non repugnat. Ad confir. resp. Quamuis aliquid nõ valens agere in id, ad quod formam non habet agendi, impotens priuatiue dicendum non sit; omnipotens nihilominus vocari non potest: non enim valet agere in omne, quod est possibile factu. sic ignis, etsi impotens non dicatur, quia frigefacere nequit; eo tamen ipso, quod in hoc possibile agendi non habet potentiam, omnipotens dici, appellarique non potest.

Si potentia generandi ad omnipotentiã spectet filius necessario non esset omnipotens.

Quam ob causam, si generandi potentia, ad omnipotentiã pertineret, licet filius, priuatiue non diceretur impotens; necessario tamen non vocaretur omnipotens: quippe, qui non haberet id, quod ad omnipotentiam per se pertinet, nempe potentiam generandi. ex hoc etiam sequeretur, patrem, & filium non esse æque potentes: pater enim, generationis actum, qui est per se terminus potentiæ simpliciter, producere potest: filius vero, minime. Ergo &c. Irrationabile igitur esse videtur, ex virtute sermonis velle asserere sub omnipotentia generandi potentiam, contineri. Etenim generationis diuinæ terminus, necessarius est, non possibilis, nisi possibile intelligatur, quatenus impossibili opponitur: quo sane modo, Deum esse, dicimus esse possibile: quia nimirum, impossibile est Deum non esse. omnipotentiæ vero terminus est possibilis ad extra, ab ipsa essentialiter separatus, quod plane filio in diuinis congruere non potest.

QVAESTIONIS SECVNDAE
CAP. I.

Quod personæ diuinæ in potentia sint æquales.

Potentia quot modis accipitur.

Postquam visum est potentiam generandi non contineri sub omnipotentia; deinceps videndum erit, quomodo personæ sine æquales in potentia. Multiplex autem est vsus huius nominis, potentia, apud omnes propemodum sapientiæ cultores, aliarumque artium inuentores.

Logica potentia.

Nam quædam est potentia logica, quæ compositionis modum ab intellectu quidem composite indicat: alia vero est metaphysica qualis in geometricis habetur disciplinis: punctum namque esse in potentia ad lineam. & lineam, ad magnitudinem, geometræ imaginãtur. Nonnunquam vero est entis differentia, actui opposita.

Metaphysic. 5 met. c. 11. 1[illegible]

Actiua. Passiua.

Alio modo physica principium vtique est agendi, authore philos. vt principium mutationis, & motus agendi, patiendique. Ex quo dicta est potentia actiua, atque passiua. potentia autem passiua apud philosophum in lib. de anima, est principium, quo aliquod patiens patitur; aut quidem corruptiue, vt lignum quidem ab igne; aut vero perfectiue vtpote intellectus ab intelligibili, & mobile secundum locum à motore.

De personarum æqualitate.

Eodem quoque modo potentia actiua est intelligenda. & corruptiue sane: secundum quem vtique modum qualitates primæ, potentiæ vocantur actiuæ: perfectiue autem, quemadmodum intelligibile agit, perficitque intellectum. Cæterum in separatis à materia, si aliquid denominatur à concreto; ab abstracto quoque denominabitur: Deus enim est intellectus, & intelligens, intellectio etiam, atque intelligibile. Quam ob causam, potentiam actiuam, atque passiuã primæ non esse attribuendam substantiæ ex his, quæ dicta sunt, manifestissime patet. ipsa siquidem non agit, aut patitur corruptiue; alioqui in potentia esset ad aliquam perfectionem habendam: atque ita, teste philos. aliquod esset ens, quod diuinam perficeret substantiam: sed impium est hoc de Deo sentire. prima namq; substantia, nec in se, nec per se, aut per accidens, ab alio extra se, perfectibilis est: secundum autem rationem mobilis, cui applicatur, est aliquo modo in potentia passiua.

12. met. 51.

Quomodo potentia sit in Deo.

8. phys. com. 32.

Etenim primum mobile, & si secundum materiam non mutet vbi; secundum formam vero est in potentia ad vbi 6. *phy.* Prima igitur substantia, quæ primum agit, mouetque mobile, in potentia quasi videtur esse passiua: sicuti columna, dextra, aut sinistra nominatur, dexteritate quidem non in ipsa, sed in animali cadente; ita etiam prima substantia in potentia est ad vbi, non sui quidem, sed alterius respectu, nempe mobilis, in quod cadere potest vbi. hæc autem dixerim secundum mentem comment. Prima præterea substantia per sa mouet primum mobile localiter: est enim actus per se semper mouens: motus autem localis est per se perfectiuus, & generatiuus igitur prima substantia, est potentia actiua, perfectiua per essentiam.

Auerroes.

Itaque secundum Aristotel. atque Auerro. prima substantia hoc modo potentiam actiuam atq; passiuam habere dicitur.

Platonici Deo tribuunt actiuã, & passiuã potentiam.

Sunt autem nonnulli ex eorum numero, qui Platonici nominantur, potentiam Deo actiuam, atque passiuam tribuentes. quia enim Deus est primum mouens, inquiunt, primumque agens: nihil autem mouet, aut agit; nisi per potentiam actiuam: inest ergo Deo actiua potentia. 1.
Præterea, Deus est numerus seipsum mouens, seseque intelligens: habet ergo passiuam potentiam. 2.
Etenim, nisi ab eo, quod seipsum mouet, alia mouerentur, moueretur nihil. sed à Deo mouentur omnia: Deus ergo seipsum mouet, quod si seipsum mouet, & seipsum intelligit: ipse profecto à seipso mouetur, recipitque à seipso intellectionem: quod plane ad passiuam pertinet potẽtiam.

12. met. com. 30.

Obuiat autem huic sententiæ philos. *Oportet*, inquit, *principium esse tale, cuius substantia est actus.* Quod si prima substantia in potentia passiua extiterit ad mouendum; tunc certe motus non erit æternus. Prob. quia potentia existens, potest non esse. possibile enim est, quod est, & potest non esse; aut non est, & potest esse: omne autem huiusmodi, æternum nequaquam dicendum est: potest namque mouere, & non mouere: atque ita motus quandoque non erit.

Aristot. quod potẽtia passiua non sit in Deo.

Item, si substantia prima est in potentia passiua, vt 9. *met.* dicitur, aliquod esset ens, quod ipsam præcederet: omne enim, quod est in potẽtia passiua, ab aliquo in actu prius existente, extrahitur, atque in actum deducitur. Adhuc, substantia prima, est simpliciter perfecta: non ergo est in potentia passiua: omne siquidem in potentia existens passiua, imperfectum est, atque mutabile.

Potentia actiua in diuinis.

Quod autem potentia actiua in Deo, ab ipsius essentia non distet, sic solent nõnulli arguere. Quod primo, atque propria mouet virtute; non habet potentiam, à sua substantia differentem. sed Deus, propria mouet virtute: ergo &c. 3.
Præterea, ad quod participatiue reducuntur omnia, per potentiam mouet, quæ est eius essentia: omne enim tale per participationem, ad aliquod tale per essentiã reducitur. si ergo ad primam substãtiam, mouentia prorsus omnia reuertuntur: ipsa igitur mouet per potentiam, quæ à sua non distat essentia. atqui essentia diuina non est potentia, sed actus purissimus, actus autem, & potentia opponuntur: in Deo ergo actiua non est statuenda potentia. 4.
Item, agere, & pati sunt qualitates actiuæ, atque passiuæ, teste phil. in lib. de gener. cap. de agere. sed prima substantia non est qualis, neque quanta: igitur potentiam non habet actiuam, neque passiuam. 5.

Auicenna.

Adde, quod si prima substantia esset in potentia actiua: agere, & nõ agere posset. cõtingens n. autore Auicenna, tam in actiuis, quã in passiuis æquale habetur potẽtus. hæc sunt, quę velitãdo nõnulli philosophãtium, de Dei potẽtia subtiliter disputarũt. Tẽpus autẽ est redeũdi ad sacrę Theologię magistros, atq; de hac quæstione alibi altius speculari, quando nimirũ de Dei infinitate erit nobis agẽdũ. modo autẽ puto nobis sufficere,

De personarum æqualitate.

si personarum æqualitatem ostenderimus. Potentia igitur in diuinis aut pro principii relatione quam significat, intelligi potest. aut pro istius relationis proximo fundamento. Planum autem est, actiuam potentiam Deo esse attribuendam; alioqui non esset principium efficiens. Porro, huius potentiæ æqualitas bifariam percipi potest: vel secundum possibilium obiectorum extensionem, atque latitudinem: ad quæ sese porrigendo, se extendit actiua Dei potentia: aut vero secundum illius in se potentiæ intensionem, atque virtutem. Exempla autem nobis esse possunt duo in charitatis virtute quidē existentes, non tamen æquali eiusdem gradu imbuti: ii profecto, in ea, quæ ex charitate sunt diligenda, intendere student non pari tamen charitatis mensura. Intensiue vero, vt si vnus ignis, alium generet sibi æqualem, atque æque perfectum; plane huiusmodi ignes, potentia calefaciendi æquales intensiue numerarentur: extensiue vero minime. Ignis enim generans, & ingenitum iam ignem, virtutem habet gignendi, & in omnes prorsus, in quot genitus potest ignis: ipse vero genitus in seipsum non potest; quippe, qui seipsum gignere non valuit. sunt autem nonnulli, qui tum intensiue, tum etiam extensiue, pares habentur: quando scilicet pari diligendi, intelligendique gratia præditi sunt. Ex his ergo, ad nostram mentem redeuntes, diuinas personas, omnipotentia, & intensiue, & extensiue, æquales esse, constantissime asserimus, etenim, vna, eademque inest illis essentia. quæ quoniam simplicissima est; omni plane diuisione caret. intensiue ergo pares esse, manifeste patet. Porro extensiue esse quoque æquales, clarissimū est: omne siquidē suppositum perfectū, perfecte habens aliquod principium productiuum, ipsa quæ ex ipso principio producitur, re, vel vt semel dicam, ipso principiato, natura, atque origine prius, huiusmodi principiatum producendi habet facultatem. sed omnipotentia est huiusmodi in qualibet diuina persona, nempe naturæ ordine prior omni producibili: quælibet ergo diuina persona, parem, atque eandem habet omnipotentiam ad producendum, causandumque, quicquid ad extra causari, producique potest. Quamobrem intensiue, extensiueque Pymandrum, atque verbum eius magnitudine, potentia, atq; virtute æquales esse, firmissime & credere, & tenere debemus. Bene ergo dixit Mercurius, *hæc autem non distant ab inuicem.* Nam etsi pater habeat proximam generandi potentiam, quam filius non habet, & in illa æquales esse non possint: quia tamen huiusmodi potentia perfectionem non dicit absolutam, atque simplicem, sed patris notionem potius, quæ est paternitas, vel relatio; ideo omnipotentiam filio non adimit, neque potentiam diuinam confundit. Itaque, non ex imperfecta virtutis potentia, filius non generat; sed ex sua magis proprietate, qua ita productione principio adæquata productiuo, productus, atque genitus est; vt alium produci filium, sit omnino impossibile. Igitur si filius in diuinis, alium filium produceret; ipse vtique imperfectus esset dicendus, non enim perfectam, adæquatamque haberet in se patris naturam: atque ita suæ, diuisionem ingereret, inferretque naturæ. Totam ergo filius in se habens patris naturam, atque vnica natiuitate, filiationem prorsus omnem in diuinis compleuit. Illud ergo Augustini contra Maximinum filius nō genuit, non quia non potuit, sed quia nō oportuit. Ita intelligendum est. non quia non potuit, ex imperfecta naturæ potentia: vult enim à filio omnē amouere imperfectionem; sed quia non oportuit, id est, non conuenit, propter eam, quam diximus causam. non autem tribuit potentiam generandi; alioqui necessariu generaret.

Intensiua, & extensiua æqualitas.

Diuina persona sūt intensiue, & extensiue æquales.

Quare filius non generaretur.

Alium filium gigni est impossibile.

CAP. II.

Quod personæ diuinæ potentia æquales non sint: quibusdam ostenditur argumentis.

1 INstant adhuc nonnulli contra prædicta aliis rationibus, quę in hoc capite positæ sunt. Si pater potest generare, & filius etiam. tenet conseq. ob authoritatem Aug. *li. 3. contra Maxi Si pater non potest generare,* inquit, *fili filium æqualē, est impotens. genuit:* ergo est omnipotens. posse igitur generare filium, ad omnipotentiam spectat. sed filius non potest generare: igitur non æqualis potentiæ cum patre.
2. Amplius, pater, suo velle, omnia possiblia potuit producere: non ergo filius potuit ea producere; & per consequens, non est æqualis cum patre potentiæ. Conseq. patet: eadem enim non possunt bis totaliter produci. Antecedens autem clarissimum est. nam pater, prius ordine originis habet velle, quam filius. igitur prius ordine originis, quā filius, intelligitur pater producere. in hoc ergo signo, in quo filius deberet producere, nulla sunt producibilia, siue possibilia. Omnipotens præterea, alterius omnipotentis possibilia omnia, sua quidem voluntate impedire valet: Amborum enim omnipotentium voluntates in his, quæ ad extra habentur, nequaquam necesse est esse concordes: etenim contingenter se habent ad illa. Sed *dices*, vnam, eandemque esse illorum voluntatem, atque ideo in volendo conuenire necesse esse in vnum. *Contra*, forma, quæ est principiu agendi, si in pluribus fuerit, ita profecto vnicuiq; est eorū principiū agendi, ac si vni tantū inesset. Patet in albedine, quę ita officiū exercet disgregādi in vna, ac in multis superficiebus. Quare volūtas huiusmodi in vno solo puta in patre, potest filiū nulli potentem reddere. omnia scilicet possibilia ab eo volita impediendo. 3
Amplius, plus causat prima, quam secunda causa, propositione de causis, & 2. met. ac primo posteriorum. sed pater dat filio virtutem 4.
creandi, & non è conuerso. ergo pater est potentior. Item, maioris est potentiæ, diuinam producere personam, quam creaturas condere. sed si filius creaturas condere non posset: æqualem nō haberet cum patre potentiam. igitur, multo magis, si aliam nequit producere personam. Confirmatur: nam si Sol, in omnia posset, excepto actu intelligendi, simpliciter omnipotens non diceretur; non enim posset in omne possibile: igitur, & si filius omnium habeat virtutem, atque potentiam; quia tamen in actum generandi exire non potest: omnipotens vocari non debet.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

AD 1. patet solutio, rom. 10. Quæst. 1. cap. 5. ad resp. 1.
primi arg & tertij quoque, vbi de hoc disputauimus. Ad 2. plures Deos esse non posse, superius ab- 2
unde ostendimus. Ad alia eiusdem argumenti dico, cum pater, & filius vnicam potentiam habeant; vnico etiam actu omnia volunt: quapropter nulla inter eos potest esse dissensio: proinde vna persona, alteram nulli potentem reddere non potest. Quando ergo dicis, vna persona, prius origine habet omnipotentiam, atque actum volendi: respondeo, illam originis prioritatem, nulli in diuinis personæ potentiam adimere; sed ordinem tantum illius ostendere potentiæ: nam in primo instanti naturæ, vna est in patre, atque filio, potentia. Sed dicis, quamuis eandem pater, ac filius essentiam habeant, vnus tamen generat, alius vero minime: ergo similiter habent & velle. Dico, essentiam non ita esse proximam generandi potentiam, ac voluntatem, volendi. Ad conf. de forma, quæ est principium operandi, respondeo, quod in eodem instanti naturæ, eandem voluntatem, actumque volendi, eiusdem obiecti, pater, ac filius intelliguntur habere. quare eadem forma in ambobus, eandem habet virtutem operandi.
Ad 3. verum est in causis quarum vna altera est principalior, ac naturæ ordine prior: fallit autem in his, quarum origo, non natura distinguitur: in quibus plana respectu tertij, eadem est virtus causandi. 3
Ad 4. posse producere personam diuinam: quātum ad illud certe, quod absolutam perfectionē simpliciter nuntiat, quæ personis est cōmunis diuinis, respectum dicit, atque ideo maius reputari non debet, quam creaturas condere. creaturarum enim productio ad omnipotentiam pertinet, non autem potentia generandi; nisi per consequentias extrinsecas, vt supra dictum est. Ad confirm. non posse intelligere potentiæ defectum subindicat: non sic autem potentia generandi: imo, si posset generare, filius ipsius, imperfectionem diceret Pymandri verbum lucidum. Hæc igitur i. Pymander, ac ipsius verbum. non distant ad inuicem: non magnitudine: non tempore: non natura, atque potentia: Etenim simplicissimæ sunt naturæ; alioqui tanta inesse non posset essa connexio: de qua quidem simplici natura aliqua nobis sunt dicenda. 4.

Prioritas originis, nō minuit potentiam.

Mercurij textus.

Dei.

QVÆSTIONIS TERTIÆ

CAP. I.

De simplici Pymandri, eiusque verbi natura, ac Diuinitate.

Philosophus. 12. met. com. 31. & seq.

POstquam visum est Pymandrum essentialiter à
verbo suo non differre; deinde loqui congruum
est de eorum simplicitate. *Est igitur quippiam* (in-
quit philos.) *quod motum ciet*: cum autem sit id,
quod mouetur, & id quod mouet, & medium; est quippi-
am profecto quod mouet, & non mouetur: quod quidem
perpetuum est, & substantia, atque actus: hoc autem mo-
do ipsum appetibile, atque intelligile mouet. Mens siquidem
dem ab intelligibili ipso mouetur: atque altera species per
seipsam intelligibilis est: & huius ipsa substantia primo: &
huius & ea, quæ simplex est, atq; actu. vnum autem, & sim-
plex non eadem sunt. vnde enim mensuram, simplex quo-
modo sese habeat, ipsum significat. Quoniam substantia
prima est purus actus, omni prorsus compositione carens;
illa profecto simplicissima est, atque primum intelligible,
& appetibile. hoc autem primum intelligibile, ne dum sim-
plex tantum, verumetiam vnum vocatur. vnum, inquam,
quia metrum est, atque mensura omnium 10. *met.* simplex
vero, quia nullius est compositionis susceptiuum. simplex
namque est, quod caret potentia 8. *phys. com.* 78. & *met.* 9. *com.*
2. Simplicia carent potentia omnino: & illud, in quo est
potentia, est compositum. simplex non permutatur, neque
ad aliam substantiam conuertitur; aliter enim se haberet,
quod plane primæ substantiæ congruere non potest. Est
namque mouens immobile, atque actu semper existens: id
autem, vt aliter se habeat, nullo pacto fieri potest: ergo pri-
mum est omnium principium, à quo cœlum ipsum, atque
natura pendet. Est igitur substantia quædam immobilis, at-
que simplex, quam Deum vocamus. Quod autem simplicis-
sima sit substantia; non solum ex his, quæ dicta sunt; sed ex
aliis etiam patefieri potest rationibus. Sane, composita in
aliquo determinato continentur genere: atque aut vni-
uersalia sunt, aut particularia, cōmunia, vel propria nomi-
1. nātur: Deo autem horum conuenit nihil: genus enim præ-
dicatur de pluribus differētibus specie quidditatiue: prima
autem substantia, minime. non est autem indiuiduum, vel
species; alioqui esset composita ex genere, & differentia, vel
ex materia, & forma. neque generis principium esse potest:
esset enim ante aliquod elementum, quod est substantia, ex
quo genus constitueretur, vnde forma, vel materia diceretur:
tur: atque ita multis esset vnibilis per essentiam, atque
componibilis. non est etiam in aliquo genere accidentium.
In nullo igitur determinato genere continetur. Est au-
tem substantia, non tamen prædicamentalis; sed per se
existens, quippe, quæ nō habeat suæ subsistentiæ causam:
sed est suum esse, suumque subsistere non est vniuersale, cō-
mune, proprium, vel singulare. in quacunque enim natura
hæc inueniuntur, duæ inibi numerantur naturę. altera qui-
dem communicabilis, incommunicabilis altera. sed in sim-
plicissima substantia, non est, nisi vnum vna, & simplicissi-
ma natura: aliter, in eo esset compositio, quod contradi-
ctionem implicat. vniuersale ergo, & particulare non est in
2. prima substantia. Sane, id, quod est primum, & simplex, in
multis esse, est impossibile: prima enim, plura esse neque-
unt. quamuis autem diuina substantia, pluribus sit com-
municabilis suppositis; vniuersale tamen dici non potest:
nam vniuersale, pluribus secundum esse distinctis commu-
nicatur: quod plane suppositis non contingit diuinis, quæ
vnam, eandemque habent essentiam, atque naturam. Pu-
rus ergo actus, qualis est Deus, omni potentia receptiua, at-
que dependentia caret: componibile vero, siue composi-
tum omne, absque his conflari, componique non potest.
3. Amplius, omne componibile, aut est alicuius pars: aut ali-
quas partes complectitur: Deus autem, cum sit simpliciter
infinitus; ab aliqua nequit parte superari: nec aliquid in-
cludere potest excessum, vt partem. Ergo quod prius. Infi-
nitum præterea intensiue, cuiusmodi est Deus, sibiipsi per
realem identitatem est idem, & vnum, est enim in vltima
perfectione; ideo ad aliam acquirendam, habendamque
potentiam, non habet potestatem: nulli ergo subdi potest
compositionis modo. Est autem multiplex compositio: vna
quidem, quæ ex materiæ, ac formæ vniona consurgit, velu-
ti ex principiis essentialiter distinctis. Porro, omne sic com-
positum, ex aliqua causa efficiente depēdeat, necesse est: ma-
teriæ namque causalitas, atque formæ, est imperfecta: ad
perfectam ergo est reuocanda, nempe ad efficientem, atque
finalem. Materia præterea, est in potentia contradictioni
mereque passiua quamobcausam, vt de potentia, ad actum
migrare queat; absque dubio, causa indiget efficiente, at-
que extrahente: forma siquidem substantialis, id ei præsta-
re non potest; sed informare tantum. Quoniam autem
Deus est primum efficiens; à nullo prorsus dependet effi-
ciente. compositus ergo non est ex materia & forma. Item,
vnitas compositi, formæ, ac materiæ vnitate perfectior est:
ad neutram plane illarum est reducibilis: quælibet nam-
que ex illis respectu illius tertij, est diminuta. vtpote, non
habens perfectiorem modum, vel æque perfectum, qualem
habere decet causam præstantiorem effectiuam: ad quam
sane, cętera imperfecta reducuntur. sed entitas diuina, in
aliquod, velut in efficiens reduci non potest, nec in seipsam,
nec in aliquod aliud; est enim primum efficiens: igitur,
quod prius. Alia est compositio ex subiecto, & accidente:
sed Deus est purus actus: in eum ergo non cadit alicuius ac-
cidentis potentia passiua, atque receptiua: & ex conse-
quenti, nulla inest illi materiæ, formæque compositio. Ter-
tia est compositio ex esse, & essentia: quidquid autem ita
constat, ex se possibile est esse autore Auicenna 5 *met.* Deus
vero est necessarium ens: ergo &c. Adhuc, quod est purum
subsistens, non est compositum ex esse, & essentia. Deus au-
tem est huius: ergo &c. Deinde illud, cuius conceptus
quidditatiuus, eundem penitus cum essentia conceptum
constituit; non est certe ex esse, & essentia compositum i-
dem enim non componitur sibiipsi: sed Deus est omnino
talis: non ergo est compositus ex esse, essentia. Quarta est
compositio, quæ ex actu constat, & potentia: quæ profecto,
Deo minime conuenit. actus certe est purissimus, ab omni
prorsus huiusmodi potentia liberrimus. Omne præterea ex
actu, & potentia compositum, possibile est esse: Deus au-
tem est ens omnibus modis necessarium. non constat: er-
go ex potentia, & actu. Quinta quoque numeratur compo-
sitio ex genere, & differētia, de qua paulo ante locuti sumus,
Deum ex genere, & differentia nequaquam componi, asse-
rentes. Sexta constat compositio ex partibus quantitatiuis.
sed Deus non est quantus, quantitate molis, sed virtutis:
nam si ex partibus quantitatiuis componeretur; subiectū
vtique esset quantitatis, vel quantitas quædam molis sub-
sistens, aut virtus per accidens extensa, veluti albedo, in ali-
quo per se extenso corpore. Porro, inter huiusmodi modos,
nullus est, qui diuinæ essentiæ aptari possit nam si subie-
ctum esset quantitatis; accidentis plane compositioni sub-
deretur; essetque ens depēdens, atque imperfectum. Quan-
titas item molis, aliis aptitudinem habet adhærendi, quod
diuinæ repugnat maiestati. virtus præterea in corpore ex-
tenso esse nō potest (teste philosopho 8. *phys.*) *Virtus*, inquit,
primi motoris non est in magnitudine; esset enim in maiori ma-
gnitudine, maior: sed virtus primi motoris est infinita:
non est ergo in magnitudine finita. Præterea, mouebit in
non tempore, idque motu proprie accepto, vt contra mu-
tationem distinguitur: mouebit enim toto conatu ex na-
turali impetu. sed motus, ex sui natura, est successiuus: in
non tempore ergo fieri motum, est impossibile. Quod ergo
virtus diuina, quæ est infinita, sit virtus in magnitudine
coextensa, fieri non potest. Sed dicet aliquis, ita virtus infi-
nita potest mouere in non tempore extra magnitudinem,
ac si esset in magnitudine, præsertim, si secundum vltimum
posse & necessario moueat; non enim minus, virtutem su-
perat finitam vigore, quā si in magnitudine esset. Quare hu-
iusmodi ratio non cogit, neque ostendit Deum non esse
quantum. Dicamus ergo, Deum non esse quantum: quia
nimirum, non est in potentia ad alicuius compositionem
subeundam, quod certe imperfectionem denotat. Adhuc
septima restat compositio, ex homogeneis partibus resul-
tans: vt albedo, vel caliditas, secundum varios virtutis
gradus consistens. hæc autem in Deum cadere nequit com-
positio, qui est purissimus actus: insuper conceptus vnius
quidditatiuus; qui profecto in huiusmodi graduum varie-
tate saluari non potest. Cum igitur omne compositum, est
posterius suis componentibus, à quibus dependet; causam
quoque habet adunantem, atque potentiam, & actum; in-
super aliquid, quod alicui suarum partium non conue-
nit, imo dissimillimum, quę omnia à Deo quam
longissime absunt: Deum ergo nullo
modo esse compositum, cla-
rissime patet.

De simplicitate Dei.

Quare Deus est simplex.

Simplicia quæ sint

Dei simplicitas probatur.

Vniuersale & particulare non sunt in prima substantia.

Compositio multiplex.

Deus non est compositus ex materia & forma.

Compositio ex subiecto & accidente.

Auicenna.

Compositio ex esse & essentia.

Compositio ex actu & potentia.

Compositio ex genere & differentia.

Compositio ex partibus quantitatiuis.

Mouere in non tempore.

Compositio ex homogeneis.

CAP.

De simplicitate Dei

CAP. II.

Quod Deus sit compositus, nonnullis probatur argumentis.

1. SI simplicitas est in Deo: igitur est perfectio simpliciter. tenet consequentia. quicquid enim est in Deo, perfectio profecto perfectissima est. sed simplicitas nō est perfectio simpliciter; alioqui forma, perfectior esset composito: simplicitas ergo non est in Deo.
2. Item, quod alicui est accidens, nulli potest esse substantia: *3 phys.* sed sapientia in creaturis, est accidens: in Deo ergo non potest esse substantia. aliquod ergo accidens erit in Deo: igitur simplex non est dicendus. Præterea, vnitas, & punctua sunt res simplices, & indiuisibiles: forma quoque est simplici, & inuariabili necessaria consistens: insuper prima principia sunt simplicissima, alioqui processus in eis fieret in infinitum solus ergo Deus, simplex appellari non potest.
3. Amplius, ad formæ perfectionem spectat, esse, posse largiri; imperfectionis vero à materia dependentiam habere: si ergo prima ratio separetur à secunda, in qua quidem separatione, nulla apparet contradictio; Deitas, quæ à nullo dependet, forma erit, largiens omnibus esse, atque illis quibus sese communicat, componibilis. Patet hoc argumentum esse verum ob nonnullas authoritates. Esse omnium est, quæ super omne est Deitas (inquit Dionysius *cap. 4.*) sed esse omnium, vniuscuiusque compositionem ingreditur: *Dionys. cœlestis hierarchia.* Deus ergo in aliorum compositionem venit. August. *d. verb. domini*: Verbum Dei, quod est Deus, est forma non formata: sed forma est pars compositi: igitur Deus est pars compositi: Adhuc, quæcunque sunt, & nullo modo differunt, omnino sunt idem: nam quæcunque differunt, aliquibus differentiis differunt: atque ita ostendunt se esse composita. sed Deus, & materia sunt prorsus simplicia: nullo ergo modo differunt. atqui, materia prima intrat compositionem; igitur Deus quoque intrat compositionem.
4. Adhuc, quicquid in creaturis est præstantissimum, atq; optimum, id plane Deo est attribuendum: sed apud nos composita sunt præstantiora simplicibus; sicut corpora mixta, elementis, & animalia, suis partibus. Deus ergo non est omnino simplex, sed compositus. Sane, quæ sunt à Deo, ipsum imitantur: à primo enim ente sunt omnia entia, & à primo bono, omnia bona. sed in rebus nihil penitus est simplex: ergo quod prius.
5. Iterum, in Deo sunt accidētia: igitur non est simplex. antecedēs patet, tum ex 2. argumento, quia substantia nulli est accidens, vt dicitur 1. *phys.* vnde, quod vni est *Com. 27.* accidens, alij non potest esse substantia. qua de causa, calor non est forma substantialis ignis, quia in alijs est accidens: tum etiam, quia necesse est in quolibet genere aliquod primum constitui. sed multa sunt accidentium genera: vnum ergo erit supremum, atque primum. Porro, plura prima esse non possunt: primum ergo, quod in accidentium generibus habetur, in Deo erit statuendum.
6. Adhuc, Deus est primum mouens, teste philos. ergo non est substantia simplex. tenet conseq. quia omne mouens, mouet aliquod mobile: sed motus est actus mouentis, & mobilis, tertio phys. in primo ergo mouente est motus & per consequens compositio.
7. Præterea, ab vno non procedit, nisi vnum, teste philosopho, & citatur a Comment. contra Auicennam. Si Deus ergo esset simplex, non fieret nisi simplex sed à primo mouente procedunt multa, etiam composita: non est ergo simplex. *Arist. 2. de gen. com. 56. 12. met. comm. 44.* Plane, in quo est aliquid, vt determinabile, & aliud, vt determinans, ibi est compositio: sed in Deo est essentia. vt determinabilis, sapientia vero, vt determinans: ergo Deus non est simplex.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. quamuis simplicitas, imperfectionis negationem, quæ est ipsa compositio, enunciet; non autem perfectionem simpliciter; in Deo tamen consistit, vt vnitas, quæ plane negationem non indicat; & velut relatio, quæ perfectionem simpliciter minime significat. Præterea, alio modo dicerem, quod licet in Deo, perfectio simpliciter sit simplicitas; forma nihilominus, ob suam simplicitatem, composito nequaquam est perfectior; actualius est enim compositum: actualitas autem in creaturis, præstantior est, atque perfectior, quam simplicitas. perfectiones igitur simplicissimæ sunt in Deo atq; æquales in creaturis autem secundum gradus distinguuntur. Ad Sapientia in Deo non potest esse accidens. quum sit aliquid transcendens, atque enti conueniens, antequam in Deum, & creaturam diuidatur. Quamuis igitur (vt quidam aiunt) ex natura rei in Deo distincta sit; in ipso tamen compositionem non facit. sapientia ergo in Deo, est perfectio simpliciter, ab omni imperfectione, aut limitatione libera. *De simplicitate Dei.* 2. Ad confirm. resp. materiam, ac formam non esse componentia simpliciter prima; sed quidditatem potius, atque indiuidualem differentiam, quæ ex aliis quibusdam minime componuntur. forma præterea extrinsecus aduenien, est simplex, quippe, quæ non constat ex materia, & forma, nec etiam ex partibus intrinsecis: constat nihilominus ex actu, & potentia, & ex genere, & differentia. 3. Ad 3. Id, quod alicui dat esse formaliter, omnino est limitatum, atque dependent. nam, quamuis separetur ab eo dependentia ad materiam; manet tamen semper ad suam causam efficientem dependentia, quod igitur forma det esse per compositionem absque dependētia; est plane impossibile. Cum autem Deus, à nullo dependeat, talis formæ rationem omnino subire non potest. *Deus non forma informans; sed essentiam.* Ad authorit. Dionysii dico: Deitatem, effectiue quidem, atque exemplariter, non autem per essentiam, esse omnium dici, atque appellari. Quam ob causam perperam quidam dixerunt, Deum esse animam mundi, aut animam primi cœli, (teste August.) aut rerum omniū formale principium. vel materiam primam, secundum stultam quorūdam sententiam. *lib. 1 de ciui. Dei.* causa enim efficiens, cum forma rei factæ non incidit in idem numero; bene tamen in idem specie. Porro, materia & numero, & specie, à causa efficiente separatur: hæc namque est in potentia, illa vero in actu. *Deus non venit in compositionem.* Deus præterea, quoniam est prima substantia, ad ipsum spectat primo, & per se agere quod autem venit in compositionē, non est primo, & per se agens; sed compositum potius: etenim manus nō agit, sed homo per manum. sed Deus alicuius compositi pars dici non potest. Sane, nulla pars compositi in entibus est simpliciter prima, neque materia, & forma. materia siquidem est in potentia; potentia autem, actu est posterior forma vero, quæ est pars compositi, est forma participata: omne autem participatum, eo posterius est quod esse habet per suam essētiam: sicut ignis, & ignitū. Itaque, cum Deus sit ens simpliciter, nullo modo forma huiusmodi, aut materia dici potest. 4. Ad 4. Apud nos composita sunt meliora simplicibus; quia nimirum perfectio, atq; bonitas creaturarum, non in vno; sed in multis consistit, idque ob suam certe imperfectionem Deitas autem, cum sit perfectissima, vnico tantum actu completur. Ad confirmationem dico, entia, Deum imitari, sicuti causata primam causam. ad causati autem rationem pertinet, esse compositum. ipsius enim esse, ab eo quod quid est, distinguitur: 5. Ad 5. Accidens est in subiecto: Deus vero, quoniam est forma simplex, non potest esse subiectum teste *Boet. de Trinit.* in Deo ergo non est accidens. *In Deo non est accidens.* subiectum præterea ad accidens, sicuti potentia ad actum, comparatur. sed inter Deum & accidens. nulla est comparatio: ergo Deus insuper, est suum esse: nihil ergo potest habere adiunctum, aut aliquod extraneū. Denique, omne, quod est per se, prius est eo, quod est per accidens sed Deus est huiusmodi: in ipso igitur non est aliquod accidens, neque accidentia, quæ ex principiis subiecti profluunt, atque causantur. Ex quo primi patet argumenti solutio: virtus enim, & sapientia, de Deo, atque creaturis, nequaquam vniuoce dicuntur. Ad aliam probationem dico, accidentium principia, in substantiæ reduci principia, veluti in sua priora: substantia quippe, & natura, & tempore, atque diffinitione, accidente est prior. Cæterum, Deus est supra omne genus, nec in genere continetur: in Deo ergo accidētia non inueniri, manifestissimum est. 6. Ad 6. Triplex est mouens. quoddam quidem mouens per contactum dimensiuum, habens in se motum effectiue non autem formaliter quatenus est mouens. *Triplex mouens. Duplex contactus.* Duplex est autem contactus, virtutis vnus, alius vero corporeus, atque dimensiuus. omne igitur mouens, per virtutis mouet contactum: non fit autem per contactum dimensiuum, nisi mouens fuerit corporeum. Quam ob causam, & si Deus per illimitatæ virtutis contactum mouere dicatur: angelus vero per finitæ, atque limitatæ; non tamen mouent per contactum corporeum. mouens igitur per contactum virtutis, duplex esse probatur. finitum, scilicet vt angelus. infinitum vero, nempe primum, & optimum ens. *In angelo cadit compositio.* Angeli autem motio, siue actio, quoniam non est sua substantia, est mouens motum: atque ita cadit in ipsum compositio. *Ab vno [illegible] procedit [illegible].* Deus vero, cuius actio, est substantia ipsius, omni prorsus potentialitate, atque compositione caret. Plane nullo modo

Attributa quomodo distinguantur in Deo.

modo repatitur; sua enim essentia, est purus actus. Ad 7. Non ignorare oportet, duplex esse agens: vnum quidem agens naturale, ex naturæ necessitate agens, quod sane ad vnum secundum speciem, non autem secundum numerum, determinatam habet operandi virtutem. sic homo, hominem; leo vero, leonem generat. Aliud autem est agens vo-

7. luntarium, quod licet simplicissimæ sit essentiæ, virtute tamen ac intellectu plurima producit. Ratio ergo illa intelligenda est de agente naturali limitato, non autem de agente infinito, atque voluntario, cuiusmodi est Deus, hac autem authoritate, quam plurimi decepti sunt, & Manichæi,

Auicenna. 9. met. c. 4.

& Auiceona, qui hoc in negotio multum laborauit: *Prima,* inquit, *intelligentia, cum sit maxime vna; vnum tantum producit, & erat essentia secunda. quæ est primum causatum primæ, deficiens simplicitate, & vnitate primæ. vnde in natura eius est multitudo* &c.

Auerr. 12. met. com. 44. & lib. destr. disp. 3. in solut. 25. dubij.

Corripitur autem, atque damnatur ab Auer. huiusmodi sententia. *Esset,* inquit, *tunc aliqua pluralitas sine causa*: in secunda enim intelligentia, quæ est primum causatum, multitudinem collocauit. Duo ergo dixit repugnantia: alterum quidem, quod ab vno non prouenit, nisi vnum: alterum vero, quod in tali vno, aliqua esset multitudo quæ

Error Auicennæ.

profecto sine causa esset. Ad probat. neg. minor: essentia namque Dei, atque sapientia, determinabilis, atque determinantis rationem non subeunt. Quare nullo modo, quantum ad essentiam inibi inueniri potest pluralitas; nisi secundum correspondentiam solum, atque obiectiue. Quid ergo sit simplicitas, & quot ve illius modi, atque qualiter in Deo inueniatur, dictum est.

QVÆSTIONIS QVARTÆ
CAP. I.
Qualiter attributa distinguantur à Deo.

Voniam hactenus Dei simplicitatem speculantes, nonnulla inserendo contexisse mihi visus sum, quę ad Dei attributa spectant; operæpretium me facturum putaui, si illius attributa elucidanda in medium adducerem ex quorum plane notitia, atque lumine, diuina nobis simplicitas, facilius illucesceret, lucidius

Auer. disputat contra antiquos.

appareret, clarius videretur. Cæterum disputat Commentator 12. met. com. 39. contra duas antiquorum positiones: quarum prima, trinitatem substātiæ in Deo collocauit; Dei enim sapientiam, amorem, atque vitam, hinc essentiam contemplantes, tres substantias in Deo esse dixerunt: nam in Deum non cadunt accidentia. ne autem Deo attribueretur

Transsubstantia in Deo secundum antiquos.

compositio: Deum substantialiter esse trinum. vnum vero congregatione, asseuerabant. Arguit autem Auerr. hoc non posse consistere, alioqui Deus esset vna forma, illi addita congregato, veluti mixtum est vnum, propter vltimam formam mixtionis. ex quo patet, de Dei attributis, nostros etiam antiquos fuisse sollicitos. Vocantur autem attributa à theologia, nomina, quæ per modum adiectiui, aut accidentia de Deo prædicantur; vt, sapiens, iustus, & quæ sunt

Essentia apud philosophos quid significet. Auer. cap. 49. & 43.

generis eiusdem. Dictum est autem attributum, vel quia ex effectibus Deo attribuitur, vel quia essentialia sequitur. Essentia autem apud philosophos vocatur diffinitio, siue id, quod diffinitio significat: etenim diffinitio sermo est certificatiuus 6. met. & Auerr. essentiale distinguit contra accidentale: accidentale vtique appellans, quod ad diffinitionem non ingreditur. Theologi autem, essentiale, siue essen-

Essentia secundum Theolog.

tiam, rationem dicunt esse simpliciter essendi. Quoniam autem in Deo est esse, & non diffinitio. ideo ab esse nomen dictum est essentiale; vtpote. Deus, qui à Deitate, id est, diuina assumitur essentia. Itaque, quod Commentator dispositionem, Auicenna proprietatem. Algazel designationem; Theologi, attributum appellant. Porro si aliquo distinctionis modo à diuina essentia distent, videre cupientibus nobis, opus est huiusmodi distinctionis modos palam face-

Modi distinctionis septem Distinctio rationis.

re. Primus itaque modus, rationis distinctio vocatur: quæ profecto per intellectum fit collatiuum præcise tantum: vt Mercurius est Mercurius. nam Mercurius in prædicato positus, à seipso in subiecto posito, ratione differt. Præcise autem dixi: quoniam rationis distinctio ex parte rei ratiunabilis non prouenit; sed ex parte intellectus ratiocinantis. distinctio enim rationis ex parte rei, ab ea vtique non dif-

Ex natura rei.

fert, quæ ex natura rei nominatur distinctio. Est autem distinctio ex natura rei, quæ in ordine habetur secunda, inter duo extrema; de quibus, sine opere intellectus, prædicata contradictoria verificari possunt. hoc autem distinctionis modo, totum, & partes distinguuntur. nam totum est quid constitutum, partes vero sunt constituentes. sic genus diuiditur differentiis: differentiæ autem non diuiduntur

Formalis.

differentiis. Tertia distinctio vocatur formalis: quæ sane in his inuenitur, quæ in primo modo dicēdi per se, se mutuo non continent, siue includunt; vt passio, & subiectum

Attributa quomodo distinguantur in Deo.

Quarta est distinctio realis, eaque inuenitur in his, quorum vnum ab altero separari potest; vt subiectum, & accidens commune. Quinta vocatur essentialis, quæ est inter duas

Realis. Essentialis.

essentias. quarum vna ab altera per aliquam separabilis est potentiam; vt Mercurius, & albedo. Cæterum, quamuis in creatis, quæcunque distinguuntur realiter, distinguuntur etiam essentialiter: non sic certe in diuinis: personæ enim diuinæ realiter distinguuntur, nō tamen essentialiter. Sane per absoluta fit essentialis distinctio, ideo in Deum non cadit, in quo est summa simplicitas.

Totis subiectiue.

Sexta vocatur distinctio se totis subiectiue, quæ inter duo extrema realiter distincta, atque actu existentia consistit. hæc namque duo, in aliquo subiecto simul nequeunt conuenire: quemadmodum duo eiusdem speciei indiuidua. & quæcunque similiter se habent. Hæc autem differt à distinctione reali cui potentialis sufficit separatio: huic autem actualis necessaria est. Quare anima & corpus non distinguuntur totis subiectiue, quia in vno coalescunt cōposito: bene tamen realiter: ab inuicem enim separabilia sunt. Se-

Totis obiectiue.

ptima dicitur, se totis obiectiue, quando scilicet duo extrema in aliquo vno conceptu reali quidditatiue, nequaquam conueniunt; vt Deus, & creatura, substantia, & accidens.

Distinctio rationis duplex.

Est autem distinctio rationis duplex, quædam præcise ex parte nostri intellectus dependens, absque rei correspondentia, de quo paulo ante diximus: quædam vero, tum ex parte intellectus, tum etiam ex parte rei correspondentiam habet. Distinctis namq; & interdum oppositis rationibus, apta nata est correspondere. Cęterum, quamuis ante actum intellectus, non ponatur in actu; ponitur tamen in fundamento, siue ipsa in re conceptibili. Est igitur huiusmodi distinctio rationis in re quidem inchoata; per actum vero intellectus facta, atque completa. Patet autem huiusmodi ratio in puncto, de quo duas intellectus format rationes, finis nempe, atque principij; quæ quidem rationes, licet non fiant in actu, nisi per intellectum concipientē; in ipsa tamen puncti natura inchoantur, quæ vtrique habet rationi aptitudinem respondendi. Itaq; his sic excussis, ad rem accedamus: atque quid de hac quæstione philosophi senserint, in medium adducamus. *Illud perpetuum ens,* inquit Aristo. *cuius voluptas est actus eius, & ideirco vigilia. sensus, intellectio iocundissima sunt: idem enim est intellectus, quod eius intellectio atq; intelligibile ipsius*

Philosophi de Dei attributis Aristot. 12. met. com. 39. Auerr.

Suffragatur huic philosophi sententiæ suus Commentator com. eodem, tex. eiusdem: *In abstractis,* inquit, *dispositio, & dispositum,* idest, perfectio, & res cui inest perfectio, *sunt idem.* Multiplicitas igitur in Deo non est; nisi in intellectu differentia, & non in esse. Quasi diceret, diuinæ dispositiones, siue attributa in Deo, secundum rem non differunt, sed secundum intellectum. Consentit his etiam Auicenna.

Auicenna. 8. met. c. 7. Algazel. 1. met. c. 1. Plotinus. Enn. 6. lib. 8. c. 13.

Nulla inquit, *harum dispositionum facit in essentia primi, debere esse multitudinem vllo modo, nec variationem.* Algazel præterea dicit quod in necesse esse nulla sit pluralitas attributorū; sed necesse est in eo distinguere designationes. Amplius, Plotinus præclarissime disputat. *Non sunt,* inquit, *duo quædam ponenda in summo, etiam si tantum differant ratione actus enim Dei, voluntas, atq; essentia sunt penitus idem.* Itaque ex his, quæ dicta sunt.

Quomodo differant attributa Dei.

patere arbitror, quod attributa Dei, ab ipsius non differant essentia totis obiectiue, cum in vno conceptu quidditatiuo, atque vniuoco conueniant neque totis subiectiue; in vna certe, atque eadem coalescunt. siue sunt essentia: neque essentialiter; quia vnum habent absolutum: neque realiter; nam vbi sunt plura entia distincta realiter; ibi profecto est realis compositio, quæ nullo modo Deo aptari potest: neque differunt formaliter; æque n. Deus est iustus, ac sapiēs. Restant ergo duæ distinctiones, scilicet ex natura rei, & rationis: quę si recte intelligantur, coincidunt certe, omnemque è medio auferunt ingeniorum controuersiam. Distinctio siquidem rationis 2. modo, æquiualet distinctioni ex natura rei: tollere enim sufficit contradictionem prætēritorum realium contradictoriorum in diuinis maxime perfectionibus. Etenim distinctio rationis 2. modo, licet secundum se sit ens rationis; in diuinis tamen fundatur super ens reale perfectissimum. ideo sufficienter remouere potest cōtradictionem. Sane, si dantur duo entia rationis, quorum primum est ens rationis, & secundum se, & secundum ipsius fundamentum. alterum vero, licet sit ens rationis; ipsius tamen fundamentum est ens realissimum, atque perfectissimum: secundum certe ens, ob gratiam sui funda-

Distinctio rationis, & ex natura rei coincidunt.

menti, est maioris entitatis: atque ita potest esse causa primi. Sed remotio contradictionis, & distinctio rationis 2. modo, sunt entia rationis: ablatio autem contradictionis, est ens debilius, vtpote negatio contradictionis:

nega-

Attributa quomodo distinguantur in Deo.

negatio vero ex 4. *met.* est ens rationis: & contradictio, in
qua talis ablatio fundatur, est etiam ens rationis; contra-
dictio namque est oppositio, relatio vtique inter ens, & non
ens, quæ non potest esse realis. Ens autem rationis, cuius
fundamentum est ens realissimum, sufficit ad tollendam
contradictionem, vt dictum, est enim magis actu, quam ab-
latio contradictionis, quæ est purum nihil. Porro rationum
pluralitas, quæ formatur de perfectionibus diuinis, non so-
lum ex parte nostri prouenit intellectus; sed etiam ex parte
rei. Diuina plane essentia, vt principium intelligendi con-
siderata, fundat conceptum intellectus; vt principium ve-
ro volendi, conceptum voluntatis: de reliquis autem per-
fectionibus simile est indicium. Nulla tamen ex hoc, in diui-
na essentia, actualis constituitur distinctio, quamuis distin-
ctis correspondeat conceptibus, ab intellectu nostro de di-
uinis perfectionibus, formatis. Quam obrem, fundamen-
taliter ac correspondenter distingui dicere possumus: Diui-
na siquidem essentia cum sit perfectissima, atque sufficien-
tissima, distinctas format rationes, atque illis correspondet:
nostri autem debilitas intellectus, quia vnico non potest
conceptu diuinam explicare perfectionem, distinctis vtitur
rationibus. Qui ergo dicunt diuinas perfectiones, siue at-
tributa, ex natura rei distingui; enim his profecto coinci-
dunt, qui attributa aiunt in Deo distingui ratione tantum,
ratione inquam, 2. modo accepta.

CAP II.

Quod attributa distinguantur ex natura rei formaliter, quibusdam argumentis. probatur.

DIstinctio ex natura rei, vt dixi, ex ipsarum rerum
natura prouenit, absque omni intellectus opera-
tione: formalem autem appello, vtpote quæ ex
quidditatibus, seu rationibus formalibus fit: non
enim omnis distinctio ex natura rei, formalis dicitur. pri-
1. mum sic arguo. Sapientia, & bonitas absolute distinguun-
tur formaliter ex natura rei: ergo sapientia infinita, & bo-
nitas infinita eodem modo distinguuntur. Patet anteced.
consequ. autem probatur; nam infinitas non variat ratio-
nem eius formalem, cui additur: in quocunque enim per-
fectionis suæ latitudinis gradu intelligatur aliqua perfe-
ctio, eandem profecto semper retinet rationem formalem.
Infinitæ ergo sapientiæ ratio formalis, à bonitatis infinitæ
ratione formali distinguitur: ratio enim formalis sapien-
tiæ infinitæ, bonitatis infinitæ rationem formalem, nequa-
quam includit. Amplius Distinctio primi distinctiui, ratio-
2. nem præcedens, per tale certe non potest esse distinctiuum:
sed naturæ, atque intellectus distinctio intellectionem, quæ
est primum distinctiuum, præcedit: Ergo &c. Prob. minor:
quia si nulla eorum distinctio præcederet; non minus in-
tellectione, vt intellectio est, quam ea, vt natura est, distin-
gueretur. quicquid enim intellectione, vt omnino indistin-
cta à natura distinguitur; natura quoque distinguitur. Ad-
3. huc, illa, quæ formaliter distincta intellectu intuitiuo intel-
liguntur, habent plane distinctionem, vt existentem: sed
perfectiones diuinæ intelliguntur formaliter distinctæ ab
ipso Dei intellectu intuitiuo: habent ergo distinctionem vt
existentem in eis. Porro, huiusmodi distinctio rationis esse
non potest: alioqui intellectus diuinus, aliquam, sua intui-
tione rationis relationem causaret in sua essentia vt exi-
stentem, quod falsum est. Igitur talis distinctio est ex natu-
ra rei. Maior patet ex ea, quæ habetur inter intellectum in-
tuitiuum, atque abstractiuum, differentia. Minor vero ex se
4. nota est. Iterum: Deus intelligit essentiam suam, vt veram,
vult autem vt bonam. Ante ergo omnem actum intellectus,
veritas, & bonitas distinguuntur: obiectorum enim distin-
ctio præuenit distinctionem actuum, sicut causa effectum.
5. Præterea, bonitas, & veritas in Deo non distinguuntur ex
natura: sunt ergo synonyma, quod non est verum: frustra
siquidem inuenta huiusmodi attributa essent; si vnum at-
que idem significarent. Consequentia patet, bonitas siqui-
dem, & veritas, ipsas sane puras perfectiones in re nullo
6. modo distinctas, significant. Item, inter perfectiones diui-
nas, est ordo demonstratiuus, quo doctores, vnam ex alia
demonstrant: est præterea inter prædicationes formales
atque non formales distinctio: sapientia enim non prædica-
tur formaliter de bonitate, quamuis sint æquales, autore
August. 15. *de Trin.* distinguuntur ergo ex natura rei: nam si
omnia essent idem formaliter; inanis antiquorum in hoc
7. negotio inquirendo labor probaretur. Deniq; inter diui-
nas perfectiones ante omnem actum intellectus contradi-
ctio inuenitur: Deus enim intellectu, intelligit, & non vult:
voluntate autem, vult, & non intelligit. igitur ex natura rei
inter diuinas perfectiones reperitur distinctio. Præterea, ad
doctrinæ complementum, distinctio, realem fundans di-
stinctionem; ab opere intellectus minime dependet: sed
perfectionum distinctio diuinarum, distinctionem fundat 8.
realem emanationum diuinarum: igitur ex natura rei, &
non ex intellectus operatione proficiscatur.

Attributa quomodo distinguntur in Deo.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

AD 1. Anteced bifariam intelligi potest: aut de infi-
nitate infra propriam actionem; atque ita antece- 1.
dens negatur; nullum enim prius includit forma-
liter suum posterius sed diuina sapientia prior est
infinitate illa, ob modum scilicet eius intrinsecum &c. Aut
intelligitur de infinitate infra entis latitudinem: & tunc
antecedens esset verum. Sit nobis exemplo quantitas mo-
lis: quæ si daretur infinita; esset quidem secundum quanti-
tatis rationem infinita, quia infinita esset quantitas: non
tamen esset secundum esse infinita; esset namque ens fini-
tum, & limitatum ad quantitatis genus. Albedo præterea, si
esset infinita intensiue, infinita quoq; esset secundum pro-
priam rationem, quia esset infinita albedo: non tamen es-
set infinitum ens; quia ad speciem esset definita. sed hæc in-
finitas Deo non est attribuenda, sed illa, quæ omnibus nu-
meris, est omnimoda infinitas, nullisque clauditur termi-
nis, sed in sua ratione formali perfectionem omnem com-
plectitur. Quoniam autem in Deo, omnes perfectiones sunt
infinitæ; omnium necesse est, vnam esse simplicem ratio-
nem formalem. patet ergo argumenti solutio. Ad 2. neg. mi- 2.
nor, si de distinctione actuali fiat sermo: ad probationem,
negatur assumptum. sufficit enim aliqua distingui intelle-
ctione, vt intellectio est & non natura. Ad illam dictionem,
indistincta. resp. aut illa est intelligenda actualiter, aut fun-
damentaliter: primo modo est falsa, secundo vero, est vera.
sed tunc nego minorem scilicet, intellectio & natura sunt
indistinctæ fundamentaliter ante operationem intellectus;
habent enim rationis distinctionem fundamentaliter. Sa-
ne, quemadmodum Deo assimilantur omnes perfectiones
simpliciter in propriis naturis existentes; ita omnes earum
conceptus formales, qui nihil aliud sunt, quam ipsæ perfe-
ctiones in esse intentionali. Cum ergo secluso omni opere
intellectus, causet, & terminet huiusmodi conceptus; ipsum
habere dicimus distinctionem rationis, virtualiter tamen,
seu fundamentaliter. Insunt autem, vt diximus hæc diuinæ
maiestati, ob summam, & illimitatam sui perfectionem,
intellectus vero creatus ad formandum vnum conceptum,
diuinæ adæquatum perfectioni, impotens est, atque im-
becillis. Ad 3 neg minor: nam etsi ab æterno Deus suas in- 3.
tueatur perfectiones, non tamen actualiter distinctas; vna
est enim illarum omnium ratio formalis. Ad 4. neg. conseq. 4.
sufficit enim, si obiecta intellectus & voluntatis prædistin-
guantur fundamentaliter, nec opus est distinctione actuali
pro tunc, quemadmodum nec voluntas & intellectus Dei
pro tunc, nisi fundamentaliter distinctione rationis pro
tunc distinguuntur. Ad 5. neg. conseq. synonymeitas nam- 5.
que cum sit passio nominum non attenditur penes identi-
tatem rationis formalis rei secundum se; sed penes identi-
tatem conceptus formalis, siue mentalis. Voces sane sunt
notæ earum, quæ sunt in anima passionum. Quare cum ve-
ritas, & bonitas Dei, diuersos habeant conceptus; in nobis
synonyma esse non possunt. Ad probat. dico. licet eandem
rem formaliter significent, & solum illam, vt rem significa-
tam; conceptus tamen mentales distincte significant, vt
rationes significandi. vnde synonyma dicenda non sunt. Ad 6.
6. ex parte rei, ad omnia illa sufficit distinctio rationis vir-
tualiter, seu fundamentaliter cum distinctione rationis a-
ctuali ex parte nostra: loquimur enim, vt concipimus, for-
mamus sane distinctos conceptus, quorum vnus ex alio ori-
tur, & de alio non prædicatur, habetque aliam habitudi-
nem, quam alius non habet. balbutiendo loquimur, ac sim-
plicissimam illam Dei rationem formalem diuersis conce-
ptibus inquirimus. Ad 7. Ante omnem actum intellectus nõ 7.
inuenitur cõtradictio formaliter, sed fũdamẽtaliter tantũ;
quia alterũ contradictoriũ est formaliter negatio, idq; per
opus intellectus. Sufficit ergo pro tũc distinctionẽ rationis
fundamẽtaliter inueniri. Ad 8. Emanationes diuinæ, & rea- 8.
liter distinguuntur, & formaliter. vnde quãuis distinctionis
forma-

Vna simplex ratio formalis omnium perfectionum in diuinis.

Intellectio & natura.

Veritas & bonitas nõ Synonyma in Deo.

Balbutiendo loquimur diuina.

Attributa quomodo distinguãtur in Deo.

Emanationes diuinæ & formaliter, & realiter distinguuntur.

formalis earum fundamentum, sit voluntatis, atque intellectus distinctio; non tamen distinctionis, realis earum: non enim ideo processiones diuinæ distinguuntur realiter, quia altera est ab intellectu, altera vero à voluntate; sed quia habent realem oppositionem relatiuam. distinctio ergo perfectionum diuinarum nõ fundat realem diuinarum emanationem distinctionum: potest namque fundare inter eas distinctionem formalem, distinctio formalis fundamentalia inter intellectum, & voluntatem. Vel dicito: in diuinis ante omnem actum intellectus, quod sit distinctio formalis non formaliter, sed virtualiter, id est, eminenter, contenta: quodlibet namque diuinum propria exequitur, ac si ab alio distinctum esset formaliter. Quam ob causam intellectus ita intelligit, & non vult, & voluntas ita vult, & non intelligit, ac inter eos distinctio formalis formaliter inueniretur. fundatur autem talis modus habendi distinctionem formalem supra Deitatis eminentem vnitatem formalem formaliter, quæ eminenter æquiualet omnibus quæ per distinctionem formalem formaliter saluanda inducuntur. Arguunt iterum quidam contra prædicta hoc modo.

CAP. IV.

Quod attributa Dei non distinguantur ex natura rei formaliter.

1\. Quæcunque formaliter in vna, & adæquata ratione formali ipsius Dei adunantur; non distinguntur formaliter ex natura rei: sed perfectiones diuinæ, seclusa omni opere intellectus, adunantur in vna, & adæquata ratione formali ipsius: ergo, &c. Maior patet, quia aliter diffinitio non adæquaretur diffinito. minor vero ex inferiorum qualitatum natura probatur. res enim inferiores in propriis naturis, sine omni opere intellectus, hac de causa formaliter distinguuntur; quia se mutuo non includunt suis in rationibus formalibus. Quamobrem, ratio formalis vnius non est alterius. sic virtus calefactiua, ita est calefaciendi principium, vt non sit principium desiccandi. virtus ergo calefactiua, & virtus desiccatiua in propriis naturis distinguuntur formaliter ex natura rei. hæ autem in luce Solis inuentę, ita in vna lucis natura adunantur, vt indistinctæ sint formaliter. Assignata siquidem lucis solaris diffinitione, non opus est amplius illarum diffinitiones inquirere, propter adæquationem, quæ est inter diffinitionem, & rem diffinitam. ex his autem licet ad diuina contemplanda assurgere. Sane, perfectiones diuinæ, teste Dionysio simpliciter sunt in Deo, non ad proprias naturas definitæ; sed ad ipsius esse illimitationem eleuatæ. Quare, quemadmodum omnes in vna simplicissima re formaliter adunantur; ita profecto in illius simplicissima ratione formali, indistinctæ formaliter sunt. Etenim, sicut sapientia diuina, non magis est sapientia, quam bonitas, quam esse diuinum, & è contra; ita sane ratio formalis ipsius esse diuini, non magis includit ipsum esse, quam sapientiam, & bonitatem. Nam si adæquata illius rei simplicissimæ diffinitio daretur, qua est Deus, in illa vnica ratione formali, quicquid est Deus includeretur formaliter. vnde ipse Deus, qui seipsum per modum sui intelligit, vnicam tantum rationem formalem, nempe verbum format. Itaque, si qualitates inferiores in luce solari sunt indistinctæ; quanto ma-

Vnde res inferiores distinguantur.

Dionys. dicit perfectiones diuinas esse in Deo simpliciter. lib. 5 de diuin. nom.

2\. gis diuinæ perfectiones in Deo? Amplius, omnis actualis distinctio ex natura rei, fundatur super actuali oppositione ex natura rei, sed inter perfectiones nulla est actualis oppositio ex natura rei: ergo. Maior habetur ex 10 *met. com. 24. In eadem*, inquit, *sed prædicamentis contraria esse debent*. Minor, inductione prob. in illis enim non est oppositio contradictoria, neque priuatiua formaliter: nam vtriusque oppositionis alterum membrum, est formaliter negatio. In Deo autem non est huiusmodi negatio, nisi fundamentaliter tantum: distinctio siquidem actualiter, oppositionem exigit actualiter; oppositio actualiter, exigit extrema actualiter: neque ibi est oppositio contraria, quia alterum contrariorum semper est defectiuum. quod autem non sit inter eas oppositio relatiua, ex se patet. Deus ergo est vna perfectio illimitata habens in se multiplicabiles in aliis perfectiones

10. meth. com. 16.

3\. omnes. Præterea, distinctio formalis ex natura rei. maior est distinctione reali. perfectiones ergo diuinæ non distinguũtur ex natura rei. Anteced. prob. distinctio per intima rei, maior est illa, quæ fit per extrinseca: sed distinctio formalis ex natura rei fit per prædicata primi modi, quæ insunt rei in primo signo, distinctio autem realis fit per ea, quæ postea insunt: ergo &c. Sane, si simpliciter sequitur ad simpliciter, & magis ad magis; maximum necessario sequitur ad maximum. Item, diuinæ perfectiones abstractæ abstractione vltima, sunt formaliter infinitæ: ergo sunt idem formaliter ex natura rei. consequentia probatur, quia in Deo est vna ratio formalis omnium perfectionum, vt iam dictum est.

4\. antecedens autẽ manifestum, nam in diuinis propter sum-

5\. mam, veramque infinitatem omnia sunt idem. Adhæc, vbi est summa simplicitas, ibi esse non potest distinctio formalis ex natura rei: sed in Deo est summa simplicitas, vt paulo ante disputauimus: non est ergo distinctio formalis ex natura rei. Probatur minor, vbicunque est talis distinctio, est profecto aliqua compositionum, de quibus locuti sumus.

6\. sed in Deo nolla est compositio: ergo. Præterea, omnis distinctio apud Peripatheticos, aut est secundum rationem, aut secundum subiectum. distinctio quoque realia, vel est re essentiæ, vel re existentiæ, siue prædicamenti: nulla est ergo distinctio ex natura rei apud philosophum. Quocirca, si attributa sunt in Deo per essentiam, & circumscripto actu intellectus, vnum non est aliud. distinguuntur ergo realiter, non realitate quidem existentiæ, sed essentiæ: non ergo ex

7\. natura rei. Adhuc, quæ sunt in diuersis generibus, realiter distinguuntur: sed attributa & essentia sunt in diuersis generibus; nam essentia est in prædicamento substantiæ, attributa vero, in prædicamentis accidentium: igitur realiter differunt, & non ex natura rei. Adde, quod attributa, eiusdem generis, ac speciei nequaquam sunt: ab inuicem er-

8\. go realiter differunt. Iterum effectus in actu requirit causam in actu, sicut effectus in potentia, causam in potentia. sed causa, ob quam affirmatio, & negatio de aliquo non contradicunt, est distinctio vel non identitas existẽs. si igitur actu aufertur contradictio: actu igitur, & non virtute tantum in huiusmodi re erit distinctio, vel non identitas, sed sine vlla intellectus operatione, in Deo actu istæ sunt veræ, intellectus intelligit, & voluntas non intelligit: inter diuinas ergo perfectiones, necessaria est distinctio rationis, nedum virtualis, sed etiam actualis. quomodo enim actu aufertur contradictio, si in Dei substantia, non datur actu di-

2. phys. 3. met. c. de causis.

9\. stinctio? Præterea prædicatio in abstractis non est vera, nisi per se primo modo: sed illa, quorum vnum prædicatur de altero, & è conuerso primo modo, non distinguuntur ex natura rei; quia idem prædicatur de seipso, diffinitio de diffinito. & è conuerso. in diuinis autem teste Aug. *Non sicut*, inquit, *in creaturis, sapientia & iustitia sunt duæ qualitates, ita*

Aug. 5. de Trin. c. 5.

10\. *in Deo*; sed quæ iustitia, ipsa est & sapientia: ergo &c. Adhue, quæcunque ex natura rei distinguuntur, & quodlibet illorum est simpliciter simplex se totis distinguuntur: in nullo igitur conueniunt. nec sunt idẽ aliquo modo. sed quodlibet attributum est simpliciter simplex, si ab inuicẽ distinguun-

11\. tur ex natura rei, se totis distinguuntur. Iterum, quodlibet distinctum ab alio secundum rationem, est profecto res ab alio distincta vel ens rationis. si ergo attributum, ab alio distinguitur attributo ex natura rei, ab inuicem vtique, ve

12\. res, & res necessario distinguentur. Demum, si distinguuntur ex natura rei: absq; dubio, sicut quidditas & quidditas distinguuntur, aut formalitas & formalitas. sed formalitas, vel quidditas eius, cui inest realitas est: realiter ergo diuina attributa ab inuicem distabunt: quod plane diuinam simplicitatem omnino euerteret.

CAP. V.

Soluuntur argumenta.

Qui Dei attributa ex natura rei formaliter distingui dixerunt; ea profecto nec realiter nec essentialiter, nec aliis sequentibus distinctionibus, realem præsupponentibus, distingui voluerunt; sed ratione ex parte intellectus, & ex natura quoque rei. Etenim, duabus diuinis perfectionibus sumptis, puta intellectu, & voluntate. contradictoria prædicata de eis verificari possunt: distinguuntur ergo ex natura rei, & distinguuntur formaliter. alij in idem recidunt, sub aliorum inuolucris verborum: Attributa, inquiunt diuina, distinguuntur ratione, tum ex parte intellectus, tum etiam ex parte rei: alij dicunt ex natura rei. id autem ex amplissima Dei magnitudine proficiscitur, quæ fundamentaliter multis respondet rationibus. quamuis enim vna sit essentia diuina infinita, in qua attributa sint vnũ realiter; quia tamen vnumquodque eorum est infinitum, nec includit conceptum alterius; formaliter ex natura rei esse distincta, necessarium est. Identitas siquidem realis, & distinctio formalis non opponuntur: sed bene sunt opposita idemptitas formalis, & distin-

Attributa distingui ex natura rei.

Vnum attributum non includit conceptum alterius formaliter.

ctio

Attributa quomodo distinguuntur in Deo.

ctio formalis. Sane, distincta formaliter, vnum, alteri esse i-
dem formaliter, est impossibile. Porro, distinctio realis o-
stendit neutrum eorum, quæ realiter distinguuntur, actu
esse infinitum. nam si alterum ex sua ratione formali est
infinitum; alterius realitatem necessario complectitur. at-
que ita, vnum est amborum esse reale, siue realitas. si autem
neutrum eorum est infinitum, & formaliter, & realiter di-
stinguuntur. Non recte ergo agunt, qui ex distinctione for-
mali ex natura rei, realem inducere, inferreque student est
enim fallacia consequentis a b insufficiente. est etiam falla-
cia secundū quid ad simpliciter, ex dictione secundum quid,
distinctionem inferendo simpliciter. hæc plane locum ha-
bent in creaturis, in quibus simpliciter infinitum est nihil:
quapropter, quæ distinguuntur formaliter ex natura rei;
realiter quoque distinguantur, necesse est. Sane, distinctio

Distinctio cui opponitur.

interdum idemptitati formaliter opponitur, aliquando v-
nitati, nonnunquam potentialitati, & confusioni. Prima
oppositio indicat relationem solam, quemadmodū idem-
ptitas, cui opponitur; idque positiuam aliquam relatio-
nem distinguendo, vel identitatis relationem negando. Cæ-
terum huiusmodi distinctio, in diuinis esse non potest, quæ
idemptitati opposita sit diuinæ igitur huc modo nulla sunt
ibi opposita ex natura rei, nisi per operationem tantum-
modo intellectus. Bene ergo dictum est in diuinis, secundū
hunc modum, distinctionem ex natura rei, nequaquam es-
se. Secunda autem oppositio, quæ vnitati opponitur, priua-

Quæ oppositio sit in diuinis.

tionem, seu negationem vnitatis indicat. priuatio autem
eorum est vnitatis carentia, quæ nata sunt, esse vel efficere
vnum. Quam ob causam huiusmodi oppositio, imperfe-
ctionem sonat; idcirco in diuinis locum non habet, in qui-
bus est simplex, summaque perfectio. si autem vnitatia ne-
gationem ostendat; tunc absque dubio, ex natura rei in di-
uinis locum habebit. verum est enim dicere, patris perso-
nam non esse filij personam. Quare inter diuinas personas
est distinctio realis: inter essentiam vero, & relationem, di-
stinctio formalis ex natura rei. hoc etiam modo attributa
ab inuicem, & ab ipsa essentia distinguuntur. Porro, opposi-
tio, quæ potentialitati opponitur, in diuinis ponenda non
est, à quibus omnis prorsus confusio, quam longissime ab-
est. Itaque ex his, quę iam diximus, omnium soluta est argu-
mentorum controuersia; sicut patere potest legitime, can-
dideque intuenti. Verum, vt ad plenum illis morem geram;
ad singula quæque respondere decreui. Ad 1. neg. minor,

Persona distinguuntur realiter, essentia & relatio formaliter ex natura rei.

nam attributa non adunantur in vna ratione formali, sed
reali tantum: proinde, quamuis diuina essentia sit infinita
simpliciter, & similiter attributa, atque huiusmodi infini-
tas, omnem penitus imperfectionem extrudat, nempe rea-
lem essentiæ, siue attributorum distinctionem; id tamen,
quod ad perfectionem pertinet, distinctionem scilicet for-
malem, non tollit. Quocirca & si tum essentia, tum etiam
attributa sint formaliter infinita; nihilominus non eadem
inter se formaliter sunt, sed distincta potius. Exemptum
autem de virtute calefactiua, atq; desiccatiua non est simi-
le: nam neutra illarum est infinita simpliciter. Sed *dicis*,

Attributa sunt vnum non formali, sed reali ratione.

tunc intellectus diuinus, plura prima obiecta, & adæquata
simpliciter, haberet; atque ita quodlibet illorum propria
ratione, & primo intellectum moueret diuinum. sed tunc
actus intelligendi diuinus, non esset vnus, sed plures; simi-
liter & actus generandi: atq; ita in diuinis plures haberen-
tur filij: ergo &c. *Soluitur*: In diuinis vnicum esse obiectum
intelligendi, volendique, nempe diuina essentia, secundum
essentiæ rationem. Quando ergo arguis, multa sunt attri-
buta: ergo multa obiecta: negatur consequentia. nam at-
tribota ab ipsa essentia, atque ab inuicem non realiter; sed
formaliter tantum differunt: obiectum autem diuini in-
tellectus, est vnum, atque idem realiter cum omnibus attri-
2. butis. Ad 2. Maior est vera in rebus, quarum esse reale est di-
uersum. tunc plane actualis distinctio ex natura rei, funda-
tur super actuali oppositione ex natura rei. vbi autem est a-
ctualis oppositio ex natura rei: ibi certe est naturæ diuersi-
tas. sed diuina attributa, non realiter, sed formaliter ab in-
uicem, atque à diuina essentia differunt; quæ quidem for-
malis distinctio non opponitur distinctioni reali, sed idem-
ptitati formali: simul igitur coalescere possunt. Ad 3. Neg.
3. maior in personis diuinis: nam distinctio, quæ fit per abso-
lutum in diuinis, est intimior, quam illa, quæ fit per relatio-
nes, aut per aliquem conceptum, qui dicitur distinctio for-
malis. Siquidem tunc argumentum esset efficax, quando i-
psa attributa, ab inuicem, atque ab ipsa essentia diuina rea-
liter distinguerentur. in primo igitur signo, & prædicatum
primi modi est essentia diuina, cuius vnio, siue distinctio (si
4. daretur) omnes alias antecelleret. Ad 4. Neg. conseq. quam-

Formalis distinctio.

uis enim omnium diuinarum perfectionum sit vna ratio
realis; distinguuntur tamen formaliter. Illa sane distin-
guuntur formaliter, quorum vnum non est quidditas, seu
diffinitio, vel pars metaphysica diffinitionis eius. prædica-
bilis de ipsa per se primo modo. sed iustitia Dei non prædi-
catur de ipsius misericordia, vtraque tamen est infinita
simpliciter: igitur formaliter ex natura rei ab inuicem se-
parantur: in Deo ergo est vna ratio, scilicet essentia, attri-

Attributa quomodo distinguuntur in Deo.

buta tamen formaliter differunt. Ad 5. Neg. maior & ad 5.
prob. dico, attributa, atque diuinam essentiam esse forma-
liter infinita, in quibus profectu nulla potest esse composi-
tio: sunt enim vnum infinitum reale, siue essentiale, cui
diuisionem, aut compositionem non adduot formales ex
natura rei distinctiones. Sed *dicis*: quæcunque distinguun-
tur ex natura rei distinguuntur realiter: patet, nam distin-
ctio cum sit passim entis; ad eius solum pertinet rationis,
atque reale: ens autem rationis in anima, reale vero extra
animam reponitur. Porro, reale ex rei natura proficiscitur.

Obiectiones.

si ergo attributa ex natura rei distinguuntur, entia reuera
realia esse probantur; atque ita in diuinis multa erunt en- 1.
tia realia. Item, aucto inferiori, superius augeatur, necesse 2.
est; sicuti aucto, vel multiplicato homine, augetur, & mul-
tiplicatur animal sed formalitas, respectu realitatis, secun-
dum rationem entitatis, est quid inferius: igitur, si in diui-
nis multæ sunt distinctiones formales, siue formalitates;
multæ quoque erunt realitates, atque entia realia, quod
impium est credere: ergo &c. Resp. si realiter distingui, i-

Solutio.

dem sit apud te, quod ex natura rei, & non ex opere intelle- 1.
ctus distingui, verum dicis. sin autem id sonet, quod est re,
& re distingui, falsum est, & hæreticum. Ad 2. dico, seque- 2.
lam illam, locum non habere in diuinis, in quibus attribu-
ta, & essentia sunt formaliter infinita; infinitum autem au-
geri non potest. Secus est in creaturis, quæ sunt finitæ, atque
augmenti, & decrementi sunt susceptiuæ. Ad 6. Dico, non 6.
sequitur, non est apud philosophum; est ergo negandum,
atque abijciendum quicquid dictum sit ab alijs diuinæ sa-
pientiæ cultoribus. Ad 7. Neg. minor in diuinis: nam ibi 7.
(vt diximus) nullum potest esse accidens; sed attributa,

Essentia diuina, & eius attributa sunt idem realiter.

atque essentia sunt idem realiter. Quod autem nulla in di-
uinis esse possit distinctio realis, clarissime constat. Quæ-
cunque enim realiter distinguuntur, distinguuntur etiam
existentia. sed in Deo vna est existentia, vnum ergo est esse.
omnia igitur in illo sunt idem realiter. Item, quæ distin-
guuntur realiter, per intellectum separari possunt, etiam se-
cundum esse: sed diuina essentia, secundum esse, à suis at-
tributis separata intelligi nequit; nec vnum attributorum,
sine alio: ergo quod prius. Adhuc, si attributa ab inuicem,
& ab ipsa essentia realiter differunt; tunc profecto in diui-
nis, ex re, & re esset multiplicitas, atque compositio: proin-
de Auer. in lib. destru. disp. 5. in solutione ad vltimum, Deo
huiusmodi multiplicitatem realem, nullo modo dicit esse
tribuendam. Inter ergo diuinam essentiam, eiusque attri-
buta non est aliqua distinctio realis. Ad 8. Antecedens est 8.
verum, quando effectus est realis positiuus: quod si effectus
extiterit negatio, sicut est in proposito, quoniam auferre
contradictionem, est negare contradictionem; pro causa il-
la sufficit distinctio virtualis, vel ex natura rei, quæ suffici-
enter est in actu, pro huiusmodi effectu statuendo, qui est
negatio. Quamobrem, quemadmodum in nobis ista duo

Intellectus & voluntas diuina distinguuntur ex natura.

non contradicunt, intellectus intelligit, voluntas non in-
telligit, quia nimirum est actualis distinctio, & non identi-
tas inter intellectum creatum, & voluntatem; ita profecto
ista duo in diuinis, intellectus intelligit, & voluntas non in-
telligit, non contradicunt: stat enim inter ea distinctio vir-
tualis, aut ex natura rei; quæ absque dubio, actuali æqui-
pollet. Ad 9. Attributa in diuinis sunt idem realiter, ideoq; 9.
vnum prædicatur de altero etiam in abstracto: per idem-
ptitatem quidem; non tamen in primo modo dicendi per
se quare non omnis prędicatio in abstracto, est per se in pri-
mo modo constituta. Sed dicis: ens perfectissimum, nempe

Obiectiones.

Deus, est maxime vnum ex natura rei, sicuti est maxime
perfectum: vnitas enim ad entis perfectionem spectat. sed 1.
attributa ad Dei perfectionem spectant: igitur secundum
attributa, vnitas potius, quam distinctio Deo attribuitur.
Præterea, si attributa, ex natura rei quidditatiue distin- 2.
guuntur; omnino diffinitione etiā distinguuntur: sed quæ
diffinitione differunt, re quoque, atque essentia differunt:
est enim diffinitio, essentiæ declaratio. Re ergo, atque essen-
tia, attributa inter se separantur, quod est falsum. Item, 3.
plura secundum rem, vnum esse ex natura rei, nisi secun-
dum rationem, est impossibile. igitur è conuerso, vnum
secundum rem, multa esse ex natura rei, atque secundum
distinctionem formalem, similiter est impossibile. Resp.

Solutio.

vnitas realis, eorum prorsus omnium, quæ compossibilia 1.

Attributa quomodo distinguantur in Deo. sunt, in eodem supposito existens; ad perfectionem pertinet, quippe, quæ ens supremum, atque perfectissimum indicat, cuiusmodi est Deus. de formali autem vnitate, non est simile iudicium. Sane in ente simpliciter perfecto, formalis multiplex distinctio cum diuinæ vnitate naturæ amplissimam, atque singularissimam diuinam manifestat, ostenditque essentiam. *Vnitas realis ad perfectionem dei, non sic vnitas formalis.* Etenim, si sunt plurimæ in Deo perfectiones simpliciter, & proprios conceptus quidditatiuos non haberent distinctos; imperfectionis certe magis quam perfectionis aliquid diceret. Quamuis igitur in diuinis, summa, primaque perfectio ad diuinam essentiam pertineat. in qua omnia sunt vnum attributa, atque personæ; ne in diuinis perfectionibus processus fieret infinitus, sunt nihilominus aliæ distinctiones, atque perfectiones formales,

2. ex natura rei, quæ attributa vocamus. Ad 2. dico, in Deum, atque in aliquod ipsius attributum non cadere proprie diffinitionem. Igitur non diffinitione, sed cōceptibus pro-

3. priis metaphysicis, attributa distinguuntur. Ad 3. anteced. est falsum. personæ enim diuinæ distinguuntur realiter, vnum tamen sunt; vtpote vnus Deus, essentialiter, etiam sine aliqua intellectus operatione. Itaque quamuis attributa secundum rem sint idem; distinguuntur tamen forma-

10. *Obiectiones.* liter ex natura rei, idque secluso opere intellectus. Ad 10. Verum quidem est, quodlibet attributum se totum formaliter, ab altero distingui, idemque esse cum illo realiter. Sed

1. dicis, quicquid est forma, & idem alteri, est etiam idem sibi formaliter: quemadmodum, quicquid est materia, & est idem alteri, est etiam idem sibi materialiter. sed quodlibet attributum est idem alteri, etiam secundum se, & simplici-

2. ter idem: idem ergo erit formaliter. Item, præstantior est multiplicatio per vnam formalitatem, quam per plures: ergo vna tantum ratio formalis in diuinis inuenitur. antecedens probatur authoritate, & ratione: authoritate plane Dionysii in cælesti hierar. cap. 12. dicentis: superiores angelos præ cæteris, maiori pollere scientia; quippe, qui vnicam, ac vniuersalem habeant: ratione autem, quia posse in plura per vnam formam, præstantius est, quam per plures. vnde Sol per vnicā suæ lucis formam melior est, quam per mul- *Superiores angeli pollent maiori scientia. Solutio.*

1. tarum agentia formarum: ergo &c. Resp. negando maiorem: non enim opus est, quod si attributum cum altero sit idem realiter; cum eodem quoque esse idem formaliter, vt

2. dictum est. Ad 2. antecedens est verum in rebus, quarum nulla est perfecta simpliciter. sed quia perfectiones, siue attributa diuina, sunt perfecta simpliciter: ideo secundum vnam, eandemque rationem formalem, haberi non pos-

11. sunt. Ad 11. Idem realiter distinctum, a seipso ratione distinguitur. Igitur aliquod distinctum ratione, non oportet esse plura entia rationis neque ens rationis: sed vnum, atque idem ens reale, à seipso secundum rationem distinguitur: non ergo oportet, quæ ex natura rei distinguuntur, ea distingui realiter: idem enim realiter in seipso, distinctio-

12. nem recipit formalem. Ad 12. & vltimum. Formalitas essentiæ diuinæ, & sapientiæ, sunt idem realiter: vnum siquidem, ratione infinitatis, in idemptitatem migrat alterius; ita vt vnum in abstracto prædicetur de altero. Eodem quoque modo realitas sapientiæ, atque essentiæ sunt idem penitus realiter, ob eandem profecto causam. cum his autem distinguuntur formaliter; quippe, quæ non sunt eædem in primo modo dicendi per se sunt ergo aliquæ realitates, non

Obiectiones. 1. realiter certe, sed formaliter distinctæ. Sed *dices.* attributum, in quantum distinguitur ab attributo, est aliquid, vel nihil. si aliquid: duo ergo attributa sunt duo aliqua, siue duæ res: realiter ergo distinguuntur. si nihil, ex sola igitur intellectus operatione, & non ex natura rei distinguuntur. plane, nihil, extra intellectum, distinguitur ab alio ex natura rei. Am-

2. plius, si attributa ex natura rei distinguuntur; erunt profecto veluti duo absoluta distincta; quæ quidem si ita distincta mauserint, suppositum vtique diuinum, vnum non erit: ratio enim vnius, vt dicitur 5. met. est ratio indiuisionis. Quod si vnita fuerint, tunc plane eorum suppositum, nequaquam simplex, sed compositum erit. hoc autem iudicium de relationibus haberi non potest: simplicitas siquidem alicuius, comparationem ipsius realem, minime tollit:

Solutio. 1. ergo quod prius. *Solutio:* ad 1. Attributum in quantum distinguitur ab attributo, est quidem res vera, & aliquid; non tamen aliquod reale diuisum, sed idem omnino. nam aliquid si esset in quantū distinguitur ab attributo; tunc plane ostenderetur, distinctionem huiusmodi, inhærentiæ prædicati ad subiectum, causam esse: atque sensus esset: attributa sunt res distinctæ realiter, quod falsum esse, sæpe

2. sæpius diximus. Ad 2. negatur consequentia nam pari facilitate duæ relationes in eodem supposito, realiter non distinguerentur, neque ex natura rei. aut anima diuisæ manerent, suppositum redderent diuersum; nam ratio vnius, est ratio indiuisionis. &c. non minus certe absoluta, quam relationes in eodem supposito sunt, atque ex natura rei distingui possunt. *De immutabilitate Dei.* *Dices:* Inter attributa & diuinam essentiam, nulla datur distinctio formalis: patet authoritate August. *Eo, inquit, sapiens, quo Deus: non eo pater, quo Deus.* negat igitur distinctionem formalem attributi à diuina essentia. & attributorum ab inuicem. Præterea. *Sapientia, inquit, tua vult:* velle autem in diuinis, de eo, quod à voluntate est indistinctum, prædicatur: idem igitur sunt sapientia, & voluntas. Omnia prædicamenta (teste Boetio *de Trinitate*) in diuinis, transeunt in substantiam, sola relatio manet. Cui Suffragatur Damascen. li. 1. dicens: *Omnia in diuinis sunt idem, præter generationem, & ingenerationem, & processionem.* Anselmus. *Omnia quæ sunt in Deo, essentialiter sunt ibi vna modo & vna consideratione;* quod certe ex parte obiecti est intelligēdum: ergo &c. Resp. ad 1. non eodem formaliter Deus est Deus, quo sapiens; sed concomitanter potius: nam illud est nomen proprium, hoc vero translatitium. nec eo Deus, quo pater, & è conuerso: Deitas enim perfectionem dicit simpliciter, non autem relatio etenim. quamuis Deitas in diuinis, de omnibus prędicetur, non tamen paternitas. vnde Deitas, paternitatis realitatem includit; id profecto non ex parte paternitatis prouenire credendum, sed ex parte essentiæ diuinę. Quando ergo dicis, eo sapiens, quo Deus: verum quidem est essentialiter, non autem formaliter. Ad 2. *Sapientia tua vult.* Sensus est: voluntas tua, quæ est eadem realiter sapientiæ tuæ, vult & est. non ergo sequitur, quod nullo modo distinguantur; alioqui diceremus essentiam generare per idemptitatem quam habet patris. Ad authoritatem Boetij: omnia prædicamenta, siue attributa transeunt in ipsam substantiam, id est, substantiæ similem habent modum prædicandi. Ad Dama. *omnia sunt idem* realiter, non autem formaliter. Ad Anselmum: omnia essentialia in diuinis sunt vno modo, vnaque consideratione.

Obiectiones. 1. *Aug. 7 de Trin. ca. 1. 12. conf. 6.* 2. *Ansel. in monolog. 17.* *Solutio.* 2.

QVÆSTIO QVINTA.

CAP. I.

De immutabilitate Dei.

POsteaquam de simplicitate Dei, atque ipsius attributis disputauimus: oportunum esse iudicauimus de illius immutabilitate verba facere, sermonisque ordinem contexere. siquidem, quod est omnino simplex, omnibus numeris est immutabile. Non ergo immerito philos. Deum immutabilem esse asseruit: *Esse igitur, inquit, substantiam quādam æternam, immobilemq; atque à sensibilis separatam, ex hisce, quæ iam diximus,* patet. est *quippiam mouens immobile, atq; actu existens: id vt aliter se habeat nullo modo fieri potest.* Porro, quod aliter se habere non potest, immutabile est: impassibile profecto est, nullam denique alterationem subire potest. Necesse est, inquit Plato si quid à specie sua discedat, vel ipsū à se mutari, vel ab alio. sed haudquaquam ab alio quæ optime se habent, mutantur, atque vertuntur, quemadmodum corpus à cibis, & poculis, & laboribus; & plantaria omnia ab æstu, tempestatibusq; ventorum. Quicquid igitur bene se habet. vel natura, vel arte, vel vtrisque; minimum perturbationem ab alio suscipit. At vero Deus ipse, & quæ Dei sunt omni ex parte quam optime sese habent: nunquid se in se verteret, mutaretque Deus? vtrum igitur in melius, & pulchrius; vel in peius, & turpius? necesse est in peius, si modo mutatur: non enim indigum pulchritudinis, & virtutis esse Deum dicemus. sed credo, sua sponte aliquem, siue Deum, siue hominem non velle se deteriorem facere. Impossibile est igitur Deum mutare se velle, sed vt videtur, pulcherrimus, optimusq; cum sit; sua in forma sempiterna, & simplici perseuerat. Consentit his Plotinus. *Deus est simplex, est & primum,* inquit, *quoniam est principium.* ab eo namque omnia profluunt: ab eo motus primus exoritur, neque tamen est in eo: ab eo quoque status, quoniam ipse nihilo indiget; neque enim mouetur, neq; quiescit, cum nihil habeat in quo requiescat, in quo reuoluatur, nam circa quid, aut ad quid potissimū, aut in quo præcipue vel mouebitur, vel requiescet? est enim ipse primus. sed neque potest definitus esse: alioqui à quo poterit definiri? Neque rursus sic est infinitus, vt immensa moles solet excogitari. tum vero quonam progredi debet nunquid vt aliquid inde reportet, qui nullo penitus indiget? Aliter ergo nunquam se habet: est igitur immobilis & Post. *Deus est vbiq; & nusquam:* nusquam certe contigit.

Aristoteles Dei immutabilitatē ostendit. 12. met. ca. 41. & 38. *Plato de immutabilitate Dei. dial. 2. de rep.* *Plotinus. Ænn. 5. lib. 5. c. 10.* *Deum non posse definiri.* *Ænn. 6. li. 8. c. 16.*

Rursus,

Dei immutabilitate Dei. Rursus, si est vbique, proculdubio quantus ipse est, tantus est & vbique. ipse existens supremus subdita habet omnia: sibimet exhibet subsistentiam, vna cum ipso eius actione collata. ab illo igitur, & ex illo suum esse producitur: non ergo sicut contingit, sed vt ipse volunt, sic prorsus existit. *August. lib. 1 Iren. c. 2. 1. Tim. 6.* Suffragatur philosophicæ doctrinæ D. August. *Qui solus habet immortalitatem*, ait Apostolus. Solus, inquam, quia vera immortalitas incommutabilitas est; quā nulla habere potest creatura, quoniam solius est creatoris. *Iacob. 1. Dauid. Psal. 101. Malach. 3.* Vnde Iacobus: *Apud quem non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio.* Et Dauid: *Mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es.* Et Propheta Malachias. 3 *Ego Deus, & non mutor.* Sane, quemadmodum scribit philos. *Arist. 3. phys. c. de motu.* *Mutatio est actus entis in potentia, secundum quod huiusmodi, vel actus mobilis, in eo quod mobile.* igitur mutatio opus habet subiecto, cuius ipsa sit actus, & accidens: mutari enim est aliter se habere nunc, quam prius: actualitas autem est entis: igitur creatio, proprie mutatio dicenda non est, quippe, quæ prius nihil extiterit *Creatio non est mutatio.* Deinde, subiecto necessaria est alicuius termini positiui negatio: est namque actus entis in potentia; cæterum ens in potentia, illius, ad quod est in potentia, negationem includit. Quare, si ab æterno aliquid produceretur, etiam si in subiecto, vel de subiecto produceretur; id tamen per veram mutationem non fieret: in subiecto enim, termini negatio non præcessisset. Tertio, mutatio, ad terminum ordinem habet, vtpote quæ est actus entis in potentia secundum quod huiusmodi: quia nimirum ad alicuius termini acquisitionem, vel destructionem ipsa ordinem obtinet. *Forma quæ non subdita sunt mutationi.* Ex quo patet, formas absolutas, quæ ad huiusmodi terminum, ordinem non habent, à mutationis varietate, atque defectu liberas esse. Idcirco, nec albedo, nec forma substantialis, mutationes sunt appellandæ: alioqui mutatio, actus esset mutabilis in ordine ad seipsum. Postremo, mutatio est actus instantaneus, vt generatio: successiuus vero, vt motus: formam autem permanentem, mutari est impossibile; etenim inter sese opposita sunt, sicut album & nigrum. *Rationes, quod Deus non sit immutabilis.* Et hæc quidem diximus, vt mutabilitans, seu mutationis natura palam fieret, ex cuius notitia, Deum prorsus esse immutabilem, cognosceremus. Sane, quod subiecti naturam subire non potest, mutationi non subditur, vt iam patet: sed Deus est
1. huiusmodi: ergo. Amplius, quod non est in potentia ad ali-
2. quid, est immutabile: quia mutatio est actus entis in po-
3. tentia. sed Deus est actus purissimus: ergo quod prius. Item, id, quod est idem realiter omni compossibili sibi formaliter, in eodem supposito, est immutabile. sed Deus cum sit
4. intensiue simpliciter infinitus, est huiusmodi: ergo. Præterea, illud, quod secundum totum id, quod est, & quod habet, necesse est esse, est immutabile: quod enim est mutabile, aliquid habere potest, quod non habet. sed Deus nullo indiget; quandoquidem in seipso habeat omnia: ergo &c.
5. Adhuc, etiam secundum negationē mutationis largo modo intellectæ, quæ pro quolibet esse realis principio, seu defectu accipitur: Deus est immutabilis. Reuera, quod ex se est formaliter necessarium non esse, vel esse post non esse, est impossibile. sed Deus ex se formaliter est solum ens necessarium: ergo. Antecedens autem sic potest manifestum fieri, ens ex se formaliter necessarium, est primum simpliciter in entibus: quicquid autem tale est, ab esse in non esse, nec è conuerso mutari potest; ab alio certe dependeret. atque ita primum nequaquam vocaretur. at Deus, à nullo dependet:
6. est igitur immutabilis. Deinde, illud, ab esse in non esse mutari non potest, ad cuius quidditatiuum conceptum pertinet esse. quemadmodum conceptus quidditatiuus, in non conceptum, verti non potest. sed Deus est suum esse: ergo. Quoniam igitur Deus non potest esse subiectum, nec alicuius mutationis terminus, neque ipsa mutatio per se, vel per accidens; omnino immutabilem esse, & fidei, & ra-
7. tioni est consentaneum. Vltimo, omne quod mutatur, motu aliquo muterur, necesse est: sed quod mouetur, partim quidem manet, partim vero transit, quæ Deo non competunt: ergo. Item, aliquid acquirit aliquis, ad illud pertingendo, quod prius non attigerat, aliquid vero deserit: sed hæc omnia diuinæ repugnant infinitati: Deus ergo est immutabilis, perfectissimus, simplicissimus, immensus, intransmutabilis.

CAP. II.

Quod Deus sit mutabilis, quædam probare conantur argumenta.

Dei immutabilitate Dei.

QVicunque vult aliquid de nouo, mutatur, sed Deus 1.
vult aliquid de nouo, quia creauit aliquod nouum, vtpote mundum; suum enim creare est suum velle: ergo mutatur. Plane, quemadmodum se habet voluntas noua ad effectum nouum, ita certe voluntas antiqua ad effectum antiquum. sed voluntate noua, effectus antiquus non producitur: nec etiam voluntate antiqua, siue æterna, effectus nouus. Cum autem Deus, mundum de nouo produxerit; id profect noua & non antiqua produxit voluntate: mutabilis est ergo. Adde, vel Deus ab æterno voluit effectum suum, atque ita ex necessitate, effectus quoque esset æternus. vel contingenter voluit, fuissetque ipsius voluntas indeterminata. Porro, nihil quod est indeterminatum, in actum prodit; nisi ab aliquo determinetur. quod autem determinatur, mutabile est. ergo. Sane, si illius voluntas est indeterminata; quare hoc magis, quam illud vult, atque appetit? Amplius, si Deus esset immutabi- 2.
lis: igitur ad illud, ad quod immediate se habet, immutabiliter se haberet. Illud ergo aliud est immutabile. Immutabile enim, quod est primum agens, ad suum effectum diuersimode se habere non potest. Nam si quandoque agat, quandoque vero non, ex sui videtur mutatione prodire: non ex noua passi approximatione, vel impedimentorum amotione. actio siquidem primi agentis, his opus non habet. Quod autem illud, ad quod se habet, esset immutabile, patet: nam ad quodcunque necessarium, necessario se habet; illud quoque est necessarium. Adhuc: Deus aliter se habet nunc, 3.
quam prius: ergo mutatur: de non creante certe fit creans. Conseq. nota est, quia mutari est aliter se habere nunc. quā prius. Item 7. Sap. dicitur. *Omnibus mobilibus mobilior est.* Præterea, id, quod habitudinem habet ad aliquod mutabile, est 4.
etiam mutabile; habitudo siquidem non permanet, suo termino non permanente. sed Deus habitudinem primitatis habet, siue omnium primitatum creaturarum, & accidentium: patet ergo quomodo dicendus sit mutabilis. Iterum, 5.
Quicquid mouet seipsum, est aliquo modo mutabile. sed spiritus creator, autore August. mouet se, non certe per *4. sup. gen. ad lit.*
tempus, neque per locum. Deus ergo aliquo modo est mutabilis. Plato etiam vocat Deum, numerum seipsum mo- 6.
uentem. Præterea effectus assimilatur suæ causæ: sed creaturæ mutabiles, effectus Dei sunt: ergo Deus est mutabilis.
Item, si primum ens esset penitus immutabile; tunc plane 7.
esset ens necessarium, quippe, qui eodem modo semper se haberet. sed tunc non esset omnino liber, quia necessitas libertati opponitur: nam quod est liberum, ad vtrumlibet indifferenter se habet: Deus autem est maxime liber, libere ergo, & non ex necessitate agit. Ex quo non est necesse, vt primum mouens, necessario moueat primum cœlum: atq; ita potest esse mutabilis: quod enim est in potentia, siue liberum ad agendum, ab actione, atque motu potest quiescere, & ita mutari. Ex his ergo patet, quod Deus sit aliquo modo mutabilis.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

AD 1. Deus nullum habet actum volendi de nouo si- 1.
bi aduenientem, sed vnico, eoque æterno, tum ex parte sui, tum etiam ex parte voliturum, secundum aliquod tempus, vult omnia Itaque, ratio actiua volendi, est æterna Dei volitio, siue voluntas; quæ tunc mundum esse voluit, quando conditus est. Ad confir. 1. *Voluntas Dei æterna.* neg. similitudo, siue comparatio: nam voluntas noua, est limitata, atque creata: quæ profecto, nec natura, nec duratione, ante effectum antiquum, esse habere potest: voluntas autem diuina, quoniam limite caret, atque omnipotens existit, effectum nouum, quem natura, & duratione præcedit, producere valet. Igitur voluntas Dei, ob summam, infinitamque perfectionem, æterno ac simplici actu, & noua vult, & antiqua Ad 2. confir. voluntas Dei æterna voluit omnia ab æterno: nec inde sequitur, esse aliquem effectum æternum: voluit enim omnia condita in tempore fieri, atq; creari. Quamobrem, etsi diuinæ voluntatis actus sit æternus in se, atq; necessarius; obiectum tamen, in quod trāsit, contingens potest esse, & nouum. Quando ergo dicis, tunc *Si voluntas Dei possit dici indeterminata.* voluntas secundum se, indeterminata merito diceretur, at-

De immutabilitate Dei.

que ita contingenter vellet. Resp. indeterminatam quidem
dici, non passiua, sed actiua indeterminatione: idque non
tempore aliquo indeterminato, aut duratione. sed ratione
solum; ideoque determinante, aut mutante non indiget:
quippe, quę secundum actum intrinsecum sit determinata;
non sic autem ad obiectum contingens, atque extrinsecum.
Ad tertiam confirmationem: primæ planè causæ, causa non
est quærenda: sed voluntas Dei est prima causa, ad quã tandem
omnis voluntas, siue res contingens deueniat, necessa
est. ergo. Hæc siquidem diuina voluntas in seipsa necessaria
est: respectu vero obiecti contingentis, vocatur contingens.
2. Ad 2. Deus est immutabilis, mutabilia condens immutabiliter:
quæ sane, quoniam ex nihilo cõdita sunt, mutationi
subiacent. secus autem esset, si ex sua substantia cuncta
condidisset: tunc planè fierent, atque essent omnia immutabilia.
quoniam autem ex nihilo condita esse voluit, &
corruptioni, mutationique obnoxia; ideo, tum ex parte
conditionis, tum etiam ex parte conditoris, ita instituentis,
3. areata omnia, aut mutantur, aut mutari possunt. Ad 3. Ratio
illa valat in agente creato, non autem in Deo, qui actionem
habet æternam; quam ob causam, licet ab æterno res
esse voluerit; non tamen ab æterno creare, aut creasse dicitur.
Dicis, à contradictorio, in contradictorium, sine mutatione
transitum fieri non posse: creans autem, & non creans
sese mutuo oppugnant: ergo. *Dico*, mutationem huiusmodi
in creaturam cadere, non in Deum quemadmodum dicimus
de nouo lapidem cognitum esse, non sui quidem; sed
cognoscentis mutatione facta. Ad confir. de sapientia respondeo:
sapientiam, omnibus mobilibus, mobiliorem
appellari: quia nimirum valocissimum in creaturam suæ
diuinitatis cursum immittit. Omnia siquidem à diuina sapientia
proficiscuntur: cuius reuera, quæ proximiora sunt,
maiorem præseferunt similitudinem: remotiora vero, minorem:
Proinde Dionysius. *Omnis, inquit, processus diuinæ manifestationis, venit ad nos à patre luminum.* Ad 4. Deus nullam
4. habet ad creaturam aptitudinalem, seu realem rationem;
sed magis ipsa creatura ad Deum. Arg. ergo nihil concludit.
5. Ad 5. Diuus August. Platonice locutus est putabat enim
Plato, intelligere, & velle, motum quendam esse. Quoniam
igitur Deus seipsum perfectissime intelligit, atque vult; ideo
6. seipsum mouere arbitratus est. Ad 6. inter effectum, &
causam duplex similitudo perpenditur vna quidem identitatis,
altera vero proportionis. Prima autem necessaria
non est, sed secunda potius. Licet igitur corporalia quatenus
mutationi subdita sunt, à Dei similitudine quam longissime
absint, illam tamen, quatenus entia sunt, imitantur.
hæc certe similitudo sufficiens est, ad effectum statuendum.
7. Ad 7. de hac materia dixi folio 30. vbi huic quæstioni
respondi.

Omnibus mobilibus mobilior sit.

Dionys. hierarch. c. 1.

MERCVRIVS Dial. X.

Deus, & pater, & bonum, ô Tati, naturam eandem, imo eundem actum habent. Huius actus voluntas est huius essentia velle cuncta subsistere.

Commentum XI.

POSTQVAM de generatione, & diuinitate filij Dei, pro tenuitate nostri ingenij, in re tam grauissima, & obscurissima, aliquid in medium protuli, necnon de simplicitate, & attributis Dei, deque ipsius immutabilitate: par est, ac ratiom consentaneum esse iudico, vt de Dei essentia, & existentia, nonnihil in medium proferam; vt quæ dicta sunt, & dicenda, clarius, lucidiusque intelligi possint. Porro Mercurium in Pymandro ita legimus de hac re fuisse locutum: *Deus, inquit, & pater, & bonum.* Tribus egregiis titulis Patris personam appellat. In primis *Deum*, ab ipsa vtique Deitate siue diuina essentia, sic dictum, & esse habentem nominat. Deinde *patrem*, à paternitate. Postremo, *bonum* à fœcunditate: fœcunda est enim prima persona in diuinis, ad intra quidam duplici fœcunditate, nempe partu intellectus & voluntatis: ad extra vero productione creaturarum omnium, atque conseruatione, quæ communis est tribus personis diuinis. *Deus, inquit, ô fili, & pater, & bonum, naturam eandem*, nempe diuinam essentiã, *imo eundem actum*, essentialem scilicet *habent*, non autem personalem, quia persona generat, non autem diuina essentia. *Huius* scilicet, Dei patris *actus, est voluntas*, quæ idem est essentialiter & realiter cum diuina essentia. *Essentia* vero huius Dei patris, *est*, qua cuncta subsistunt: omnibus enim est esse: quibusdam autem esse & viuere: nonnullis vero rebus, esse, viuere, & intelligere. Quia Deus voluit, ideo sunt: & quia est per se ipsum; ideo alia habent esse per participationem. In 12. autem Dialogo declarat, quomodo filius sit de essentia patris, vt supra dictum. *Mens*, inquit, *ô Tati*, id est, filius, Mens de patre, filio, & spiritu sancto dicitur: qui sunt vna mens essentialiter, tres vero personaliter. Hæc persona nascitur de essentia, quia nascendo, diuinam accepit essentiam. Magis ergo accedit ad confessionem, & veritatem fidei catholicæ, quam Arius, Sabellius, Eunomius, Manichęus, Valentinus, & alij, qui Christi diuinitatem negarunt, & quidem inepte & indocte. Si enim filius nascitur de essentia, & ista essentia est æterna: igitur filius est æternus. Neque enim per mentem, persona patris intelligi potest: quia pater non nascitur; alioqui esset ab alio, quod patri non conuenit. Neque filius nascitur ab essentia, id est, à diuina essentia generatur; alioqui diuina essẽtia generaret: Sed diuina essentia non generat, neque generatur: igitur nascendo ex patre, diuinam accepit essentiam: in quo duo maxime declarauit, nempe consubstantialitatem & originem filij: Filius enim, & consubstantialis est patri, & ab eo substantiam accepit: Deinde quantum discriminis inueniatur inter generationem filij Dei, & creaturam, & creaturarum generationem, clarissime ostendit. *Mens, inquit, ab essentia Dei nequaquam diuisa, sed illi potius connexa eo modo, quo Solis corpori lumen.* Sensus est: filius Dei, qui dicitur mens secũda, ita à patre nascitur, sicut lumen à corpore Solari. Proinde quemadmodum lumen à solis corpore perpetuo fluxu luminoso dependet; ita, vt nunquam sit sol sine suo lumine, nec vicissim lumen, sine sole; eodem modo ita filius nascitur à Patre, ab eo accipiens per generationem æternam diuinam essentiam, vt nunquam pater fuerit sine filio, nec vicissim filius sine Patre. Præterea quemadmodum lumen est de substantia luminis solaris; ita filius de substantia patris, eadem numero, non sic autem lumen de corpore Solis. Secus autem se habet modus generationis in creaturis: filius enim non est de eadem substantia patris, numero, sed specie: nec semper pater filio coexistit, aut filius patri: propterea genuina patris imago dici non potest. Quod vero ista mens genita de essentia Dei patris, sit Deus, audi quæso patienter magnum Mercurium, quasi alterum Ioannem Euangelistã, ante omnes prophetas, excepto duntaxat Mose de filij diuinitate mira prædicentem. *Hæc mens*, inquit, *Deus est*: sic Ioannes in Euangelio suo: Et Deus erat verbum. Istius mentis effectus, soli Deo competere possunt, igitur est Deus. si opera facio, quæ nemo alius facere potest: & si mihi non vultis credere, operibus credite. Enarrat effectus mentis secundæ: *in hominibus, inquit, est Deus. atque idcirco nonnulli ex hominum numero Dij, eorumque humanitas, diuinitati proxima est.* hæc ille. Sensus est, iste filius Dei dedit hominibus potestatem filios Dei fieri, quorum humanitas, diuinitati proxima, quia homo in terris est mortalis Deus, in cœlo autem immortalis Deus. *In animalibus autem irrationabilibus mens illa, natura est: nam vbicunque anima; ibi quoque mens; quemadmodum vbicunque vita, ibi etiam anima.* hæc Mercurius. Sensus est, Mens illa, quæ dedit hominibus potestatem filios Dei fieri, quæque Deo conformes efficit per morum probitatem & virtutem intelligendi; ipsamet animalibus ratione carentibus naturam præstat sensibus ornatam. Mercurius, *In viuentibus absque discursu*, inquit, *est vita.* Sensus est, mens secunda, quæ in hominibus est Deus, in animalibus irrationabilibus est natura sensitiua, in plantis est vita vegetatiua, in omnibus denique rebus est esse. talis ergo mens proculdubio est Deus: neque enim ab aliquo alio ista fieri possunt, quam à solo Deo. *Mens quippe adiutrix est hominum animarum, eas in proprium bonum reuocans. in animis hominum resistit interdum, atque repugnat. Anima siquidem infusa corpori voluptate, atque dolore continuo deprauatur.* hæc ille. hæc omnia, quæ dicta sunt a Mercurio, Catholicæ fidei conformia sunt, quæ propterea elucidanda suscepi; vt ex ethnicis scriptoribus, eisdemque antiquissimis, qui scripturarum diuinarum peritiam profitentur, satis rationabiliter confutari possent & conuinci, qui de Christi diuinitate perperam loquuntur: itaque essentia diuina, per se existit, omnibus creatis dat esse: filius autem, æterna generatione à patre nascendo, diuinam accepit essentiam, à qua nunquam separatur, vtpote Deus verus, vt patet per ipsius effectus, & opera. sed audiamus Aristotelem, quid de essentia Dei dicat.

Expositio textus.

Actus Dei.

De essentia Dei.

Actus essentia Mercurius.

Vna mens essentialiter.

Generatio filij declaratur.

Mercurius.

Filius Dei à patre procedit, sicut lumen à corpore solari.

Mercurius.

Effectus mentis secunda.

Adiutrix hominum.

QVA-

De essentia Dei.

QVÆSTIONIS PRIMÆ

CAP. I.

Dei essentia, & esse sunt idem.

Philos. 12. met. com. 51.

SI Deus, inquit Philos. *nihil intelligit; sed ita se habet, vt si quis dormiat, quidnam ipsius excellentius? quid egregium erit? Sin intelligit, huius vero est aliud auctor, non est tertium id, quod est ipsius substantia intellectio, sed potentia, non erit substantia optima. igitur intellectus intellectio, & quod intelligit, ipsius substantia est.* Ex quo patet, Deum esse, suum intelligere; alioqui ipsius intellectus, instar potentiæ se haberet ad actū vnde laboriosa sibi ipsi intellectio fieret quod profecto nobilissimæ substantiæ, minime conuenit. si igitur nobilissimæ substantiæ intellectus, in actu semper non extiterit intelligendi, sed interdum in potentia; profecto non erit illud egregium, & præclarissimum bonum, quod omnia confitentur & appetunt. Sane, intellectus in potentia, vel in habitu existens, similis est dormienti, qui vitæ actum, nequaquam exercet; nam somnus, est dimidium vitæ. quamobrem, felix dormiens, ab infelici non differt: nec virtute præditus, ab insipiente. Intellectus ergo nobilissimæ substantiæ, actu semper intelligat, necessarium est: per suum enim intelligere, inest nobilitas intelligenti. Plane intelligere inest intelligenti intrinsece, & foras non progreditur. est certe perfectio intelligentis, sicut esse existentis, & viuere, viuentis. Quemadmodum enim, esse consequitur formam; ita, absque dubio, intelligere speciem intelligibilem: Dei autem forma (si licet sic loqui) est suum esse: proinde, quoniam ipsius essentia, ad similitudinem se habet speciei intelligibilis: eius plane intelligere, suum esse, atque essentia est omnino. Sed videndum nobis est, quid discriminis sit inter essentiam, & esse, essentia namque vno modo, idem est, ac eos possibile: quam quidem potentiam obiectiuam appellant: quam profecto, rosam hyemis tempore habere, affirmant. cui opponitur esse actualis existentiæ. Alio autem modo essentia pro natura accipitur: vnde hominis essentiā, humanitatē vocant. similiter etiā esse cōdiuiditur: itaq; esse potētiæ obiectiuæ, ab esse potētiæ subiectiuæ quæ est in materia, differre non videtur re, sed ratione tantum: forma nāq; producenda, actiuoe agentis, & obiectiuæ, & subiectiuæ potentiæ terminus est. Ex quo patet, duplicem in formæ productione, compositionem inueniri: alteram quidem, ex forma, & materia, alteram vero, ex esse, & essentia: cæterum, in separatis à materia idem est esse, & essentia, tum si primo, tum etiam si secundo modo sumatur. etenim, quæ à materia separata sunt, secundum Peripatheticam doctrinam, æterna consistunt. ideoque ante illorum esse, potencia nulla præcessit, nec obiectiua, nec etiam subiectiua. omne namque possibile ibi necesse est esse, quia esse melius, est necessarium. sed possibile esse in illis, idem est, quod esse: igitur, idem est esse & essentia primo modo accepta, idem quoq; secundo modo. Et indiuiduum: quandoquidem in separatis à materia, in vna specie, vnum tantum modo fit indiuiduum: itaque in simplicibus essentia, est statim id, quod est, vt 7. & 8. *met.* dicitur. quia nimirum, nulla est ibi compositio. Auerr. etiam, *Essentia, inquit, non est eadem cum intelligere, quod est actio intellectus in nobis: & intellectus in nobis, non est idem quod intelligere omnibus modis: & causa in hoc est, quia intelle[c]tum in nobis, est aliud ab intelligentia: in eis autem, quæ sunt non in materia, contingit vt intellectum, & intellectus, & actio sint idem.* huiusmodi sententiæ extitit Auicenna, Algazel, Phil. Themistius, Simplicius, Alexander, aliiqui plurimi. Plato in lib. Parmenidis ab Aristotele dissentit quo ad secundum modum essentiæ: posuit enim, teste Aristotele, compositorum essentias separatas, de quibus postea dicetur. Arist. vero, vt 6. *met.* disputat, ab indiuiduis non separat. Catholici vero, qui præter primam substantiam, condita, ac de nouo creata omnia esse fatemur; huiusmodi essentiæ, atque esse vnitatem, soli Deo attribuūt. in ipso quippe esse & essentia, & re, & ratione idem sunt. Re quidem, siue subiecto, quia omni ex parte simpliciter est æternus; ratione vero, quoniam causatus, aut dependens, nullo modo intelligi potest. hæc autem, neque intelligentiis, etiam si æternæ extiterint, neque conditis in tempore sunt attribuenda. Sane Auer. in cœlis compositionem quandam æternam statuere videtur ex esse, & essentia, nempe ex intelligentia, & orbe, quam ex motu percipimus. Præterea, quælibet intelligentiarum (prima tantum seclusa) est causata, vt ipsemet dicit in eodem com. proinde composita quodāmodo dicitur ex aliquo essentiæ simili, & ex aliquo actui simili. Cæterū, quoniā secundū ipsius doctrinā, neutra harū compositionū, est noua, hac de causa, esse, & essentia in illis idem esse dicuntur: per attributionem vero diuersa, quemadmodum exemplicat. etenim intelligentiarum essentia, sine esse fuit nunquam, nec esse potest: esse ergo, & essentiam in illis idem esse, clarissimū est. in nouiter vero conditis, quoniā possibile, præcessit esse; idcirco, ex esse & essentia in illis vera est compositio. Sed dices, si essentia pro natura, esse vero pro indiuiduo intelligantur in nouiter creatis: profecto talis essentia de indiuiduo dicitur: vel ambo de eodem prædicantur: igitur esse, & essentia in rebus creatis, sunt eadem subiecto: si vero pro ente in potentia, intelligatur; ambo plane, materiæ accidunt, vel esse, essentiæ accidit: ergo quod prius. *Resp.* subiecto eadem esse, separabiliter tamen: quam ob causam, eadem subiecto simpliciter sunt minime. At in æternis, & subiecto eadem sunt, & inseparabili connexionis vnitate: itaque intellectus diuinus propie est suum intelligere, suaque intellectio, atque suum intelligibile: authore Auerro. *Quamuis, inquit, intellectus & intelligibile in separatis intelligentiis sint vnum, & idem, non ob id tamen in simplicitate sunt æquales; differunt enim magis, minusque. profecto huiusmodi simplicitas, in primo tantummodo intellectu, pura consistit: primi sane intellectus substantia, per se existit: alii vero id intelligere, habent, quod à primo intellectu receperunt. Et, in sola prima intelligentia, quidditas, & essentia sunt idem omnibus modis: in aliis vero, quoquo modo distinguuntur.* Et alibi: *Deus sublimis est simpliciter perfectus, in quo intellectus est existens per se, & essentia, & quidditas, sunt omnibus modis eadem.* Denique Moses dicit: *Ego sum, qui sum:* quia nimirum sum meum esse simpliciter. Consentit his Plotinus. *inest Deo quidam simplex intuitus ad seipsum, in quo, cum non sit aliquod interuallum, nec differentia ad seipsum prorsus vlla,* merito hoc ipsum, quod dicitur intendi in se, vel intueri seipsum, nihil aliud nisi ipsummet existit. Et *cap. 40 actio Dei, est eius essentia, coexistitque in essentia.* neque illic diuersum intelligentia, atque hæc ipsa essentia. sed hæc ipsa natura seipsam intelligit, non tanquam diuersum aliquid, vbi nulla est diuersitas: Deus ergo est suum esse, sua quidditas, atque intellectio, & essentia.

Deum esse suum intelligere.

Intelligere est perfectio intelligentis.

Essentia, & esse, varie sumuntur.

Esse potentia obiectiuæ & subiectiuæ.

Separata à materia sunt æterna.

Auerr. 12. met. c. 51.

Plato dissentit ab Aristote.

Catholici.

Esse & essentia idem in Deo.

Auerr. 3. de an. com. 5.

De esse & essentia Dei.

Compositio ex intelligentia & orbe.

12. met. c. 59.

Auerr. 12. met. c. 15.

Intellectus diuinus proprie suum intelligere.

Auerr. 3. de an. c. 5. In solo 3. quæst. 5. met. 21.

Moses.

Plotinus enn. 6. l. 7. c. 38.

Actio Dei est eius essentia.

CAP. II.

Quod Dei essentia, & esse non sint idem.

ROsset aliquis contra ea, quæ supra dicta sunt, hoc 1.
modo oppugnando, arguere. Intelligere, authore
Phil. lib. *de an.* est quædam operatio. sed substantia
nobilissima nō est operatio, nā operatio, ab operāte aliquid
procedens significat: substantia autē Dei à nullo operante
procedit: igitur, Deus non est suū intelligere. Sane, omne in-
telligere, alicuius respectum intuetur: at substantia nobilis-
sima, ab alicuius respectu non pendet: igitur ipsamet, non
est suum intelligere: alioqui intelligeret se intelligere se, &
sic deinceps, vsque in infinitum. Amplius, pater in diuinis, 2.
non est suum intelligere: igitur Deus non est suum intelli-
gere. etenim si pater in diuinis esset suum intelligere: aut
certe suum intelligere filii ipsius intelligere esset, aut diuer-
sum, essentialiter loquendo. si diuersum, tum, aliqua essen-
tialis perfectio, patri conueniret, qua filius omnino careret.
quod si idem sit vtriusque intelligere: ergo, pater est filius:
filius enim est suum intelligere. si certe filii intelligere, v-
num ac idem sit, quod patris intelligere & vterque est suum
intelligere, absque dubio, pater est filius, [illegible] filios est
pater: sed vtrunque istorum, rationi, ac fi[illegible] non consonat:
pater ergo non est suum intelligere. Adhuc, nihil est in se- 3.
metipso: sed essentia diuina, nempe Deitas, in Deo esse dici-
tur: Deus ergo non est idem, quod sua essentia. Adde, quod
effectus, suæ causæ assimilatur omne enim agens, agit sibi
simile: sed in rebus creatis, quæ Dei effectus sunt, supposi-
tum, & natura, id est, Ioannes, & humanitas, non sunt idem:
igitur, nec Deus est idem, quod sua Deitas. Præterea, quæ 4.
sunt eadem subiecto, & ratione; eūdem profecto quiddita-
tiuum conceptum habent, sed essentia, & esse in hoc maxi-
me discrepant: non sunt ergo idem, existere, & subsistere, si-
ue esse, per quod constituitur suppositum: ad quidditati-
uum enim essentiæ cōceptum non pertinet: igitur existere,
siue essentia, non est esse. Profecto, quæ distinguuntur se-
cundum cōmunissimas rationes formales, quidditatiue
non sunt idem: sed existere, & subsistere talia esse proban-
tur: ergo quod prius. Item, quod nō solum conuenit essen- 5.
tiæ, sed etiam aliis attributis; ab ipsa reuera essentia, quid-
ditatiue distinguitur, aut saltem ad illius quidditatiuum
conceptum non pertinet. sed esse actualis existentiæ diuinis
conuenit attributis: igitur esse ab essentia in diuinis sepa-
ratur. Nam si per impossibile diuina essentia nō esset, adhuc

De esse, & essentia Dei. abstractiue posset intelligi: esse non intelligendo, per aliquid ipsius repræsentatiuum. ex quo patet, esse ab ipsa diuina essentia, aliquo modo posse separari.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

1. AD 1. ex supra dictis, patet solutio: Dei enim intelligere, atque operatio huiusmodi est sua essentia. Ad confir. dico: Dei intelligere, simplius esse, & non alterius: propterea, non opus est in infinitum progredi.

2. Ad 2. patris intelligere, à filij intelligere, non re, sed ratione, seu modo discrepat intelligendi: pater siquidem seipsum intelligit, vt concipiens: filius vero, vt conceptus. vnde Plotinus. *Ipsa, inquit, actio prima, subsistentiam generans in essentiam.* cumque alterius sit imago, tam excelsa imago est, vt sit etiam essentia. sin autem illius quidem foret, neque tamen ab illo nihil in se aliud esset, quam quod foret illius, neque in seipsa substantia foret: vnum ergo, atque idem est patris, ac filij essentiale intelligere; diuersus tamen, vel alius modus intelligendi. *Plotinus. enn. 6. lib. 7. c. 40.*

3. Ad 3. simplicia, per compositorum cognitionem intelligimus; atque ideo, quando de Deo loquimur, nominibus vtimur concretis, vt eius subsistentiam significemus, apud nos siquidem composita tantum subsistunt: abstractis quoque vtimur, ad ipsius simplicitatem demonstrandam. Quam ob causam, quando Deitas, vita, vel aliquid huiusmodi in Deo esse dicitur; non Deitatis, sed nostri indicat diuersitatem intellectus. Ad confir. resp. Dei effectus, ipsum imperfecte imitari: id namque, quod est simplex, & vnum, per multa repræsentetur, necesse est: proinde contingit compositio ex qua fit, vt suppositum non sit ipsius natura.

4. Ad 4. neg. minor, & ad prob. dico, in diuinis subsistere duplex esse: vnum quidem incommunicabile, quod est personale, siue suppositi; alterum vero essentiale, & communicabile, quod plane est idem penitus cum essentia. de existere autem simile est iudicium. Ex quo patet argumentum nihil valoris habere. Ad confir. dico, non dari talem essentiæ. & esse abstractionem, secundum vniuocam aliquam Dei ad creaturam, communitatem. quod si tanquam possibilis, concedatur; adhuc tamen esse, veluti & necesse, in Dei conceptu clauderetur: quamuis ab intellectione essendi in communi accepta distingueretur. *In diuinis est duplex subsistere.*

5. Ad 5. neg. maior: nam ita bene essentia attributis conuenit, quemadmodum & esse. quod sane est quidditatiue idem essentiæ. quare ratio maioris nulla est. Ad confir. resp. notitiam abstractiuam de Deo. quidditatem ab esse, sub ratione obiecti cogniti non abstrahere. sed vt in re, & in ente, quoniam accidit sibi, vt abstractione cognoscatur, quod scilicet in re existat: quemadmodum existentiæ accidit esse in re: vt sic fiat cognoscibilis. Itaque essentiam diuinam aliquo modo non esse idem, quod suum esse, omnino fieri nequit, neque intelligi potest. Illud sane, quod formaliter est summe necessarium. ex seipso, esse complectitur; alioqui non esset formaliter ex se necessarium: sed essentia diuina, ex seipsa est formaliter necessaria, absolutissima: ergo ratio essendi, illi conuenire debet. Necessarium plane, autore philos. est inuariabile, & quod aliter se habeat, est impossibile: sed Deus est talis per essentiam: ergo quod prius. Item, in Deo est vna, & eadem ratio & quidditatis, & esse secundu[illegible] Algazelem in primo tractatu suæ met. primaque diuinitatis; quod plane à veritate quam longissime abesset, si diuina essentia. quidditatiue. & per se primo non esset suum esse. quod igitur suum esse sit diuina essentia, ex his, quæ diximus, manifestum esse puto. *Essentia diuina ex seipsa necessaria.*

CAP. IV.

Argumenta, quæ videntur probare essentiam, & esse actualis existentiæ in creatura differre realiter.

1. PArticipans realiter differt ab eo, quod participatur: nihil enim seipsum participat. sed essentia participat, & recipit esse; quia nimirum est ens ipsum participans: igitur, realiter differunt ab inuicem.

2. Præterea, id, quod per se est in potentia ad aliquid atque ex se indifferens ad ipsum, vel eius oppositum, ab ipso realiter differt; ad seipsum certe, vel ad suum oppositum indifferens, est nihil: sed essentia creaturæ, est in potentia contradictionis, alioqui si determinaret sibi esse, non posset non esse, & sic omnino esset necessaria. si non esse, esset impossibilis: ergo quod prius. Amplius, si essentia in creatura non differt a suo esse; tunc plane esset suum esse. sed hoc est impossibile, quia tunc creaturæ essentia, esset plane suum purum esse subsistens, quod soli Deo conuenit: igitur realiter differunt. *De esse, & essentia Dei.*

3. 4. Item, illa quæ diuersis potentiis cognitiuis apprehenduntur, realiter ab inuicem separantur sed creaturæ essentia, seu quidditas ab intellectu (cum sit eius obiectum) esse vero, à sensu apprehenditur; est enim particularium ac actu tantummodo existentium cognitiuus: ergo &c.

5. Adhuc, terminus mutationis realis, à subiecto, vel quopiam subiecti vice fungente, realiter differt: ipsum enim naturaliter præsupponit, quippe, cum mutatio ad ipsum, non autem ad subiectum terminetur. sed esse, est primus terminus creationis, quæ est mutatio; essentia autem, vice subiecti fungitur ergo &c.

6. Item, esse causatur ex principiis essentiæ: differunt igitur realiter; alioqui. ita propositio ista erit necessaria: essentia habet esse, sicuti essentia est essentia; atque ita creatura ex necessitate naturæ à Deo procederet, essetque penitus annihilabilis, quod rectæ rationi non consonat. Sane, omnis essentia creata habet aliquid sibi realiter coniunctum, præter suum esse: sortes enim præter suum esse, habet quantitatem, albedinem, & similia sed nullum esse, quod est idem cum sua essentia, habet aliquid adiunctum præter se; alioqui in alio esset receptum: igitur nullum esse per se est essentia creaturæ. Suffragatur huic sententiæ Boetius in Hebdom. *In omni. inquit, eo, quod est, præter primum, differt quod est, & quo est*: sed quod est essentia. quo vero est ipsum esse ergo &c. Consentit Auicenna 5. *met. Esse, inquit, actu, vel potentia, sunt passiones entis*: sed passio realiter differt ab eo, cuius est: ergo &c. *Auicenna.*

C A P. V.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. resp. si distingui realiter rerum diuersitatem denotet, qualis nimirum est inter materiam, & formam. aut accidens & subiectum; falsa profecto est huiusmodi sententia: sin autem, alio modo; tanquam bonam admittimus. Essentiam sane, rei quidditatem, per diffinitionem expressam, intelligo: esse vero actualis existentiæ, ipsius essentiæ productæ respectum ad Deum creantem, atque conseruantem: sicuti, effectum ad primam per se causam efficientem. *Essentia quid sit. Esse quid sit.* Ad hanc certe causam primam, essentia est in potentia, velut fundamentum est in potentia respectu creaturæ, vbi respectus realiter saltem distinguitur a fundamento. sit nobis exemplo, genus, quod plane in natura specifica, suo modo in potentia est ad differentiam, facitque compositionem veram: species enim ex genere. & differentia, sicut creatura ex esse & essentia componitur. Porro, esse actualis existentiæ, atque ipsa essentia, quamuis eiusdem sint generis, atque prædicamenti; diuersimodè tamen se habent. nam essentia per seipsam est in prædicamento: esse vero, quia essentiæ consubstantiale est. igitur, res non est in prædicamento respectu existentiæ, sed essentiæ, vel quidditatis potius. Ex quo patet, res cuiuslibet prædicamenti proprium esse existentiæ habere, sicuti propriam essentiam: in creatura autem. esse actualis existentiæ, respectus i. uera est essentiæ creatæ, & dependentia quædam, ad primam causam efficientem. *Esse, & essentia in creaturis differunt.* Quando ergo dicitur, in creatura esse ab essentia realiter distingui: si hoc modo intelligas, consentio quidem, sin aliter (vt diximus) nego. ad argum. *omne participans* &c. Resp. participans bifariam intelligitur: vno quidem modo, vt effectus suam causam participans, & sic ab inuicem realiter differunt; ita vero, essentiam, ab esse in creatura differre, negamus: alio vero modo, vt esse participat suum fundamentum, à quo realiter distinguitur. sicut genus participat differentiam. in his certe non est realis. i. essentialis distinctio, sed ille quidem, quem paulo ante enucleauimus, modus. *Participans duplex.*

2. Ad 2. id sane, quod est in potentia ad aliquod positiuum, vtique indifferens ad oppositum, ipsumque recipit, sicut forma, materiam. aut subiectum, accidens; ab ipso profecto realiter .i. essentialiter differt: essentia autem creata, non ita est in potentia ad suum esse; sed magis sicut fundamentum in creatura, ad substantialem respectum, & eundem essentialiter sibi, & sicut genus ad differentiam, quæ simul necessario sunt, & non sunt. hoc modo realiter distinguuntur: sed nihil est contra nos, sed fauet magis. Quando ergo arguis, in minore, essentia est potentia contradictionu ad esse, vel non esse, quod neutrum sibi determinat, dico: essentiam, si erit mansura, ad esse, sicut ad seipsâ determinatâ esse; potest tamē non esse, quia potest nō manere, atq; excidere ex ente in nihil: *Essentia determinatur ad esse.*

De esse & essentia Dei.

nihil: eo plane est annihilabilis, quo non est penitus necessaria. Ad hunc etiam, & ipsum existere potest non esse in actu; quia nimirum existentia potest non existere, sicut essentia, ab existere tamen realiter non differt.

3. Ad 3 Neg. conseq. nam creaturæ essentia non est suum existere nec vnum de altero in recto, & in abstracto, prædicatur. Secundum ergo modum prædictum, realiter differunt: non tamen sicut forma, & materia, aut aliquid huiusmodi, sed sicut genus & differentia. Itaque essentia creaturæ non est suum esse, quemadmodum animalitas non est rationalitas, hæc autem in Deum cadere non possunt, vt dictum est.

4. Ad 4. Maior, vera est in potentiis sensitiuis exterioribus, quarum per se obiecta positiua realiter distinguuntur: in potentiis autem subordinatis, nempe in intellectu & sensu, aliter res se habet: Etenim eadem res ab vtroq; percipitur, siue percipi potest. Idem sane quod sentitur, intelligi potest; intellectus namque circa totum ens sensibile, suam valet potentiam extendere. Proinde quando in minore, ais, essentia & esse diuersis potentiis cognitiuis apprehenduntur, dico, essentiam, & intelligi, & sentiri posse: differenter tamen. intellectus profecto quidditatiue cognoscit essentiam ab esse, siue à suo singulari, & abstrahendo, & diffiniendo; quia illius obiectum est quidditas, sensus autem minime. Adhue, esse non est id, quo obiectum sensus est singulare, quippe, cum indiuidualis naturæ sensibilis, differentia non sit id-circo argumentum non facit ad rem. Præterea, etiam si essentia ab intellectu, existentia vero à sensu cognoscantur; non ob id tamen, realiter. id est, essentialiter distinguuntur, quemadmodũ nec essentia, & suũ singulare, sed realiter, vt dixim⁹.

Essentia cognoscitur ab intellectu quidditatiue.

5. Ad 5. terminus mutationis realis, quæ profecto vera mutatio appellatur. nedũ realiter, verũ etiã essẽtialiter, & à mutatione & à subiecto mutationis separatur. Porro, creatio, non est vere mutatio: non n. est de aliquo subiecto quã ob rẽ, essentia, respecto ipsius esse, sicut subiectũ nequaquã se habet: alioqui nõ crearetur, sed creationi præsupponeretur, quod reuera falsum est. Ipsa igitur essentia creationis terminus est: suum vero in actu existere ad producens refertur. Quod si dixeris, referri existere, vel esse præsupponit, verum esse dico, de eo quod respectum habet accidentalem, & essentialiter distinctum: qualem certe essentia, & esse non habent. Igitur nihil concludis.

6. Ad 6. Neg. conseq & ad prob. resp. quod essentia est essentia, ipsam ab actu abstrahendo, vel potentia: aut sub disiunctione accipiendo, propositio necessaria est. Contingens autem est, essentia est actu, & extra intellectum: hoc siquidem modo essentia potest non esse essentia. Similiter ista est necessaria, essentia habet esse actu, vel potentia: & ista est contingens, essentia habet esse actu. Et cum hæc ita se habeant, distinguuntur tamen realiter, vt dictum est. Ad confir. Boetij resp. verum quidem esse, quod est & quo est, in creatura realiter differre, modo supradicto, & esse, aliquo modo ad essentiam posse comparari; sicuti respectum ad suum fundamentum, & actum, ad suam potentiam. Ad Auicenn. autem dicimus, passionem à subiecto non realiter, id est, essentialiter differre. verum nonnulli contendunt hæc quæ dicta sunt, ex natura rei tantum ab inuicem distingui.

CAP. VI.

Quod esse actualis existentiæ, & essentia, distinguantur tantummodo ex natura rei.

1. MAnente eadem ratione, inquiunt, manet idem effectus ergo, esse realiter differre ab esse, & essentia ab essentia. patet: nam si ratio, qua esse ab essentia realiter differt, sit nimirum potentia contradictionis, id est, indifferentia essentiæ ad esse, & non esse, igitur, vbi talis differentia inuenitur, talis distinctio est ponenda: sed consimilis inuenitur differentia esse ad esse, & non esse; esse enim rosæ in hyeme non est, in vere autem est; & creaturæ essentia ab æterno non erat, modo autem est: ergo quod prius.

2. Amplius, quandocunque sunt aliqua duo essentialiter ordinata, & realiter distincta; prius absq; posteriori, sine contradictione, fieri potest: sed essentia sine existentia, fieri non potest: essentia namque particularis, quæ sola fit, necessario est existens: ergo realiter ab inuicem non differunt.

3. Præterea, quæ distinguuntur realiter, se habent sicut res, & res: sed essentia, & existentia, non sic se habent: ergo. patet: quia res conuertitur cum ente in actu, actualitate existentiæ.

4. Iterum, nulla res componit cum sua realitate: ergo nulla quidditas differt realiter à sua existentia: tenet Consequentia quia existentia est sua realitas rei? nihil. Nec esse nimest aliud dicere, rem esse realiter, quam existere, & è contra conuerso Anteced. autem de se notum est. absurdum enim est dicere, aliquid cum sua realitate componi.

5. Adhuc, homo verus non componit cum sua veritate nec homo affirmatus cum sua affirmatione: igitur quidditas non componit cum sua existentia patet consequentia nam rei existentia, nihil aliud est, quam positiua veritatis, & affirmatiuæ eius antecedens autem oppositum non videtur bene intelligibile.

6. Præterea, essentia, & existentia habent idem contradictorium. ergo non distinguuntur realiter. conseq. est nota. anteced. vero manifestatur. nihil sane est, quod priuet esse, quin priuet essentiam.

7. Adhuc, homo in potentia non componit cum homine in actu: ergo essentia & existentia non componunt, & consequenter non realiter distinguuntur, conseq relinquitur per se nota, quia essentia est in potentia, existentia vero est actualitas eius. Anteced. vero patet, actus siquidem, & potentia diuidunt ens, vt conditio diminuens, & perficiens, sicuti verum, & pictum diuidunt animal, authore comment. Quare homo in potentia, non est simpliciter homo: quando vero est in actu. quia sub conditione perficiente positus est. solam conditionem distrahentem perdit: atque ita nullam compositionem habet cum homine in actu.

9 met. tem. 7.

8. Item, esse existentiæ, si est distinctum realiter à quidditate, non est substantia, nec accidens: ergo. Anteced. patet: nam quod non sit accidens, tanquam verum ponatur: quod vero non sit substantia probatur aut enim est materia, aut forma, aut compositum. sed nullum istorum est apud te. ergo &c.

9. Amplius, existentia & essentia distinguuntur realiter. ergo in qualibet generatione substantiali sunt duo termini totales, & duo termini formales: conseq. est impossibile, ergo &c. Aristot. namque causam assignat, quare compositum substantiale est per se vnum; quia nimirum materia est per se potentia, forma vero per se actus. compositum ergo per se vnum, fit ex per se actu, & per se potentia: sed essentia se habet loco potentiæ, existentia autem loco actus: igitur id, quod resultat ex esse, & essentia, est per se vnum: atqui ita erunt duo composita vnitatem habentia, quorum alterum erit compositum ex materia, & forma; alterum ex esse, & essentia. Itaque, quoniam vnumquodque natum est per se generationem terminare, hac de causa in generatione, duo videntur esse termini totales. Sunt quoque duo termini formales, scilicet existentia, & forma substantialis. Profecto, formalis generationis terminus est id, quo aliquid generatur: sed hoc tum existentiæ conuenit, tum etiam formæ: ambæ ergo erunt formales termini. Siquidem eo modo, quo aliquid est ratio essendi, est ratio generandi. sed existentia est ratio essendi: igitur est ratio generandi: ergo quod prius.

8 met. com. 15.

Duo termini formales, & duo termini totales.

10. Amplius ex existentia, & essentia fit per se vnum: ergo datur processus in infinitum in essentiis. Consequens est impossibile: ergo &c. Quemadmodum enim ex materia & forma, resultat tertium per se vnum; quia scilicet illa est per se potentia hæc autem per se actus; ita certe ex existentia & essentia; quandoquidem existentia est per se actus, essentia autem per se potentia eadem enim ratio est. Consequentia autem probatur: nam si ex esse, & essentia fit tertium per se vnum, cum illud iterum distinguatur à sua existentia: componet cum ea, & ea fiet aliquid per se vnum: & iterum arguitur eodem modo de illo; & sic in infinitum.

CAP. VII.

Soluuntur Argumenta.

1. AD 1. neg. conseq nihil enim est indifferens ad aliqua duo, quorum alterum in sua diffinitione ibi determinat: esse namque ad intellectum ipsius esse, & essentiam ad intellectum ipsius essentiæ pertinere, apertissime constat. Quod autem esse rosæ hyemis tempore non sit, sed tempore veris, in causa est, quod essentia rosæ, cui sua prædicata quidditatiua semper adsunt, ad actum essendi non peruenit; & non ideo, quod esse indifferens sit ad vtrumlibet. Ad confir. de essentia dico, ex negatione actus essendi ab æterno, bene sequitur, ad esse, & non esse, rosam esse indifferentem; non sic autem ad rosã, & non rosam: siue ergo rosa sit, siue non, semper est rosa: Ergo &c.

Rosa, vt rosa semper est.

2. Ad 2. neg vtraque præmissa, & maior quidem ostensa est falsa minor vero in Christo ostenditur, in quo humanitas, absque creata existentia actuali, est. Sed de hoc alibi dicemus.

3. Ad 3. neg. maior, non enim necesse est ad tuendam distinctionem realem, vtrumque eorum, propriam habere

 existen-

Deesse, & essentia.

existentiam. Ad 4. Quemadmodum esse est duplex, scilicet
existentiæ, & essentiæ: ita profecto duplex est realitas, nem-
pe essentiæ, & existentiæ, vnde, quamuis nulla res compo-
4. nat cum sua realitate essentiæ, componit tamen cum reali-
tate existentiæ. hominis namque essentia absolute in reali
substantiæ prædicamento reponitur: posita autem in re-
5. rum natura, fit realis, existentiæ quidem realitate. Ad 5. ho-
mo simpliciter, bifariam dicitur esse verus, veritate nimi-
rum essentiæ & veritate existentiæ. Porro, homo verus,
veritate essentiæ, non componit certe cum tali veritate;
quæ nihil aliud est, quam fundamentalis ad sua prædicata
quidditatiua conformitas: sed bene cum sua veritate exi-
stente, id est, cum esse, quod fundat hanc veritatem, homo
est, componit. De affirmatione autem, simile est iudicium.
6. Ad 6. neg. anteced. cuius probationis vtrumque assumptum
est falsum. Sane, vt dicit philosophus primo top. cap. 12.
quot modis dicitur vnum oppositorum, tot dicitur & reli-
quum. Quare, sicut ens dupliciter dicitur, quidditatiuum,
& existentiæ; ita proculdubio non ens, siue nihil, nempe ni-
hil quidditatiue, & nihil existenter. Cæterum, homo abso-
lute sumptus, quoniam est in prædicamento substantiæ, est
ens quidditatiue: non tamen extra nihil actuali oppositum
existentiæ: quam ob causam, aliud est nihil oppositum enti
prædicamentali, siue essentiæ, & aliud, existentiæ actuali;
7. similiter, alia est negatio essentiæ, & alia existentiæ. Ad 7.
neg. conseq. non enim idem est dicere: homo in potentia
componit cum homine in actu. & essentia componit cum
existentia: prima siquidem falsa est, quoniam idem non
componit cum seipso: secunda autem est vera, quia extre-
ma realiter distinguuntur. Itaque non est eadem existentiæ
ad essentiam proportio: qualis profecto est hominis in a-
ctu, ad hominem in potentia: in prima plane, receptiuæ ad
actum potentiæ, proportio est & distinctio realis, vtroque
extremo, extra suas causas posito: in secunda vero, nequa-
quam; sed potius eiusdem ad seipsum vocatur proportio,
secundum diuersas sui dispositiones simul incompossibiles,
8. scilicet esse in potentia, & esse in actu. Ad 8. neg. anteced. si-
quidem substantiæ existentiæ, est substantia, & accidentis
existentia, est accidens. substantiæ autem existentia, non est
materia, neque forma, neque compositum; sed eorum om-
nium actualitas: atque ita in genere substantiæ est reducti-
ue. Sed *dices*: quicquid est reductiue in genere substantiæ; in
eo saoe, vt principium ipsius reponitur: sed esse non est
principium substantiæ. ergo, non est in genere substantiæ
reductiue. *Resp.* quoniam autem esse, vltima est rei actuali-
tas, vltimum autem in generatione, primum est in inten-
tione: esse ergo in genere substantiæ, erit vt principium
formale vltimatum ipsius substantiæ. Nam ideo in genere
substantiæ res reponitur; quia nimirum esse substantialis
capax, reputatur. Sane in generibus omnibus, ab ordine ad
9. ipsũ esse, differentiæ sumuntur. Ad 9. Neg. conseq. & ad au-
Ex potentia & actu fit per se vnũ. thoritatẽ philos. dico, eum nequaquam ita loqui, qood vi-
delicet ex per se potentia, & ex per se actu, vnum tertiũ re-
sultet; sed id potius, quod hac de causa, habens partes,
vna est potentia, & altera actus, modo ad composi-
tionem realem referatur: nam ex duobus actibus non fit
vnum tertium per se. At, rei quidditas, eiusque existentia,
non sic se habent, nempe, sicut pura potentia, & actus, ne-
que sunt partes. non recte ergo, atque apposite Philosophi
sententia adducitur. falsũ igitur est, quod ex esse, & essentia
fiat tertiom per se vnum: vnde verum non est, esse ibi duo
Duo termini formales generationis. composita. Ad aliam prob. dico, nullum esse inconueniens,
generationem, duos habere terminos formales difformi-
ter: primarium vnum, secundarium alterum. Terminus
autem formalis generationis primus est forma, secundari-
us est esse. in creatione autem opposito modo se habet, & sic
arg. admittuntur. Quod si esse dixeris primum generatio-
nis terminum, tunc profecto ratio tua est falsa, qua arguis:
eo modo, quo aliquid est ratio essendi, est ratio generandi:
nam licet verum sit, id, quod est ratio essendi, esse rationem
rei, quod generetur, non tamen verum est, quod eo modo,
Creatio differt à generatione. quo est ratio essendi, sit ratio generandi. In causa aotem
est, quoniam in generatione, siue per generationem, res non
prodijt de puro nihil, sed de priuatione ad formam: vt dici-
tur primo phys. com. 75. per creationem vero de non esse
omnino, res progrediuntur. vnde fit, vt esse, qood est prima
ratio essendi, sit etiam prima ratio producendi, siue produ-
ctionis, quæ est creatio: & forma, quæ est secundario ratio
essendi, secundæ sit productionis prima ratio, id est, gene-
1 phy. c. 66. & 67. rationis: principia namque generationis, forma, & priua-
tio, ponuntur, patet ergo solutio ad formam argumenti,
10. cum alius sit modus creationis, alius vero generationis. Ad
10. falsum est anteced. ex dictis autem patet solutio.

CAP. VIII.

Si esse & essentia distinguantur realiter.

De esse. & essentia.

PRo intellectu istius Quæstionis sciendum, quod *Essentia quid sit.*
essentia in generali est quidditas, quam explicat
diffinitio. Proinde esse essentiæ, est esse quidditati-
uum, cui aduenit esse existentiæ determinans ad
suppositum naturam speciei. Quidam affirmat eandem pe-
nitus esse rem, esse & essentiam. Putat enim rem, antequam
sit, produci ab æterno, intellectu primæ causæ, sicut exem-
platum in exemplari, etiamsi non producatur. Hoc aotem *Prima*
modo dicitur essentia, puta homo. vt est in intellectu primæ *opinio.*
causæ, dicitur essentia hominis: vt autem est in actu, voca-
tur esse hominis. Proinde homo actu existens dicitur esse
per talem respectum, sicut per primum respectum dicitur
essentia.

CAP. IX.

Contra istam opinionem sic instatur prima ratione.

ESsentia hominis, lapidis, equi, & hoiusmodi, est *Rationes*
ens absolutum, vt patet. Ergo noo est res per re- *contraria.*
lationem. Item, nulla relatio est inclusa, in ratione 2.
sui fundamenti, quoniam fundametum est prius
relatione fundata: sed essentia est fundamentum huius re-
lationis, quæ est inter rem exemplatam & primam causam,
vt exemplar; nam exemplatum est illud quod producitur
per diuinum exemplum: in sua ergo relatione formali non
includitur respectus; eo qood respectus sit posterior funda-
mento.

Porro, quidam arbitratur in omnibus citra primum es- *Secunda*
se. & essentiam realiter esse distinctam. puta, esse hominis, *opinio.*
esse id, quod est homo. Probatur hoc modo: si homo, & esse
hominis, sunt idem: Ergo sicut homo non recipitur in alio; *1. Ratio.*
ita etiam nec esse hominis; quia tunc esse hominis esset illi-
mitatum; quia limitatum contrahitur & recipitur ab ali-
quo, sicut accidẽs in subiecto, vel forma in materia, vel sic-
ut animal contrahitur ad hominem per rationale. Sed esse
per se non recipitur in aliquo, cum sit idem cum essentia,
quæ non recipitur in aliquo; est enim Ens absolutum, non
habens differentias contrahentes. Manet ergo illimitatum: *3. met. 20.*
& per consequens infinitum, atque ita erunt plura esse infi-
nita, scilicet esse primæ causæ, & esse rei creatæ, quod est
manifeste falsum, vt dicitur 12. *Metaph.* Item, esse habet *2. Ratio.*
causam productiuam, quia est effectus agentis, quod largi-
tur esse suo productiuo. Essentia autem non habet causam
productiuam: igitur non sunt idem realiter. Prob. Quia de
rosa potest haberi scientia, etiamsi rosa non existat in a-
ctu; scientia enim, vt dicitur 1. posteriorum, est de incorru-
ptibilibus & necessarijs, rosa vero, vt existit corruptibilia
est contingens: igitur in rebus creatis, non est idem esse es-
sentiæ & esse existentiæ. Item, prob. auctor. 2. poster. vbi do- *3. Ratio.*
cetur. Quod, quod quid est hominis, & esse hominis, non
sunt idẽ. Auicenna quoq; aperte docet. In omnibus excepta
prima causa, esse accidere, essentiam vero nulli accidere. I- *4 Ratio.*
tem esse rei creatæ, effectiue est ab agente: formaliter vero,
à forma. Prob. Quia habet causam productiuam: ergo est
effectiue à causa agente, vel producente, vel forma. Non à
forma, quia omnis causa efficiens, est prior suo effectu 12.
Metaph. Textu 16. Sed forma non est prior suo effectu: ergo
& efficiens, non coincidunt in idem numero 7. phys. Ergo
non dat esse effectiue, sed formale; quia proprium est for-
mæ, dare esse formale.

Quidam opinatur, esse actualis existentiæ, & essentiam *Tertia opi-*
rei, esse idem realiter, licet distinguantur ex natura rei, sic- *nio.*
ut modus intrinsecus, & quidditas cuius est. albedo enim
non distinguitur à suo modo intrinseco, gradus scilicet, vel
tria, vel sex, vel nouem. Arguit ergo sic: Quandocunque *Rationes*
sunt aliqua duo essentialiter ordinata, vel realiter distincta, *contra se-*
prius potest sine contradictione fieri, absque posteriori: *cundam o-*
sed essentia non potest fieri sine existentia, quia essentia par- *pinionem.*
ticularis quæ sola fit, necessario existit: igitur esse, & essen- 1.
tia nõ distinguuntur realiter. Item, Quæcunque distinguũ- 2.
tur, realiter se habent, sicut res & res: sed essentia & existẽtia
non se habet hoc modo. Prob. Quia res proprie loquendo
conuertitur cum ente in actu, actualitate existentiæ: igitur
essentia & existentia non distinguntur realiter. Item, nul-
la res componit, cum sua realitate, quia ridiculum est 5.

dicere

De esse & essentia. dicere quod aliquid componat cum sua realitate, idest, quod distinguatur realiter à sua realitate: ergo nulla quidditas differt realiter à sua existentia. Patet conseq. quia existentia est ipsa realitas rei. nihil enim aliud est dicere rem es-
4. se realiter, quam existere. & è conuerso. Item, essentia, & existentia habent idem contradictorium, quia nihil priuat esse quin priuet essentiam. nec est aliud priuans esse, & pri-
5. uans essentiam. igitur non distinguuntur realiter. Item, si esse existentiæ, realiter distingueretur à quidditate, siue ab esse essentiæ, tunc non esset substantia neque accidens. Quod non sit accidens, patet: quia esse non dicit accidens. quod vero non sit substantia: probatur: quia non est materia ne-
6. que forma, atque compositum, vt quidam volunt. Item, de quibuscunque prædicantur & verificantur prædicata contradictoria, non distinguuntur realiter, sed potius ex natura rei: sed de esse & essentia verificantur prædicata cõtradictoria; nam hæc duo sunt vera: Essentia potest esse in potentia obiectiua, esse non potest esse in potentia obiectiua: Distinguuntur ergo ex natura rei & per consequens,
7. non realiter. Item, si ex existentia, & essentia, fit per se vnum, daretur processus in infinitum in essentijs. Nam sicut ex materia & forma, resultat per se vnum, quia illa est potentia, hæc vero est actus; ita ex existentia & essentia, fieret per se vnum. Conseq. est falsum, quia non datur huiusmodi processus in infinitum in essentiis. Conseq. prob. Si ex esse & essentia fieret vnum tertium per se, sicut ex materia & forma, cum illud tertium iterum distinguatur, à sua existentia: componet ergo cum ea, atque ita ex eis fieret aliquid per se vnum. Et eodem modo de illo posset dici, & sic in infinitum, quod est falsum.

CAP. X.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. neg. maior, quoniam non est vniuersaliter vera. Nam materia & forma distinguuntur realiter, & tamen materia non potest separari à forma,
2. quantum ad esse formale, quod recipit à forma. Ad 2. non est necesse, vt distinctio realis pro vtraque parte sit, id est, quod essentia & existentia, habeant veram existentiam,
3. cum essentia abstrahat ab existentia. Ad 3. duplex est realitas: Realitas essentiæ & existentiæ: nulla autem res componit cum realitate suæ essentiæ: essentia enim hominis absolute in reali prædicamento substantiæ reponitur; ideoque non componit cum homine, cum sit essentia hominis: illa siquidem dicuntur componere, quæ distinguuntur realiter, vt materia & forma componunt vnum tertium. Posita autem huiusmodi essentia in rerum natura, fit realis realitate existentiæ. Et sic res componit cum realitate
4. existentiæ, & non cum realitate essentiæ. Ad 4. negatur, quod esse & essentia habeant idem contradictorium. Tot enim modis dicitur vnum oppositorum, quot modis dicitur & reliquum. teste Aristot. *in Topicis*. Quare sicut dicitur ens essentiæ & existentiæ; ita quoque dicitur non ens essentiæ, & non ens existentiæ: Aliud ergo oppositum est essentiæ, aliud vero oppositum existentiæ. ergo non habent idem contradictorium. Ad 5. existentia substantiæ, non est
5. materia, neque forma, neque compositum, sed omnium istorum actualitas. & sic reductiue in genere substantiæ, est
6. enim vltima actualitas rei. Ad 6. vt de eodem prædicato contradictoria verificentur, sufficit rationis distinctio, sumpta ex parte rei, & non solum ex parte intellectus ratiocinantis. Vnde de puncto signato in medio lineæ, verum est dicere: Punctum est principium, & non est principium, scilicet partis præcedentis. Et tunc idem punctus vt principium distinguitur solum ratione à seipso, prout non est princi-
7. pium. Ad septimum. ex esse & essentia non fit per se vnum, eo quod non se habent, vt pura potentia & actus. Cum enim quidditas, & existentia, non sint eiusmodi vt potentia & actus: non sequitur ex his duobus fieri vnum tertium, sicut ex materia & forma.

Realitas essentiæ & existentiæ.

CAP. XI.

Soluuntur rationes tertiæ opinionis.

1. AD 1. Neg. similitudo. Homo enim recipitur in alio, quasi in subiecto, quia prima substantia non est in alio, sicut in subiecto: esse autem bene recipitur in essentia, vnde essentia & esse, possunt considerari duobus modis: vno quidem modo, quatenus essentia non est in esse, & sic esse dicitur prius essentia, & prius fuisse creatum. Alio autem modo, in quantum esse recipitur in essentia. essentia quia non subsistit sine essentia. Non ergo valet dicere Homo non recipitur in alio: ergo esse similiter non recipitur in alio. Ad 2. tam esse hominis quam essentia ho- 2.
minis sunt in aliquo effectiue, quia similiter generantur & corrumpuntur: igitur non distinguuntur realiter. *Contra*: essentia abstrahit ab omni motu, & ab omni mutatione, & per consequens ab efficiente: ergo non est ab aliquo effectiue. *Soluitur*. Essentia potest considerari duobus modis, vno modo præcise, secundum suam rationem formalem, scilicet, essentia vt essentia; & sic abstrahit ab omnibus illis, quæ sunt extra rationem suam formalem, atque ita abstrahit ab existentia: Alio modo consideratur essentia in ordine, ad existentiam; quia secundum rei veritatem, nunquam essentia est sine existentia. & sic essentia non abstrahit ab efficiente neque à motu, aut mutatione: ita, quod licet essentia quidditatiue & formaliter non includat efficientem causam, motum & mutationem; sunt tamen sibi compossibilia: atque ita omnis essentia creata est effectibilis: quia quæcunque res creata producitur secundum esse existentiæ, producitur etiam secundum esse essentiæ. *Contra*: Essentiæ rerum dicuntur æternæ & immutabiles, secundum Arist. ergo non sunt effectibiles. & per consequens non dependent ab efficiente. *Soluitur*: Essentia potest dici æterna, negatiue, & positiue: Negatiue concedo, Positiue nego. Est autem negatiue æterna, quia non est ex tempore, neque includit coexistentiam, ad quamlibet partem temporis. Non tamen est æterna positiue, quia æternitas positiue, est conditio existentis, & illius quod habet coexistentiam, ad quãlibet differentiam temporis formaliter, & sic omnis essentia esset increata. Similis ratio est de incommutabilitate essentiæ. Essentia enim negatiue est incommutabilis, quia non est possibile aliter se habere in sua ratione formali & quidditatiua. Non tamen est incommutabilis positiue, quia de se non habet existentiam indefectibilem, eo, quod talis natura siue essentia indefectibilis soli Deo competit.
Ad 3. illa auctoritas indicat inter esse & essentiam fundari 3.
destructionem seu non identitatem ex natura rei. Ex quo tamen non sequitur realis distinctio, inter essentiam & esse. Ad auct. Auicennæ: accidens potest accipi tribus modis: vno modo pro eo, quod accidentaliter perficit rem in suo esse completo, sicut albedo est accidens hominis, & sic nulla existentia in aliquo est eius accidens: alio modo pro eo, quod est extraneum à conceptu formali, & quidditatiuo alicuius rei, & sic differentia dicitur accidere generi, & inferius accidere suo superiori. hoc autem modo existentia in quolibet creato est accidens, quia non includitur in eius conceptu quidditatiuo. tertio modo dicitur accidẽs quodlibet mutabile, cuius esse est contingens. & sic in quolibet creato est accidens, quia tale esse est mutabile. Loquendo ergo de accidente, primo modo nulla existẽtia est accidens: bene autem secundo & tertio modo, & sic intelligitur dictum Auicennæ. Ad 4. Esse rei effectiue est ab agente, simi- 4.
liter & essentia rei, in quantum habet ordinem ad existentiam: neque res dicitur componi ex existentia & essentia, tanquam ex duabus rebus existentibus, quasi vna haberet suam realitatem, altera vero alteram, cum existentia & essentia secundum esse reale nunquam separentur; bene tamen secundum modum intelligendi. Atque ita hæ duæ opiniones conciliari possunt, hoc modo. Si essentia consideretur præcise, secundum esse formale & quidditatiuum; sic abstrahit ab omni existentia: & hoc modo essentia & existentia distinguuntur realiter. Si vero consideretur secundum ordinem, quem habet ad existentiam, quoniam simul generantur & corrumpuntur, sic non distinguuntur realiter.

Conciliatio.

MERCVRIVS.

Horum vnio vita est.

Commentum XII.

DE æqualitate diuini Pymandri, quam habet cum suo verbo lucido, deque potentia, magnitudine, simplicitate, immutabilitate, essentia & esse, paulo ante balbutiendo locuti sumus; vt illa arcana, abditaque sapientissimi Mercurij verba, nempe, *hæc autem non distant, ab inuicem*, enuclea-

De subsistentia Dei siue persona.

enuclearemus. Nunc autem, textum prosequentes, Pymandri propriam subsistentiam, relationẽ, proprietatem, quibus à suo verbo seiungitor, atque discernitur, eloqui nos oportet. sic enim ipsius verba protestantur: *Horum* inquit, *vnio vita est.* Si vnum tantum in diuinis esset suppositum, siue vna persona; proculdubio non dixisset Mercurius prudentissimus: *Horum autem &c.* si autem diuersa esset vtriusq; substantia, siue essentia; nec puto vnquam eum fuisse dicturum. *Horum vnio vita est*, vbi vnam, eandemque vitam vtrisque concessit. Igitur, Pymander eiusque verbum, vnam vitam, atque essentiam habent: personarum vero proprietatibus distinguuntur, de quibus loquendum nobis est, initium assumentes ab hoc nomine, persona, de quo non paruam apud Græcos Latinosque controuersiam extitisse, D. Hierony. refert:

Persona quid sit.

Hieron. in ep. ad Damasum Basilius. epist. ad fr.

Ista, inquit, *secularium literarum schola nihil aliud hypostasim, quam vsian vocat, siue nouit, qua vox à subsistendo dicitur.* Basilius magnus, rem indiuiduam subsistentem significare, asseruit. Fatendum est ergo, quod tempore Hieronymi, naturam significabat. & ideo non audet dicere in trinitate tres esse Hypothases. Diuus autem August.

Aug. lib. 7. Trin. c. 4.

loquendi, inquit, *necessitate à Græcis & Latinis hæc vocabula parta sunt aduersus errores, insidiasq; Hæreticorum: cum enim conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum sensus, quod in secretario mentis de Deo tenet, siue per piam fidem siue per qualemcunque intelligentiam, timuit dicere tres essentias, ne intelligeretur in illa summa æqualitate vlla diuersitas. Rursus, non potest dicere, non esse tria quædam: quod quia dixit, Sabellius in hæresim lapsus est. Quæsiuit tamen quid tria diceret, & dixit tres personas, siue tres substantias secundum Græcos.*

Sabellij error.

Et cap. 6. *Sic enim illi dicunt: tres substantias, vnam essentiam, id est, tres hypothasis, vnam vsiam, quemadmodum nos dicimus tres personas, vnam essentiam, siue substantiam: quanquam & illi, si vellent, sicut dicunt tres substantias, tres hypothases, possent dicere tres personas, tria prosopa. illud autem maluerunt dicere: quia fortaßè secundum linguæ suæ consuetudinem, aptius dicitur.*

Tres hypostases.

Itaque persona, quam Græci substãtiam, siue hyposthasim appellant, diuina supposita, nempe patrem filium, & spiritum sanctum significat. Quoniam autem in trinitate sunt tria supposita, tres quoque personas esse, dubium non est.

Obiectiones.

1. Sed dices: nulla inter græca, ac latina idiomata in hoc nomine, videtur esse consonantia: quid ergo causæ latinos mouit, vt hoc vterentur vocabulo, cum Græci æquiualenti, vtpote prosopo, non vtantur?
2. Præterea latina vox persona, fictam, seu personatam faciem ostendit, quæ profecto prophani potius, quam diuini aliquid sonare videtur. Recte ergo Deo tribui non potest.
3. Postremo quam ob causam, Græci, loco personæ hypostasi vtuntur, id est, substantia, dum asserunt in Christo duas esse vsias, vnam autem hypostasim: in trinitate vero tres hyposthases. hoc est, tres substantias; cum latini penitus negent in diuinis substantiarum pluralitatem?

Solutio.

Resp. hæc quidem scilicet substantiam & subsistentiam, apud Latinos bifariam dici: & nunc plane essentiam, quæ est ens per se: interdum vero aliquod substans in natura aliqua proprietate distinctum, significare. Cæterum substantia, & subsistentia, secundum priorem modum dicendi, perinde ac vsiosim, secundo vero modo, hyposthasim significant. At, latini, nominis substantiæ æquiuocationem cuitare cupientes, tres substantias in Trinitate esse negauerunt: quamobrem, tres personas maluerunt, quam tres substantias, siue subsistentias, appellare. Porro, quatuor nominibus, quibus in hoc sacro, abditoque mysterio Græci vsi sunt, quatuor respondent latinorum vocabula. Græca autem nomina sunt hæc, vsia, vsiosis, hypostasis, & prosopon. Latina vero, essentia, substantia, subsistentia & persona. Essentia autem seu vsia, in quouis prædicamento nomen est generale: sicuti esse, conuenit omni esse: Deo tamen proprijssime attribuitur. Subsistentia autem, siue vsiosis, à subsistere appellata est. Vnde apud Grammaticos subsistere, est per se existere. significat ergo rem. quæ vt subsistat, non opus habet alterius auxilio.

Substantia

Substantia, græce hypostasis, à substare nominatur, tanquam basis alicuius, aut fundamentum. Ex his autem, quid sit resp. præpositis obiectionibus, facile patet. Plerumque certe tam nomen proprium, quam commune, ab aliqua accidentali proprietate institutum, non quidem accidentalem, sed substantialem proprietatem significat. Proinde, quamuis personæ nomen, à personare deriuatum, ficticiæ cuiusdam faciei simulachrum prætendat, vt in comœdijs agitur, hic tamen, naturæ intellectualis perfectam, atque indiuiduam significat substantiam.

Persona in diuinis quid significat

Itaque persona accipitur pro re intellectuali, quæ est distincta, & incommunicabilis. Deus autem, etsi Deitatem, quæ est forma non multiplicabilis in plures, significet; est tamen concretum nomen, quod verificabile est de singulis in eadem subsistentibus personis. Nomen autem personæ, secundum vniuocationis comunitatem, tribus commune est personis. Vniuocationis vero communitas, est rationis nominis institutio, ad eam rem, de qua dicitur, significandam, vt indiuiduam, atque incommunicabilem atque ita secundum illud nomen persona, rationis rei designatæ communitatem non tollit: modus siquidem incommunicabiliter existendi, pluribus potest esse communis.

De subsistentia Dei siue persona.

Persona de pluribus prædicatur vniuoce.

Itaque persona de pluribus prædicatur vniuoce, nempe secundum eandem substantiæ rationem. ratio autem communis, secundum quam ipsum nomen persona prædicatur, non est essentiæ diuinæ; alioqui diuinam significaret essentiam, nec posset de tribus pluraliter prædicari. Sicut enim, omnibus indiuiduis, indiuidui ratio vniuoce competit; ita, absque dubio, ratio personæ, multis conuenit personis. vnde quando hanc nomino personam, illam indiuiduam, atque incommunicabilem esse pronuntio: similiter, cum dico: tres esse personas, indiuisionem ostendo, atqua incommunicabilitatem esse in singulis earum. Sed de ethymologia istius nominis, satis. Sunt igitur in diuinis distinctæ personæ, quæ ab inuicem non natura, sed personalibus proprietatibus distinguuntur. Non immerito ergo ait Mercurius: *Horum autem*, scilicet Pymandri, & verbi lucidi *vnio, vita est.*

Plotinus describit verbi generationem. Enn. 5. lib. 1. c. 6.

Plotinus verbi lucidi emanationem, atque generationem pulcherrime describit. *Quod ab vno illo gignitur*, inquit, *ipso non agitato, gigni necesse est: alioqui si moto illo aliquid generaretur;* certe id, quod gignitur, non secundum, sed tertium erit ab illo post motum. Quamobrem necessarium est, cum illud sit prorsus immobile, si quid secundum post ipsum nascitur, id profecto illo neque annuente, neque voluntate decernente, neque vllo pacto commoto subsistere. Quonam igitur pacto, quidue nobis est circa illud stabile cogitandum? lumen vndique circumfusum, ex ipso dependens, ex ipso inquam penitus quiescente, ceu fulgorem circa Solem, quasi circumcurrentem, ex ipso semper manente progenitum. Nam ignis ex se foras emittit calorem, nix quoque frigus non intrinsecus tantum cohibet; sed & alijs exhibet, præcipue vero res odore flagrantes, ex seipsis odoris suauitatem emittunt. Quæcunque igitur perfecta iam sunt, aliquid generant: quod autem semper est perfectum, nunquid nihil prodit ab eo? Semper ergo gignit sempiternum.

Esa. vlt. Sap. 7. Hebr. 7.

Alludit Plotinus ad illud Isa. *Nunquid ego, qui alijs generationem tribuo, ipse sterilis ero?* Et ad illud Sapient. 7. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula, Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et ad Hebr. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ipsius: Lux siquidem æterna est Deus pater, quæ sine splendore, id est filio, nunquam fuit. Igitur germen mentis diuinæ coæternum est suo Pymandro.

Prou. 8. Ambros.

Vnde Prouerb. 8. *Ante omnes colles generat me. Nolite credere*, inquit Ambros. lib. 5. *de fide, quod fuerit vel momentum aliquod quo fuerit, vel sine sapientia Deus, aut sine splendore lux.*

August. 6. Trin.

August. quoque: *Arius dixisse fertur. Si filius est, natus est. si natus est, erat tempus, quando non erat filius, non intelligens etiam natum esse de Deo, sempiternum esse, vt sit coæternum patri, sicut splendor* (qui gignitur ab igne, atque diffunditur) *coæuus est illi. & esset æternus, si ignis esset æternus.*

Distinctio trium personarum. Plotin. c. 8.

Porro Plotinus in tres personas diuinas multiplicat trinitatem, vel in bonum, mentem, & animam. *Hac de causa*, inquit apud Platonem, *omnia circa omnium regem triplici ordine disponuntur, præcipue vero per prima, secunda deinde circa secundum, tertia denique circa tertiam.* Tum vero dicit esse & causæ patrem: causam quidem intellectum appellans, nam mundi artifex apud Platonem est intellectus quem Dauid vocat sapientiam. *Omnia in sapientia fecisti Domine.*

Plato. Psal. 103. Hebr. 1.

Et Paulus, *Per quem fecit, & secula.* hunc autem intellectum, animã in illa patera procreare dixit, sæpe etiã appellat ideã. Quapropter apud Platonem cognoscere licet, ex ipso quidem bono, mentem atque ideam, ex mente vero animã.

Parmenides.

Parmenides quoque prior eiusmodi opinionẽ attigit, vbi in idem ens, intellectumq; reduxit, dicens intelligere atq; esse idem prorsus existere. Plato exactius hæc distinguit primũ ipsum vnũ, quod est præcipuè vnũ, solumq; vnũ. Item, secundum vnũ, multa nominat. tertium deniq; vnum, atque multa. hic itaq; tres dictas confirmat substantias, siue hypostases. In diuinis ergo, nedum ex sacris, sed etiam ex secularibus profecto scriptoribus, distinctionem esse cognouimus personarum.

Numen. Porph. lib. cont. Iulia. Plato. epist. 6. & 6. de rep.

Suffragantur his Numænius apud Eusebium, & Porphyrius apud Cyrillum, cum ait, diuinitatem tantum ad tres processisse. Plato autem. *Testamini Deum rerum omnium ducem præsentium & futurarum, ac ducis, & causæ patrem dominum. quem, si vere philosophemur, cognoscemus aperte omnes, quatenus felicis hominis natura attingere potest.* Solem inuisibilem Dei verbum vocat, & filium Dei patris simillimum. Vnde ait: *quem pater generauit sibi proportione conuenientem.*

In lib. de verb. perf.

Noster quoque Mercurius ait: *Dominus fecit Deum, secundum fecit, siue genuit Deum.* hunc ergo

Persona in diuinis quid. *Hermes. Orpheus. Iouem, Zina, id est viuere.*

genuit primum, & vnum: bonus autem ei visus est, & plenissimus omnium bonorum. lætetus est, & valde dilexit eum, tanquam vnigenitum suum. hic filius benedicti Dei est, qui non potest humano ore narrari. Primogenitus est Iupiter, & nouissimus. Vnde Græci Iouem, Zina iusto vocabulo nuncupat; quia zin viuere dicimus: vitam autem omnibus ille tribuit, in quo omnia, quæ facta sunt, viuebant, antequam, & postquam facta sunt. Est autem vita hæc verbum Dei, ex solo patre genitum. vnde Mercurius de solo Deo, *Dominus omnium, dominatur mortalibus.* In secris legimus: *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Et Ps. 110. *Ex vtero* id est, ex arcano substantiæ meæ *genui te.* Refert diuus Aug beatum Simplicianum, ex sententie cuiusdem Pletonici retulisse, euangelium Ioannis aureis literis inscribendum, & supra omnium templorum ienuis imponendum. Refert etiam se legisse in libro cuiusdam Platonici totum Euengelium Ioannis, præter illud, & verbum caro factum est. Iamblicus ait: *primus Deus & vnus, vnus primi Dei est pater, quem gigen in solitaria sui permeeens vnitete: est eutem exemplar filij, qui nominatur sui met filius, sui pater, atq; vnus pater, Deus vere bonus: ille enim fons est idearum, à quo vere ves Deus per se sufficiens seipsum explicauit in lucem: propterea sufficiens per se nominatur, suiq; pater: est enim hic principium. Deus Deorum, vnus ex vno, super essentiam omnem, principiumq; essentia.* Ecce quam clara testimonia à philosophis prolata sunt, de diuinarum distinctione relationeque personarum.

10. de ciuit. c. 23. 7. confess. c. 9. Euangelium Ioannis inuenit August. apud quendam Platonicū. Iamblicus. de myst. Ægypt. c. 39.

QVÆSTIONIS PRIMÆ

CAP. I.

Quid sit persona.

Persona quid.

BOetius de duabus naturis, & vna persona Christi, ita personem describit: *Persona est naturæ rationalis indiuiduæ substantia.* Alius quidam sic: *Persona est naturæ intellectualis existentia incommunicabilis.* Sane, rationalitas ei solummodo rei competit, ad quam ratiocinari spectat: quam profecto actionem, homini propiissime dicimus conuenire. Quare, prima diffinitio non ita apposite, diuinis personis accommodari posset. Substantiæ præterea proprie Deo non conuenit, quippe, qui nullis substat accidentibus: denique in natura diuine, proprio vocabulo indiuiduum nullum est; ibi certe non est natura diuisibilis, aut partibilis: aptior ergo, atque efficacior secunda esse videtur personæ diffinitio. Cæterum, duobus modis aliquid incommunicabile vocamus: & vno quidem modo, vt quod, quando nimirum vniuersele, singulari, & superius, inferiori, vt ei, quod re ipsum est, communicatur. hoc profecto modo, cuilibet in diuinis supposito, diuina certe naturæ, quoniam idem est realiter cum vno quoque supposito, nequaquam communicabilis est: alio vero modo, vt quo alicui communicabile appellamus; atque ita forma communicetur materiæ, & pars toti. Persona autem, his duplicem contrariam, oppositamque incommunicabilitatem habet: neque enim est communicabilis vt quod, neq; vt quo; proinde nec vniuersale nuncupatur: nec forme est, quæ alicui inhærere potest supposito; vt anime separeta, & natura humena in Christo. hanc autem duplicem communicabilitatis negationem, personæ indicat significatum formale, quæ plane priuatio dicenda non est; sed in subiecto non apto negatio, præsertim in diuinis. deinde positiuum illud, vtpote patrem, filium, & spiritum sanctum, quod immediate duplex consequitur negatio, connotat, postremo essentiam diuinam. Dicunt tamen nonnulli positiuum illud connotetum, proprietatem in diuinis esse relatiuam, & non absolutam sicut in creaturis. *Dices,* si persona duplicem in diuinis connotat negationem, quonam modo tribus erit communis personis, absque aliqua affirmatione communi, ob cuius gratiam, talis insit negatio? siquidem negatio, nisi aliquem affirmationem consequatur; eis reuere conuenire nequit: deitas autem, quoniam in tribus non numeratur; non est ista affirmatio: aliquod ergo positiuum commune ab eis abstractum prius, quam sit negatio talis, detur necesse est. neque enim huiusmodi negationem hoc nomen persona præcise, ac solummodo sonat: imo, rem omnino ad dignitatem, perfectionemque pertinentem: negatio autem, vllam dignitetem, aut perfectionem ponit. Rationis præterea relationem innuere videtur, quod ex suo opposito facile apperet: nam communicabile in essentia diuina, relationem rationis indicat tantum: est enim essentia filio communicabilis, ad quem nihilominus realiter non refertur. Ad 1. ita resp. ab vltimis distinctiuis personarum, atque constitutiuis, quæ idem realiter includunt nihil, aliquod commune, in quid de eis dictum, abstrahi non potest, alioqui iusta esset inquisitio; ob quem causam scilicet distinguuntur. Quamobrem omne commune abstractum ab eis, aut est conceptus omnino negatiuus, aut vnius saltem rationis non est quidditatiuus conceptus: certum est autem, ab illis vltimis aliquam abstrahi posse negationem, etiam vnius rationis. etenim negatio, propterea vnius censetur esse rationis; quia vnius rationis affirmationi repugnat. Igitur quibuscunque affirmatio vnius rationis repugnat; absque dubio, vnius rationis negatio congruit; atque ita, tribus personis, illarumque distinctiuis vltimis, communis aliqua negatio competere potest. Sed quæ nam est ille? si incōmunicabilitatē esse dixeris, ita, vt personalites perinde sit, ac incōmunicabilitas, natura in intellectuali subsistentis; profecto, conceptum proprie positiuum, persona non diceret. sed tunc, quo modo negatio potest esse communis, sine positiuo, cui inest? Dico, quantumcunque diuersis, nihilque commune habentibus; negatio nihilominus potest esse communis. Quamuis enim ille, quibus probatur esse communis negatio, aliquod habeam positiuum commune; per illud tamen, negationem illis inesse, non oportet. Sane, non rationalitas, Leonis, & equi, vltimæ conuenit differentiæ, idque non per aliquod in illis commune, quibus conuenit ista negatio. nam vel nihil commune est vltimis differentijs, aut si entitas fuerit; non ob eam tamen talis negatio competit. Maior ergo est falsa: non homo enim, & enti, & non enti commune est, quibus affirmatiuum, siue positiuum commune est nihil: ergo &c. Ad illud, Negatio, dignitatem non dicit. dico, quod duplex est negatio: in genere vna, extra genus, altera: quæ distant ad inuicem: extra genus vero negatio, quia de ente, & non ente, æqualiter dicitur; nihil absolute requirit. negatio autem in genere, & si subiectum de quo dicatur exigit, non tamen aptitudinem ad formam; vt talpa dicitur cœca secundum genus, non secundum formam. Porro, talis negatio, negat identitatem, quæ plane incommunicabilitas nominatur. siquidem, persona duplicem ostendit incommunicabilitatem in natura intellectuali, aptitudinem vero nullam. huiusmodi autem negatio, non quidem ratione significati; sed connotati potius, & subiecti, dignitatem sonat. vnde dicimus, personas gigni in diuinis, atque adorari, quemadmodum cœcum ambulare: non quod cœcitas, ratio sit ambulandi, sed id magis, in quo cœcitas inuenitur. Patet ergo negationem huiusmodi, ad dignitatē spectare. Ad illud de communicabili, & incōmunicabili, dico, vnum oppositum posse ad rationis relationem pertinere: alterum vero, ad realem: in causa autem est, quia licet aliquid, rei non competat, nisi ex opere intellectus negotiantis; potest tamen rei ex se repugnare, atque obsistere. Quare, & si communicabilitas in essentia, rationis relationem tantummodo dicat; personæ tamen, ex se, vel ex aliquo, quod est in se, repugnat: ob quam causam incommunicabilitas sibi competit. itaque ex his patere arbitror, quæ in hac materia dicenda sunt, nempe, à personis diuinis, atque illarum formalibus constitutiuis, conceptum negatiuum, negationis in genere abstrahi posse, qui sit commune positiuum, possibile abstrahi ab eis. Res, inquit Augustin. quibus fruendum est, sunt pater, filius, spiritus sanctus. res autem dicit aliquod positiuum: vnde tres personæ dicunt tria supposita incommunicabiliter existentia, vbi & primo, conceptus exprimitur positiuus, secundo vero, negatiuus. Itaque persone, est naturæ intellectualis existentia incommunicabilis. intellectualis, inquam, vt à supposito, persona esset discreta, atque distincta: suppositum enim, & intellectuali, & non intellectuali attribuitur naturæ: persona vero, intellectuali tantum. Quæ ergo per se non subsistunt, vt accidentia; huius honore nominis priuantur, siue carent: incommunicabilis, loco differentiæ ponitur. quocirca saxa, bruta omnia, ac quæque materialia personam non habere dicuntur. Sed non desunt argumenta, quibus aliquis posset prædictam personæ definitionem oppugnare.

Duplex definitio. *Incommunicabile duplex quo & quod.* *Persona duobus modis incommunicabilis.* *Obiectio.* *Persona in diuinis quid. Solutio.* *Personalitas.* *1. Duplex negatio in genere, & extra genus.* *5. met. c. de priuatione.* *3.* *Conceptus negatiuus. Aug. de doctrina Christ. Conceptus positiuus.*

Persona in diuinis quid.

CAP. II.

Quod persona non sit bene diffinita, nec diuinis sit attribuenda Hypostasibus.

1. NVllum singulare diffinitur: sed persona, quoddam
profecto singulare significat, nempe, rem persei-
psam subsistentem, atq; incommunicabilem: er-
go &c. Anteced. manifestum est, quia nimirum
diffinitio est vniuersalium: quippe, quæ ex genere, & diffe-
2. rentia componitur. Secundo, substantia, quæ in personæ
diffinitione ponitur, aut prima dicenda est, aut secunda.
sed neutra illarum dici potest: ergo &c. Prima enim sub-
stantia, cum sit indiuiduum, illius sane particulæ additione
opus non habet, est indiuidua substantia &c. Secunda vero,
multis probatur esse communis. quare substanciæ diffini-
3. tio incongrue, ineptéq; à Boetio tradita est. Adhuc, nomen
intentionis, in rei diffinitione ponendum non est. proinde,
si quispiam hominem sic diffiniret: Homo est species ani-
malis, quoniam homo est nomen rei, species vero, inten-
tionis, is profecto non recte, vereque diceret. At persona,
quoniam nomen rei est; significat enim rationalis quan-
dam naturæ substantiam; indiuiduum plane, quod est in-
tentionis nomen, in eius diffinitione inconuenienter poni-
4. tur. Item, natura est principium motus, & quietis in eo, in
quo per se, non per accidens 2. *phys.* sed Deo, atque angelis;
huiusmodi conditio non conuenit, quum sint ab huiusmo-
di motu, quam longissime: igitur, talis personæ diffinitio,
imperfecta reputatur, quæ scilicet omnibus non conuenit,
5. sub diffinitione contentis. Adhuc, anima rationalis, à cor-
pore soluta, est indiuidua substantia: nec tamen persona
dici, appellarique potest. inconueniens ergo, atque insuffi-
6. ciens personæ est tradita diffinitio. Præterea, à quocunque
remouetur diffinitio, & diffinitum, sed diffinitio personæ
Deo non competit, vt diximus, tum quia ratio discursiua,
quam diffinitio innuit, Deo non congruit; non enim dis-
cursiue ratiocinatur; sed vnico rationis actu omnia, & a-
git, & intelligit: tum etiam ob indiuiduam substantiam,
cuius sane indiuiduationis, materia, principium est. atqui,
in Deo, penitus nulla inueniri materia potest: ergo, quod
7. prius. Adde, quod persona est Hypostasis: sed autore Boe-
tio Hypostasis, id omnino significat, quod substat acciden-
tibus. & Hieronymus, sub hoc nomine, venenum sub melle
latere, atque absconditum esse dixit. personæ ergo nomen
8. diuinis non est attribuendum. Præterea, nullum Deo no-
men est attribuendum, nisi quod ex sanctis scripturis didi-
cimus, authore Dionysio de diuinis nominibus in princi-
pio illius libri. sed nusquam in scripturis huiusmodi no-
Boet. lib. de 2. naturis. men legimus: ergo &c. Adde, quod vt dicit Boetius ex per-
sonis, quæ in comœdiis, nunc Aiacis, nunc Vlixis personas
agunt, traductum sit. vnde persona à personando, quasi per
se resonando; resonat autem, quod aliis in sono præeminet.
Græci, vocant prosopon hominem laruatum, vultum con-
tectum habentem. hæc autem Deo non competunt: ergo
&c. Personæ ergo definitio diuinis tribui non potest.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

AD 1. quamuis singulare diffiniri non possit; id ta-
1. *Singulare quomodo definiatur.* men, quod ad communem singularitatis rationem
spectat, à diffinitione alienum non est: Sic philo-
so. primam diffiniuit substantiam, & Boetius, per-
sonam siquidem, & si omnibus in generibus vniuersale, &
particulare inueniantur; præcipue tamen in substantiæ ge-
nere: substantia enim per ipsum, indiuidui subit rationem,
accidentia vero per subiectum, quæ substantia est. Ex quo
patet, substantiæ indiuidua, præ aliis, speciale aliquod no-
men habere: dicuntur namque hypostases, & primæ sub-
stantiæ: in substantiis autem rationabilibus, inuenitur in-
Hypostasis. diuiduum, quod sui actus dominium habet. actio autē sin-
gulari conuenit substantiæ: qua de causa inter cæteras
substantias, quoddam speciale nomen, rationalis naturæ
singularia habere videntur: hoc autem nomen, persona
est quam ob causam, in ipsius diffinitione, substantia, vt di-
cit Boetius, vel rectius existentia, ponitur indiuidua. Ad 2.
substantia communiter sumitur, quatenus per primam, &
3. secundam diuiditur: cum vero, indiuidua additur, primam
solummodo innuit, quæ est per se subsistens. Ad 3. quoniam
quidem substantiales differentiæ nobis incognitæ sunt, vel *Persona in diuinis quid.*
nominibus carent, propterea, illarum vice, accidentalibus
vtimur. sic enim dicere consueuimus: ignis est corpus sim-
plex, calidum, & siccum: vbi propria accidentia, eas formas
manifestant, quarum sunt effectus. hoc etiam modo inten- *Indiuiduū ponitur in definitione persona.*
tionum nomina, pro aliquibus accipiuntur rerum nomini-
bus, quibus non insunt propria quare hoc nomen indiui-
duum, in diffinitione ponitur personæ, vt eum videlicet,
qui particularibus competit substātiis, designaret modum
subsistendi Ad 4. Nomen naturæ (authore Philos.) primo 4.
generationem significat viuentium, quæ profecto natiui- *Nomen naturæ compertis.*
tas appellatur. verum, quoniam huiusmodi generatio, à
principio progreditur intrinseco; ideo cuiusque rei princi-
pium intrinsecū complectitur; atque ita diffinitur 2. phys. *Aristot. 5. met cap. de natura.*
vbi maxime materiæ, ac formæ tribuitur: at quia vniuscu-
iusq; rei essentia per formā completur; propterea, essentia
vniuscuiusq; natura vocatur. vnde Boetius in codē lib. Na-
tura est vnumquodque informans specifica differentia. hæc
autem differentia specifica, quia diffinitionem complet, & à
propria rei forma sumitur; ideo in personæ diffinitione cō-
uenientissime posita est. nam essentia, quæ ab esse deriua-
tur, omnibus est communis natura autem non sic, quæ de-
terminati alicuius generis est singulare: aptius ergo, atque
efficacius naturæ, quam essentiæ nomine vsus est. Ad 5. 5.
quoniam anima humanæ speciei pars est, idcirco, etiam si
separata extiterit, aptitudinē tamen habet vniendi: quam
ob causam personæ appellatione caret. Ad 6. rationalis na- 6.
tura Deo tribuitur, quatenus intelligibilem sonat, non dis- *Rationalis natura Deo tribuitur.*
cursiuam naturam. eodem quoque modo indiuiduum ei
competit, non quatenus indiuiduationis principium est
materia; sed quia incommunicabilitatem innuit. sic etiam,
substantia, quod existere per se significat, in Deo esse dicitur.
pari quoque facilitate, confirmatio soluitur: Hypostasim
enim ideo dicitur Deo esse tributam, non ob id certe, quod
substet accidentibus, vt nominis vis sonare videtur; sed
quia rem subsistentem significet. Ad 7. quamuis ex diuinis 7.
literis, non ita expresse hoc nomen persona Deo conueniat; *Nomē personæ non est in scripturis.*
id tamen, quod nominis ratio significat, nempe rem per se
maxime subsistentem, perfectissimeque intelligentem, non
semel à scripturis sanctis Deo attributum fuisse legimus.
Etenim, si ea tantummodo Deo essent attribuenda, quæ ex
sola scripturarum voce haberentur; proculdubio, cum de
Deo loquimur, ea tantum lingua, quæ in scripturis habetur,
nos vti oporteret. Itaque, quando interdum aliqua nomina
Deo attribuuntur, quæ à scripturarum sensu nequaquam
sunt aliena; propterea prophana dicenda non sunt. Ad *Persona in comœdiis.*
contra. dico, non ea certe ratione hoc nomen Deo tribui,
qua homines in comœdiis vtuntur; sed ob eam potissimum,
vt dignitatis magnitudinem ostenderet. Sane in comœdiis,
atque tragœdiis homines virtute illustres, sic repræsenta-
bantur: hinc emanauit, vt ij, qui gloria, ac laudum magni-
tudine insignes sunt, huiusmodi nomine donentur. quam
ob causam, quidam, ita personam diffinire consueuerunt:
persona est hypostasis, proprietate distincta ad dignitatem
pertinente. Quoniam autem non paruæ est dignitatis in ra-
tionali natura subsistere; hac de causa, rationalis naturæ *Persona nomen est dignitatis.*
indiuiduum, persona nuncupatur. verum, quia Deus, virtu-
te, atque dignitate omnia superat; propriissime, dignissime-
que, personæ nomen ei competere, probabile est. hoc mo-
do, si res intelligatur, nedum prophani aliquid, sed dignita-
tis potius, & quidem maxime, personæ nomen afferre vide-
tur. Nam igitur, vt grammatici significare consueuerunt
certi officij distinctionem, vt dicunt, Roscum sustinere a-
lias personam Aiacis, alias personam Achyllis; ita & Theo-
logi hoc nomine vtuntur: sed hoc vocabulo substantiam
indiuiduam intelligentem, intelligunt: igitur persona gene-
raliter vsurpatur pro re incommutabili & distincta, subsi-
stente in qualibet natura intelligente. Verum aliqui nitun-
tur probare hoc nomen substantiam potius, quam relatio-
nem in diuinis ostendere.

CAP. IV.

Argumenta, quibus probatur, personam in diuinis, substantiam potius, quam relationem significare.

QVod nō dicitur relatiue in diuinis, secundū substā- 1.
tiā, & absolute dicitur, authore Aug. sed persona *Aug. 7. [illegible]*
nō dicitur relatiue, quia nullū sibi habet correlati-
uū: igitur persona in diuinis substātiā significare
videtur.

Persona in diuinis quid. videtur. Amplius, persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. ergo substantiam dicit, & non relationem: substantia enim indiuiduum, ad substantiam, non autem ad re-
2. lationem pertinet; profecto ens absolutum relatiuo nobilius est: similiter absoluta, quam relatiua persona. At, diuina persona est nobilissima: igitur est absoluta. Adde, quod personæ nomen, vt diximus, ad dignitatem spectat: sed relatio non ita perfectionem dicere videtur: ergo, quod prius.
3. Præterea, id, quod ad se refertur, substantiam dicit, & non relationem: sed persona, authore August. ad se refertur, & non ad filium. ergo. Anteced. patet ex se. conseq. vero August. authoritate roborata consistit. *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus.* Si quæris, quid illi tres sint: *Tres* (inquit August.) *personas pronunciabo, quibus plane nominibus, non diuersitatem intelligi volo, sed singularitatem* nomen ergo personæ substantiam significat. Dein-
4. de, hoc nomen persona, tum in hominibus, tum etiam in angelis, non relationem, sed absolutum aliquod significat. Quare, si in Deo relationem significaret; æquiuoce de Deo, angelis, & hominibus diceretur. Adde, quod id, quod significatur per nomen, eius sit definitio, teste Philos. 4. *met.* sed definitio personæ est huiusmodi: ergo &c. Itaque persona substantiam potius, quam relationem significat.

Aug. de Trin. c. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cælo.

CAP. V.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. dico personam significare relationem subsistentem per modum substantiæ: & ad minorem respondeo, verum esse, si absolute, & in speciali relationem significaret: at, quia in communi, & per modum substantiæ; ideo minor nihil concludit. neque enim relatiuum in communi correlatiuum habet, aut etiam ipsa relatio; alioqui, duo relationis generalissima esse probarentur. Cæterum, res cum esset multa caligine circumfusa, in varias dicentium sententias erupit. nam quidam Augustini verbis adhæserunt: *Nihil*, inquit, *est aliud dicere personam patris, & substantiam patris*: persona ergo patris ad seipsam, non ad filium refertur: sed quod ad se refertur, in multitudinem non exit, aut plurificatur: igitur persona in singulari quidam numero, substantiam; in plurali vero relationem significat: atque ita plures esse personas fatemur. Verum absurda est istorum sententia, quippe, cum singulare ac plurale eiusdem sint significatiuæ naturæ, & in modo tantum differant significandi. Quod ergo persona in singulari substantiam, in plurali relationem significet, est prorsus impossibile. siquidem plurale aliud est nihil, quam geminatum singulare: quapropter, si singulare substantiam significet, & plurale, vt homo, & homi-
2. nes. Sed dicis, personæ nomen ex proprio, principalique significato, substantiam; ex adiuncto vero relationem significare; quemadmodum dicimus, aliam esse personam patris, aliam filij, aliam spiritus sancti. Sed hoc à vero quam maxime aberrat; vox enim ex adiuncto, licet à connotato cadere possit; à suo tamen principali significato, nunquam. Porro, illud principale est reputandum significatum, quod ex se ipso, absoluteque significat, quod nulla adiunctione mutari potest. quod præterea secundum se relationem significat, vt paternitas, ex adiuncto substantiam si-
3. gnificabit nunquam. igitur, quod principaliter substantiam significat, ex adiuncto relationem non significabit. Dices, persona relationem significat, non secundum generis quidem rationem; sed speciei potius. sed hæc quoque sententia veritati non consonat: nam, quamuis species genus includat, atque ideo per suum genus, ad aliquid dici queat; genus tamen è conuerso sese ita non habet: vnde per suam speciem ad aliquid nequaquam dicitur, nisi fortassis per accidens. Siquidem, homo per animal sensibilis dicitur; non tamen è conuerso, nisi per accidens, quemadmodum per accidens animal est homo. Præterea, quodcunque inferius relatiue dicitur; & superius similiter, licet non primo, id est adæquate. Quare, sicut ad dimidium duplum refertur; ita quoque multiplex, licet non primo. Quicquid igitur secundum speciem, aut inferius relatiue dicitur; & secundum superius similiter, quod in specie concluditur: sed persona, secundum genus relationem non dicit; nec ergo secundum speciem. antecedens patet: sicut enim pater dicitur pater filij, ita profecto persona diceretur filij: sicuti duplum non solum dicitur duplum dimidij; sed etiam dicitur multiplex dimidij. conseq. nota est: nam si secundum speciem dicitur; & secundum genus etiam: atqui August. pater non est persona filij, nec è conuerso. Dicis, persona, naturæ intellectualis substantiam significet secundam, idque indifferenter, in communi, & absolute, primam non determinando substantiam, quæ relationem queat includere, vel exclu-
4. dere. Cæterum, quod hæc quidem substantia in diuinis sit respectiua, in creaturis autem absoluta; id profecto non ex suo principali proficiscitur significato, quod scilicet est aliquod in intellectuali perfectaque natura subsistens; sed per accidens potius. Verum quarta hæc sententia est imbecillis, & sibi ipsi non constat; persona namque incommunicabilitatem sonat, indiuidua autem substantia in creaturis, hac certe proprietate caret; est siquidem communicari repugnat minime, nam humana natura à verbo assumpta est. Sed obijcis iterum, August. Quid est tres personæ? quid autem quærit essentiam: persona ergo denotat essentiam: Præterea: *Non est aliud*, inquit, *Deum esse, & personam esse*: ergo quod prius.
1. *Resp.* quandoque, quid diffinitione; quandoque vero quæri
2. illud, de quo aliquid dicitur, ex Topicorum primo. Ratio primi manifesta est: *Diffinitio*, inquit, *est oratio indicans, quid est esse rei*. Secundum, ex met. elucescit. totaliter quærendum est quid vnum, quemadmodum & quid ens, tanquam non sufficiens; quia hoc ipsum istius natura est: quasi diceret: non sufficit asserere ipsum vnum esse principium, sicut Platonici dicunt; sed aliquid de quo dicitur vnum. hoc autem modo, si quis quæreret, quid est elementum, duobus modis respondere valet: & vno quidem elementi diffinitionem, altero vero, id, de quo dicitur elementum, vtpote ignis est elementum, assignando. In proposito Catholicis, tres esse personas confitentibus, Hæretici quæsierunt: quid tres, non quidem nominis diffinitionem inquirentes; sed potius quid esset illud substantiuum, quod adiectiuum illud, nempe tres determinaret. Ad hanc autem interrogationem per hoc, quod est persona recte respondemr. Quando ergo dicis, quod quid quærit de essentia, vniuersaliter negatur, sicut iam patet. Ad 2. quamuis persona sit ad se, tum in se, tum etiam in suis inferioribus; non ita tamen, sicut essentia, quæ à se se perfectissima est. Verum in hac sententiarum diuersitate, consideratione, atque fide nobis opus est; vt personæ conditiones in diuinis statuere valeamus. Personarum distinctio non fit in diuinis per aliquod absolutum: nam quidquid absolutum est in Deo, hoc est, in tribus personis, non potest facere distinctionem; sed per relationem, siue proprietates personales sibi inuicem oppositas. Quoniam autem in Deo summa est simplicitas, per quam necesse est; vt quidquid in Deo est, sit ipse Deus, habens idem esse, quod diuina essentia; relationes idem esse habeant cum diuina essentia, necessarium est, & secundum intelligentiæ tantum rationem ab illa distinctas; sed inter se tamen realiter distinctas. hæ autem relationes in Deo non habent esse accidentale, sed diuinum; ita vt sint in Deo vera subsistentes in vna natura diuina. Ex quo licet discere, quod relationes oppositæ, per quas solas in diuinis fit distinctio, possunt bifariam considerari; vel vt comparantur ad inuicem, & sunt sibi inuicem oppositæ, & à se inuicem realiter distinctæ: & sic sunt relationes Relationum enim ratio est esse ad aliud, hoc modo significatæ, significantur his nominibus, pater, & filius: pater enim & filius important relationes, vt sunt relationes, & proinde sunt ex vi suæ significationis nomina relatiua. Altero modo, possunt relationes in diuinis considerari, non vt sunt ad inuicem oppositæ; sed vt sunt subsistentea in diuina natura; sic aūt non significatæ non significant, vt relationes, secundum modum relationis; sed magis secundum modum substantiæ; quia nimirum significantur vt res distinctæ & incommunicabiles, existentes diuino esse in diuina natura. Ex quo patet, personam esse nomen absolutum, & non relatiuum: deinde non significare essentiam in recto, id est, quod non significet essentiam, vt essentia est, secundum rationem essentiæ: sic enim dicentes tres personas, significaremus tres essentias. Postremo similiter patet, quod nomen persona importet ex vi significationis suæ distinctionem aliquam. Cum ergo distinctio in diuinis non accipiatur, nisi secundum relationes oppositas: persona igitur ex vi suæ significationis relationem importat; non quidem vt relatio, sed per modum substantiæ relationem importat: vt est res subsistens in diuina natura. Quare nomen persona quid sit in diuinis, satis patet: vnde forma importata per nomen, personæ, non ex vi significationis suæ, essentia vel natura diuina est; sed proprietas personalis, siue relatio: ideo nomen persona, quia plures sunt proprietates in diuinis, non singulariter sed pluraliter prædicatur de tribus: non autem Deus, aut essentia; quia significat formam non multiplicabilem in tribus, sed eandem prorsus in tribus. sed eadem in tribus non potest prædicari, de tribus pluraliter; sed de tribus singulariter. Ad
2. 3. principale, substantia, siue intellectualis natura, non est prin-

Marginalia: *Persona significat relationem subsistentem.* — *Varia de hac materia sententia.* — *Aug. 7. de Trin.* — *Persona per se non dicit relationem.* — *Aug. 7. de Trin. c. 5. vel 34.* — *Quarta sententia.* — *Aug. 7. de Trin. ca. 4. 7. & 5 c. 9.* — *Quid. quot modis dicitur.* — *Verior sententia.* — *Relationes bifariam considerantur.* — *Persona est nomen absolutum.* — *Persona non significat essentiam, sed relationem.*

principale personæ significatum; sed connotatum potius, seu proprietas personalis. ergo &c. Ad 1. confirmationem dico, non opus esse personam absolutam, relatiuam nobilitate vincere. Dicis, absolutum est nobilius respectiuo: verum quidem est; si præcise ens absolutum intelligatur; sed quia persona relatiua diuina, aliquod includit absolutum, quod est sua perfectio, cuius gratia, cætera quæque nobilitate superat; ergo quod prius. Ad 2. confirmationem dico, quod persona in diuinis ex vi significationis suæ distinctionem significat, quæ certe in illis haberi non potest, nisi per relationem, quam quidem persona denotat, non per relationis, sed substantiæ modum; propterea dignitatem dicit, et enuntiat.
3. Ad 3. Verum quidem est, hoc nomen personam, ad se, & non ad alterum dici; quia nimirum relationem per modum substantiæ significat, quæ est hypostasis; atque ideo ait August. essentiam significare; quatenus in Deo essentia idem est cum hypostasi; non enim in Deo differt, quod est, & quo est. Ad confir. dico, quid, quandoque quæret de natura, quam significat diffinitio, vt iam diximus. interdum suppositum, vt quum quæritur, quid natat in mari? respondetur, piscis; & sic quærentibus, quid tres, responsum est, tres personæ.
4. Ad 4. diuersa ratio minus communium, æquiuocationem non facit; nam & si alia sit equi propria definitio quam leonis, in animalis tamen nomine vniuocantur; quippe, cum communis animalis diffinitio vtrique conueniat. Quamobrem, licet in diuinæ personæ significatione relatio contineatur, in angelicæ autem, atque humanæ minime; ex hoc tamen personam esse nomen æquiuocum, dicere non audemus; tametsi Deo, eiusque creaturis vniuocum sit nihil; proinde nec vniuoce dicitur. Ad aliud, substantiæ indiuidua, relatio eo modo, vt diximus, in diuinis intelligenda est.

QVAESTIONIS SECVNDAE

CAP. I.

Quod essentia non sit idem quod persona.

1. NAtura, & res naturæ non sunt idem, cui hore Hilario; sed natura essentia est, persona vero res naturæ; ergo. Sane, in quibuscunque essentia & persona, seu suppositum sunt, idem suppositum vnius naturæ sit, necesse est; quemadmodum in substantiis separatis clarissime cernitur. Porro, quæ eadem sunt, vnum sine altero nequit multiplicari; at in diuinis est
2. vna essentia, & tres personæ; non sunt ergo idem. Item, affirmatio, & negatio simul, & semel non verificantur de eodem; sed affirmatio & negatio vere esse probantur de essentia, & de persona; persona siquidem est distincta, essentia vero non est distincta; igitur idem esse non possunt.
3. Deinde, essentia est vna, persona vero multiplex, vtpote trina;
4. ergo quod prius. Præterea, nihil sibi ipsi subiicitur; sed persona subiicitur essentiæ, vnde suppositum nominatur. ergo
5. &c. Amplius, absolutum & respectiuum non sunt idem; sed essentia est quid absolutum, persona vero quid relatiuum. idem ergo non sunt. Iterum, essentia est communicabilis realiter, non autem persona. igitur non sunt idem realiter.

CAP. II.

Soluuntur argumenta.

Ratione. AD 1. maior est vera ex natura rei, non autem realiter; item, vera est in creaturis, non autem in diuinis. Quam ob causam scire debemus, essentiam in persona esse instar naturæ in supposito, sibi formaliter esse Deum largientis; & personam vicissim in essentia, instar suppositi in natura quiescentis. Essentia ergo diuina,
1. atque persona sunt idem realiter. Sane, id, quod simplex,
2. atque vnum cum alio suppositum constituit; est certe idem cum ipso realiter; ex realiter enim distinctis, vnum per se fieri non potest, nisi compositione tantum. sed sic se habet essentia & persona; realiter ergo ab inuicem non separentur. Omne præterea ab essentia diuina, vel à Deo realiter distinctum, in creaturarum numero est habendum: Sed persona diuinæ non est creatura, ergo quod
3. prius. Præterea, ob summam, perfectissimamque Dei simplicitatem, idem est ipsi essentia, & suppositum, quemadmodum superius cum de simplicitate Dei loqueremur, abunde demonstrauimus. Idem ergo sunt realiter. Per

se igitur locuti sunt qui relationes diuinas, ab essentia diuina realiter segregarunt, nihil aliud esse illas asserentes, nisi quod ad inuicem referantur. Cæterum, persona, vt diximus, relatio est subsistens in diuina natura, quæ ab ipsa realiter non distinguitur. Sed dubitabit aliquis, nunquid distinguuntur formaliter? Profecto, si in essentia identitas fundetur, ad personam vero terminetur; idem formaliter procul dubio esse censentur. Secus autem se habet, si contrario modo illa dixeris esse disposita: persona enim ad essentiæ conceptum non spectat, sicuti è conuerso essentia ad conceptum personæ. Plane, persona, relationem, quæ est extra quidditatiuum essentiæ conceptum, includit: non est ergo æqua ad inuicem identitas. essentia namque realiter sibi omnes diuinas adæquet personas: non sic autem vna persona secundum rem, ipsam sibi adæquat essentiam; sed ad alias se extendit: alioqui possibile esset vnam tantum in diuinis inueniri personam. Præterea, non inest vtrisque eadem identitas prædicandi: nam de quocunque prædicatur persona, & essentia similiter: non autem è conuerso. Sed dices: si essentia, & persona sunt idem formaliter; tunc absque dubio, istæ essent veræ, pater est paternitas, & pater est essentia; sicut ista, homo est animal. *Resp.* ob diuersum modum significandi, nempe concretiue, & abstractiue, huiusmodi obiectionem validam non esse: quamuis enim animalitas, & rationalitas sint de quidditatiuo conceptu hominis; ista tamen per sa primo vera non est: homo est animalitas, vel rationalitas. Quare, si in concreto, atq; modo conuenienti significetur; tunc profecto prædicatio in primo modo per se vera est: vt pote, pater est Deus, pater est suppositum relatiuum, & quæ sunt generis eiusdem: quemadmodum istæ, homo est animal, homo est rationalis. His ergo ita excusis ad confirmationem primi argumenti accedamus. Quoniam in creaturis non sunt relationes subsistentes, propterea suppositorum distinctio, per essentialia principia, non per relationes, fiat, necesse est. In diuinis autem, quia subsistentes sunt; ideo, ex oppositis relationibus, suppositorum emanat distinctio: nec tamen ob id, essentiam diuidi, necesse est, quippe, cum in essentia sint idem realiter. Ad 2. cum essentia & persona in diuinis, secundum intelligentiæ rationem differunt tantum, vt quidam aiunt, aut formaliter secundum nonnullos; hac de causa, non est inconueniens, aliquid de vno quidem affirmari, de altero vero, negari. Ad 3. pari facilitate refellitur cum primo argumento: persona namque multiplicatur propter relationes oppositas, non propter essentiam, à qua realiter non est discreta. Ad 4. secundum creatarum rerum modum, diuinis nomina accommodare consueuimus: quia vero creatarum naturæ rerum per materiam indiuiduantur, quæ speciei naturæ subiicitur; hac de causa indiuidua, subiecta, supposita, siue hypostases appellamus. Perspicue ergo patet, quare diuinæ personæ supposita, aut hypostases vocentur; vbi fas non est subiectionē huiusmodi cadere, atque inueniri. Ad 5. persona non est ita respectiuum aliquid, quin sit idem realiter cum essentia: Ratio ergo huiusmodi leuis est, & nullius momenti. Ad 6. Illa, quæ sunt idem realiter, sic sese habere possunt, quod vnum sit realiter incommunicabile, alterum vero minime; idque propter eam, quæ ex natura rei illis inest distinctio formalis. Itaque essentia diuina, atque persona sunt idem realiter: ex natura autem rei, formaliter distinguuntur, aut secundum intelligentiæ rationem.

Persona & essentia quomodo differunt.

Essentia & persona quomodo sunt idem realiter, & formaliter.

Persona nō est de conceptu essentiæ.

Homo est animalitas.

In creaturis non sunt relationes subsistentes.

2. 3. 4.

Quare vocentur hypostases.

5. 6.

CAP. III.

Quod relatio, siue proprietas, & persona sint idem realiter, non autem formaliter.

NOn parua apud nonnullos, de personæ relationisq; diuinæ subsistentia, vnione, atque entitate, extitit controuersia: vtrum idem essent realiter, ac vna alteri inhæreret nec ne. vnde quidam, relationes, seu proprietates, neque personas, neque in personis esse arbitrati sunt: relationes enim non vt in aliquo, sed magis, vt aliquid significare videntur. Quapropter res quasdam assistentes, relationes esse dixerunt. Alii rem huiusmodi perspicacius, atque acutius considerantes, nempe quod relatio, quatenus res in diuinis, ipse profecto est essentia: essentia autem idem est, quod persona: igitur, relatio idem est, quod persona. quam ob rem, relationes quidem personas esse fassi sunt; in personis vero nequaquam esse. Cæterum, quoniam relationes significantur in abstracto, vt quædam personarum formæ: ad formæ autem rationem spectat, vt illi insit, cuius forma esse censetur; ideo, & personas, & in personis esse relationes, dicere audemus; quemadmodum essentiam

Duæ opiniones. 1.

Persona & relatio sunt idē realiter. in Deo esse, quæ tamen est Deus, conteri non erube[illegible]mus.
Deinde, relationes diuinæ, & res veræ sunt, & æternæ. [illegible]
re vera, quæ non est in essentia, vel persona diuina, eam
profecto à Deo essentialiter esse diseretam dicimus: ergo
. quod prius. Adhuc, quæcunqoe ad alicuius vnius consti-
3. tutionem conueniunt, quorum vnum, non est in altero;
non vnum per se componsnt, sed aggregatione vnum, vt
aceruum lapidum. Si ergo relatio non sit in persona, & es-
sentia, nisi per aggregationem; necessitas nos eoget, vt di-
camus, vnum in diuinis per aggregationem esse, quod plane
impium est asserere. Iterum, essentia est relationis funda-
mentum, igitur relatio est in essentia veluti in fundament[illegible];
alioqui non video quomodo fundamentum reale esset di-
4. ceodum. Præterea, constitutiuum alicuius, ac formale dis-
tinctiuum, in ipso sit, necesse est. sed aliqua proprietas: spe-
ctu personæ, ita se habet: in ipsa ergo persona esse, clarissi-
Diuersimode proprietas est in essentia, & in persona. mum est. Porro, relatio diuersimode in essentia, & persona
esse eeosetur: in persona enim est, sicut actus personalis, i-
psam constituens, atque distinguens, referens, & denomi-
nans. in essentia vero, veluti in fundamento quo sane modo
non est in persona. Est enim in essentia, sicut proprietas in
natura, quemadmodum suo modo indiuidualis proprietas
est in natura creata: quo tandem modo non est in persona;
sed in ea potius est, sicut proprietas indiuidualia in naturæ
supposito, vt differentia indiuidualis in Mercurio. Differt
autem in natura ereata huiusmodi, ab ea, quæ est in persona
diuina. in natura siquidem ereata indiuidualis differentia,
quamuis ab ipsa essentialiter diserta non sit; in ipsam ta-
men per identitatem realem non migrat: quapropter ipsam
actuat, contrahit, atque determinat, denique cum ipsa com-
positionem facit. At, in natura diuina contrario modo se
habet, quippe, quæ compositionem non facit: sad supposi-
tum tantummodo determinat, denominat, atq; constituit.
Relatio an sit prius in essentia quam in persona. Præterea, si relatio, vt constitutiua consideratur; sic est in
persona, sicut in constituto: si vero in aliquo, veluti in fun-
damento essa consideretur, hoc certe modo, est in essentia,
& non in persona. Sed dicea, quare relatio, vt paternitas, in
essentia sit, vt in fundamento, & in persona, vt in eonstitutu
vel relato, non sic autem æqualitas, vel similitudo? Quia
nimirum æqualitas in suppositis fundatur: paternitas vero
in essentia, quatenus in suppositis præintelligitur. Quam ob
rem si ista admitteretur, pater est pater secundum essentiam;
tunc aliquis crederet paternitatem esse actum essentiæ. Ita-
que relationem esse in personis, manifestum est. Quod au-
Relatio & persona sunt idem realiter. tem sint idem realiter, sic potest facillime elucidari. Infini-
tum sane intensiue, cuilibet sibi compossibili est idem reali-
ter: sed persona diuina, ratione essentiæ, quam includit, in-
1. tensiue est infinita: eadem ergo est proprietati sibi compos-
2. sibili atque intrinsecæ. Præterea, quando aliquid continet
plura, quorum vnum per realem identitatem transit in al-
terum; ipsum profecto per identitatem est quodlibet ipso-
rum: sed persona diuina est huiusmodi, relationem, atque
Distinguuntur formaliter. essentiam contioens: igitur quod prius. Quod distinguantur
formaliter, sic patefieri potest: aliquid enim prædicatur de
persona, quod non prædicatur de relatione: nam verum est
dicere, persona generat, non autem paternitas generat: er-
go Præterea, si duæ personæ vnam, eandemq; habeant pro-
prietatem, vtpote pater, & filius spirationem actiuam: duæ
ergo personæ, sunt vna proprietas, & ex consequenti vna
persona, si persona à proprietate formaliter non distin-
guitur.

CAP. IV.

Quod relatio & persona non sint idem.

QVæ significant modum rei affixum, non signifi-
2. cant rem: sed relationes in diuinis significant mo-
dum rei affixum, ergo &c. Maior, & minor Boetij
Boet. lib. de Trin. sunt: *Quædam, inquit, significant rem, vt substantia,
quantitas, qualitas; quædam modum rei affixum, cuiusmodi sunt re-
2. lationes.* Præterea, relatio non est in essentia, neque in perso-
na, neque vt affixa, neque vt infixa: quod enim infixit, per
inhærantiam insistit: sed in diuinis nullum est accidans. argo
nulla potest esse inhærantia. nulla præterea pars, tanquam in
toto ibi consistit: relatio igitur non est in essentia, neque in
3. persona. Amplius, constituans, determinans, atque distin-
guens, non est idem quod determinatum, constitutum, &
distinctum: sed persona est constitutum, proprietas vero
constituens: ergo &c. Adde, quod multiplicata proprietate,
non multiplicetur persona: in vna enim persona, plures sunt
proprietates: igitur, proprietas, & persona non sunt idem.
4. Adhuc, si proprietas est persona, vna profecto relatio erit
duæ personæ, atque ex consequenti duæ relationes: sicuti *Persona & relatio sunt idē realiter.*
spiratio actiua, quæ est in patre & filio: hoc autem falsum est:
ergo &c. Adde, quod pater generet, paternitas vero non ge-
nerat, neque est pater: ergo quod prius. Præterea nihil est in
seipso secundum philosophi authoritatem 4. *phy.* Si ergo re- 5.
latio est in persona, id certe identitatis ratione fieri non po-
test, alioqui pari ratione esset in essentia. Relatio ergo, & per-
sona non sunt idem in diuinis. Sane, quæcunque sunt idem
ita se habent, quod quicquid prædicatur de vno, prædicatur
de [illegible] at, aliquid prædicatur de persona, quod de rela-
tione non prædicatur; dicimus enim patris personam gene-
rare, non autem paternitatem: ergo persona, & relatio non
sunt idem.

CAP. V.

Soluuntur argumenta.

AD 1. Boetius, si bene intelligatur, primi argumenti 1.
nodus facile soluitur: Sensus autem illius talis est.
Relatio, rem suam in habitudine ad aliud sibi ex-
trinsecum enunciat; atque ideo, dicit ipsam esse af-
fixam, quia nimirum non dicit rem ad se, sicut absolutam.
ex hoc autem non licet inferre relationem non esse idem
realiter cum persona. Ad 2. Relatio non inest essentiæ, vt ac- 2.
cidens: sed vt proprietas ipsi naturæ, per identitatem rea-
lem transiens in ipsam. & similiter, vt relatio consubstantia-
lis fundamento, non autem accidentalis. neque enim inest
personæ, vt pars, sed vt eius distinctiuum, atque constituti-
uum: denique, vt proprietas naturæ in ipsius naturæ suppo-
sito. Ad 3. dictum est, cum identitate reali, posse formalem 3.
identitatem consistere: proinde nihil refert, si vnum, vice
fungatur constituentis, alterum vero, constituti, cum re ab
inuicem diserta non sint. Ad confir. resp. id tantum elici,
quod scilicet relatio & persona adæquata identitate idem *Abstractū & concretum in diuinis idem sunt.*
non sint, bene tamen identitate reali. Cum enim diuina sim-
plicitas compositionem formæ & materiæ excludat; hinc
fit, vt idem in diuinis sit abstractum & concretum, Deus, &
Deitas. Eadem quoque ratione, quia in diuina simplicitate
subiecti, atque accidentis compositio non inuenitur: hac de
causa, diuina essentia, & eius tributa idem sunt realiter, simi-
liter relationes, & personæ. Quam ob rem, cum vna eadem-
que numero sit in diuinis essentia; non opus est, multiplica-
tis rationibus formalibus, siue secundum intelligentiæ ra-
tionem eam augeri, multiplicarique. Ad 4. nullum est in- 4.
conueniens, si vna, duæ sint proprietates, vel duæ personæ,
vna proprietas, idque non formali, sed reali identitate. Ad
confirmationem dico, ob diuersum modum prædicandi,
huiusmodi prædicationem impediri, quippe, cum persona
concretum, paternitas vero abstractum nomen enunciat.
Porro, participia adiectiua, & verba notialia, actus notiales
significant; actus au[illegible] suppositorum sunt: proprietates *Actus sunt suppositorum proprietates, vt forma suppositorum.*
vero, non vt supposita, sed potius vt suppositorum formæ
significant: atque ideo modus significandi non patitur, sed
repugnat potius, ac refugit huiusmodi prædicationis ordi-
nem, vel quia relatio, atque persona eandem non habent
identitatem formalem. vtrumque autem impedimentum
sufficiens est, quominus huiusmodi prædicatio non sequa-
tur. Ad 5. proprietates in essentia per identitatis modum esse 5.
dicuntur, in personis vero nedum per identitatis modum, *Proprietates quemodo sint in essentia, & in personis.*
verum etiam per modum significandi, sicuti forma in sup-
posito: Propterea non quidem essentiam, sed personas de-
terminant, atque distinguunt.

MERCVRIVS.

Horum Vnio vita est.

Commentum XIII.

QVid sit persona, quidue significet, denique
quam habeat cum essentia, & relatione co-
gnationem, affinitatem, atque identitatem,
iam dixisse me puto; Posthac operæpretium
me facturum spero, si cum Mercurio sapien-
tissimo, illius vnionem inquirendo, in medium adduxero,
palamque omnibus fecero Pymandri vnionem, quam pro-
fecto vitam Mercurius appellat. *Horum, inquit, vnio vita est.*
Pymandrum autem esse vnum, secundum quidem naturæ
vnitatem, superius dixi, in quæstione de vnitate Dei: nunc
autem illius vnionem, & vtrum vnus sit supposito, atque
persona, necne: cum ipsius Pymandri, eiusque lucidissimi
verbi gratia, lumine, atque amore, prosequi intendo. *Ego fili,*
ait Mercurius ad Tatium, *bonum semper dæmonem audiui di-* *Mercurius*
cantem,

Bonum & vnum. *Hi nus damon Mercurij.*

stantem, quasi literis quoque monumentis mandassem, mira quædam in diei humanæ generi emolumenta contulissem. Solus ille tanquam ipse primo genitus Deus, vniuersa conspiciens, diuina in nos effudit oracula. bene equidem audiui sic aliquando prædicantem. vnum omnia sunt, præsertim intelligibilia corpora. nam quemadmodum homo nequit sine vita viuere; ita nec Deus viuere potest, nisi bona producat: hæc enim Dei vita, hic est eius actus agitare singula, vitamque omnibus inspirare. Hæc Mercur. Omnia ergo sunt vnum, quia omnia sunt in Deo, qui est vere vnum, imo ipsa vnitas, vnio, & vita.

Vna vita.

Et ad Asclepium: *Omnia, inquit, est Deus, & à Deo omnia, & eius voluntatis omnia. omnia etenim ab ipso, & in ipso, & per ipsum.* Et ad Tatium: *Deus est circa omnia, simulatque per omnia: ipse certe omnibus vitam præbet.* Quare si quo modo vitam ille subtraxerit, deficiente vita, in mortem corruent omnia. *cum autem viuent omnia, vnaque sit vita sanctorum; vnum sunt omnia, quia vna est vita omnium. Rursus, si omnia viuentia sunt, & quæ in cælo videntur, & quæ iacent in terra: vna autem vita cunctorum manat ex Deo: at ipse, & ipse Deus.* in Pymendro vocatur omnium principium. *Monas omnium principium, radix, & origo, absque vero principio nihil. Initium est autem non principij, sed alterius. Monas ergo principium continet omnem numerum, è nullo contenta, omnemque gignit numerum, a nullo numero genita: quicquid vtique genitum, imperfectum, diuiduum, crescens, & decrescens. Et vero quod perfectum est, horum nihil accidit. id sane quod augescit vires è monadis augetur: euanescit autem imbecillitate propria. cum vlterius monadem capere nequeat.* Hæc illa. Recte ergo dixit Mercurius: *Horum vnio vita est.* nam ab ipsa vnitate, quæ est Deus, omnium emanat vita, cuius gratia omnia sunt vnum: ipsa est radix vitæ, principium entium, finis, & augmentum, in qua omnia sunt vnum. Igitur vnum omnibus maxime est necessarium: nam ea in tantum sunt, in quantum vno participant: quod est via, veritas, & vita: via, inquam, per quam omnia ad suum principium redeunt: veritas, in qua omnia terminantur: vita, in qua omnia subsistunt: vnitas, in qua omnia vniuntur. in hac autem vnitate, quies est, in multis vero turbatio.

Monas omnium principium & radix.

Via, veritas, vita, vnitas.

Plotinus. Enn. 5. lib. 4. c. 1.

Consentit his Plotinus. *Quicquid, inquit, præter primum est, necessarium est ab ipso primo pendere, atque id quidem vel proxime, vel saltem per media quadam*, oportet enim aliquid super omnia esse, idque simplex omnino, diuersumque ab omnibus, in seipso consistens, neque mistum sequentibus quod enim vere vnum est, non ita quidem vnum est; vt alterum quiddam primo in se sit, deinde sit & vnum: sic enim de hoc vnum falso prædicaretur. Idipsum præterea neque sermo, siue ratio, neque scientia vlla prorsus attingit, quod etiam essentia superius iudicatur. Nisi enim omnino sit simplex ab omni prorsus concursione, & compositione semotum, penitusque vnum; principium esse non poterit: quippe, quum ob summam duntaxat simplicitatem sufficientissimum esse queat, omnium primum: nempe, & quod non est primum indiget eo, quod est ante ipsum. & quod non est simplex, his indiget, quæ in ipso simplicia sunt, vt ex eis constituatur. Iam vero quod tale censetur, vnum tantum esse vtcumque oportet. non sic autem se habet illud verum vnum, à quo omnia pendent, in quo omnia sunt vnum. vnum ergo est per se sine vlla coeretione, concursione, atque compositione, à quo omnia entia habent esse; nam teste Boetio, causa & ratio entis est vnitas, & vnitatem vniuscuiusque entis suam esse naturam, Auicenna, & Auerrois confitentur. quamobrem Plotinus. *Omnia entia, inquit, ipso vno sunt entia, tum quæ primo entia sunt, tum etiam quæ quomodo inter eum ordine numerantur.* Nam & quidnam forent, nisi vnum forent? Siquidem priuata vno, non amplius sunt quod esse ante dicuntur. Neque enim exercitus erit, nisi fuerit vnum, neque chorus, neque grex vllus, nisi similiter sint & vnum. tum vero nec domus, neque nauis erunt, nisi potiantur vno: siquidem domus vnum aliquid est & nauis. Quod quidem si abiecerint, nec domus vlterius erit domus, neque nauis similiter erit nauis. continuæ quoque magnitudines, nisi insit vnum, nunquam erunt. Cum itaque diuiduntur, quatenus amittunt vnum: esse quoque commutant. quin etiam plantarum animaliumque corpora, quæ vnum singula sunt, si quando fugerint vnum, in multitudinem videlicet dissipata; essentiam statim suam quam habebant, amittent: nec quæ prius erant, vlterius erunt; sed statim euadent alia, quæ quidem & ipsa sint, quatenus sint & vnum. Tunc præterea viget sanitas, quando corpus conciliatur in vnum; tunc pulchritudo floret, quando virtus vnius membra connectit; tunc virtus in anima regnat, quando in vnum animus, & in vnum conspirat consensionem. Quapropter & minus quidem entia, minus vnum possident: quo vero magis sunt, similiter sunt magis & vnum. Iam vero anima cum aliud sit quam vnum; tamen quatenus magis verius que est, eatenus magis possidet vnum, neque tamen vnum ipsum existit. Sed dicet aliquis, animam deinde esse penitus, atque vnum, propterea quod non sit anima, nisi sit vnum: sed hoc modo alia quoque sunt vnum. verum animam in se existere multam constat, quamuis ex partibus minime componatur. nam multæ in ea sunt vires. nempe ratiocinatur, appetit, percipit, quæ sane vno quodam tanquam vinculo connectuntur. Et alibi. *Vnum quiddam, idemque numero esse simul vbique totum*, communis indicat mentis humanæ conceptio: quando omnes naturali quodam instinctu clamamus in vnoquoque nostrum esse Deum, adeo vt vnus in omnibus idemque sit Deus: quiquidem in re vnum idemque per studio enituntur, neque vllo pacto vellent ab vnione diuelli, omnia bonum appetunt, bonum autem est vnum: ad ipsum ergo vnum naturaliter omnia properant. Antiqua siquidem principalisque natura & appetitio boni, quod quidem existit sui, in vnum reuera perducit: atque in hoc ad seipsam studet vniuersa natura. Dionysius quoque vnionis huiusmodi dignitatem, maiestatemque clarissime manifestat: *Nihil, inquit, est existentium, nisi participans vno.* Sicut enim omnis numerus vnitate participat, & vnum, & duo, & decem dicitur, & semis vnum, & decimum vnum; ita & omnia vno participant, & per id, quod est vnum, omnia sunt existentia. Ante enim omnem multitudinem, vnum est, omnem multitudinem terminans. Sane non est multitudo, nisi participans vno: sine multitudine, erat vnum; non tamen sine vno est multitudo. Sunt quidam multa partibus, sed vnum toto; vt corporis membra, ciuitas, exercitus, chorus, domus &c. & sunt multa accidentibus, sed vnum subiecto, vt scientiæ, & ignorantia in anima, & colores atque affectiones in corpore. & sunt multa numero, vt particularia, aut virtutibus, & sunt vnum specie: & sunt multa speciebus, & vnum genere; & sunt multa processibus, & vnum principio. Omnia ergo appetunt vnum: nam quanto aliquid de vnitate plus habet, authore Boetio plus de esse, atque bonitate habet. Igitur omne tam diu subsistit, & est, quam diu vnum est. & tunc necesse est interire, cum vnum esse desierit: quia si partes corporis diuiseris, ipsum corpus penitus interibit. cum igitur sui conseruationem omnia appetant, idque sine vnitate assequi nequeant; vnitatem ergo appetunt omnia. Empedocles duplicem in nostris animis litam aiebat esse naturam. quarum altera, sursum tollimur ad vnum ipsum, & ad cœlestia: altera deorsum trudimur, ad multa, & ad inferna. has plane duas naturas per amicitiam & litem significauit: in quibus se lite, & discordia actum, furenti similem, ac profugum à diis in altum iactari conqueritur. Multi præterea in philosophandi scientia insignes, mundi formam vnitatem esse dixerunt: quam plane nonnulli spiritualem esse aiunt è primo ente in ipsum vniuersum virtutem manantem, qua & mundus, & ipsius partes connectuntur, atque in vnum coalescunt, instar corruptibilis animalis, cuius membra spiritu à corde diffuso, ad inuicem compaginentur. Alij, vt Themistius & Simplicius, vnitatem illam, mundi animam vocant, quam Plato asserit esse in medio, vt vniuersum recte gubernet: & in elementis quidem naturam esse, in cœlo vero, animam, in hominibus autem intellectum. huius quoque sententiæ Plutarchus fuit, in eo, quem de Platonis opinione scripsit libro. Sed peripathetici vnitatem illam, primum motorem dicerent; qui profecto & realiter, & intentionaliter considerari potest. Porro, realiter, quadam scilicet æquiuocatione, vniuersi anima nominatur, quæ mundum, ac quamlibet ipsius partem in esse constituit: intentionaliter vero, nec mundi, nec alicuius ipsius partis forma erit; sed intellectus seipsum intelligens, & forma omnium intellectuum qui ipsum intelligunt. Vnde 1. *cæli comment.* 100. hanc formam aliis quidem clarius, aliis vero obscurius fuisse communicatam, philosoph. asserit. Præterea, Deum esse primum agens, primum finem, atque primam formam, peripathetici propemodum omnes protestantur: quod sane nullius esset momenti, si vniuersi forma non esset: nullius enim alterius esse potest. Rursus, ex motoris vnitate, ipsius mundi vnitatem ostendit. quod si mundi formam Deum non dicerent; nihil profecto ipsius ratio esset faciẽda. Hanc forsitan Parmenides balbutiendo descripsit apud Platonem in lib. Parmenidis, dum vnum numero dicit esse omnia; illius vtique primæ formæ vnitate, quæ tamen propriis, & particularibus formis differunt, hoc sane modo hominis membra, vnitate communis formæ vnum sunt, propriis vero formis dissentiunt. Primus itaque motor vniuersi forma nominatur; tum quia ipsum vniuersum constituit, & perficit; tum etiam quia intrinsece operatur. *Horum igitur vnio vita est*, quia forma, & vita vniuersi, motus, & actus sunt. Arist. *In omni genere est vnum primum, quod est metrum & mensura omnium*

Primum principium simplicissimum.

Verum vnum.

Causa entis est vnitas. *Plotinus. Enn. 6. lib. 9. c. 1.* *Bonum vnitatis.* *Vnitatis exempla.*

Bonum & vnum.

Lib. 5. enn. 6 c. 1. *Quomodo anima est vnum, indicat mentis humanæ conceptio.*

Dionysius de Diuinis nom.

Omnia appetũt vnũ. *Boetius. de consol. 3. pro. 11.*

Empedocles.

Vnitas mundi forma.

Simpl. 3. de anim.

Mundi anima vnitas mundi.

Peripathetici illam vnitatem Deum appellant.

Parmenides vnum numero dicit esse omnia.

Arist. 10. meta. 7.

B[illegible]um & [illegible]num.

omnium existentium in illo gener[illegible] nere erg[illegible] est vnum primum ens, quod [illegible]terum om[illegible], atque mensura, a quo entia pe[illegible]tionem ha[illegible] vnitatem. Et Auerr. prope finem [illegible] fatetur esse Deum [illegible]riosum, qui, cuilibet enti, secundum ipsius statum [illegible] a-tem, entitatem, atque vnitatem largitur. D. [illegible] Aug. [illegible]

Auer[illegible] in [illegible]. 12. Diu. Aug.

est species, [illegible]que corpus, inquit, quod non hab[illegible] [illegible] qualecunque v[illegible]num, de vno omnia na cantur, vel [illegible], vel plus [illegible], vel greges gregum, vel populi populorum [illegible], nullum solium pi, vel nullus pilus per tam numerosam succe[illegible]ionem, cuius non ratio in illo primo & vno semine fuerit. [illegible] corporalia quæque in sui quidem generibus ab vno manant principio; quanto magis spiritualia ab vno pendere principio necessarium est? hanc vocat August. vnitatem intelligibilem, & Parmenides vnum omnium principium: quo posito, ponuntur, & sublato, omnia pessum eunt. Itaque multitudo est discessus ab vno: atque ob hoc ipsum, malum est, nosque mali sumus, quando multitudo sumus: tunc enim quodlibet multum fit, quando potentia panes ipsum, siue idem in seipsum manere diffunditur, & extenditur dispersum, & quando in ipsa diffusione prorsus vno priuatur; vbi deest, quod partem aliam cum alia vniat: Quod si cognosceret ille quam malum hoc sit; persenurer v[illegible], sa à seipsu procul abiisse. Vnumquodque sane non aliud appetit quam seipsum. Progressus autem ad externa, factus est vanus, vel coactus. Quatenus igitur vnusquisque habet vnum, habet seipsum. Natura igitur vnumquodque vnitatem desiderat, in qua seipsum inuenire potest. Testimonium Parmenidis paulo ante citatum confirmat theologiam Empedoclis, vt dubium non sit; quin sit apud vtrumque Deus ipsa vnitas. Damascius quoque Platonicus: *Vnitas, inquit, tanquam Sol procul obscure quasi videtur, si propius accesseris, obscurius: deniam cæterarum rerum tollit apprehensionem: est sane lux inaccessibilis, vt quo magis accedas, eo magis cæcutias.* Vnitas igitur honoretur silentio, vnitas omnia producit. Plato de ante, reuera motum, vitam, animam, sapientiam, ab eo quod omnino, ac vere est, abesse prorsus existimandum non est, neque viuere ipsum, neque sapere, sed immobile consistere. & in Parmenide: *Quædam, inquit, sunt alia ab vno, quia non illud primum vnum sunt, non tamen penitus vno priuata sunt, sed vno participant.* Itaque noster Mercurius præclarissime docuit, Pymandri, atque ipsius verbi vnionem, vitam esse: nam ob summam simplicitatem, summam quoque absolutissimamque vnionem habent, vnitas vero huiusmodi omnium est radix & principium entium, vita in eis naturaliter est; quia vnio illa, est amborum vita: à qua profecto vita, vniuersa habent, vt viuant, moueantur, & sint: nam illius genus sumus. Sed posset aliquis hinc arguere: Si pater & filius vnum sunt; nunquid est vna persona in diuinis?

Vnitas [illegible]. Parmenides.

Natura vnusquisque desiderat vnitatem.

Damascius. Vnitas est inuestigabilis.

Plato.

Patris & filij vnio.

QVÆSTIONIS PRIMÆ
CAP. I.
Quod sit vna persona, siue suppositum in diuinis.

1. IN Deo est summa vnitas, igitur est vnicum suppositum. Anteced. patet ex his, quæ iam dicta sunt. Conseq. autem prob. nam vnitas simpliciter perfecta, nedum in natura; verum etiam in persona, ac quolibet sibi intrinseco, suam seruat simplicitatem. Vnum ergo
2. est tantum suppositum in diuinis. Amplius, vt in ordine entium, vnum necessarium est ens absolutissimum, atque supremum; ita absque dubio in ordine suppositorum: non enim maior vnius, quam alterius ratio esse videtur. sed in ordine entium, absolutissimum ens est Deus: pari quoque ratione, in ordine suppositorum, vnum est primum supposi-
3. tum. Adhuc, cuilibet entitati simplici, & quæ augeri non potest, adæquate aliquod vnum, & absolutum respondet; sic in natura humana, vnum tantum est suppositum, vel vna est hominis natura: sed entitas, siue natura diuina, est vniuoca, simplex, absoluta, impluribicabilis: vnicum ergo habet sup-
4. positum, siue personam. Præterea, recta ratio naturæ in verum adducit: verum autem est, & humanæ persuasum rationi, naturam diuinam in aliquo supposito subsistere; in tribus vero, fide potius, quam ratione naturali habemus: ergo
5. quod prius, Adhuc, quicquid perfectionis in rebus creatis esse videtur, excellentiori quodam modo Deo est attribuendum: sed non paruæ est perfectionis in creaturis suppositum habere absolutum: igitur in diuinis vnum sit suppositum, & non respectiuum, omnino necessarium esse videtur. Plane, si suppositum fuerit relatiuum, suppositum sibi habebit correlatiuum: atque ita non [illegible] sed plura. Adde authoritatem Augustini *lib.* [illegible] omnis natura ad se [illegible] sistit, quanto magis Deus. [illegible] igitur suppositum per se subsistit, atque vnicum est, & [illegible]lutum. Denique, agere est
6. suppositi primo met. ergo actio communis est suppositi communis. In diuinis autem sunt aliquæ actiones communes, vtpote intelligere, & velle creare. igitur in diuinis est vnum suppositum commune, atque, commune ab se. Plane, quemadmodum primo poster. dicitur, quando aliquid pluribus est commune; hoc certe est per aliquod ipsis commune: sed subsistere tribus conuenit personis relatiuis: per aliquod igitur commune ipsis fieri debet, non quidam per essentiam, quia personaliter non subsistit: igitur per aliquod suppositum commune, & absolutum. Igitur vna est persona in diuinis.

Personarum distinctio.

C A P. II.
Soluuntur argumenta.

AD 1. neg. conseq. & ad prob. dico, suppositum, quatenus suppositum, nullam innuere perfectionem, sed quidquid perfectionis est à diuina pendere natura: vnitas præterea, si formaliter intelligatur, non est perfectionis simpliciter. quia omnis profecto vnitas est formaliter quædam negatio. Quare ex simplicissima Dei perfectione, non licet inferre vnitatem personæ, siue suppositi; nam diuinæ vnitas naturæ compatitur secus trinitatem personarum. Ad 2. neg. similitudo, quamuis in ordine perfectionum simpliciter, ac totius entis necessarium sit, aliquod primum & absolutissimum ens inueniri, hoc tamen in quolibet ordine non est necessarium: ideo suppositum patris in diuinis non est necesse, esse absolutum, atque vnicum; nisi fortassis absolutum intelligere velis, independens à priori, vel posteriori supposito. Ad 3. diuinæ entitati, singulari atque absolutæ, aliquis vnus, nempe Deus adæquate respondet; non autem suppositum absolutum, aut respectiuum; sed indifferens & neutrum. Eadem quoque facilitate quartum soluitur argumentum: nam etsi aliquod in diuinis suppositum per rationem naturalem esse probauerimus; illud tamen absolutum, seu respectiuum sit necne, probare non possumus. Ad 5. negatur minor: neque enim simpliciter perfectionis est in natura creata suppositum habere absolutum; sed perfectionis potius supplentis creatæ, imperfectionem naturæ; ipsa siquidem ex se non est in vltima actualitate constituta; ideoque per aliquid proprij generis contrahi, atque determinari indiget. Præterea, in nulla plane natura magnæ perfectionis esse reputatur, ipsius suppositum esse absolutum: quamobrem supposita, si per absoluta constituerantur, non minoris essent perfectionis, ac si id ipsum per relationes haberent. Ex hoc Augustini authoritas soluitur, quæ sane ita intelligenda est, quod Deus ad se subsistat; subsistentia vtique naturali, ac communicabili, non autem personali, & incommunicabili. Ad 6. agere quidam est suppositi, sicut vltimo denominati; immediate vero, atque adæquate est ipsius principij: immediatius enim principium, quam suppositum obseruat, atque intuetur. Quare, si principium proprium extiterit, & actio quoque similiter. quod si actio communis, & principium etiam erit commune, non autem suppositum: neque refert, quod actio sit suppositi; est enim suppositi, non tamen communis: impossibile certe est suppositum aliquid inueniri, illudque communicabile esse: actio ergo in diuinis non vnius est suppositi; sed tribus omnino communis est personis. *Dices:* sicut se habet actus notialis ad suppositum proprium; ita actus communis ad commune suppositum: sed actus notialis est à primo supposito: actus ergo communis, à communi supposito proficiscitur. *Respond.* maiorem non esse veram: actus namque in diuinis ideo appellatur; quia nimirum tribus per idem principium conuenire dignoscitur. Actus præterea spirandi patri, ac filio communis est; & nihilominus duo sunt, non vnum suppositum. Ad confir. dico, incommunicabiliter subsistere, commune est tribus in diuinis: non quidem vniuoce, quo ad illud positiuum in quolibet, puta relationes; nam vnumquodque per suam proprietatem subsistit: igitur non opus est illis communi supposito. Præterea, suppositum ex sui natura est incommunicabile; vt quod, & quo: propterea implicat, aliquod esse suppositum absolutum, atque illud esse communicabile. Adhæc, si illud suppositum absolutum patri communicatur, tunc plane idem cum ipso suppositum esset formaliter, & eadem facilitate cum filio, & spiritu sancto. Sed identitas formalis, atque vnitas suppositi, ab vnitate manat proprietatis suppositalis. igitur, si illa proprietas esset absoluta, tunc tres personæ

Agere immediatum est etiam principij.

Actus notionalis.

Actus communis.

Personarum distinctio. non erit relatiuæ, sed vnum suppositum absolutum; quod si relatiua, non vtique erit absolutum. Amplius, idem suppositum esset generans, & genitum, quia idem est in ambobus. sed natura non permittit, nec intellectus capit, nec instare poteris, asserens essentiam communem patri ac filio esse, nec tamen generantem, aut genitam appellari; nam essentia suppositi rationem, cui generare, atque generari communicatur, non subit, vna ergo persona non est in diuinis.

CAP. III.

Quod personæ diuinæ non per aliqua absoluta, sed per proprietates relatiuas distinguantur.

Aug. 5. de Trin. c. 5. contra Ary argumentum. Quidquid in Deo dicitur, inquit August. *secundum substantiam dicitur*, dicebat Arius: Igitur, quicquid in Deo distinctum vel diuisum est; vtique secundum substantias distinctum, atque diuisum erit; sed pater est ingenitus, filius vero est genitus; secundum substantias ergo distinguuntur. Ad hanc autem obiectionem ita respondet. *Relatiua quomodo sint in diuinis.* Relatiuum de Deo non secundum accidens dicitur; quia semper fuit pater filius; non secundum substantiam, quia ad seipsos non respiciunt; sed pater ex eo, quod est ei filius dicitur, & filius ex eo, quod habet patrem. Non secundum substantiam hæc dicuntur; quia non quisque eorum ad seipsum, sed ad inuicem, atque alterutrum ad alterutrum ista dicuntur: neque secundum accidens; quia & quod dicitur pater, & quod dicitur filius, æternum atque incommutabile est eis. Quamobrem, quamuis diuersum sit patrem & filium esse; non tamen est diuersa substantia. quia hæc non secundum substantiam dicuntur, sed secundum relatiuum: quod tamen relatiuum non est accidens, quia non est mutabile. Sed *instas.* si aliquid ad seipsum dicitur pater, quod ad seipsum dici non potest filius: & quicquid ad seipsum dicitur, secundum substantiam dicitur; & ad seipsum dicitur ingenitus, quod dici non potest filius; quia ad genitorem refertur: non ergo eiusdem substantiæ. Sed huic versutiæ resp. filium æqualem esse patri, non secundum quod ad patrem dicitur; quia illud relatiuum est, non secundum substantiam. Quia vero filius non ad filium relatiue dicitur; sed ad patrem; non secundum hoc, quod ad patrem dicitur, æqualis est filius patri. *Filius est æqualis patri secundum substantiam. Aug. 1. de Trin. c. 8.* Restat ergo, vt secundum id æqualis sit; quod ad se dicitur; quicquid enim ad se dicitur, secundum substantiam dicitur. *Quapropter illud præcipue teneamus*, ait August. *quicquid ad se dicitur, præstantissima illa & diuina sublimitas substantialiter dici; quod autem ad aliquid, non substantialiter; sed relatiue; tantamque vim esse eiusdem substantiæ in patre, & filio, & spiritu sancto, vt quicquid de singulis ad seipsos dicitur, non pluraliter, sed singulariter accipiatur.* sed personæ non singulariter, sed pluraliter dicuntur. ergo &c. *Lib. 6. de Trin. c. 2.* Item, Nihil pater in seipso dicitur proprium, quod ad filium non dicatur; quicquid autem aliud dicitur, cum filio dicitur: quicquid ergo ad se dicitur, non dicitur alter sine altero: & quæcunque dicuntur, quod substantiam eorum ostendunt, ambo similiter dicuntur. itaque, quicquid ad se dicitur, & est absolutum in diuinis; commune est tribus, & nulli proprium. proprium enim relatio est, & ad se non dicitur: *Quod ad se dicitur est absolutum, & commune tribus.* proinde proprietas suppositi constitutiua, absoluta esse nequit. Item, *lib. 5. cap. 11. Quod autem proprie*, inquit, *singula in eadem trinitate dicuntur*; nullo modo ad seipsam, sed ad inuicem, aut ad creaturam dicuntur; & ideo relatiue, non substantialiter ea dici manifestum est: quod si dixeris personam ad se subsistere. *Subsistere duobus modis dicitur.* vno quidem sensu verum est, nempe, vt subsistentia inhærentiam excludat; idque ob essentiam, quam includit. quemadmodum August. innuere videtur. *7. Trin. c. 8.* *Omnis natura, vel res*, inquit, *ad se subsistit, quanto magis Deus?* subsistit, inquam, non suppositali aut personali ad se subsistentia, sed essentiali. Vel fortassis subsistere dixit; quia pater, quatenus persona, & Deus, ad filium non dicitur. Igitur, secundum Augustini doctrinam, quod ad se dicitur, est absolutum in diuinis. Item, August. 11. *de Ciuit. Deus est*, inquit, *quicquid habet, excepto relatiue, vel relationibus, quarum vna non est altera.* *Boetius.* Præterea, Boetius de Trinitate, essentia, ait, continet vnitatem, sed relatio multiplicat trinitatem; relationibus igitur non absolutis personæ distinguuntur. *Relationibus personæ distinguuntur.* Amplius, si personæ diuinæ per proprietates absolutas constituerentur, tunc quæro; aut illæ proprietates absolutæ in natura, distinctæ essent mansuræ, aut in ipsam naturam transituræ. Si mansuræ, suppositum cum ipsa natura constituent; idque per compositionem, quod est impossibile. si transituræ, suppositi constituendi virtutem non haberent. Diceres, quoad simplicem cum essentia identitatem, transeunt quidem, manent autem ab essentia formaliter distinctæ: quod plane sufficit ad construenda supposita, sine vlla essentiæ suppositorumque compositione. *Personarum distinctio.* Contra: si supposita diuina per absolutas constituerentur proprietates, tunc plane relationes diuinæ accidentia dicerentur; quippe, quæ suppositis iam in esse absoluto suppositali aduenirent: sed consequens est impossibile ergo & antecedens; in Deum enim nullum accidens cadere potest. Præterea, tunc vna necessario aliam non requireret personam; nec ad ipsam necessariam haberet relationem: quinimo vna posset sine altera cōsistere; si quidem, si per absolutam proprietatem constituitur persona, absoluti vero natura est ad alterum non referri; sed ex ipso consistere: vna ergo persona, absque altera esse poterit. sed hæc sunt omnino impossibilia. ergo &c.

Relationes non sunt accidentia. *Resp.* Relationes, accidentia dici non posse, tametsi aliquo modo supposita constituta præsupponere videantur: nam spiratio actiua in patre accidens esse non potest; & nihilominus suppositum non constituit paternum; sed etiam constituto quasi aduenire videtur. Quoniam igitur per realem identitatem, in diuinam essentiam transeūt omnia, nulla in mentem venire potest accidentis suspicio. Ad aliud, dico, quod personæ necessarium nexum habeant ad inuicem, ob eandem quam habent communem essentiam; non sunt enim essentialiter distinctæ relationibus: ergo ipsas consequentibus, necessario ad inuicem realiter referuntur. *Obiectiones.* *Contra*: 1. Omne absolutum in diuinis dicit perfectionem simpliciter; atque proinde est communicabile: sed per aliquod communicabile, suppositum nequit constitui: ergo. 2. Item, nullum diuinum suppositum esset simpliciter perfectum: non enim haberet omnem simpliciter perfectionem. nempe esse communicabile. 3. Illæ præterea absolutæ proprietates, aut eiusdem profecto, aut alterius essent rationis: non eiusdem certe, alioqui non se tota distinguerentur; atq; ita constitutiuæ non essent; nec alterius rationis, distinctæ siquidem forent quidditates. Vnde in quolibet supposito, & quidditas tum essentiæ, tum etiam proprietatis esset absolutæ, atque ita compositio, quod est impossibile. *Solutiones.* *Resp.* absolutum in diuinis, perfectionem simpliciter dicere, atque aliquid communicabile; non autem proprietates personales. 1. Ad aliud, 2. sunt alterius rationis: & quando dicis, in quolibet supposito essent duæ quidditates: nego: neque enim essent duæ proprietates, sicut suo modo in creaturis duæ non inueniuntur differentiæ indiuiduales, nec vlla compositio: migrant sane identice, atque realiter in diuinam essentiam. *Obiectiones.* *Contra*: 1. si personæ per absolutas proprietates in esse suppositali sint constituendæ; tunc sane pater, ex filij generatione aliquid acquireret: sed falsum est, pater namque à se habet omnia. Si ergo pater prius est suppositum, idque per aliquod absolutum, quam generet filium; seipsum profecto patrem facit: ergo. 2. Amplius, tunc origines in diuinis superfluæ essent, & otiosæ, nullaque vnius ab altera emanaret personæ origo; ante siquidem omnem originem personæ essent constitutæ, atque distinctæ: quodlibet namque absolutum, quamlibet relationem præcedere, certum est. Neque enim sub obtentu fundamenti, aut principij, vel perfectionis, relationem præsupponere debet: nam si huiusmodi absolutæ proprietates, origines necessario præsupponerent, cum ad origines spectet, suppositum à supposito distinguere; tunc per origines, non autem per absoluta esset distinctio personarum, ipsaque absoluta superflua essent & otiosa. at in diuinis superflui est nihil. 3. Amplius, multitudo esset in diuinis absolutorum realiter distinctorum: etenim proprietates illæ absolutæ realiter differrent; constituunt enim supposita realiter distincta: sed hæc sunt absurdissima. igitur quod prius. *Solutio.* *Resp.* 1. pater prioritate originis, non autem temporis, aut naturæ, habet omnia prius quam filius: ideo argumentum falso innixum fundamento, scilicet, quod prioritate temporis, aut naturæ illud habeat, facile soluitur. patet etiam ex spiratione actiua, quæ aliquo modo paternitatem præsupponere videtur, habet igitur pater prius omnia, quam filius, prioritate profecto originis: propterea ex filij generatione nihil sibi secundum hunc modum noui accrescit. 2. Ad aliud, nego relationes ibi fore otiosas: essent enim ibi suppositum producens, & productum, & relationes originis concomitantes; sicut spiratio actiua, per se primo non pertinet ad generationis terminum, sed concomitatur potius. Quam ob causam, primus generationis terminus esset suppositum absolutum, non aliquem relationis respectum amplectens; quamuis illa necessario insequeretur. Ad aliud dico, quemadmodū relationes à diuina essentia realiter non distinguuntur, sed ab inuicem; ita plane proprietates illę absolutæ. Quare nulla esset absolutorū

realiter

Personarum distinctio. Personas per proprietates relatiuas constitui.

realiter distinctorum multitudo concedenda. Hæc quidem dicta sunt, & quidem acuta, res vero non sine caligine est intelligenda: nam, si in diuinis relatiua non sunt accidentia, sed æterna; quæ autem æterna sunt, absoluta esse videntur. atqui in diuinis vnum tantum est absolutum, nempe natura; consultius ergo est, personas per proprietates relatiuas esse constitutas.

CAP. IV.

Quod personæ diuinæ per aliqua absoluta distinguantur.

1. QVod est ad se, per aliquod absolutum distinguitur: ad se enim dici, substantiam indicat. sed, si pater non esset aliquid ad se; non diceretur relatiua, authore diuo August. 7. *de Trinit.* Igitur, pater cum sit aliquid ad se, est suppositum absolutum, & non respecti-
2. uum. Amplius, quemadmodum in existendo se habet prima entitas; ita, absque dubio, primum suppositum in subsistendo. sed prima entitas, vtpote diuina natura, ad se est, & existit; quia nimirum, teste August. omnis natura ad se subsistit, quanto magis Deus? igitur primum suppositum ad se sub-
3. sistit, atque absolutum est. Præterea, generationis terminus, est aliquod absolutum: sed illud essentia esse non potest, vt superius dictum est: suppositum ergo filij, est generationis diuinæ terminus, atque exinde absolutum est, & non respe-
4. ctiuum suppositum. Adhuc, etiam si nulla in diuinis esset relatio; qualibet tamen persona esset absoluta: absolutis ergo, & non relatiuis proprietatibus, personæ diuinæ distinguuntur. quidquid enim personis constituendis necessarium est, essentia diuina supplere valet: ergo quod prius. Adde, non eadem ratione in diuinis primam personam, & subsistere, & patrem esse; alioqui filius non coexisteret patri in
5. eadem substantia. Præterea, quæ sunt simplicissima, seipsis distinguuntur: sed personæ diuinæ sunt maxime simplices, vt diximus: seipsis ergo, & non relationibus distinguuntur: sed, seipsæ sunt quædam absoluta; quia nimirum in diuinis hæc duo tantum sunt, absolutum, & respectiuum: ergo.
6. Iterum, omnis forma, secundum sui generis qualitatem distinguitur: sed hypostasis indiuiduum in genere substantiæ significat: non ergo relationibus hypostases distinguun-
7. tur. Deinde, quod ad sui constitutionem, distinctionem præsupponit; nequit sane esse primum distinctionis principium: sed relatio in diuinis est huiusmodi; esse enim relatiui, est ad aliud se habere: primum ergo principium distinctiuum non potest esse relatio; siquidem absolutum est priusquam relatiuum: diuinarum autem personarum distinctio, primatum obtinet: non ergo relationibus distin-
8. guuntur. Præterea, abstractis per intellectum relationibus, adhuc remanent hypostases: non sunt ergo personarum constitutiuæ. Antaced. patet: persona namque per quandam additionem sese habet ad hypostasim; est siquidem persona, hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente: sed remota dignitate personali, adhuc remanet hypostasis, ergo &c. Adde, quod remota paternitate, adhuc remanet hypostasis patris. *Non hoc est dicere* (inquit August.) *ingenitum, quod est dicere patrem, quia si filium non genuisset, nihil prohiberet eum dicere ingenitum: sed si filium non genuisset, non inesset ei paternitas.* Quare, remota paternitate, adhuc hypostasis esset mansura. Sane, si paternitate est aliquis, filius ergo, in quo non est paternitas, non est aliquis: non eadem ergo, & pater est, & aliquis. Itaque remota per intellectum proprietate, remanet aliquis, nempe hypostasis. Personæ ergo diuinæ per absoluta distinguuntur.

Persona. Hypostasis.

Lib. 5. de Trin.

CAP. V.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. August. authoritas est recte intelligenda: cuius sensus si nobis apparuerit, ad soluendum argumentorum nodum, facilis patebit accessus. Pater est aliquid ad se, inquit, non quidem tanquam suppositum aliquod absolutum; sed quia certe est essentia sua, quæ est aliquid ad se, præter eam, quam ad filium habet relatio-
2. nem. Ad 2. neg. similitudo; non enim est simile, vt diximus, de prima entitate, & suppositalitate: nam illa ad se,
3. hæc autem ad aliud refertur. Ad 3. verum quidem est ad suppositum, siue indiuiduum substantiæ generationem terminari; verum autem illud respectiuum, vel absolutum sit necne, nihil conducit generationi constituendæ. Ad 4. neg. conseq. nam si in diuinis nulla esset relatio, nullum quoque esset suppositum; essentia enim ex se, illud constituere non possat. Ex quo patet, in diuinis omnino necessarium, aut nullam, aut plures esse personas. Ad confirmat. dico, quod eodem pater, & est aliquis, & subsistit personaliter; filius vero & si non sit ille aliquis, qui est pater, est tamen aliquis alius. Ad 5. quoniam personæ sunt ipsæ relationes subsistentes, non pugnat cum personarum simplicitate, relationibus distingui. Ad 6. personæ diuinæ, in essa, in quo subsistunt, aut in aliquo absoluto nequaquam distinguuntur; sed in eo, quod ad aliquid referuntur, ad earum ergo distinctionem statuendam sufficit relatio. Ad 7. quando interdum relatio est accidens; tunc plane distinctionem præsupponit suppositorum. et, si fuerit præsubsistens, quemadmodum est in diuinis, secum profecto fert distinctionem. Cum ergo dicis, relatiuum est ad aliud se habere; bene quidem ad aliud correlatiuum, quod non est prius; sed simul natura. Ad confirmationem dico, absolutum, id est diuinam essentiam prioritate originis antecedere relationes: cum autem necessaria esset diuisio, siue distinctio: omnium minima fuerat statuenda, vtpote vnitati propinquissima: hac vero aptior nulla, quam distinctio relationis. non sequitur ergo: absolutum est prius respectiuo: igitur per absolutum est facienda distinctio; imo omnium minime est assignanda. Ad 8. neg. conseq. & ad prob. dico, personam non addere supra hypostasim, proprietatem absolute distinguentem, sed ad dignitatem pertinentem, ad dignitatem enim pertinet proprietas distinguens in natura rationali subsistens; in diuinis autem est relatio distinguens; quæ si remoueretur, personæ quoque essent remouendæ, atque ita relatio destrueretur. Remotis siquidem per intellectum proprietatibus, remanet essentia communis, non autem hypostasis patris, quæ singularis vice fungitur, sicut remota ab homine per abstractionem, rationali differentiæ, extincto homine, animal remanet. Secus autem se habet, si illas, quæ non sunt personales proprietates, remoueri contigerit, vt in patre ingenitum, & spirantem esse; nam his per intellectum abstractis, ac remotis, perseuerat tamen patris persona, non sic autem, si proprietates personarum constitutiuæ auferentur; siquidem proprietates personales, non sic aduenire censendæ sunt hypostasibus, sicuti formæ subiectis præexistentibus; sed ita secum ferunt supposita, quatenus sunt ipsæ personæ subsistentes. Est autem quorundam sententia, quam sequenti quæstione disputaturi sumus, hypostases in diuinis, non per relationes, sed per solam originem distingui: vnde, pater hypostasis esse intelligitur; quia non est ab alio; filius vero, quia est ab alio per generationem. Igitur relationes aduenientes, quasi proprietates ad dignitatem pertinentes, personæ rationem constituunt, vnde & personalitates nominantur. Itaque remotis per intellectum huiusmodi relationibus, remanent quidem hypostases, personæ vero auferuntur. Sed quomodo possunt hæc fieri, si relationes constituunt atque distinguunt hypostases; & hypostasis sit naturæ rationalis indiuidua substantia? Sic enim describitur persona. Vt autem sit hypostasis & non persona, ex parte naturæ rationalitas abstrahenda est, non ex parte personæ proprietas. Verum hæc, quæ à nonnullis dicuntur, si recte intelligantur, omnem prorsus controuersiam è medio tollunt. Sane, si spectes connotata personarum, scilicet essentiam & relationem; absque dubio, remotis relationibus, personæ quoque remouebuntur, atque auferentur; non sic autem, si principale & formale, quod est incommunicabilitas, consideres. personæ siquidem ex suo formali significato, aliquid formaliter incommunicabile significat. Proinde, remotis relationibus per intellectum, hoc modo distincte intelligi possunt; incommunicabilitas enim illa, & diuinis, & creatis vniuoca est personis. Quare sub ipsa aliqua distinctio, atque pluralitas incommunicabilis, est intelligibilis; nam intrinsecæ relationes ad istas incommunicabilitates, vel negationes non pertinent; sed connotata positiua. Verum, quia huiusmodi negationes, relationes sequuntur constitutiuas personarum; in ipsis profecto concomitanter, ac conuertibiliter fundari videntur. Quomodo ergo circumscriptis relationibus personæ intelligi possunt, dixi. Ad confirm. non est putandum August. dicere voluisse, quod patris persona, remota paternitate, remanere queat, quasi innascibilitas, patris sit constitutiua atque distinctiua personæ; hoc enim fieri non potest; quia ingenitum nihil ponit, sed negatiue dicitur, quemadmodum & ipse ibidem protestatur. igitur communiter loquitur, quod scilicet non omne ingenitum sit pater vocandum, aut dici queat. Quamobrem, remota paternitate, hypostasis patris in

Personarum distinctio. 4.

5.

6.

7.

Essentia præcedit relationes origine.

8.

Remotis proprietatibus non remanent personæ.

An remotis relationib. personæ adhuc intelligi possunt. 1

Connotata personarum essentia & relatio.

Principale & formale, incommunicabilitas.

Ingenitum nihil ponit.

... consistere non poterit; quatenus nimirum ... ab aliis ... persona discernitur, atque distinguitur, sub ... fortasse ... tenus à creaturis separatur. Alia confirm. in responsione 4. arg. soluta est: atque aliqui dicunt personas se totis obiectiue distingui.

CAP. VI.

Quod personæ diuinæ non per relationes, sed seipsis totis distinguantur.

1. QVæ sunt æque simplicia, atque æqualia, æqualem quoque habent rationem distinguendi: sed essentia atque persona, sunt eiusdem simplicitatis; alioqui in diuinis non esset summa simplicitas: ergo æqualem distinctionem sortiuntur. Porro diuina essentia se
2. tota primo distinguitur: igitur & persona. Item, summe simplex, à quocunque distinguitur, se toto distinguitur: non enim habet partem, & partem, aut aliquid, & aliquid; quod excellentissimæ repugnat simplicitati: sed diuinæ personæ sunt simpliciter simplices: seipsis totis ergo distinguuntur.
3. Amplius, abstractum & concretum, sicut est paternitas, & pater, idem omnino significant. sicut ergo abstractum, vtpote paternitas, se tota distinguitur ab alio quocunque; ita etiam & concretum, nempe pater, & pari quoque ratione
4. quælibet diuina persona. Adhuc, omne constituens cum constituto, compositionem facit: at in diuinis fas non est aliquam compositionem inuenire, vt superius diximus de simplicitate Dei: personæ ergo non sunt aliquo modo constitutæ, neque per origines, neque per originis relationes; imo, si aliquo modo sunt constitutæ; hoc certe sortiuntur, non quidem ob relationes, sed ob essentiam potius; essentia enim, ad negationum pluralitatem, quæ personalitatem important, maxime conducit: igitur ad pluralitatem personarum Conseq. patet: anteced. vero probatur. Etenim, negationum fundamentum, ad earum pluralitatem facit, sicuti ad accidentium pluralitatem, subiectum. sed essentia istarum est negationum fundamentum: cum Paternitate enim vnam fundat negationem, vnamque personalitatem, & cum filiatione aliam: ergo Quoniam igitur diuinæ personæ non sunt constitutæ, quemadmodum essentia quoque non est constituta: seipsis ergo totis distinguuntur. Præterea, pa-

Fundamentum negationum.

5. ternitas & pater sunt idem in diuinis; sed paternitas, vtpote abstracta, atque libera ab huiusmodi constitutione, non est
6. constituta, nec etiam pater. Item, constituens est aliquo modo causa constituti: sed diuinæ profecto personæ nihil potest esse causa: absolutæ igitur sunt, ac se totis distinguuntur.

CAP. VII.

Soluuntur argumenta.

Bifariam simplicitas æqualis dicitur, essentia & personæ.

1. AD 1. bifariam intelligi potest, æqualem esse essentiæ, atque personæ simplicitatem: & vno quidem modo, per compositionis negationem, aut priuationem; atque ita æqualem ambabus inesse simplicitatem, affirmamus: alio vero modo, per distinctionis aliquorum, quæ in conceptu quidditatiuo includuntur negationem; & ita falsum est. Ex primo autem modo non sequitur, quod persona sicut essentia, à quolibet se tota primo distinguatur: non enim ita est simplex in secundo modo; sed plura includit: & sic per vnum, vni congruit, atque coniungitur: per aliud vero ab eodem separatur. vnde fieri non potest, vt se tota primo distinguatur. Sane, quæcunque conueniunt in aliquo, quoad ipsorum spectat quidditatiuum conceptum, ipsa profecto se totis non distinguuntur: sed personæ diuinæ in vno essentiæ diuinæ conceptu conueniunt: ergo &c. Item, quæ se totis primo distinguuntur, distinctiua potius, quam distincta dicenda sunt; minus namque distincta, quam distinctiua distinguuntur: sed personæ magis sunt quædam distincta, & constituta, quam distinctiua: ergo. Impossibile præterea est, eiusdem naturæ supposita, se totis distingui: sed diuinæ personæ eiusdem sunt, nedum specificæ, sed etiam numeralis naturæ: ergo. Præterea, patris persona duas habet proprietates: non ergo se tota distinguitur: vna profecto proprietate distinguitur. Item, si persona se tota distinguitur, idem omnino est quod proprietas: sed illa aucta aut multiplicata, personas quoque multiplicandas fore esset necessarium. Ex quo patet, huiusmodi sententiam erroneam omnino esse, atque impiam. Ad 2. neg. maior: nam simpliciter simplex, ab eo solummodo se toto distinguitur, à quo essentialiter separatur. Cum autem diuinæ personæ substantialiter non distent ab inuicem, non video quomodo seipsis totis ab inuicem separentur. Ad 3. neg. maior. inter paternitatem enim & patrem, tanta abstractio, aut concretio esse non potest. pater siquidem in diuinis, aliquid intrinsece atque formaliter denotat, suoque ambitu amplectitur, quod paternitas nequit efficere, atque præstare non valet album vero & albedo, principali significato idem denotant; quamuis album, non autem albedo, subiectum connotet. non ergo oportet, quod à quocunque paternitas distinguitur, pater quoque distinguatur; quandoquidem nulla ibi abstractio proprie, nisi secundum modum intelligendi esse queat. Præterea, quamuis pater paternitatem significet; essentiam tamen concernit, in qua nulla esse potest patris filijque dissensio: vna certe est in ambobus, atque ideo se totos distingui, est impossibile. Ad 4. paternitas constituens patrem, non componit cum eo, ob vnum idemque esse, quod habent; est tamen patris forma, nec opus est omnem formam, ab eo cuius est, teste philos. 2. post. esse discretam. Ad confirm. dico, quoniam essentia communicabilis est, persona vero incommunicabilis; idcirco fieri non potest, vt personam constituere, aut illius fundamentum esse queat. ex quo apparet, quod maior sit falsa: & ad probationem dico, illius negationis proximum quidem fundamentum relationem esse, quam profecto importat personalitas. Porro, essentia, fundamentum remotum est; negatio autem, & alia, quæ in aliquo fundantur, ex remoto non habent fundamento pluralitatem, aut vnitatem constituendi virtutem, sed ex proximo tantum. Ex essentia igitur; vtpote remoto fundamento, non est pluralitatis causa quærenda. Ad 5. in diuinis, patrem constitui dicimus, non autem paternitatem, exprimitur certe concretiue, vt habens formam, paternitas vero, vt relatio. Quare non congruit illi constitui, quia nimirum ad supposita spectat, quorum proprium est constitui. Ad 6. in diuinis non est causa, sed per causæ formalis habitudinẽ aliquid signatur, quemadmodum dicere consueuimus: paternitas patrem constituit, non est ergo ibi constitutio, sicuti totum ex partibus constitutum resultat, aut species, ex genere & differentia; sed formalis potius, sicuti humanitas hominem constituit. *Dices*, formalis relationis effectus; quatenus relatio est, ad aliud refertur: sed persona ad aliud non refertur; nam pater non est persona filij. igitur relatio virtutem non habet constitutiuam, sed relatiuam potius. Resp. quamuis relatio ex suo formali significato, referendi potius, quam constituendi virtutem habeat; nihilominus, quatenus est formam communicabilis, potestatem habet personas constituendi.

Paternitas & pater an idem denotent.

Paternitas non componit cum patre.

Personalitas.

Pater constituitur non paternitas.

Relatio quomodo constituat personam.

QVAESTIONIS SECVNDAE

CAP. I.

An per origines personæ distinguantur.

QVoniam tres personæ diuinæ eiusdem sunt essentiæ, illarum sane distinctionis causa quærenda est; quæ profecto in duobus videtur esse distincta, nempe origine, & relatione. Quamuis enim hæc duo, re omnino idem sint; secundum modum tamen significandi distinguuntur: etenim origo, quasi generatio, per modum actus significatur; relatio vero per modum formæ. Cum autem relatio actum consequatur, verisimile esse videtur, diuinas hypostases per originẽ distingui: pater namque, quia generat; filius vero, quia genitus est, ab inuicem distinguuntur: relationes autem hypostasum distinctiones manifestant. his vero duo aduersantur; & vnum, siue primum quidem, ratio distinguendi, quæ ab aliquo emanat intrinseco; origo autem alicuius rei, non significatur, vt aliquod intrinsecum: sed potius, quemadmodum generatio, via est ad rem genitam; ita proculdubio origo, via est ad rem progredientem, & generantem. Quocirca progrediens & generans, sola generatione non distinguuntur; sed aliquo certe intrinseco, in quo vera distinctio colligitur. Cum autem in diuinis duo sint, nempe essentia & relatio; in essentia vero nulla fit distinctio; reliquum est, vt secundum relationes sint personæ distinguendæ. Secundum, quod illi sententiæ aduersatur, est ratio distinguentium; neque enim aliquod tribuere personis commune diuisum sustinus; indiuisa siquidem est illarum essentia. Quamobcausam necesse est, relationes diuinarum esse, & distinctiuas, & constitutiuas personarũ, quatenus sunt ipsæ personæ subsistentes. Paternitas plane est pater, & filiatio est filius: nam abstractum & concretum in diuinis, essentialiter idem sunt: itaque pugnat, atque penitus aduersatur

Origo & relatio quomodo distinguantur.

Origo est via ad rem progredientem.

pro-

Personarum distinctio.
proprietati originis, constituere personas. origo quippe a-
ctiua, siue actiue significata, progrediens est à persona sub-
sistente: præsupponit ergo, non constituit personam; passiua
Proprietas originis non constituit personas.
vero, via est ad personam subsistentem. Quam ob rem,
quamuis vtroque modo, & relatione, & origine personæ
distinguantur, rationabilius tamen per relationes, quam
per origines distinguendas esse diuinas hypostases, nonnulli
arbitrantur. Ex quo hoc nomen pater, nedum proprieta-
Pater & genitor non idem significant.
tem, verum etiam hypostasim significat, genitor vero, siue
generans, proprietatem tantum; quia nimirum hoc nomen
pater, relationem, quæ hypostasim constituit, atque distin-
guit, ostendit; generans autem, siue genitus, solam originem
geniti, & gignentis. Quare, probabile esse videtur, personas
relationibus distingui; si enim per absoluta, & origines non
distinguuntur; per relationes ergo & distinguendæ sunt, &
constituendæ, præter namque hæc tria in diuinis, aliud est
nihil. Porro, relatio, quatenus est realis, realiter distinguit,
quatenus vero est relatio, in esse constituit relatiuo; quate-
nus autem est diuina essentia, illa, quæ distinguit, tanquam
duo supposita distinguit; & quod constituit, vt suppositum
Obiectiones.
rationalis naturæ, quod est persona, constituit; relationi i-
gitur conuenit, quatenus est diuina essentia, diuinas consti-
1. tuere personas. Sed dubitabit aliquis, nullum posterius con-
Quod relatio non constituat personas.
stituendi prioris virtutem habet; sed relatio, nempe paterni-
tas, persona scilicet patre posterior est; non ergo potest pa-
tris personam constituere, posterius namque, prius præsup-
ponit in esse constitutum. Cæterum, quicquid est posterius
posteriori, est posterius priori; sed paternitas est posterior i-
pso generare, quod sane patris persona posterius est, quip-
2. pe, quia ab ipso procedit: ergo. Præterea, nulla relatio dat es-
se ad se, opponitur enim relationi, cuius esse est ad aliud; sed
subsistere est esse ad se; relatio ergo potestatem non habet
3. suppositi constituendi. Adhuc, extremorum distinctionem
relatio præsupponit, & ex consequenti, distinctionem ipso-
4. rum; nulla ergo relatio extrema constituere potest. Item,
si relatio personam constitueret; igitur persona est per acci-
dens, saltem secundum rationem; quod quidem à diuinis
5. personis quam remotissimum est. Amplius, si persona diui-
na, per relationem constituitur; diuina ergo essentia ad a-
liud refertur; omne enim id, in quo est relatio, ad aliud re-
fertur. sed si relatio personam constituit; profecto in essen-
tia prius, quam in persona, esse videtur habere. Quare, in il-
lo priori, saltem secundum rationem, ipsa essentia refertur;
minor quoque clarissima est. Etenim in omni constituto,
partium vnio, totius constitutionem præcedit. prius ergo
essentia & relatio vniuntur, quam persona constituta, resul-
6. tet. Vnius præterea naturæ suppositum, ab alia nequit quid-
ditate constitui; alioqui duarum esset naturarum. sed per-
sona diuina est Deitatis suppositum; non est ergo relationis,
nec ab ipsa constitui potest. Sane, suppositum diuinum ma-
gis est vnum formaliter, quam creatum; sed essentia & rela-
tio non sunt aliquid vnum per se, nec constituunt; conce-
Conceptus absolutus & respectiuus non faciunt vnum.
ptus namque includens absolutum, & respectiuum, vnus
per se nequaquam dicitur; sic etiam res diuersorum gene-
rum, in effectu vnum per se esse nequeunt; quanto magis in
conceptu absolutum, & respectiuum? Adde, quod primum
suppositum non est vnum per accidens; sed diuinum suppo-
situm est primum. ergo. Amplius, duarum naturarum idem
7. esse suppositum, est impossibile; sed relatio & natura diui-
na, natura diuersa sunt; vnum ergo suppositum constituere
non valent. Sane, prima substantia intrinsece relationem
non includit; sed suppositum diuinum est prima substantia:
ergo. Adhæc, quod relatione remota, adhuc suppositum
consistit, quomodo ergo ipsa suppositi constituendi virtu-
tem habitura est? Remoto enim eo, quod est posterius; ad-
huc id, quod prius est, consistere potest; sed relatio respectu
8. suppositi, est quidem posterior; ergo quod prius. Item, quod
est prius naturaliter relatione, per ipsam constitui non po-
test, sed suppositum est huiusmodi, illud siquidem, quod re-
latione refertur, ipsa quippe posterius dicendum non est,
neque simul natura dici possunt: Igitur, relatio non est diui-
ni suppositi constitutiua, atque distinctiua, vt multi dicere vi-
9. dentur. Iterum, actioni præponitur suppositum, sed relatio
est actione posterior, sicuti generatione, paternitas. nō ergo
10. relatio, suppositi est constitutiua. Item, nulla relatio ex se est
incommunicabilis, quia nimirum nulla ex se est formaliter
infinita; neque ex essentia id habere potest, quæ vna eadem
que est in omnibus diuinis suppositis; spiratio actiua patri,
filioque communis est. cum ergo relatio sit communicabilis,
eius rei constitutiua non est, nempe personæ, quæ ex se est
incommunicabilis. Plane, quod ex se est incommunicabile,
illius concepta manente, semper incommunicabile persa-
uerat, etiamsi quodcunque impossibile, aut possibile illi ad-
diderit. sed paternitas, & generatio actiua non ita sese habe-
Personarum distinctio.
re videntur: ergo. Nam, si per impossibile pater prius spira-
ret, quam generaret; paternitas, seu generatio spiritui sancto
communicaretur, sicuti filio communicatur spiratio actiua;
igitur relatio ex se est communicabilis. quod si verum fue-
11 rit, sequitur illud, quod iam dictum est. Præterea, ad naturæ
creatæ spectat, perfectionem, suam quidem subsistentiam ex
se habere, & non aliunde acquirere; quæ profecto perfectio,
accidentibus ob ipsorum imperfectionem non conceditur.
sed quicquid perfectionis est in creaturis, Deo eminentiori
quodam modo tribuitur. Per se ergo diuina supposita sub-
sistunt, & extrinsecus nihil mendicant, quod vtique contin-
geret, si per relationes essent constituenda, atque distinguen-
da, relationes enim quidditates sunt extrinsecæ.

CAP. II.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. relatio, vtpote paternitas, quatenus est Deitas,
Deum, quatenus vero est forma indiuidualis, ali-
quod in natura diuina incommunicabile, vt au-
tem relatio, relatiuum, sed vt paternitas, patrem
constituit, itaque paternitas, in quantum est relatio, patrem
Paternitas quomodo præsupponat patrem.
præsupponit; in quantum vero forma incommunicabilis,
non præsupponit quidem, sed ipsum constituit. hoc ergo
modo paternitas, ipsa persona posterior dicenda non est.
Sed iterum *arguis*, paternitas, quatenus est constitutiua, aut
quid absolutum dicit, aut vero aliquid respectiuum; non
quidem absolutum, alioqui per aliquod absolutum pater
constitueretur; neque relatiuum, aliter ipsa relatio patrem
constitueret: ergo. *Dico*, Si paternitas intelligatur, vt patris
personæ constitutiua; tunc sane vt aliquod relatiuum con-
cipitur, non autem si concipitur relatiue. Persona profecto
diuina per rem constituitur, quæ est verissime relatiua. Quo-
niam autem relatio diuina, habet esse diuinæ essentiæ, quod
est absolutum; idcirco huiusmodi relatio sub ratione ab-
2. soluta concipi potest. Ad 2. verum quidem est, relationem,
quatenus est relatio, non habere virtutem suppositi consti-
tuendi; falsum tamen omnino, si aliqua fuerit relatio per
se subsistens, quæ principiorum indiuiduantium omnium
locum suppleat; talis plane, suppositum constituere potest,
illique vt prima sit substantia, tribuere; hæc autem est diui-
3 na relatio, extra omne genus constituta. Ad 3. quod rela-
tio distinctionem extremorum præsupponat, quemadmo-
dum philosophus quinto met. docet, vbi identitatem pro-
bat non esse relationem realem, quia nimirum relatio ex-
tremorum distinctionem realem exigit, qua non indiget
Relatio in diuinis constituit extrema.
identitas. Præterea, si relatio realis non præsupponeret ex-
trema constituta, atque distincta, non video, qua ratione i-
psa quoque identitas esse non possit relatio realis; sed extre-
ma relationum sunt supposita; ipsa ergo præsupponunt cō-
stituta realiter, atque distincta. Ad illud philos. dico, illum
illi de relatione, quæ non subsistit, siue non subsistente, fuisse
locutum; talis enim in esse tantummodo relatiuo, extrema
constituit, atque distinguit. Falsitas quoque antecedentis pa-
tet, quippe cum relatio, cæterorum præsupponat distinctio-
nem generum, nempe substantiæ, qualitatis, & nonnun-
quam actionis passionisque. At, distinctio, quæ est ad ali-
quid, à relatione non præsupponitur, sed fit, de qua profe-
cto locutus est philosophus. Itaque, quamuis vniuersaliter
verum sit, relationem extrema realiter distincta præsuppo-
nere, in diuinis tamen personis hæc regula deficit, in quibus
relata extrema constituit. *Dices*, relatio diuina non præsup-
ponit extrema; ergo est relatio rationis. Neg. conseq. nam
Responsio.
præter hæc, adhuc relatio rationis ex opere intellectus, di-
4. uinæ vero relationes ex natura rei fiunt. Ad 4 Neg. conseq.
ibi enim est ens per accidens, vbi res diuersorum generum
assignantur; at relatio, & essentia diuina extra genus haben-
tur, sunt namque eiusdem esse; proinde nullū in diuinas per-
sonas accidens cadere potest. Etenim, si albedo idem habe-
ret esse cum homine, nullam certe compositionem faceret.
Sed *dices*: relatio non habet per se primam identitatem, sed
ad seipsam, vel ad aliquid absolutū; sed prima natura habet
primam identitatem. igitur id, quod consurgit ex natura, &
relatione, scilicet, persona, est vnum per accidens *Resp.* essen-
tia & relatio non sunt vnum per accidens; sed vnum magis,
5. quam natura creata cum sua indiuiduali differentia. Ad 5.
Neg. conseq. & ad probationē dico, referri ad aliud, ad sup-
positum spectat. quare si in illo priori, aliquid debet referri, il-
lud equidē essentia dici non pōt, sed Deus. Præterea, relatio,
quatenus est relatio, non est suppositi cōstitutiua; paternitas
ergo si in illo priori essentiæ vniretur, quatenus relatio id nō

esse:

Persona-rum distinctio.

efficeret, propterea non licet inferre, essentiam ad aliud referri. Ad 6. Neg. maior: nam Mercurius in esse suppositi per quantitatem constituitur, quæ ad indiuiduationem concurrit. huiusmodi enim duas quidditates non includit,

6. *Suppositum non constituitur duabus quidditatibus.*

nec eodem modo illarum suppositum appellatur: sed vna illarum est quasi modus alterius. Præterea, relatio, vt est relatio non constituit suppositum in esse naturali, atque reali. Ad confirm. dico, suppositum diuinum per realem, positiuorum ipsum constituentium identitatem vnum esse, quod plane supposito creato minime conuenit. Quando ergo dicis, absolutum, & respectiuum non faciunt per se conceptum vnum; verum quidem est formaliter, vno per se conceptu metaphysico, vel logico, complexo siue incomplexo, aut simplici vel composito, quemadmodum intelligit philosophus: non sic autem res se habet de conceptu per identitatem realem: quem profecto (eorum identitate formali inter ipsa non stante) constituere valet, sicuti in diuinis personis, quarum proprius est, aperte cernitur: sed hoc doctus philosophus nesciuit, vtpote diuinorum arcanorum, quæ

7. ad fidei munimenta spectant, minime conscius. Ad 7. patet solutio ex responsione præced. arg. siquidem in creaturis, relatio ad indiuidui constitutionem non concurrit, aut alia cuiuscunque generis quidditas: vnum enim per se constituent nunquam, quippe cum non sint idem realiter. In Deo autem, & natura diuina, & relatio, realiter penitus sunt idem. Quando ergo dicis, idem suppositum, duarum esse nequit quidditatum: verum est, si eodem modo intelligatur: secus autem se habet, si diuersus sit vtriusq; modus, nempe vnius, vt dantis esse Deum; alterius vero, vt dantis esse patrem: quod certe in natura humana, atque creata fieri non potest; quia nimirum quidditas extrinseca, non potest cum substantia tantam inire vnitatem.

In diuinis quomodo duæ quidditates constituant vnum suppositum.

8. Ad 8. Relatio quodam modo est prior natura ipso relato, sicuti constitutiuum, constituto, quamuis natura proprie ibi prius sit nihil. verum præterea est, fundamentum, relatione prius esse, non autem suppositum, aut relatum ipsa relatione; nisi in his certe, in quibus relatio essentialiter à fundamento separatur, neque vt in creaturis, est suppositi constitutiua. cum autem in diuinis hæc ita nequeant, non licet asserere suppositum, natura, relationem

9. præcedere. Ad 9. in creaturis, actioni suppositum præsupponitur, in Deo autem locum non habet, cuius suppositum per

10. actionem productiuam est constitutum. Ad 10. Quando dicis, nullum communicabile constituit personam: sed paternitas, filiatio & spiratio sunt ex se communicabiles; negatur minor. dicis: nulla forma ex se est incommunicabilis: respondeo: quidditas, cui ex natura sua conuenit subsistere, & in alio secundum rem recipi non potest; profecto huiusmodi ex se est incommunicabilis.

Relatio non est communicabilis.

Ad illud, quod relatio non est formaliter infinita, dico, relationem diuinam esse formaliter infinitam, infinitate, inquam, quæ cuilibet formæ separatæ conuenit: ideo paternitas diuina, quoad rationem paternitatis, est infinita. Spiratio præterea actiua, secundum modum intelligendi aduenit supposito iam constituto: spiratio vero passiua, nequaquam. quod autem ista constituat, illa vero minime, in causa est, quia tales res habentur. Quamuis enim quicquid subsistit in diuinis, incommunicabile sit; aliquid tamen, sicuti formæ, suppositis, & communia, proprie communicatur, siue communicabile esse cognoscitur.

Relatio formaliter infinita.

11. Ad 11. Naturam diuinam per extrinsecam quidditatem suppositari, nullius plane est imperfectionis; etiamsi relatio, aliam dixerit quidditatem, modo hoc fundamentum maneat immobile, nempe eandem esse essentialiter cũ natura diuina; magisque vnum, quam quæcunque proprietas absoluta cum ipsa natura, potest esse vnum. Præterea, ad simplicem creatæ naturæ perfectionem non pertinet, per aliquod absolutum suppositari; sed magis ad perfectionem, imperfectionem supplentem: nam si per extrinsecam quampiam quidditatem illud fieret, cum illa necessario sit accidentalis, vtique ab ipsa esset essentialiter distincta. quoniam igitur relatio diuina, ab ipsa diuina essentia essentialiter non differt; hinc est, quod nullam potest sonare imperfectionẽ, si suppositi, vt diximus, sit constitutiua. Itaque relatio, vtpote paternitas, filiatio, spiratio passiua, ex propria quidditate est constitutiua, distinctiua, atque incommunicabilis: quia autem est incommunicabilis, virtutem habet constituendi suppositum, dum illi largitur esse, quod habet. Porro, perfectio prorsus omnis, quæ inest supposito, ab ipsa diuina manat natura, non autem ab ipsa relatione. Ex quo patet, incommunicabilitatem illam in suppositis, perfectionis non esse, cum nec sit ipsa relatio: non enim melior est pater, eo quod pater, quam filius; nec filius, vicissim patre. Quare, incommunicabilitas non per id, quod perfectionem; sed per id magis, quod nec perfectionem dicit, nec imperfectionem

Naturam diuinam suppositari per extrinsecã quidditatem, non dicit imperfectionem.

Suppositi perfectio à diuina manat natura.

suppositis inest diuinis. Amplius, constituere suppositum formaliter bifariam intelligi potest, & vno quidem modo, quatenus positiuum, alio vero, vt negatiuum includit. primus autem modus, adhuc est duplex: diuinum enim suppositum, quoad suum positiuum, & Deus est formaliter. & primus ipsius actus, essentia ipsa, atque actus infinitus, & hic quidem primus modus. secundus vero, ipsum positiuum incõmunicabile, vt patrem esse, quem paternitas; & filium, quem filiatio, & spiritum sanctum, quem spiratio constituit. Porro, ipsum incommunicabile per duplicis communicabilitatis, vt quod scilicet, & vt quo, negationem constituitur. Ex his ergo patet, vnum fieri ex essentia, & relatione, non quidem positiona, vnione, aggregatione, ordine, vel aliquo huiusmodi, sed identice (salua vtriusque proprietate formali) Suppositum ergo diuinum per realẽ positiuorum ad ipsum pertinentium identitatem, vnum est: positiua siquidem illa, etsi ex natura rei distincta sunt; non tamen essentialiter, tum ab inuicem, tum etiam à diuina essentia separantur. Quod autem diuina supposita per relationes sint constituta atque distincta; nedum superioribus manifestum fieri potest rationibus; verum etiam aliquibus doctorum sententiis. Proprium est patri, inquit August. quod filium genuit, & proprium filio, quod genitus est: igitur, proprietates personas constituunt, atque distinguunt. Suffragatur huic sententiæ Damasc. Omnia sunt, inquit, vnum in Deo realiter, præter generationem, & ingenerationem, & processionem: in his enim solis proprietatibus differunt ab inuicem per se & hypostases. Si ergo omnia sunt vnum in Deo; per relationes originis personas constitui, atque distingui, omnibus modis est necessarium. Omnia sane sunt ibi vnum, inter quæ non obuiat, teste Anselmo, relationis processio. vnde sola causa pluralitatis in Deo est, vt pater, & filius, & spiritus sanctus, dici non possint de se inuicem. Sane in hominibus tot sunt homines, quot personæ; quia absolutis personalitatibus distinguuntur: in diuinis vero nõ tot Dij, quot personæ. nã, quod Deus relatiue dicatur ad Deum; hoc certe facit personarum distinctio. In diuinis igitur variatur suppositorum existentia, non per absoluta, sed per solam originem, siue originis relationes.

De vita Dei.

Suppositum constituere bifariam intelligitur.

August. de fid. Petri. c. 2.

Damasc. lib. 1. c. 8.

Persona per relationes originis sũt constituta.

Ansel.

MERCVRIVS.

Horum vnio vita est.

Commentum XIV.

QVomodo diuini Pymandri cum suo verbo sit vnio, atq; cum vnione distinctio personarum, quæ per originis relationes distinguuntur, paulo ante perscrutati sumus: iam illud quod sapientissimus Mercurius prosequitur, prosequamur. *Horum vnio*, inquit, *vita est*. Nonne illud sonare videtur, *misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem?* Est enim Deus vita, vt Arist. clarissime docet: *Inest*, inquit, *illi vita: mentis enim operatio, vita est. Illud autem est ipsa operatio, atque actus. actus igitur ipse, qui est per se, illius est optima atque perpetua vita. Dicimus autem ipsum esse animal perpetuum, & optimum.* Deo ergo vita, nimirum æuum continuum, atque perpetuum inest: hoc enim est ipse Deus. Sane, intelligere & velle non sunt nisi viuentis, intelligere namque est viuere: sed Deus est suum intelligere, & suum velle: viuit ergo virtute propria, vita perpetua. siquidem, illa perfectius viuere dicuntur, quæ à seipsis & non ab aliquo extrinseco mouentur. Plantæ, secundum formam eis à natura inditam, seipsas mouent, ad augmentum atque decrementum forma profecto, per quam aguntur, à natura eis illis distincta, atq; determinata: proinde tantummodo liberæ sunt ad motum exequendum. Alia vero, non solum quoad motus executionem, verum etiam, quoad formam per quam aguntur seipsa libere mouent; cuiusmodi sunt animalia, quorum motus principium, forma est, non à natura quidem indita, sed per seorsum accepta. vnde quanto perfectiorem habent sensum, tanto perfectius seipsa mouent: nam, quæ solo tactu vigent, dilatationis, atque constrictionis motu agitantur: quæ vero virtutem sensitiuam perfectam possident; nedum ad vicina, proximaque sibi coniuncta cognoscenda, verum ad remotissima quæque seipsa motu progressiuo, agunt & mouent. Cæterum, quamuis huiusmodi animalia, talem formam per sensum accipiant; sibi tamen motus operationisq; finem non præstituunt; sed illũ à natura inditum habent, cuius instinctu ad agendum mouentur. Rationabilia autem animalia, per intellectũ, & rationem, quo cum est, finem cognoscere, & ea, quæ sunt ad finem

Ioan.

Arist. de vita Dei. 12. met. com. 59.

Diuersi gradus viuentium.

Homo mouet se intellectu & ratione.

De vita Dei.

nem disponere, sine sibi præstituto, ad illum assequendum tenendumque mouentur. Quare, perfectior modus viuendi, eorum profecto est, quæ per intellectum sese mouent, & agunt. Intellectus autem noster, licet ad aliqua se agat, habet tamen nonnulla à natura sibi determinata, vtpote, prima principia, circa quæ non potest aliter se habere, & vltimus finis, quem non potest non velle. In his ergo ab alio potius, quam à seipso mouetur. Porro, Deus, cuius natura est suum intelligere, habetque omnia naturaliter non ab aliquo extrinseco determinata, summum atque optimum possidet gradum viuendi.

In Deo summus gradus viuendi.

vita siquidem, quæ proprie dicitur naturalis, & corruptibilis, inuenitur que in viuentibus inferioribus; sic à philos. describitur: *Vita est mansio nutritiuæ animæ cum calido sibi proportionali.*

Arist. lib. de morte & vita.

Vita naturalis tripliciter intelligitur.

Plane, vita naturalis tripliciter intelligi potest. primo quidem pro ipsa anima vt est vegetatiua, atque ita non formaliter; sed causaliter est permanentia, quippe, cum sit principium viuendi, & ex consequenti est causa, cur permaneat calor naturalis cum humido proportionato. deinde, pro anima in corpore existente, atque ita est formalis diffinitio: nam illa permanentia, est formaliter existentia: sicuti viuere, formaliter est esse viuentis. postremo, pro operatione ab anima procedente, vt vegetatiua, & ita hæc diffinitio non est formalis, sed à posteriori potius, atque ab effectu: ratio enim quare Mercurius viuit, est, quod anima vegetatiua, mediante calore naturali coniuncto, & conseruato in humido proportionali, permanet corpori vnita, atq; coniuncta: cuius signum est, per humidi desiccationem, defectus caloris.

Intelligere est viuere.

Alio modo, vita consideratur absolute, & tunc plane est existentia, vel operatio naturæ seipsam in operationem mouentis. motus autem huiusmodi est metaphysicus, vtpote intelligere, velle, appetere, qui sunt actus perfecti. etenim viuentia, à non viuentibus in hoc maxime distinguuntur; quia illa in seipsis intrinsecus habent principium mouendi; ista vero, ab extrinseco mutuantur atq; recipiunt principio. Itaque principium actiuum in viuentibus sui motus est intrinsecum, propterea motu physico, aut metaphysico seipsa mouere dicuntur Vnde vnumquodque viuere dicimus, quia seipsum mouet.

Motus est radix vitæ.

Radix ergo, atque fundamentum vitæ, est motus, siue seipsum mouere: qui profecto eo nobilior reputatur, quo minus ab aliquo pendet extrinseco. Quod si motu nobilior extiterit; & vita quoque nobilitate, aliorum vitas superabit. Quoniam autem motus metaphysicus, eo quod est actus perfecti, virtutis nobilitate physicum antecellit, est enim motus physicus, actus imperfecti, hac de causa, qui motu metaphysico, vtpote intellectu, & voluntate seipsos mouent, vitæ nobilitate præstantissimi sunt, cæterisq; omnibus viuentibus anteponuntur.

Vita Dei nobilissima.

In horum autem numero habentur diuinæ intelligentiæ, atque inprimis omnium intelligētiarum princeps, & opifex Deus. Quocirca inquit philos. Neque apta sunt ea, quæ extra cœlum sunt esse in loco, neque tempus senescere ea facit, neque vllius eorum est vlla mutatio, neq; vllis alterationibus, passionibusq; subiecta sunt: optimam certe in vniuersa sempiternitate vitam, & sufficientissimam habent, quod totum, Infinitumq; tempus continet: sempiternitas appellatur, à semper essendo appellatione sumpta, immortalis sane, atq; diuina. vnde & cæteris aliis exactius, aliis offuscatius ipsum esse viuereque dependet.

1. cæl. com. 100.

Vita hæc non æqualiter omnibus impartitur.

Etenim, vt in externis circa diuina sententiis per sæpe rationibus dictum est, diuinum omne necessario mutatione vacare: primum ipsum, ac summum ita se habere: neque enim aliud præstabilius est, quod quidem moueret, illud certe diuinius esset: neque prauitatis cuiusq; est particeps, neque bonorum cuiuscunque indiget: incessabili igitur motu, non absq; ratione mouetur; vniuersa enim cessant, desinuntq; moueri, cum venerint suum ad locum: Dei autem in æternum perseueret vita, atque iocunditas.

Dei vita æterna.

Quoniam igitur Deus, nobilissimo motu se mouet, nec ab alio dependet, sed omnia sibi insunt ex natura; ideo nobilissimam habet vitam: est enim sua vita, sua actio, suumq; esse infinitum, atq; sempiternum.

Deus est fons vitæ.

Psal. 35.

Plot. Enn. 6. lib. 9. c. 9

Dauid præterea, Deum appellat fontem vitæ, à quo cunctorum vita proficiscitur: *Quoniam*, inquit, *apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Plotinus quoque, *In hoc choro*, inquit, *inspicit vitæ fontem, fontem mentis, entis ipsius principium, boni causam, radicem animæ.* Quod autem nunc animus noster viuere dicitur sine Deo, vestigium vitæ est, supernam imitans vitam: illic autem viuere, mentis est actus: actus autem Deos quoq; generat, dum attingit Deum tactu quodam occulto, atque tranquillo: generat autem pulchritudinem, generat & iustitiam, generat quoq; virtutem. hæc Deo prægnans anima parit: atque id animo principium est, & finis principium quidem, quoniam inde procedit, finis autem, quoniam illic eius est bonum, perueniensq; illuc ipse, hoc ipsum quod erat, euadit. Quod autem hic est, in his, quæ versatur, casus est aliquis, atq; fuga, alarumq; iactura. indicat autem nostram existere, amor ipse nobis ingenitus, qui quotidie ad illam vnam habendam nos impellit, iam enim cum ibi viuit, cœlestem habet amorem; hic autem communis fit, atque vulgaris.

De vita Dei.

Amor impellit ad vitam.

Quam ob rem, hinc emigrare properandum est, dolendumq, nobis, quod aliqua hic ex parte alligati, viuamus; vt toto penitus animo complectamur Deum, nihilque reliqui sit in nobis, quo non pariter attingamus Iam vero in eo viuendi statu videre licet Deum, atque seipsum, quemadmodū fas est videre seipsum illuminatum, imo lumen ipsum purum. Cur autem animus ibi non permanet, vbi est sua vita? Profecto, quoniam nondum hinc emigrauit omnino. Erit autem, & quando dabitur continuitas, & viuendi, & videndi. Deus igitur vita est, quia semper intelligit seipsum, intellectio autem, est vita ipsius; nam vita in actu consistit viuentis; vnde mors huiusmodi actus, priuatio est. Deus autē, quoniam semper est in acto, imo est suus actus purissimus, sua quoq; vita est, & quidā iocunda, & tranquilla; delectatio namq; circa optimæ potentiæ actum versatur.

Delectatio Dei.

Optima autem potentia est intellectus. hic autem in Deo cum sit infinitus, semper eodem modo se habet, nullamque recipit vicissitudinis obumbrationem, aut leuem saltem aliquam mutationem. Iocunde igitur atque tranquille semper viuit; potentia enim est tristitiæ, actus vero, delectationis causa. Iocunda est ergo Deo vigilia, & sensus, & operatio; quia nimirum semper idem est, Idem intelligit, idemque vult.

Vigilia Dei iocunda.

Coniunctio namque alicuius conuenientis, atque illius comprehensio, & cognitio, authore Auic. delectationem asserunt. hanc ob causam, *Deductio autem est*, inquit, *qualis optima paruo tempore nobis sit, & nobis semper illud est, nobis quidem enim impossibile: quoniam & delectatio actus huius est, & propter hoc vigilatio sensus intelligentia, delectabilissima sunt.*

Auic. lib. 8. met. c. 7. & 12. met. c. 39.

Delectatio excellentior ex Auic. 6. met. c. 7.

Quare, si bonitas, gradus, perfectionis, pulchritudinis, valoris, atque in obiecto conuenienti, comprehensionis, præstantissimi extiterint; præstantissima, atque omnino perfectissima sequitur delectatio. Suffragatur huic sententiæ Auic. *Cum perfectio*, inquit, *est nobilior, & maior, & diuturnior, & vicinior, & apprehensio est in se fortior; illius delectatio est excellentior, & gloriosior*: sed Dei perfectio est in vltimo gradu nobilitatis; imo infinita, & cætera, quæ dicta sunt; excellentissima ergo omnium, atque gloriosissima fruitur voluptate. Neq; putet aliquis in solo sensibili, atq; materiali voluptatem consistere; imo fortius, ac iocundius circa immaterialia versatur; bonitas enim, atque perfectio rei immaterialis, maior est, & coniunctio intimior, & apprehensio nobilior, & voluptas excellentior: *Fortior siquidem*, ait Auic. *est apprehensio, qua intelligens apprehendit intellectum, ea, qua sentiens, apprehendit sensatum.*

Delectatio animæ maior, quam delectatio corporis.

Sane, quod intellectus apprehendit, in ipsius fere conuersum est naturam, vtpote ab omni prorsus materia exutum, & liberum; non sic autem se habet sensus circa sensata; propterea delectabilior est voluptas intellectus, quam sensus. Sic Auicenna loquitur. 9. met. c. 6. Prudens homo, inquit, non putet, quod omnis delectatio sit, sicut delectatio asini; & quod prima principia, nempe intelligentiæ, quæ sunt Domino seculorum vnitæ, omni delectatione, atq; gaudio careant; & quod propria pulchritudo Domini seculorum, quæ est ei in regno suo, & sua virtus, quæ est infinita, non sit ei in vltimo nobilitatis, & excellentiæ, & suauitatis: Inest ergo ei delectatio verissima; cuius simulachrum, nostra gerere videtur; sed à longe eam salutat, atque quam remotissime insequitur. Itaq; primum principium, est sua bonitas, pulchritudo, & perfectio; idcirco, & apprehendit, & coniungitur, imo est ipsum infinitum bonum, perfectio, & pulchritudo; habet ergo infinitam atq; perpetuam delectationem. Non mirum igitur esse debet, si Deum, vitam esse dicit Mercurius, cum innata sit ei delectatio infinita; sine autem delectatione, vera vita consistere nequit, tum etiam, ipse in omnia influit vitam, & motum, quæ aliquo modo viuere dicuntur, insuper omnium plane viuentium, siue eorum, qui veram, atq; immaterialem vitam agunt, siue eorum, qui veræ vitæ simulachra gerunt, ipse profecto est primus actus forma, & origo: *Nam in ipso*, vt refert ille à Paulo adductus philos. *viuimus, mouemur, & sumus.*

In ipso mouemur, viuimus & sumus.

Mouemur, inquam, quia sine ipso mouente, & agente, neque in naturalia opera, neq. in ea, quæ naturales vires superant, agere quicquam valemus. Ab illo ergo moti mouemur, non vt nos nihil agamus, sed, vt acti agamus. Viuimus autem; nam si multifariam animal viuere dicimus 2. *de anima*, quorum vnū est intelligere; ille profecto vere viuit, qui ipsum intelligit bonum, & intelligendo apprehēdit, & apprehendendo possidet, & possidendo fruitur, & fruēdo viuit, & viuēdo delectatur & delectando quiescit, atq; vniuersa secure possidet, & pacifice tenet, gubernat, & regit. Sumus vero, quia in nobis sumus nihil, si ab

Vita nostra in Deo

Deus est vita.

eo recesserimus, qui vere est. In quantum ergo in illo sumus, in tantum profecto sumus. Si enim causa secunda, sine primę virtute, in opus progredi non potest; nec corporia membra, ad ipsorum munia exercenda, absque animæ imperio non egrediuntur. & anima sine intellectu, & intellectus sine prima intelligentia, non operantur: Igitur omnia, sine vero ente esse nequeunt. Bene ergo cecinit Poeta: In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Verum contra prædicta nonnullis argumentis, ita aliquis instare poterit.

QVÆSTIONIS PRIMÆ

CAP. I.

Quod Deo non competat vita, & ex consequenti, quod in ipso omnia vita non sint.

a. ILla viuere dicimus, quæ seipsa mouent; vita enim consistit in motu, vt dictum est: sed Deus est prorsus immobilis: igitur vita illi non competit. Sane, in viuentibus est aliquod viuendi principium: anima profecto, authore philos. *2. de anima, est causa atque principium corporis viuentis*: sed Dei non est principium; alioqui primum principium, haberet principium. ergo.
a. Adde, quod in viuentibus, vitæ principium ab anima vegetabili proficiscitur, quæ reuera in Deum non cadit: corporalium ergo rerum est viuere, non spiritualium. Quod autem omnia non sint vita in Deo, probatur.
3. Substantia viuens, authore August. est melior substantia non viuente: igitur non omnia sunt vita in Deo.

Aug. lib. de vera relig.

Tenet consequ. nam si quæ in seipsis non viuunt, in Deo sint vita, profecto in Deo verius, quam in seipsis esse viderentur: at, in seipsis sunt in actu, in Deo autem in potentia. ergo &c.
4. Amplius, in Deo sunt omnia, veluti in principio exemplari: igitur noo omnia sunt in Deo vita: patet; nam inter exemplar, & exemplatum, aliqua sane debet esse conformitas, atque proportio. sed quædam in seipsis vita noo sunt. neque ergo in Deo vita erunt. Item, in Deo viuimus, mouemur, & sumus, vt iam diximus, *ex Act. Apost. 17.* sed in Deo non sumus motus: ergo non sumus vita.
5. Præterea, mala culpæ sunt in Deo cognoscente; non tamen sunt vita: ergo quod prius.

CAP. II.

Soluuntur argumenta.

AD 1. viuere nonnulla dicuntur, vtpote, quæ non ab aliis, sed à seipsis mota operantur: quæ autem seipsa perfectius nobiliusque mouent, perfectiorem vtique atque nobiliorem vitam viuunt. Porro, in mouentibus & motis, finis mouet agentem: principale vero agens, per suam formam agit: interdum autem per aliquod instrumentum; idque ex virtute principalis agentis: quæ autem seipsa mouent, & motu quidem nobilissimo, vtpote intelligere, nobilissime viuere, credenda sunt. vnde Plato: *Necesse est eum,* inquit, *qui se, & alia mouere potest, longissimo interuallo præcedere; cæteros autem omnes esse longe posteriores*: nam quando aliud ab alio mouetur, idque rursus semper ab alio; primum dicendum non erit, quum ab alio moueatur; sed quando aliud seipsum mouens, aliud quoque mouebit; illudque aliud; & sic deinceps plurima mouebuntur. Præterea, si quouis modo vniuersa omnia simul steterint, vt plurimi talium audent dicere; eum potissimum ex omnibus primum motum fieri asserimus, quo, quid seipsum mouet. Adhæc, viuere ipsum dicendum est, quod à seipso mouetur: iste autem motus non imperfecti, sed perfecti actus est; qui profecto in primo principio excellentissimo modo inuenitur: patet ergo, quid sit dicendum ad primi argumenti obiectionem. Ad confirm. autem dico, quemadmodum Deus est suum esse, & suum intelligere; ita quoque est suum viuere: vnde sic viuit, quod non habet viuendi principium. Ad 2. confir. in hisce inferioribus, vita recipitur in natura corruptibili, quæ pro specie conseruanda, generatione, pro indiuidui vero vita tuenda, alimento indiget, atque ideo in istis, vita absque anima vegetabili inueniri non potest: hæc autem quam longissime absunt à diuinis spiritibus. quare arg. illud aduersus nos non militat.

Plato. 10. de leg.
Nobilissimus modus viuendi.

a Ad 3. quoniam ad esse rerum naturalium, materia necessaria est; hac de causa, quamuis nobiliori modo sint in mente diuina; veriùs tamen sunt, in singulis naturarum generibus: secus autem esset, si res naturales sine materia consisterent; tunc plane per suas ideas, nobilius veriusque in mente diuina perstarent.

Deus est vita.

3. Ad 3. inter exemplar, & exemplatum secundum rationem quidem formæ, non autem secundum modum essendi conformitas necessaria est: non enim eundem modum essendi, habet domus in esse producto, in quo inest ei esse materiale, & in mente artificis, in qua esse habet spirituale. rerũ ergo rationes, quæ in seipsis non viuunt, in mente diuina, vita sunt, habent enim in ea esse diuinum.
4. Ad 4. philo. sententia intelligenda est de causa efficiente, atque conseruante: Deus enim, & esse, & vitam, & motum nostrum, causat & conseruat: hoc autem modo, creaturæ in Deo vita esse nequeunt, quippe, qui ex nihilo eas produxerit, atque in esse conseruet. verum, quatenus & exemplariter, & eminenter in eo esse dicuntur, vita sunt: illud siquidem exemplar, atque eminens in principe mundi creaturarum esse, est profecto esse diuinum, atque vita. Quamobrem excellentiori modo, creaturarum vita in Deo esse creditur, quam in seipsis. Omnia, inquit August. *priusquam fierent, erant in notitia facientis; & vtiq; ibi nobiliora, vbi æterna, & veriora, vbi immutabilia.* Sane, nobilius esse habet creatura, vbi est Deus, quam vbi est vanitas: sed creatura in Deo, est quodammodo Deus; in seipsa vero, instabilis, mutabilis, & vanitas: ergo &c. Verum tamen est creaturam in seipsa habere esse verius, vtpote determinatius & distinctius, nempe humanam atque propriam entitatem ab aliis discretam, quam in mundi opifice, in quo non ita res sese habere videntur. Itaque duobus modis creaturæ in Deo esse dicuntur, vtpote in conseruante. vnde, In illo viuimus, mouemur, & sumus. alio vero modo, vt in exemplari, & eminenti principio, atque cognoscente, atque ita per proprias rationes sunt, sicque non distant ab essentia diuina, quæ est vita per seipsam.

August. 5. de gen.
Creatura nobilius esse habet in Deo, quam in seipsa.
Creatura duobus modis dicitur esse in Deo.

5. Ad 5. quamuis mala diuinam scientiam subterfugere nequeant, ob amplissimam infinitamque illius magnitudinem; in Deo tamen, velut conseruata, aut creata, vel vitæ rationem habentia, esse dicenda non sunt. Quoniam ergo mala in Deo non habent causam exemplarem; per bonorum enim rationes cognoscuntur; neque efficientem, sed deficientem; neque eminentem, aut fouentem, sed permittentem: idcirco, mala in Deo vita esse non possunt.

DE IDEIS.

MERCVRIVS.

Verum in primis meditare lumen, *inquit Pymander*, atq; cognosce. Hæc vbi dicta sunt, *ait Mercurius*, diu illum oraui, vt eius Ideam ad me cõuerteret. Quod cum ille fecisset, repente perspicio mea in mente, lucem viribus innumeris existentem: ornatum sine termino: ignem, vi ingenti circumseptum, & in ipsa stabilitate dominantem. hæc ipse percepi per Pymandri verbum, qui me stupore attonitum, sic iterum affatus est: Vidisti in mente primam speciem, infinito imperio præualentem? eiusmodi quædam mihi Pymander.

Commentum XV.

POstquam de patre & filio in diuinis satis abunde dixisse me puto, deinceps cum magno Mercurio de ideis disputationem texere intendo, & in primis, quid de ideis senserit Plato. *Boni ipsius idea, suprema existit, vixq; videtur*, inquit Plato: *si autem visa fuerit, asserendum est eam omnibus omnium rectorum, atque bonorum causam esse, cum ipsa in loco visibili lumen creauerit, & luminis authorem in ipso vero intelligibili regnet ipsa, veritatemque & mentem protulerit. quam nosse necesse est, omnem, quicunque sane quicquam vel priuatim, vel publice est acturus.* Quamobrem sapientissimus Mercurius precatur, vt Pymander suam ad illum ideam conuerteret: sciebat enim illius arcana verba, atque ostensa exemplaria, sine illius idea, se non intelligere, neque esse intellecturum, quemadmodum & ipse protestatur, se postea & intellexisse, & vidisse: *Quod cum ille fecisset*, inquit, *repente perspicio mea in mente, &c.* Recte ergo Plato docet *dial. 6.* boni ideam maximam esse disciplinam, qua quidem & iusta, & alia si vtantur, vtilia, & conducibilia fiunt. Hanc autem non sufficienter agnoscimus, inquit: sin vero ipsam nesciimus, & sine ipsa, alia quam maxime nouerimus; scire debemus, nullam ex aliis nobis vtilitatem fore; sicut nec prodesset nobis quicquam, quod sine bono possideremus.

Platonis doctrina de ideis.
Dial. 7. de rep.
Mercurij textus.
Sine idea summi boni, nihil prosunt alia quæcunq.

De Idea boni filius Dei.

decemus. Illud igitur, quod veritatem illis, quæ intelliguntur præbet, & intelligenti vim ad intelligendum porrigit? boni ideam esse dicito, filium boni, scientiæ, & veritatis, quę per illum percipitur. Paulo ante com. eadē Platonis adduximus verba, vbi de filii Dei maiestate, diuinitateq; locuti sumus. Petit ergo Mercurius supernæ lucis aduentum, quasi cum Propheta humiliter rogans, *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt ad montem sanctum tuum. Tenebris namq; assuetus oculus,* authore Plat. *ad lucem Solis intuendam duci non potest: caligabit enim protenus, nihilque videbit: eget ergo superni luminis ducatu, vt diuinorum mysteriorum particeps, atque conscius fieri valeat.* Cæterum, de ideis locus est nobis amplissimus aptissimusque, & ad dicendum, & ad disputandum.

Vnde ideæ dicuntur.

Ideæ autem dictæ sunt ab aspectando, quoniam qui aliquid est acturus, ideas inspicit, ad quas suam actionem aptare desiderat: Idea igitur est exemplar rei agendæ. Sunt autem apud Deum ideæ omnium rerum, quas spectans ille mundi fabricator, singula quæque in lucem produxit.

Tria principia Platonica.

Itaque tria Platoni sunt vniuersorum principia: mens, quæ opus confecit: Deus ipse materia, ex qua fabricantur: & exemplar, quo quum aliquid agit, spectat. Cum ergo opus hoc naturæ Deus editurus esset, exemplar ei adfuit, quod sequeretur, vt in *Timæo* scribit: *Illius, inquit, animalis mundum simillimum esse dicamus, cuius animalia cætera partes sunt.* non solum ergo singulæ rerum species; sed cœlum, elementa, ipsumque vniuersum principium sui habent ideam. Tria in præsenti, ait Plato, genera sumenda sunt: vnum, quod gignitur: aliud in quo gignitur: aliud à quo similitudinem trahit, quod nascitur. quod recipit, matri: vnde recipit, patri; naturam istorum mediam, proli.

Intelligentiæ pauci homines participes sunt.

Ita igitur ipse meam hac de re sententiam feram. Si intellectus & vera opinio duo genera sunt; necesse est huiusmodi species esse, quæ per se ipsæ sint; & intelligentia potius, quam sensibus comprehendantur: veræ quippe opinionis, vir quilibet particeps est. intelligentiæ vero dii quidem omnes; homines vero pauci admodum participes sunt. Quæ cum ita se habeant, fateri oportet esse speciem, quæ semper eadem sit, sine ortu atque interitu, quæ nec in se accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipsa procedat, ad aliud quicquam, sensuque corporis nullo percipiatur. atque hoc est, quod ad solam intelligentiam pertinet.

Socrates idearum contemplator.

Bene ergo agebat Socrates, qui certam idearum contemplationem intermittere nunquam solitus erat; certam rerum causam in ideis esse sitam asserens: immortalitatem quoque animæ ab ideis potissimum demonstrabat; rerum enim veritas haberi non potest; nisi ad ideas confugerimus; nam idearum formulæ nostris mētibus insunt, ad quarum vestigia singula quæque cognoscimus. In Parmenide de ideis quatuor mouentur quæstiones. Primo, vtrum sint: 2. quorum ideæ sint; & quorum minime: 3. quales sint, & quam vim habeant: 4. quomodo ab eis, quæ infra se sunt, participantur.

Sola mente ideæ cernuntur.

Diogenes *Platonis ideas se videre non posse aiebat*: cui Plato: *Non eas vides, quoniam oculos, quibus ista videntur habes, & vteris; mente vero non vteris, qua sola illa cernuntur.*

August. 83. qu. qu. 46.

Anima pura ideas intuetur.

Vnde August. *Anima,* inquit, *negat eas intueri posse, nisi rationalis ea sui parte, qua excellit, idest ipsa mente, atque ratione, quasi quadam facie, vel oculo suo interiori, atque intelligibili. & ea quidem ipsa rationalis anima, non omnis; sed qua sancta, & pura fuerit. Quis autem vere religiosus negare audet,* inquit Augustinus, *omnia quæ sunt, Deo authore esse procreata? Quis audeat dicere, Deum irrationabiliter omnia condidisse? quod si recte dici & credi non potest; restat, vt omnia ratione sint condita: nec eadem ratione homo, qua equus. hoc enim absurdum est existimare: singula igitur propriis creata sunt rationibus. has autem rationes, vbi arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente creatoris? nō enim extra se quicquam positum intuebatur, vt secundum id constitueret, quod constituebat: nam hoc opinari sacrilegium est. Quod si hæ rerum omnium creandarum rationes in diuina mente continentur; neque in diuina mente quicquam, nisi æternum atque incommutabile potest esse: atque has rerum rationes, principales appellat ideas Plato: Non solum sunt ideæ: sed ipsæ veræ sunt, quia æternæ sunt, & eiusmodi incommutabiles manent: quarum participatione fit: vt sit quicquid est, quoque modo est.*

Omnia propriis & distinctis rationibus creata esse dicit Aug.

Aug. 7. ciuit. c. 28.

Et alibi: *Plato appellat ideas cœlum, Iouem; terram, Iunonem, ideas Mineruam, vult intelligi. Cœlum, à quo fiat aliquid, terram, de qua fiat, exemplum, secundum quod fiat.*

Apuleius.

Apuleius *in dogmate Platonis,* ideas, id est, formas omnium simplices, & æternas esse, nec corporales tamen: esse autem ex his, quæ Deus sumpserit exempla rerum.

Xenocrates.

Xenocrates, Proculo teste, ideas ita diffiniuit: Ideæ sunt causæ exemplares eorum, quæ secundum naturam semper consistunt. Plato siquidem in duobus subiectis, nempe in ipso bono, & vnitate constituit ideas, & in ipso ente primo, quod summum intelligibile vocat. Porro, in ipso bono per causæ modum, ideas collocauit, quas quibusdam rationibus relatiuis inter se dixit esse distinctas. in ipso vero intelligibili, absolutis formis inuicem differentes: in mentibus autem, quę per participationem intelligibiles sunt, siue à corpore separatis, siue corpori coniunctis, maioribus gradibus distinctas.

De Ideis. Ideæ sunt in ipso bono per causæ modum.

Cæterum ipsum bonum, Deum patrem *in epist. & in Rep. atque in Timæo* Plato appellat: ipsum vero intelligibile, Deum filium; quem Plotinus boniformem nominat. Amplius, in Epinomide per huiusmodi rationem diuinam, siue per verbum (quem mundum vocat intelligibilem) affirmat mundum fuisse sensibilem formatum.

Mundus intelligibilis filius.

In primo autem, ideæ vna forma sunt, in secundo vero multæ. proinde Plato *epist. 7. Circa,* inquit, *omnium regem cuncta sunt,* circa, inquam, ipsum bonum, tanquam circa centrum vnum, quatuor circulos reuolui censuit; nempe mentem, animam, naturam, & materiam; in quibus plane diuina splendet pulchritudo. mentes siquidem idearum pulchritudine decorantur; animæ vero rationum venustate, natura autem seminibus, formis vero, materia quoque adornatur. *In Timæo* autem Plato, Timæum Locrensem Pytagoricum imitatus, affirmatque mundum à Deo esse genitum, eiusq; generationis causam triplicem, videlicet efficientem, materiam, atque exemplar esse distinxit: vult enim mundum à Dei potentia, ob suæ bonitatis gratiam, ad diuinæ sapientiæ exemplar fuisse conditum. Vnde, quemadmodū in architecto ædificii, eiusque partium exemplaria, vnum sunt: ita profecto in mente primi opificis, omnium exemplaria rerum, quibus vniuersum constat, vnum sunt, nec vlla substantiali distinctione separantur. Quare exemplar primum, mundum intelligibilem nominat & æternum, hunc vero temporalem, & sensibilem: at exemplaria ideas vocat in illo. Cum mūdus; inquit Plato, omnium genitorum pulcherrimus sit, & eius author, causarum omnium optimus; dubium non est, quin sempiternum sit secutus exemplar. ex quo efficitur, vt necesse sit hunc mundum, alterius simulachrum esse, ad cuius similitudinem Deus ipsum constituit. Sed Timæus Platonis magister: *Mundus, inquit, est eorum, quæ genita sunt, optimus, quoniam ab optimo authore est ille genitus.* Qui respicit non in manu facta exemplaria, sed in ideam, intelligibilemque substantiam. Ad quam quidem, quod factum est, ex amussim atque pulcherrimum, & inemendabile sit: perfectus vero est semper secundum sensibilia; quoniam illud ipsius exemplar (quod omnia in se continet intelligibilia animalia) nihil exterius aliud reliquit, cum sit terminus intelligibilium absolutissimus: quemadmodum hic mundus all sensibilium. ex quibus patet, ideas omnium, in quodam esse exemplari viuente, atque æterno; quod omnium sit intelligibilium præstantissimum, & ita vndique absolutum; vt intelligibilium extra ipsum sit nihil. Quam ob causam, cum Plato dixisset, Deum omnia sensibilia, ad similitudinem intelligibilium effecisse, subiunxit: eum sui ipsius fecisse similia, quasi idē exemplar sit, & Deus.

Idea & Deus, idem sunt.

Quoniam vero, quot sunt in hoc mundo rerum species; tot sunt saltem in Deo ideæ, id est, rationes, per quas cuncta creantur; idcirco Plato ait: Quot, & quales mens ideas in ipso viuente inspicit; totidem. & tales in hoc mundo species cogitauit effingere. quare, ideæ nō solum sunt species; sed genera, imo genera generum. vis enim maxima Platonici argumenti hæc est, cuilibet modo intelligendi, correspondet modus essendi: ideo, vt firma sit Platonis sententia, omnium rerum ideas in mente diuina consistere, fatendum nobis est. hac de causa in anima mundi huiusmodi ideas fitas esse, quidam arbitrati sunt.

Cuilibet modo intelligendi correspondet modus essendi.

Est autem anima mundi, siue intellectus agens, ipse Deus, authore Themistio, in cuius mente sunt vniuersales ideæ, quippe, quæ ab ideatis separatæ sunt, omniumque ideatorum repræsentatiuæ sunt diffinitiones, quibus mundi anima cognoscit vniuersa: per æternas siquidem rationes, quæque condita intelligit: Ideæ ac formæ cunctorum, ad quarum exemplar, vniuersa condidit. Conducunt autem huiusmodi ideæ, tum rerum generationi, tum etiam illarum scientiæ nam cum corruptibilium non sit scientia, eorum profecto dicenda est, quæ sunt æterna Singularia præterea, sine alicuius vniuersalis virtute, sufficere nequeunt ad generationem propagādam: quare necessaria est idearum virtus, atque potestas. Cum igitur mirabilis mundus casu constare non possit; necesse est opificis intelligentiam formam esse, ad cuius similitudinem ipse mundus effectus sit, atque cætera quæ in mundi ambitu continentur.

[illegible]

QVÆSTIONIS PRIMÆ

CAP. I.

Plotinus de Ideis.

Plotini rationes. Enn. 5. lib. 9. c. 9.

CVm igitur, inquit Plotinus *mundus hic sit animal, animalia cuncta complectens, & ab alio accipiat esse, atque esse tale, illud autem à quo est redigatur; necessarium est, & in mente vniuersali imprimis totius exemplar extare, atque hunc intellectum, mundum ipsum intelligibilem esse,* de quo Plato in Timæo inquit; Intellectus in eo quod est viuens, siue animal, Ideas intelligit. sicut enim vbi adest ratio seminaria, quæ animal quoddam est, simulque subest materia, rationem seminariam susceptura, necessarium est animal: ita quum adsit natura intellectualis omnipotentia pollens, nihilque impediat, quippe cum nihil inter hanc & susceptaculum se medium interponat; necessarium est hoc quidem ornari, illud autem hoc exornare: sed enim quod exornatum est, speciem iam diuisam habet, alibi quidē hominem, alibi vero Solē: Exornator ille contra, in vno quodam omnia possidet: Idearum formalem distinctionem, essentialem vero vnitatem, elegantissima adhibita metaphora describit. *Mundus, inquit, iste est animal, vniuersa animalia complectens, à primo animali productus, in cuius mēte necessario sunt omnium istius mundi formales rationes. nam si ratione seminali, atque materia simul existentibus, necesse est animal generari; quanto magis natura diuina intellectuali, omnipotentia pollente, æternaliter existente, omni prorsus medio, ac impedimento carente, necessarium est Idearum susceptaculum produci, atque exornari?* Deus enim more architecti & geometræ, rerum habet Ideas: quas quidem, cum sit exornator, in vno quodam, nempe diuina essentia omnia possidet. ordo siquidem vniuersi præcipue à Deo intenditur: idea autem vniuersi, ordinis idea est: ratio vero ordinis, atque totius haberi non potest: nisi rationes partium, ex quibus totum constituitur, habeantur. quemadmodum architectus, artificij speciem non potest concipere, nisi proprias partium eius concipiat rationes. Propriæ igitur sunt in Deo omnium rationes: neque aliunda species habent, vt distinctæ sint, quam vnde habent, vt sint. neque diuina simplicitas, ob idearum multitudinē, minus est simplex, cum per formam vnam, vnoque contuitu omnes contueatur. neque dicitur idea diuina essentia, quatenus diuina est essentia; sed in quantum diuersarum rerum atque specierū est exemplar. *Quæcunque igitur in mundo sensibili sunt,* inquit Plot. *inde procedunt, alia vero nequaquam.* Quamobrem, nihil eorum ibi est, quæ præter naturam sunt; quemadmodum neque quicquam præter artem, artibus inest. Et alibi. *Mens* (vt scribitur in Timæo) *ideas in eo quod viuens est, insitas contuetur.* Hinc mundi artifex cogitauisse dicitur, ea in hoc mundo includere, quæ mens in eo, quod viuens sua animal est, contemplatur. Vbi autem dicitur intellectus intueri ideas, non significat omnino in alio contueri; sed in seipso intelligibile possidere: est enim idea forma exemplaris, ad cuius imitationem natum est aliquid, per se fieri, in esse reali ab agente per intellectum; ideæ enim sunt formæ rerum stabiles, atque incommutabiles: igitur ideæ ratio, proprie diuinæ conuenit essentiæ, deinde, per quendam participationis modum, essentiæ creaturæ, in esse cognito; quatenus obiectiue inest intellectui primi artificis. diuinæ siquidem essentiæ proprissime aptatur ideæ diffinitio: est enim exemplaris forma, ad cuius similitudinem fit aliquid à Deo, vtpote agente per intellectum in esse reali, & primo. Ad illud præterea ideæ rationem spectare, necesse est, quod præcipue intuetur agens per intellectum, dum operando aliquid producere intendit: sed hæc est diuina essentia in primo agente. ergo quod prius. Insuper, quod est ratio cognoscendi idearum, id certe idea proprissime nuncupetur: nam ex ratione obiecti cogniti, primo sequitur ratio operandi, producendique. ergo. Quod autem ideæ diffinitio per quendam participationem, atque analogiam quidditati conueniat creaturarum, satis est manifestum: in productione plane per modum artis, ratio producendi aliqua, vel aliquod exemplar, est vniuoca productio: *Domus,* inquit philos. *extra posita, fit à domo, quæ est in anima obiectiue.* Porro, exemplar creaturæ vniuoco, per modum artis in productione diuina, est ipsa creatura in esse cognito, vt dictum est. vna est ergo ideæ ratio principalis, nempe diuina essentia, participatiua vero atque secundaria, multiplex: alia profecto ratione ideali conditus est homo, & alia equus. Itaque prima idea, vtpote essentia diuina, summum, verissimum, absolutissimumque esse habet. secunda vero, esse obiectiuum in intellectu, atque cognitum: tiam

Idea necessario insunt menti diuinæ.

Idea vniuersi.

Simplicitas diuina cum idearum multitudine eadē manet.

Idem Enn. 3. lib. 9. c. 1.

Idea quid sit.

Idea est diuina essentia.

2.

3.

Arist. 7. met.

Creatura in esse cognito.

præter esse reale ab æterno, quidditas creata esse non habet. Quare, prima idea, tum rationis, tum etiam realem respectum nequaquam includit: rationis, inquam, quia est ens diminutum: realem vero, quia Deus ad creaturam realiter non refertur, quod necessario sequeretur; si realem ad illam respectum haberet. Ratio autem secundæ ideæ, aliquos includit atque obtinet respectus. Sed *dicis*, cui non inest esse formale, quatenus huiusmodi idea dici nō potest; sed creatura sic accepta, non habet esse formale: ergo &c. Sane tantam vim in ideis August. vt sine eis sapiens possit esse nemo; sed sine creatura, potest esse sapiens. sicut enim ob creaturas aliquis beatior dici non potest; ita profecto neque sapientior. patet ergo, quidditatem creaturarum, ideam dici nō posse. Deinde, creatura secundum esse cognitum est ideata, vtpote producta; non ergo est idea: idea enim non est sui ipsius, quippe, quum inter ideam, & ideatum aliquid intersit. sed creatura in esse cognito est in potentia ad esse, & eadem sibi ipsi omnino in re & in actu; homo namque in potentia & in actu idem est: creaturæ ergo essentiam ideam esse, est impossibile. Adhæc, quemadmodum idem nequaquam seipsum producit; ita absque dubio, nec seipsum est ratio producendi; sed idea est ratio producēdi: igitur, quatenus respectu sui in esse producto est cognita, idea est appellanda; idea siquidem est ratio cognoscendi. sed creaturæ quidditas in Deo non est ratio cognoscendi; alioqui intellectus diuinus vilesceret: idea ergo non est appellanda quidditas, siue essentia creaturarum. Præterea, Ideæ (authore Aug.) sunt formæ æternæ, & immutabiles: sed quidditates cognitæ non sunt tales; sed in esse potius cognito producuntur: igitur ideæ nequaquam dicendæ sunt. Sed his obiectionibus facilis est via *respondendi*: & ad primum quidem, negatur maior. nam quamuis idea secunda, esse formale non habeat; est tamen obiectiue in intellectu, habetque ideæ secundæ rationem. Ad August. confirm. dico, illud verum esse de sapientia accidentali, quæ sine creaturarum cognitione haberi non potest: non autem de diuina, & æterna. Ad 2. quamuis creatura secundum esse cognitum, non sit idea prima; non tamen sequitur, quin sit idea secunda ipsius quidditas. Ad confirm. resp. idem. eodem modo acceptum, non esse ideam sui: proinde, quamuis creatura cognita, & producta sibi sit eadem; non tamen eodem modo intelligitur. Ad 3. idea non est ratio motiua, vel actiua producendi, quemadmodum est potentia productiua, nempe voluntas; sed exemplaris potius, ad quam aspicit ille, qui aliquid est acturus. Vnde verum est hoc modo, sui rationem producendi esse nihil: si autem, vt causa, aut ratio exemplaris intelligatur: bene quidem aliquid in esse cognito, sui, & quidem in esse reali ratio esse valet exemplaris productiua. Ad confirm. dico, ideam esse rationem cognoscendi: ideam, inquam, primam, eo profecto modo, quo obiectum primo cognitum, & motiuum, ratio dicitur cognoscendi, secundarium obiectum. Porro, idea secundo modo intellecta, aliquo modo, large vt ita dicam, ratio dicitur cognoscendi, quippe cum obiectum in esse cognitum habeat, ab eodem in esse reali nō difforme. Ad 4. ideæ principales formæ appellentur; quia nimirum priores sunt; prius enim est quidditas in esse cognito, quam aliquid sit productum, nempe ideatum. principales præterea formæ sunt ob quidditatem, quæ est forma principalis in ipso singulari; proinde non producuntur: nam esse aliud non habent, quā obiectiuum in mente diuina: ideæ ergo productæ nequaquam sunt secundum realem productionem, quamuis secundum rationem; immutabiliter tamen, quoquo modo dicantur esse productæ: ad quarum typum, vt diximus, omnia necessario formantur. Cæterum, operæ pretium est animaduertere, ideam non esse obiectum secondarium cognitum: idea siquidem secundum aliquod esse in actu, est actu idea: sed id, quatenus spectat ad propositum, non est esse reale: igitur est esse rationis. sed tunc omnis idea foret entis rationis, quod falsum est: esse profecto ideæ, non minus quam ideam, verum est. Præterea, creatura ideata, habet aliquod esse cognitum, quod certe esse ideæ dici non potest: per diuinam namque mentem esse habet præsentatum. Vnde, si creatura in esse cognito sit idea; diuina vtique essentia, siua intellectio, essentiæ idea esset dicenda; etenim diuina essentia est sua intellectio: sed esse cognitum est idem formaliter, quod diuina intellectio ergo. Præterea, per intelligere, cum non sit actus productiuus, nihil producitur; finis est enim atque terminus. Demum vt album, in quantum est album, nihil est formaliter quam albedo, licet materialiter subiectum connotet; ita plane cognitum, aliud est nihil, quam ipsa cognitio. Ex quo patet, quod si esse cognitum est diuina intellectio, intellectio vero est diuina essentia, si esse

cognitum

Obiectiones. 1.

Aug. qu. 83. qu. 46. 2.

3.

4.

Solutio. Idea prima & secunda.

2.

3.

4.

Ideæ non sunt productæ.

De Ideis.

cognitum est idea, diuina essentia necessario diuinæ essentiæ idea erit, quod est falsum. idea ergo non est obiectum secundarium cognitum.

CAP. II.

Aristotelis opinio de ideis.

Arist. 1. phy. com. 25. Idem met. 2. & 21. Id. 12. met. 42.

PLato extra quidem cœlum neque corpus esse, inquit philos. *neque ideas putabat, propterea, quod neque vsquam sunt ipsa.* Et alibi: *Erunt, inquit, & ideæ præter eas, quas dicunt.* Et com. 21. *simul autem patet & subiectum substantiam non esse, si sint ipsa ideæ tales, quales inquiunt quidam esse.* vbi philos. copiosissime disputat, tum ad scientiam, tum etiam ad generationem ideas non prodesse. Et iterum. *Opinio, ait, de formis nullam considerationem propriam habet: qui namque ideas asserunt, numeros, inquiunt, ipsas esse: sed numeros quandoque augeri aiunt in infinitum, & ideas pariter; interdum vero vsque ad 10. & ideas similiter: nihil ergo certi huiusmodi opinio habere videtur:* Et 7. *met. com.* 53. *Est enim, vt inquiunt, ipsa idea singularis, ac separata.* vbique videtur philos. ideas explodere, atque reiicere, quum dicat separatas esse, atque ita intellexisse Platonem. Sunt nonnulli in Philosophia illustres, qui verbis tantum aiunt philosophum, cum suo pugnare magistro: ideas siquidem dicunt esse rationes separatas in mente creatoris, secundum Platonis sententiam. Ammonius & Simplicius & Boetius. Illorum autẽ rationes sunt huiusmodi: Quemadmodum philos. 12. *met. com.* 52. duplicem dixit in vniuerso ordinem esse distributum, & vnum quidem ad ducem, alterum vero ad exercitum pertinentem, atque posterioris, priorem caussam esse; ita plane duplex esse bonum: vnum in ipso primo opifice: alterum autem, quod in creaturis mutuo se iuuantibus consistit. Porro, vbi est ordo, ibi quoque erit iudicium: iudicium autem sine ratione esse non potest: at ratio in mente diuina idea est, qua cuncta cõdita sunt, & in pulchritudine ordinis conseruantur. quare in eandem incidere videtur philosophus, quam ipse reprobat sententiam. Amplius, 7. *met. com.* 23. Domus formam in materia, à forma domus sine materia fieri, protestatur; quemadmodum contingit sanitatem in corpore infirmi, fieri à sanitate, quæ est in anima medici. Item, 3. *de anim. com.* 6. commendat antiquos, qui posuerunt intellectum esse locum specierum, præcipue diuinum. Vnde 3. *met.* reprehendit Empedoclem, qui asserit Deum non cognoscere omnia: sententia vero philosophi vera dicenda non esset; si non inessent menti diuinæ ideales rationes omnium. Suffragatur nobis commentator in quo fassus est, illorum sententiam, qui aiunt, Deum omnia intelligere, quodammodo veram esse, quodammodo vero minime: veram sane, specialibus, falsam vero, singularibus rationibus. Quælibet ergo species habet propriam ideam in diuino intellectu: *Forma,* inquit Commant. *habet duplex esse, materiale & abstractum.* Item, 2. *Phys.* genus causæ formalis describens, asserit ipsam esse rationem & exemplar: sed causa exemplaris est causa idealis. ex quo patet, philosophi doctrinam à Platonis sententia minime dissentire. Sane, *Non est verisimile,* inquit Aug. *aut nullos sapientes ante Platonem extitisse, aut formas, quas Plato ideas nominat, non intellexisse: siquidem tanta vis in eis sita est, vt eis non intellectis, sapiens quisquam esse non possit.* Cæterum, si quis perpetuum philosophi ordinem intueatur, atque attentius obseruet de hac materia disputantem, profecto nedum verbis, verum etiam sensibus atque rebus, à Platone inueniet ipsum discrepasse. *Gaudeant,* inquit, 1. *poster. ideæ Platonis, monstra enim sunt.* Et 2. *phys. com.* 26. *Quo vero modo se habeat separabilis forma, & quidnam sit philosophiæ primæ officium est pertractare ac determinare.* Et, *nam si sint, vt quidam inquiunt, formæ, hoc accidere sane, necesse est. sin nihil sit talium separatum; non minus idem euenire necesse est.* Et 1. *Eth.* 7. *Præstat fortasse de vniuersalibus considerare, & quonam modo dicatur dubitare: quanquam hæc quæstio perardua nobis est; propterea quod amici sunt, qui formas ipsas introduxerunt: verum, melius forsitan & oportere videbitur sua quoque, præsertim philosophos pro veritatis salute refellere: nam cum ambo amici sint; sanctum est honori veritatem præferre.* Et in 1. & 7. philosophiæ, vt iam diximus, ad scientias, atque ad generationes, ideas non esse necessarias, abunde demonstrauit. Quod si ista ita se habeant, quid est nobis ad priores authoritates respondendum? hæc profecto pauca, quæ nonnulli Peripathetici subscripserunt: Forma, inquiunt, duplex esse obtinet, materiale vnum, abstractum alterum: forma enim coloris, in corpore materiali, esse habet materiale; in sensu vero, spirituale: quia nimirum in sensu est comprehensio, & latitudo: nobilius enim esse habet in virtute imaginatiua, quam in sensu communi; & in cogitatiua, quàm in imaginatiua, & in memoratiua, quam in cogitatiua; & in intellectu nostro adhuc est in altiori gradu; 3. *de anima com.* 6. atque bene, recteque censent, qui formarum locum, animam inquiunt esse. attamen nec tota est locus; sed intellectiua, neque est actu, sed potentia formæ. Et adhuc altius in intelligentia lunæ; & sic gradatim ascendunt perfectiones formarum, vsque ad Deum, qui est forma formarum, in quo eminenter atque vnitiue, nobiliori quodam modo continentur entia omnia. Deus autem suamipsius essentiam intuendo, nobilius, atque diuinius res intelligit; quam si per formales, atque proprias illarum rationes attingeret. qui profecto modus intelligendi à solo ipsius intellectu percipitur. Quamobrem Com. dixit: Omnes formas esse in potentia, in prima materia, & in actu, in primo motore. In diuino igitur intellectu, vt dicit philosophus, non est aliqua multitudo, neque secundum rem, neque secundum rationem: Plato autem, atque theologi admittunt in diuina mente rationem, seu distinctionem formalem, aut saltem secundum rationem. *Alia,* inquit August. *conditus est equus, & alia, conditus est homo.* Cæterum, si quidditas rerum, vt est in materia, est idem extra materiam; necessario fiet, vt res materiales, sine materia existant; vtpote, leo rugiens, equus hinnibilis, ignis comburens, quod plane omnibus constat esse falsissimum. res enim generabiles apud philosophum, quatenus sunt generabiles, non indigent separato agente: nam generans, authore philosopho, est corpus, aut virtus in corpore: Sicut etiam asserit Comment. & idem est agens, quod transmutat materiam, & inducit formam. At, si res generabiles, atque sensibiles considerentur, quatenus sunt in potentia intelligibiles; tunc sane agente egent separato habent enim ex sui natura ordinem, qui à sensibilibus emanare nequit principiis; materia namque est inordinationis causa: illorum ergo ordo à primo dependet agente: vt refert philos. 12. *met. com.* 38. *Ex tali,* inquit, *principio, cœlum ipsum naturaque pendet.* Et 52. *Bonum vniuersi in ordine consistit; & bonum ipsum est ipse dux: atque magis; non enim ob ordinem ipse dux. sed ob ducem est ille. nam ad vnum vniuersa sunt ordinata.* hoc ceterismodo, nedum generabilia; sed omnia prorsus indigent agente separato, in cuius virtute continentur. profecto si ita hoc negotium tractetur, parum, aut nihil dissentiunt ab inuicem Peripathetici, & Academici. secus autem res se haberet, si eandem quidditatem equi in materia esse dicant, cum intelligibili eiusdem, ac separata: nam tunc absque dubio, error est manifestus: daretur enim equus sine materia, quod est omnino impossibile. Sane, quamuis modo prædicto equus sit in virtute Dei actiua; non ob id tamen, illa virtus, equus appellari, vocarique potest. Porro illud, quod ex 2. *phys. com.* 28. adductum est, forma ibi vocatur exemplar, authore Themistio, non eo quidem modo, quo aliqui posuerunt ideas separatas, sine materia subsistentes, sed potius, quia eorum omnium, quæ à natura proueniunt, definita, perscriptaque sit forma, vt equi, bouis, &c. Principium siquidem semper pergit agendo materiam, atque exercendo, donec forma ipsa coaptata resultet. Ex quo patet secundum Themist. formam exemplarem Arist. non posuisse, atque in hoc à Platone discrepasse. dubium potest esse nemini: causis enim Plato addit exemplarem. Arist. præterea 2. *phys. com.* 19. contra Platonem, ponentesque ideas argumentatur, quod eorum positio parens sit erroris, nempe, quod ea quæ non sunt separabilia secundum rationem, esse separabilia. *Quicquid,* inquit Comment. *separatur secundum esse, separatur etiam secundũ rationem, sed non è conuerso:* hoc autem arg. contra authorem pugnaret, si idem cum Platone sentiret. Est ergo verisimile, vt ex multarum cognoscitur contextu sententiarum, Arist. & verbis, & rebus à Platone discrepasse. vtrum autem ita senserit Plato, vt phil. protestari videtur, paulo ante à nobis disputatum est. quod si ita concesseris sensisse, omnibus modis pronuncio Platonem à vera philosophandi ratione, quam longissime aberrasse.

Ammon. 1. de ani. t. 8. Simpl. 1. celo com. 19. Boet. lib. de interpr.

Ordo duplex in vniuerso.

Conciliatio philosoph. & Platonis.

Quod ideæ sint in mente diuina per philosophum ostenditur.

12. met. 37.

Philosoph. non dissentit à Platone.

83. qu. 46.

Arist. 1. cel. 92.

Amica veritas.

Deum per suã essentiam res intuetur.

83. qu. 46. Alia ratione cõditus est homo, & alia equus.

Com. 7. met. 31.

Bonum vniuersi in ordine cõsistit.

Formam exemplarẽ philosoph. non posuit.

CAP. III.

Quod ideæ sint formæ separatæ à sensibilibus.

3.

POstquam audiuimus quomodo conciliatio fieri possit, posthac disputemus, si ideæ sint formæ separatæ, hoc modo. Perpetuum est separatum à corruptibili, authore Philos. 2. *de anima: Separatur,* inquit, *hoc ab hoc vt perpetuum à corruptibili:* sed ideæ sunt formæ perpetuæ, vt supra dictum est. sensibilia vero, corruptibilia sunt: igitur ideæ sunt separatæ à sensibilibus. Sane, prin-

De Ideis. cipia essendi. ab his profecto quorum sunt principia, sepa-
rantur: sed ideæ sunt principia, quibus fit, vt sensibilia sub-
sistant, eadem quippe sunt essendi, & cognoscendi princi-
2. pia ideæ ergo à sensibilibus separantur. Deinde, omne prius
est separatum à suo posteriori: sed ideæ sunt priores sensibi-
libus, vtpote sensibilium causæ, causa autem separata est à
suo causato: ergo quod prius. Insuper ideæ sunt vniuersalia,
authore Platone. Porro, vniuersalia separata sunt à singula-
ribus. siquidem species est aliquid præter indiuiduum: nam
si idem penitus esset cum indiuiduo, nulla prorsus de eo ha-
beretur scientia: sed ideæ sunt species, vt ipsarum nomen
sonare videtur: præter ergo indiuidua sunt species separatæ.
3. Præterea, metaphysica secundum esse, atque rationem à sin-
gularibus abstrahit, & à materia 6. *met. com.* 2. sed ideæ ad
metaphysicum spectant, teste Platone: à sensibilib. ergo se-
5. Met. parantur. Porro, quoniam species, est quidditas rei, quiddi-
tas autem est substantia rei: igitur ideæ sunt formæ substan-
tiales à sensibilibus separatæ. Profecto, vnumquodque, quod
est eos per participationem, reducitur ad ens per essentiam,
authore philos. 12. met. sed singularia sunt entia per parti-
cipationem. ad aliquod igitur ens per se, quod ideam Pla-
to nominat, sunt reducenda. Adde, quod omnis substantia
sit per se existens, vt dicitur in prædicamentis: sed ideæ sunt
substantiæ iuxta Platonem: sunt ergo per se subsistentes. Sa-
ne, quod prædicatur in quid, est substantia rei, teste philos. 7.
met. com. 20. sed ideæ prædicantur in quid de singularibus,
vt dicit Plato; etiam ad mentem philosophi: ergo quod pri-
4. us. Adhuc, scientiæ sunt necessariorum, & incorruptibiliũ,
vt dicitur 1. post. 22. Non igitur, inquit philos. eorum, quæ
intereunt demonstratio est, neque scientia simpliciter &c.
sed singularia sunt corruptibilia: vniuersalium ergo, & non
singularium est reuera scientia. Porro, vniuersalium, qua-
tenus singularibus insunt, nulla potest esse scientia: quod e-
nim inest singulari, singulare quidem est, quia, quicquid in
aliquo recipitur, ad modum recipientis recipitur: vniuersa-
lium ergo separatorum, atque extra existentium, erit scien-
tia. hæc autem vniuersalia, Plato ideas appellauit. Præterea,
5. *Ars imitatur naturam*, sed artifex dum agit, exemplar ab arti-
ficiato separatum intuetur: natura ergo dum agit, præsup-
ponit exemplar ab ipsa separatum, atque distinctum. Sane,
particularis effectus à causa vniuersali producitur, quatenus
propria, aut appropriata illius esse dicitur? sed effectus pror-
sus omnes, qui in vniuerso producuntur, à Deo, vtpote cau-
sa omnium amplissima proficiscũtur: per rationes ergo sin-
gulis quibusque rebus distributas, atque proprias in ipso exi-
stentes, emanant; alioqui non esset propria, siue appropia-
6. ta cuiusque rei causa vniuersalis assignanda. Quidditates præ-
terea, & definitiones ad singularia non spectant; sed ad vni-
uersalia potius. quemadmodum legitur 7. met. & primo po-
steriorum. necesse ergo est vniuersalia separata constitui,
quorum esse possint diffinitiones, quidditates atque scien-
tiæ. Sunt ergo ideæ, siue formæ separatæ à singularibus, ad
quarum exemplum facta sunt omnia, mundus, & vniuersa,
Boetium. 3. quæ cœli ambitu continentur. vnde Boetius, alloquens
de consol. Deum, in hæc verba erupit: *Tu cuncta superno ducis ab exem-*
7. *plo, mundum mente gerens pulchrum, pulcherrimus ipse.* Mundi
ergo exemplum æternum est in Deo, quam ideam voca-
mus, authore Platone. Denique, principium productiuum
in omni fere generatione vniuoca est forma vel quidditas,
quam ideam Plato vocat: idea namque rẽ intuetur, quatenus
est producibilis. Sed huiusmodi forma à re producta sepa-
ratur: ergo idea, vtpote principium productiuum, à rebus
singularibus separata, consistit. Agentia quoque naturalia,
quæ per qualitates actiuas atque passiuas agunt, cum vltra
speciem propriam agere nequeant; profecto ad formã sub-
stantialem inducendam apta non sunt: qualitates enim illæ,
formæ sunt accidentales, ab accidenti vero substantia non
producitur. Igitur aliquæ sunt formæ à singularibus separa-
tæ, quarum virtute generationes rerum procurantur, atque
conseruantur. Ex his ergo, atque similibus satis constare pu-
to, ideas formas esse à singularibus, corruptibilibusque o-
mnibus separatas.

CAP. IV.

Soluuntur Argumenta.

1. AD 1. verum quidem est ideas, quatenus sunt for-
Forma in mæ, esse profecto à singularibus separatas, ratione
mente di- duntaxat; non autem reali separatione extra om-
uina re & nem intellectum positas. hoc autem modo ideæ
ratione se- vniuersalia appellantur, quæ secundum rei veritatem, re, à
parantur singularibus non distinguuntur: verum si ideas, rationes in
intellectu primi opificis existentes, quibus vniuersa con- *De Ideis,*
stant, intelligere volueris, illæ, haud dubium, ab omni *à singu a-*
prorsus corruptibili quam longissime discretæ sunt, atque *ribus.*
semotæ, quum sint æternæ, & diuinæ, insuper, rerum & sci-
entiarum omnium causæ & principia. has puto à Platone
ideas nuncupatas fuisse: quemadmodum & ipsius senten-
tiæ, passim protestari videntur. profecto si hæc germane,
candideque expenderentur; nullus nobis remaneret am-
bigendi locus. Ad confir. dico, ideas esse principia essen-
di, quippe cum sint rerum formæ, atque ideo ratione, non
autem re, à singularibus separari, nisi formæ in mente diuina
intelligendæ sint, quæ, vt diximus, ab omni creato separan-
tur. Ad 2. eadem facilitate, atque distinctione secondum 2.
soluitur argumentum, nec non cõfirmationes eiusdem: et-
enim ideæ, id est, vniuersalia priora sunt, & à singularibus
ratione duntaxat, non autem re, seiunguntur. Ad 3. quam- 3.
uis res metaphysicæ re & ratione à materia separentur, non
ob id tamen ponẽdæ sunt ideæ, ab omni prorsus intellectu,
atque singularibus separatæ: non enim Plato ideo posuit i- *Plato qua-*
deas, vt metaphysicalia saluaret; sed ob id potius, vt de *re posuit*
materialibus, atque corruptibilibus rebus possit esse scien- *ideas.*
tia. vel, & fortasse melius, vt omnimodam Dei sapientiam
omnibus palam faceret, ad cuius exemplar condita sunt v-
niuersa. Ad confir. quod ideæ sint formæ, vel species rerũ,
dico, formam alicuius rei trifariam posse intelligi. Vno qui- *Forma tri-*
dem modo, est forma agentis, effectum præcedentis, quæ *bus modis*
scilicet proprie Idea dici non potest; effectus enim, quoniã *dicitur.*
frequenter in causis æquiuocis deficit, ad completam pro-
fecto necessario nequit formæ pertingere rationem agen-
tis. Alio modo, vt anima est forma hominis, & figura sta-
tuæ, est forma cupri. hæc cum sit forma partis compositi, i-
dea dici non potest. idea plane ex sui ethymologia nominis,
id sonare videtur, nempe ab eo, cuius est idea, separatam es-
se, atque distinctam. Postremo, forma, id appellatur, ad cu-
ius typum aliquid formatur, peculiarique nomine forma
exemplaris dicitur: atque hoc modo idea, forma nomina-
tur. Porro, quamuis huiusmodi forma, species sit, quæ est
rei similitudo; non est tamen de indiuiduis prædicabilis v-
niuoce, neque secundum esse existentiæ, extra singularia con-
stituta, sola cõsistit. Itaque ideæ hoc modo, substantiæ dicẽdæ *Ideæ subsi-*
sunt; quatenus in singularibus subsistũt. Ad aliã cõfir. Ideæ, *stunt in*
iuxta Platonis sententiam, quoniã in mente diuina existunt, *singulari-*
sunt entia per essentiam: à quibus entium multitudo profi- *bus.*
ciscitur: & ita substantiæ dicuntur, non quidem prædicabi-
les, vt genera, & species, quippe, quæ sub nullo genere con-
tinentur. Ad 4. sex rationibus pugnat Arist. contra Plato- *Ad 4. ra-*
nem, asserens, ideas non esse necessarias ad conseruandam *tiones phi-*
scientiam rerum: quarum prima hæc est. Si omnium, in- *losoph con-*
quit, essent ideæ, quorum sunt scientiæ, negationum quo- *tra Plato-*
que ideæ essent ponendæ: sunt enim aliquæ, vt dicitur in pri- *nem.*
mo posteriorum, demonstrationes, quæ conclusionem in-
ferunt negatiuam. At Plato, talium ideas omnino negauit:
ergo. Item, si ita res se haberet, corruptibilium etiam essent
ideæ, quod est contra Platonem. Tenet consequentia: Cor- 3.
ruptibilium siquidem est scientia, alioqui scientia naturalis,
quæ est de corruptibilibus, è medio tolleretur. Sane, corru-
ptibilium, quatenus in esse particulari considerantur, scien-
tia esse non potest: bene vero in esse vniuersali, quod est in-
corruptibile. Item tertio, homo non est præter hominem 4.
singularem. Præterea, huiusmodi Platonis sententia, no-
tiora, quam sint ideæ, principia auferre videtur: nam ideæ
iuxta Platonem, mathematicis, atque sensibilibus rebus
priores habentur: sed ideæ sunt numeri: igitur numeri præ-
cedunt res mathematicas, atque sensibiles. Porro, dualitas,
quoniam res est mathematica: numeri ergo aliquot duali-
tatem præcedent. atqui Plato dualitatem in numeris dixit
esse primam. Item, de accidentibus est scientia: igitur ideæ 5.
accidentibus sunt assignandæ. sed eorum, quæ sunt secun-
dum accidens nulla est participatio, quod ideis non conue-
nit: non omnium ergo, quorum est scientia, & ideæ simili-
ter. Amplius, aut ideæ & sensibilia quæ ideas participant, v- 6.
nius sunt speciei, aut non: si primum admiseris; aliquid pla-
ne vtrisque erit commune, per se separatum, vt Platonis fa-
tetur, doctrina multorum siquidem in specie vna cõueni-
entium, idea aliqua separata, secundum Platonem est assi-
gnanda. Si dixeris, ideas, quoniam sunt species incorrupti-
biles, superioribus non egere speciebus; profecto in eun-
dem recides errorem nam, mathematica, quæ inter sensi-
bilia, & species medium tenere, Plato arbitratur, vna est il-
lorum species communis separata, quia nimirum entium
plura, vnius probantur esse speciei. At, si ideæ, & res sen-
sibiles, quæ ipsas ideas participant, vnius speciei non sint; *Soluuntur*
tunc sane nomen, quod de ipsis dicitur, erit prorsus æqui- *Arist. ra-*
uocum. *tiones.*

 uocem. Sed Arist. rationibus sic possumus respondere. Ad
1. 1. negationes per affirmationes cognosci; nam ita se habet negatio ad affirmationem, sicut malum ad bonum: sed malum cognoscitur per ideam boni, & cæcitas per visum, & per affirmationem, negatio: quocirca, quamuis de negationibus, vt in lib. post. dicitur, per reductionem ad affirmationem habeatur scientia; non primo tamen, proinde ideas habere non est necesse. Si similitudinem negaueris dicens malum non esse bonum, negationem autem posse veram fieri, Dico, malum sine bono, nullatenus inueniri,
2. nec sine affirmatione, negationem consistere. Ad 2. corruptibilium, quatenus sunt corruptibilia, non datur scientia, & ex consequenti, neque idea: quatenus autem in vniuersali consistunt, & scientia ex illis haberi potest, & idea simili-
3. ter. Ad 3. Homo tertius &c. tria enim in quibusdam rerum generibus ponebat Plato; nempe quædam sensibilia, quædam mathematica, & species. Quare autem in quibusdam magis, quam aliis media ponantur, ratio aliqua non apparet: in specie ergo hominis inter ideale, & sensibile, medius homo

Idea fundamenti. erat ponendus &c. Sed ad hæc ita resp. eorum, quæ sunt ad aliquid, non est idea alia, quam idea fundamenti. Etenim, eorum, quæ sunt ad aliquid, non quidem absolute; sed per reductionem ad substantiam, potest esse scientia: non ergo est ponendus medius, siue tertius homo, ab illis duobus separatus, & distinctus, licet enim pro habenda scientia de homine, à sorte, & indiuiduantibus conditionibus, homo sit abstrahendus, atque considerandus secundum suam essentiam, & naturam, & esse, quod in suis quidem principiis essentialibus habet, atque formalibus; non tamen gratia habendæ scientiæ, hominem tertium constitui necesse est per intellectum: quandoquidem ea, quæ esse nō aliter, quidditatiueq; aliquid cognoscitur, nulla certior habeatur cognitio.
4. Ad 4. quamuis dualitas secundum se sit prima numeri species, nihil tamen refert, quo minus aliqua idea, quæ est in numeris, per abstractionem, ipsam præcedere valeat: quemadmodum licet intelligere hominem, nō intellecto risibili;
5. tametsi homo, sine risibili subsistere nequeat. Ad 5. Accidentia sine subiecto intelligi nequeunt. authore philos. 7. met. com. 17. ideo, illorū scientia per reductionē ad subiectū habetur: qua propter sufficit, idea substantiæ, ad illorū scientiā habendam. Etenim, vnumquodq; sicut se habet ad esse, inquit philosophus 2. met. com. 4. ita & ad veritatem. cum autem accidentia, à substantia immediate causentur; non est necesse, proprias accidentium ideas statuere, propriorum potissime, & demonstrabilium accidentium, quorum est scientia: vna enim, eademque productione; non tamen eo-
6. dem modo, cum suo proprio subiecto producuntur. Ad 6. Idea, & res sensibiles, secundum essentiam, vnius sunt speciei; differunt nihilominus secundum diuersum modum essendi: natura quippe secundum seipsam considerata, idea appellatur; vt autem esse habet in singularibus, dicitur res sensibilis. Ex quo fit, vt non sit ponenda aliqua idea, ab idea, & rebus sensibilibus abstracta. Nam quamuis eorum, quæ eiusdem sunt speciei, quæ nimirum esse per participationē habent, sit communis idea; non opus est tamen, eorum quæ eiusdem speciei habentur, quorum vnum per essentiam cōsideratur, alterum vero, secundum esse, quod habet in singularibus, quod vna sit eademque communis idea. Plato si-

Idea singularium est natura in suis principiis formalib. & essentialibus. quidem, naturā speculabatur humanam: quatenus esse haberet, suis in principiis essentialibus, formalibusq; quam ideam aiebat esse, singularium, quæ in seipsis hanc naturam complectuntur, quidditatem. Ideæ ergo hoc modo abstrahunt ab omni omnino re, quæ ad quidditatiuū illarum non spectat intellectum: propterea tales ideae extra omnem intellectum, extra deniq; singularia, nonnulli dicunt Platonē collocasse. Cæterum, quamuis esse effectus in suis causis sit reale, actuale, ac virtuale, non tamen est esse actualis existentiæ, ratū in vltimo actu naturæ: est igitur esse effectus in sua causa, essentiæ potius, licet imperfectum, quam existantiæ: res enim in suis causis verius sunt, quam in seipsis: nam etsi in causis sint in potentia, in seipsis vero in actu; potentia tamen actiua, actu à se producto, potior est, atque potentior. Itaque, si ideæ esse habeant in suis principiis essentialibus; verisimile tamen est, illud esse existentiæ non esse dicendū:

3. Ad principale. quod puto Platonem non esse concessurum. Ad 3. arg. Artifex in agendo, ideam in sua mente existentem intuetur: nō est ergo idea ab omni prorsus intellectu separata. Ad confir. dico, effectus particulares ab vniuersali causa, nempe à diuina mente produci, in qua eminenter sunt singularum idez naturarum propriæ, atque distinctæ, aut formali, aut ratio-
6. nali saltem distinctione. Ad 6. pro diffinitionum ratione conseruanda, sufficere puto vniuersalia, quæ à singularib. ratione tantummodo, non autem re separantur. Boetii vero autho[ritatem] veram esse, atque Platonicam pronunciatum ex De Idea. hoc tamen non sequitur ideam illam extra diuinum intellectum per se subsistere. Ad 7. & vltimum. principium productiuum quo, à sensibilibus non est separatum, sed est in causa producente, vel in intellectu primo: minus ideo opus est ideas à sensibilibus quidem disperatas ponere, non autem extra intellectum primi artificis. Ad confir. dico, quamuis formæ accidentales, propria virtute formam substantialem producere nequeant; virtute tamen formæ substantialis, secundum quam agunt, id præstare, non est illis difficile. Agit enim forma accidentalis virtute formæ substantialis,

Forma accidentalis agit virtute formæ substantialis. quasi illius instrumentum. calor siquidem ignis instrumentum dicitur virtutis nutritiuæ 2. de anima, com. 50. Si igitur formæ accidentalis actio, ad substantialem formam terminetur, nihil sequitur absurdi: etenim sicut calor ignis, vt instrumentum agit formæ substantialis ignis; ita plane agere potest, quasi instrumentum animæ sensibilis, ad animam in actum sensibilem educendam.

CAP. V.

Ideas nihil conferre, neque æternis, neque sensibilibus, philosophus multis probat rationibus 1. met.

IDeæ, inquit, *introductæ sunt à Platone, immobilitatis, non motus gratia,* Quoniam quidem sensibilia prorsus omnia sub continuo motu aguntur; aliquas 1.
posuit Plato ideas à sensibilibus separatae, quarū esset scientia. ideæ ergo immobilitatis, non motus sunt principia, atque ex consequenti, motus, aut transmutationis habendæ causa, sensibilibus conferunt nihil. Item, v- 2.
nius cuiusque rei cognitio per suæ cognitionem substantiæ perficitur, non per aliquarum extrinsecarum cognitionem substantiarum: sed ideæ sunt substantiæ extrinsecæ, authore Platone: nihil ergo conducunt ad rerum scientiam habendam. Illæ siquidem ideę non sunt substantię rerum sensibilium; cuiuslibet namque rei substantia in eo est, cuius est substantia: sed illę à sensibilibus prorsus sunt separatæ ergo quod prius. Neque præterea huiusmodi ideæ, rebus adsunt sensibilibus, ac substantialibus, tanquam ideas participantibus, alioqui formæ, & accidentia absque substantiæ possent esse; ea namque sola misceri apta nata sunt, quæ possunt separata existere. Item, idea, quatenus est causa exemplaris,
nullius est vtilitatis; exemplaris enim vtilitas est, quia nimi- 3.
rum artifex intuens exemplar, similitudinem transferat formæ, rei à se componendæ. Tunc sic arguo: aut illa similitudo rebus genitis inest per respectum alicuius agentis ad exemplar aut nō; si non, nihil refert, ideas intueri aut non intueri, si sic, haud certe dici poterit, causam similitudinis in genito, inferioris formam, esse generantis. fieret profecto aliquid simile per respectum ad agens separatum, & non ad agens sensibile. atque ita aliquis Mercurio similis fieret, posito vel remoto Mercurio, quod plane falsum est. Quod i-
deæ non conferant sensibilibus, quatenus sunt causæ for- 4.
males, sic. Substantiam & causam formalem, ab eo, cuius est substantia, separari est impossibile: sed ideæ sunt separatæ à sensibus, vt dicit Plato, ergo, &c. Item, posita causa, po-
nitur effectus: si ergo ideæ sunt causæ rerum, atque illæ sunt 5.
quidem perpetuæ: semper ergo indiuidua, quæ ipsas participant, extiterunt, quod Plato sane nunquam esset dictu-
rus. Item, sicut se habent artificialia ad causas artificiales; i- 6.
ta plane, naturalia ad causas naturales: sed multa hic fiunt, secundum Platonicos, vtpote domus, anulus, & quæ sunt generis eiusdem, quibus ideæ non assignantur: aliquæ ergo fient res naturales, sine propriis ac peculiaribus ideis. Porro,

Soluuntur Aristotelis rationes. quispiam sic posset philosophi argumenta soluere: si naturam Plato vocat ideam, in suis videlicet principiis essentialibus manentem, à particularibus indiuiduis abstractam: na-
tura vero est principium motus, & quietis, authore philos. 2.
2. *phys.* Igitur idea est causa motus. Neque est impossibile, id quod in se est immobile, in aliis principium esse mutabilitans. imo, mobile, ad aliquod immobile, ne in mobilibus processus fiat in infinitum, est reuocandum. Itaque naturæ specificæ, etiam philosophi doctrinam sequentes, etsi secundum esse, quod in singularibus habent, mutabilitati subiaceant; per abstractionem tamen immutabiles sunt. Ad 2.
maior est falsa: effectus enim naturales à quatuor causis de- 2.
pendent; ideo, non solum vnius, sed omnium prorsus cognitio est necessaria causarum. siquidem tunc nos arbitramur veram habere scientiam, si causae omnes (vt ipse dicit

De Ideis.

Natura specifica sub istiunt in singularibus.

primo post.) nouerimus. Minor quoque est falsa: nam naturæ specificæ etsi separetæ ponantur à Platone, quoad hoc, & illud, subsistunt tamen secundum esse existentiæ actualis, & ratum in principiis suis, causisque essentialibus. est etiam fallacia æquiuocationis in hoc termino, separatum, multiplex enim esse potest. Ad alias confirmationes dico, participare, bifariam dici. vno quidem modo proprie, & perinde est, in mixtione partem rei capere: quo plane modo, singularia, ideas participare, Plato negauit, alio modo, idem est, ac suo in significato aliud includere: quo sane modo, species, genus participat, & indiuiduum, genus, & speciem. Ita autem singularia ideas participare, affirmat Plato. Ex quo patet, sub hoc verbo separatam esse fallaciam æquiuocationis.
3. Ad 3. in omnibus, quæ non casu, sed natura generantur, forma est generationis finis: quæ profecto per se existens, est cognoscendi operandique principium. multisque ex rationibus, idea nominatur, & exemplar. in rebus autem

Idea speciei, & non generis.

generatis similitudo prouenit per respectum ad exemplar alicuius agentis. Quam ob rem conseq. non tenet: etenim illa similitudo, nedum ab ideis, verum etiam ab agente particulari effectiue dependet. Cæterum Plato specierum, & nō generum ideas esse voluit. species enim, teste philos. *in Topicis*, à parte rei est vnum, non autem genus: ideæ siquidem in istis inferioribus, non sunt materiæ factiuæ, seu productiuæ, sed formæ. singularitatis autem principium, materia est: per formam autem; ex singularibus quodlibet collocatur in specie. Idea, præterea eorum est, quæ per se à natura intenduntur: natura vero principaliter speciem intendit, vt dicitur in lib. de anima, & 18. de animalibus. Intentio ergo naturæ, non quidem ad generis; sed ad speciei formam, terminatur. Idealis igitur natura, in quantum est principium formale, est principium cognoscēdi, vocaturque idea. Vt autem est principium finale, exemplar appellatur.

Idea est principium cognoscendi, & exemplar.

4. Ad 4. est fallacia æquiuocationis in hoc termino, separatum, vt dictum est.
5. Ad 5. posita causa per se sufficiante, & applicata, non aliquo modo impedita, ponitur effectus: non autem posito principio formali, & quidditatiuo, ponitur effectus naturalis, nisi posito efficiente, & materiali principio. At, non omnium, ideas esse principia, nisi formalia tantum atque finalia, dixit Plato.
6. Ad 6. neg. similitudo: materia namque artificialium, non autem naturalium rerum est tota substantia: Plato autem materiæ primæ ideam non posuit. Porro, rerum naturalium non est materia sola, tota substantia, sed potius forma, siue natura. Quare, similitudinem assumptam bonam, validamque non esse, clarissime patet.

CAP. VI.

Ideas non esse numerum, philosophus multis rationibus contra Platonem ostendere nititur.

POsthac videndum est, quomodo pugnet Aristo. contra Platonem, asserentem ideas esse numerum. Plato, non solum ideas, rerum formas atque principia posuit, sed etiam numerum esse voluit: numerum, inquam, specierum, & idearum, non autem discretæ quantitatis: has enim dixit esse numerum, quæ proportionibus iunctæ, res, tum ex parte materiæ, tum etiam ex parte formæ in harmonicis ordinibus constituunt. Triplicem autem esse numerum, fassus est: instrumentalem scilicet, quo discreta entium quantitas mensuratur: formalem, quo qualibet res in numero ponitur, atque in numeri proportionibus constituitur: materialem, qui est rei sensibilis in proportione numeri constitutæ. Verum aduersus huiusmodi Platonis sententiā, grauissimis, arguit philosophus rationibus.

Ideas esse numerum. Triplex numerus.

1. *Eorum*, inquit, *quæ sunt idem secundum substantiam, vnum certe non potest esse alterius causa*. sed ideæ sunt numeri, & sensibilia similiter: igitur ideæ sensibilium causæ esse non possunt. Neque refert, quod ideæ, & sensibilia non sint idem numeri, aut quia ideæ sunt numeri sempiterni, siquidem in ratione numeri pariter conueniunt: quæ autem sunt idem secundum rationem, vnum non est causa alterius. Sēpiternum præterea, & non sempiternum, non per habitudinem vnius ad alterum; sed absolute distinguuntur, non per causam, & causatum.
2. Item, si ideæ sunt numeri; tunc ex multis, vna fieret idea. quod est impossibile. Tenet conseq. nam ex multis vnus fit numerus. Anteced. autem falsitas patet etenim si ex multis diuersarum specierum, aliquid vnum fiet; id profecto per mixtionem, in qua miscibilium species non saluantur, construetur: ipsæ autem numerorū species, simul coniunctæ, numerum constituunt. sic binarius, & ternarius, quinarium, & in quinario vterque numerus remanet integer.
3. Item, quemadmodum mathematica inter ideas, atque sensibilia, media sunt; ita plane necessario ponendus est numerus, qui mediet inter idearum, & sensibilium numerum: sed istius medij numeri ratio aliqua reddi non potest: ergo. Maior autem patet: *illa siquidem mathematice intermedia*, ex numeris, veluti ex primis principiis, constant: vnum namque secundum *Platonicos*, punctum constituit, binarius lineam, ternarius superficiem, quaternarius corpus. Corpora quoque ex superficiebus cōponi aiebant, superficies vero ex lineis, lineæ autem ex punctis, puncta vero ex vnitatibus, quæ numeros constituunt.
4. Item, si omnia, quæ in sensibilibus habētur, ab ideis causantur; vtraque profecto vnitas, ex quibus dualitas constat, ex idea dualitatis constabit; dualitas namque est principium numeri apud Platonicos: sed vnitatem, ex dualitate causari, est impossibile: ergo &c.
5. Item, Multa, ad vnum aliquod cōstituendum conuenire nequeunt, nisi per causam aliquam extrinsecam, vtpote agentem, vel intrinsecam vnientem. Nam si aliqua per seipsa vniantur; vnum sane se habebit, vt potentia; aliud vero, vt actus, quorum neutrum, vnitatibus conuenire potest.
6. Item, si ideæ sint numeri, & substantiæ rerum; aut vnitates in inuicem conueniunt, aut ab inuicem distant. Quod si ab inuicem dissentiant, vnitas ergo, in quātum vnitas, principium non dicitur: vnde fieret, vt numeri non sint substantiæ rerum. hac enim de causa, numerus substantia appellatur; quia nimirum ex vnitatibus constat, quæ sunt rerum substantiæ. quæ autem dissentiunt omnino, vnum constituere non possunt. Sane, quamuis in ratione vnitatis conueniant; tamen quia ab inuicem sunt differentes, propterea vnitas principium dici non potest. Si autem cōueniant, totum vtique vniuersum vnum, atque idem erit: cuiuslibet enim rei substantia hoc ipsum est, quod est indifferens: atque ita vnum & idem, omnium erit principium, quod est impossibile: vnum namque & idem, non est sui ipsius principium. Porro, ad has philosophi rationes ita resp.

Soluuntur rationes philosophi.

1. ad 1. quidem, verum plane esse, ea, quæ ratione ac substantia sunt idem, vnum, alterius non esse principium: quæ vero ratione dissentiunt, substentia autem conueniunt, bene vnum esse principium alterius quidditatiuum, atque productiuum. Pater enim in diuinis est principium productiuum filij; vna nihilominus est vtriusque substantia. sic animal rationale est quidditatiuum hominis principium; vnam tamen, eandemque vterque substantiam habet. Ad confirm. autem dico, quæ propria ratione, vnum sunt; vnum, alterius vt sit, causa esse nequit. quæ vero secundum rationem communem vnum sunt, secundum proprias autem separantur; bene vnum potest alterius esse principium. hoc autem modo se habent idearum, atque sensibilium numeri: quare, vnum, potest esse principium alterius Ad aliam confirm. resp. illa differre realiter, non per habitudinem solam principij ad principiatum aut quia vnum sempiternū, aliud vero est sensibile; aliquid enim reale sensibilia in se includunt, quod in ideis non continetur.

Quomodo se habeant idearum & sensibilium numeri.

2. Ad 2. neg. conseq. & ad prob. dico, philos. aduersus se pugnare: nā 5. met. ait: Quod bis tria non sunt sex. sed semel sex sunt sex. Itaque non est necesse, ex pluribus, ideam vnam fieri, licet ideæ numeri dicantur.
3. Ad 3. concedimus mathematica esse numerum, nullumque inde sequi inconueniens.
4. Ad 4. vnitas, si dualitatis pars esse dicatur, causatur quidem, non à dualitate, cuius pars est, sed à dualitate potius idearum; non certe, quatenus est dualitas, sed potius, quia duas vnitates complectitur.
5. Ad 5. quamuis vnitates formaliter sumptæ, actus potentiæque rationem non habeant; si tamen materialiter sumantur; vna quidem potentiæ, altera vero actus ratione habebit: vnde materia, potentiæ vicem obtinet, forma vero, actus, ex quibus natura, seu idea componitur.
6. Ad 6. dico, vnitates esse quidem difformes, idque seipsis, non per aliquam aliam formam discerni. interdum certe aliquid ab alio, per aliquod sibi additum distinguitur, vt homo à leone, idque per rationale, nonnunquam vero seipso; quo profecto modo vnitates à seipsis distinguuntur. Ad aliam rationem resp. asserens omnia esse vnum secundum substantiam. & vnum transcendens, quemadmodum 4. met. vnumquoque esse vnum, siue dici secundum substantiam, philosophus clarissime docet.

Qva-

QVÆSTIONIS TERTIÆ
CAP. I.

Platonem insufficienter disputasse de principiis essendi rerum, philosophus ostendere studet.

Principia rerum substantium apud Platonem.

HÆc sunt principia apud Platonem, quibus res cō-
ditæ subsistunt: quatuor elementa, quæ materiæ,
principijq; materialis vice funguntur: idea, vtpote
formale principium: bonitas opificis, quod est
principium finale. Deus vero ipse causa efficiens, atque
1. producens. Porro cuiuslibet compositi, nedum forma
partis, verumetiam forma totius, quæ ex vnione partis
cum materia resultat, vt dicitur 5. *met.* appellatur causa for-
malis. hanc autem Plato nominat ideæ, nos autem quiddi-
tatis appellare consueuimus. Sed philosophus perpetuo
studio Platonis ideas euertere studet. Arguit igitur hoc
modo: Quoniam ex hoc homines philosophari inceperunt,
quod causas inquisierunt: ad omnem ergo pertinet sapien-
tiam, causas eorum quæ sensui apparent, inquirere singulo-
rum. Sed Platonici causam rerum principia neglexerunt,
nihil enim de causa efficiente; quæ est rerum transmutatio-
nis principium, locuti sunt. neglexerunt quoque causam
formalem. forma enim simul est cum suo effectu: Idea au-
tem, quam ipsi dicunt causam formalem, à suo est semota
effectu, atque distincta: formæ ergo nomen habere non
meretur. Illud præterea, quod tanquam rei ponitur mate-
2. ria, magis est substantia rei, ac de re ipsa prædicabile, quam
id, quod est separatum. sed ideæ vt Platonici dicunt, sunt à
sensibilibus separatæ: magis ergo est substantia materia,
quam ideæ, siue forma. Amplius, si sensibilia ab ideis cau-
3. santur, profecto necesse est ideam in motu consistere. Por-
ro, motus sine eo, quod mouetur, esse non potest: mouetur
ergo idea, quod Plato negauit, quippe, qui asserit ideas im-
mobiles esse. Quod si dixeris, ideas in motu non esse; tunc
quæro, vnde ergo motus in hæc inferiora venit, quando-
quidem, hæc sensibilia à formis separatis principium ha-
beant producendi? destrueretur ergo scientia naturalis, quæ
circa mobile versatur. Adhæc, si omnium rerum, vnum es-
4. set substantia: omnia ergo sicut naturales dixerunt, essent v-
num: sed non omnia sunt vnum: ergo non recte sentiunt
Platonici, qui omnia dicunt esse vnum. Dicis, Plato ait, om-
nia esse vnum secundum speciem, non autem simpliciter:
sed tunc vnum esset omnium genus, & ex consequenti om-
nia vnum substantialiter, quemadmodum hominem, &
leonem dicimus esse vnum genus: sed hoc est impossibile,
nempe omnia esse vnum substantialiter. igitur, omnia non
sunt vnum secundum ideam, siue speciem. Verum ad has
philosophi rationes non est multum difficile respondere: &
ad primam quidem negamus maiorem: patet enim Plato-

Soluuntur Aristotelis rationes.

1. nem principia naturalia posuisse. Ad 2. quamuis materia,
2. secundum esse ratum, & completum actualis existentiæ, sit
magis substantia rei, quam id, quod est separatum; id ta-
men, quod est separatum, nempe idea, secundū esse, quod
in principijs habet quidditatiuus, secundum esse existentiæ
3. est magis rei substantia, quam materia. Ad 3. quemadmo-
dum idea accidentis, separatim distincta ab idea substantiæ,
ponenda non est; ita plane idea motus, ab idea rei immobi-
lis, vtpote ideæ. porro, motus causa materialis, materia est,
idea vero, causa formalis, agens autem est causa efficiens.
4. Ad 4. sicut omnia sunt ens; ita sane, omnia sunt vnum: non
quidem inter se; sed in se. vnumquodque enim ens est in se
vnum, ab alio vero distinctum. Itaque, quamuis sint omnia
vnum in se; ex hoc tamen non tollitur rerum multitudo, v-
num siquidem, quod cum ente conuertitur, supra ipsum,
addit nihil, nisi indiuisionem tantum; atque hoc vnum;
multitudinem priuat, quia multitudo ex diuisione nascitur;
multitudinem, inquam, extrinsecam, quæ vnitati opponi-
tur. neque enim ex hoc, quod aliquid vnum esse dicitur, o-
mnem extra se multitudinem destruit, atque negat; sed i-
psius potius diuisionem in multa. *Dicis*, Plato posuit longi-
tudines, latitudines, soliditates esse substantias rerum sensi-
bilium: tales ergo longitudines, aut sunt species, aut inter-
media, aut sensibilia. atqui Plato nequaquam posuit plura
genera entium. longitudines autem, species esse nequeunt;
species siquidem, siue ideæ essentialiter numeri sunt: neque
intermedia, quippe, cum illa sint mathematica: neque sensi-
bilia, quia corruptioni subdita sunt, hæc autē minime. quo-
re, aut quartum entium genus ponēdum est, aut hæc remo-

Vnū sunt omnia, inter se vero distincta.

uenda *Resp.* Platonem posuisse huiusmodi longitudines, &
similia esse rerum substantias, quia nimirum, substantias re-
rum consequuntur: corpus enim sensibile produci, nisi quā-
tum, longum, latum, & profundum fuerit, est impossibile.
Quare huiusmodi non oportet ideas esse, aut intermedia,
vel sensibiles substantias, quæ res quidem sensibiles necessa-
rio insequuntur.

CAP. II.

Ideas non esse principium scientiæ in nobis, Philosophus probare studet.

Ideas quare posuerit Plato.

CVm scientia sit incorruptibilium, atque eorum,
quę necessaria sunt: omnia autem, quæ hic haben-
tur, mutabilitati subdita sint: vniuersalia perpetua,
atque æterna Plato esse voluit, vt eorū vera habe-
retur scientia. Adhæc, quo magis res ad immaterialitatem
accedit; eo magis certe cognoscibilis redditur: immateria-
litas enim, & intellectui cognoscenti, & rei cognitæ persimi-
lis est. ideoque Plato immaterialia, atque separata à corru-
ptibilibus illa esse dixit, de quibus vere aliquid sciremus.
fortassis ideo à materialibus, corruptibilibusque scientiam
sustulit: quia Deum solum appellauit sapientem, in cuius in-
tellectu, ideas, siue formas æternas collocauit. Cæterum,
contra huiusmodi rationes hoc modo instat, atque insurgit
Arist. *Si*, loquit. *ex idea scientiæ in nobis causantur; non continge-
ret aliquem addiscere: nullus enim cognoscit, quod est addiscturus.*
At, si ideæ scientiæ sunt genitrices, atque parentes; omnium
sane scientiam haberemus, ideas habentes, quippe cum sci-
bilium omnium rationes sint. de nouo ergo nihil sumus in-
tellectori, nisi id, quod nobis prius erat cognitum. Deinde, si
est, vt Plato dicit; tunc plane scientia esset nobis congenita,
atque connaturalis, vnde nec ipsam vlla caperet temporis
obliuio. etenim, sensibilia, ideo naturam separatam adipi-
scuntur; quia scilicet, secūdum Platonem, ideas participāt;
sed naturalis cognitionis nulla datur obliuio, vti primorum
cognitio principiorum hoc ipsum protestatur: scientiarum
ergo, quas per ideas adepti sumus, obliuisci non possumus.
Sed hoc est contra Platonem, qui ait, animam ex descensu
ad corpus, scientiæ, quam prius habuerat, obliuisci; ac dein-
de per disciplinæ exercitium, iam amissæ reminisci: atque
ita nostrum addiscere, est quoddā reminisci. Item, ad per-
fectam rerum cognitionem habendam, nedum formæ co-
gnitio necessaria est; verumetiam, materialium notitia prin-
cipiorum, ex quibus res ipsæ componuntur: Ideæ ergo sine
materialium principiorum notitiā, perfectam nequeunt
causare scientiam. Maior autem prob. exemplo de litera,
sysme, adducto: quidam enim dubitant, vtrum ex quatu-
or literis s. a. y. m. a. sit composita necne, aut sit vna, præter
has, litera, proprium sonum possidens. itaque materialia re-
rum principia in dubitationē veniunt: necessaria ergo sunt,
perfectam rerum notitiam habere cupientibus. Item, si ideę
sufficiant ad ingerendum, causandumque in nobis rerum
notitiam; posset profecto aliquis non habens sensum ali-
quem, illius sensus cognoscibilia attingere, quod est falsum:
nam cæcus de coloribus, scientiam non habet. Consequē-
tia tenet: rerum siquidem scientiam, sine sensibilium co-
gnitione, quæ sunt elementa rerum, habere non possumus:
igitur, si ideæ sufficienter in nobis causent scientiam; & sen-
sibilium quoque cognitionem causabunt. sed per sensum,
non sumus dispositi ad ideas cognoscendas: sine ergo sensu
cognoscimus sensibilia, nempe per solum idearum admi-
niculum, quod plane impossibile reputatur. His autem phi-
los. rationibus ita resp. Ad 1. quamuis ideæ omnium scibiliū
rationes sint: omnium tamen nos habere scientiam, nequa-
quam opus est, aut omnibus modis necessarium: etenim,
non omnium rerum ideas nouimus, sicuti nec principia
propria, aut essentialia omnium: multorum ergo, tum lu-
mine, virtuteque intellectus agentis, tum magistrorum o-
pe, & industria, cognitionem acquirimus: non ergo opor-
tet nos per ideas omnium habere scientiam. Ad 2. scientiam
nobis esse congenitam, atque connaturalem multifariam
dicitur. vno quidem modo, quia est secundum naturam,
ex quo scientia naturalis vocetur. alio modo, naturalis, vt-
pote à natura fluens, idque bifariam: aut perfectē, & tunc
scientiæ non sunt nobis congenitæ, aut connaturales: ab
imperfecto namque ad perfectum natura proficiscitur. a-
lio modo, imperfecte, ac virtualiter, quemadmodum ef-
fectus in suis proximis causis continentur: secundum quem
profecto modum, omnes scientias nobis connaturales
Plato esse voluit. vnde addiscimus aliquid noui, vtpote ab
imperfecto, ad perfectum scientiæ ordinem progredien-
tes. Porro, prima principia naturaliter sunt nobis nota,

Soluuntur philosophi rationes. 1.

Scientia nobis congenita quo modo. 2.

quibus lumine intellectus agentis adiuti, alias conclusiones acquirimus. Ad 3. Idea, est forma totius, quæ vidalicet, secundum Platonem, formam partis, ac sensibilium excludit materiam. quare, rerum naturalium diffinitiones,
4. formam, materiamque complectuntur. Ad 4. Sicut rerum diffinitiones, seu quidditates, per seipsas sufficiunt; ita & ideæ ad rerum cognitionem: ex hoc tamen sensus & literas nón excludimus; quæ scientiæ rerum acquirendæ subseruiunt, atque ministrant. Ex his ergo patet, quid ad philosoph. rationes, contra Platonem disputantis sit dicendum.

Qvæstionis Qvartæ

Cap. I.

De Dei sapientia.

ARduum idearum negotium, atque difficile, tum apud illustres philosophorum principes, tum etiam apud theologos, sine diuinæ sapientiæ cognitione, absolui non potest. Quapropter, de sapientia diuini Pymandri nonnulla dicturus, ipsum ex intimis animæ medullis oro; vt sedium suarum assistricem sapientiam cœlitus mittat, doceatque abdita suæ sapientiæ, diuinæque cognitionis oracula. sapientia enim, diuina potius, quam humana est possessio: sapientia enim est rerum omnium humanarum, diuinarumque cognitio, quæ sola in Deo reperitur. Vnde antiquissimi philosophi dixerunt, Deum vbique adesse, omniumque ante oculos eius versari absolutissimam notitiam. hinc oculum Dei fortissimum, robustissimumque appellabant. Natura autem humana cum sit serua, & imbecilla; à Deo sapientiam possideri credenda est. Et vt dicit Simonides, quem Plato diuinum virum appellat, solus Deus habet hoc decus. Oraculum vocabat Deum ἀδίδακτον, non edoctum; sed seipso sapientem. veteres clamant, αὐτόσοφον per se, & à se sapientem. In theologia legimus, sapientiam fuisse omnium rerum inuentricem. Aristot. dixit, quod solus Deus sapiens sit: proinde reprehendit poetas mendaces, qui dicebant, Deum sapientiam mortalibus inuidisse. etenim in Deum non cadit inuidia: si non inuidit, dedit: & si dedit, vt etiam ait Cicero (excepta sapientia) nihil à diis immortalibus dari amicitia, melius potuisse. Socrates apud Plat. *Videtur mihi*, inquit, *ó viri Athenienses, reuera solus Deus sapiens esse, atque in hoc oraculo id sibi velle, humanam videlicet sapientiam paruì, imo nihili pendendam esse.* In fine Phædri, *Sapientis nomen magnum, soliqne Deo conuenire videtur.* In Alcibiadis primo: *Nemo itaque felix esse potest, nisi sapiens, bonusque sit. Quis autem bonus, nisi solus Deus? ipse igitur est solus sapiens, & natura bonus.* Et in Litigioso: *Sapientia, inquit, omnibus humanis in rebus, felices nos efficit. neque enim aberrat vnquam, nec fallitur sapientia; sed recte omnia peragit, assequiturque, alioqui ne sapientia quidem sit.* sed quæ sapientia humana, quæ interdum non aberret, atque dormitet. Illam ergo veram vocat sapientiam, quæ nunquam aberrat, nec vnquam fallitur, quam nos diuinam vocamus, nominamusque. In Sophista sub fabulæ prætexto, sapientiam è cœlo nobis allatam fuisse describit. Vidit Promotheus cætera animalia suis quæque fulta muneribus, bonisque referta; hominem autem nudum, inermem, calceorum, stramentorumque indigum. Cumque aliam salutis humanæ viam consultans Promotheus non inueniret, surripuit Vulcani, Mineruæque artificiosam pariter cum igne sapientiam. neque enim fieri poterat, vt eam sine igne nancisceretur quis, vel etiam vteretur. Eam itaque sic hominum generi Promotheus intulit, atque ita sapientiam consecuti sumus. Mirum certe, quod sapientia per verbum Pymandri nobis tributa, sine igne haberi non potest: nec quis sine igne ea vti. est enim Deus noster ignis ardens, spiritus sapientiæ, & intellectus, qui effudit eam super omnia opera eius. Et in 4. de repub. *In ordinanda*, inquit, *ciuitate, nulli credimus (si sapimus) nulloque alio vtimur interprete, nisi patrio Deo. hic nempe Deus, in rebus huiusmodi cunctis hominibus patrius interpres, in media terra, super vmbilicum sedens, exponit.* Constat vtique, quod sapiens ciuitas, fortis, & temperata, & iusta sit. quasi diceret, sine sapientia, nulla ciuitas, nullaque virtus suum potest habere dominium. in Sophista, Lacedæmoniorum studium commendat: *Lacedæmoniorum*, ait, *virtus, in sapientia magis, quam exercitationis studio versatur. Quamobrem, Thales Milesius, & Mitylenus Pittacus, Bias Prienus, noster Solon, Cleobolus Lindius, Mysochenæus, Lacedæmonius Chylo, hi omnes æmuli, studiosique Lacedæmonia sapientia fuerunt: eam talem fuisse comperimus, verba breuia, memoratu vnicuique digna: hi facto consilio; ex communi consensu, Delphici Apollinis templo primitias sapientia dedicarunt: quæ in templo inscripta ab omnibus celebrantur. Cognosce teipsum: Nihil nimis. Et quis est qui seipsum cognoscat, nisi solus Deus, cui soli congruit sapientiæ nomen?* Sic Solon Deum tantummodo sapientem appellauit: cum enim à piscatoribus Milesijs iuuenes quidam iactum essent mercati, hique mensam auream extraxissent, contendentibus vtrisque de mensa ac sibi vendicantibus, Apolline consultus, iussit sapienti dari: data est igitur primum Thaleti, qui sapientior cæteris habebatur. hic eam misit alij ex septé, qui alij remisit, quoad ventú est ad Soloné, qui méfam iussit Apollini, népe vere sapiéti dari. vnde Democritus ait. *Omnia Iupiter nouit, omnia ille dare, & omnia potest auferre*, Rex omniú ipse solus. itaq; qui nouit omnia, omniaque dare auferreque potest, ipse profecto & rex solus, & sapiens quoque solus est. *Quis*, inquit Baruc, *vel locus sapientia, aut quis inuenit semitas eius? non principes Theman, non gigantes, viri famosi, scientes bellum, non qui argentum, & aurum fabricant; sed qui fecit omnia, nouit eam, & transtulit illam de nubibus, & dedit illam Iacob seruo suo, & Israeli puero suo.* In terris ergo non erat sapientia, sed verbum Pymandri de nubibus illam ad nos attulit. Iob *in antiquis* dicit *esse sapientiam, & in multo tempore prudentiam.* Quis autem Deo antiquior? Quam ob causam sapiens corde ab eodem propheta vocatur. dicitque illius sapientiam, cœlo altiorem esse, inferno vero profundiorem, mari latiorem, terra longiorem. Salomon ait sapientiam, omnia attingentem, atque per lata terrarum spatia, & tractus maris meantem. *Attingit*, inquit, *a fine, vsque in finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* Vnde Syrach. *Ab initio, & ante secula creata sum, & nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: quando præparabat cœlos aderam, & cum eo eram cuncta componens.* &: *Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita sum omnis creaturæ*: cuius potentiam subdit: *In omni gente primatum tenui, sublimiú, & superborum colla propria virtute calcaui.* David: *Omnia in sapientia fecisti Domine*, inquit, cuius sapientiæ nullum esse terminum pronunciat: *& sapientiæ eius non est numerus.* In quo, inquit Paulus, *sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.* huic diuinorum theologiæ suffragantur philosophi diuinæ sapientiæ studiosi: Epicarmus Pythagoricus *Nihil Deo latet; sed natura ipse videt: nihilque est ei impossibile.* Menander Comicus, *Deus omnia videt, & prope est, quod illi simile est.* In templo Mineruæ apud Ægyptios hoc scriptum erat: *Ego sum, qui sum, qui fui, & qui ero, velum meum adhuc nemo mortalium reuelauit.* Suffragatur huic dicto Iob: Sapientia, inquit, quæ Deus est, abscondita est ab oculis mortalium. *quis enim nouit sensum Domini? aut quis eius consiliarius fuit?* aut quis dedit ei aliquid? sapientia igitur, authore Platone 7. de repub. maxime omnium diuinioris cuiusdam virtus existit, quod vim quidem suam nunquam amittit. Sane, sapientem omnia scire oportet, inquit philos. *in proœ. met.* difficilia cognoscere potentem, quem ordinare, & non ordinari oportet ab altero. scire quippe omnia, & quidem difficilia. ordinare omnia, & à nemine ordinari, solius Dei est. Et alibi *Si*, inquit, *ipsa diuina mens nihil intelligit; sed ita sese habet. vt is qui dormit; quid nam ipsius excellens? quid egregium erit? intelligit autem, & quidem seipsum, & in seipso omnia.* In omni sanctificato (authore Dionysio Areopagita) *tria apparent distincta, nempe substantia, qua res subsistit, virtus siue potentia, qua potens est ad agendum: postremo operatio, per quam peragit agenda.* Porro, per potentiam ad opus creatura egreditur peragendum, per suam enim essentiam non habet virtutem agendi. Cum autem Deus omnibus sit modis simplicissimus, vt dictum est, per suam agit, atque operatur essentiam: nam, quemadmodum in Deo, id, quod intelligit, scilicet diuina essentia; ab intellectu diuino, per quem intelligit, non distinguitur: ita plane, nec species intelligibilis ab obiecto. Diuini sane intellectus species intelligibilis, est vis omnium perceptiua, seclusis extraneis quibuscunque adminiculis, compositione videlicet, diuisione, discursu, peregrinisq; speciebus: Obiectú autem diuini intellectus, est Dei essentia, in sua puritate cónsistens. intellectus siquidem diuinus, primo quidem se; & id profecto, in suaque contemplatur essentia: cætera vero in se, veluti in speculo, in quo relucent condita. Siquidem intellectus diuinus cum sit totius entis actus, forma, ac exemplar omnium, eminentiori, diuiniorique quodam modo cuiuslibet rei continet entitatem; itaque vno, eodemque simplicissimo actu omnia penetrat, cognoscit, & regit. quatenus autem hæc diuina sapientia, omnia possibilia intuetur, Scientia, siue diuina cognitio: ut vero omnia, quæ in vniuerso fiunt, speculatur, Visio, in quantum ea, quæ bene-

Sapientia diuina est possessio. — *Simonides.* — *Oraculum Apoll.* — *Aristot.* — *Cicero.* — *Socrates.* — *Plato.* — *Deus solus sapiens & bonus.* — *Promothei fabula.* — *Deus sedet in media terra.* — *7. Sapientes Græcia.* — *Verba breuia.* — *De sapientia Dei.* — *Cognosce teipsum.* — *Mensa aurea.* — *Democritus.* — *Baruc. 3.* — *Iob. 28.* — *Sapientia 8.* — *Eccl. 24.* — *Psal. 101.* — *Paulus.* — *Colos. 2.* — *Epicarmus.* — *Menander.* — *Templum Mineruæ.* — *Isaia. 40.* — *Plato.* — *Arist 12. met. com. 51.* — *Dionysius.* — *Species intelligibilis diuini intellectus.* — *Obiectum diuinum.* — *Deus in se omnia videt.* — *Scientia.* — *Visio.*

Deum intelligere alia à se. Præuisio. Dispositio. Prædestinatio. Reprobatio.

ne fiunt, respicit, Approbatio; vt omnium est cognoscitiua, quæ futura sunt, Præuisio; quatenus ea intelligit, quæ ab ipso facienda sunt, Dispositio; vt vero respicit præmianda, prædestinatio; ad punienda autem intendens, Reprobatio, appellatur. Mens itaque Pymandri est suaipsius essentia, potentia, & operatio nec aliunde mendicat sapientiam, quam à seipsa; iccirco idem semper intelligit, sapit, & vult; proinde æternam, atque infinitam habet sapientiam, quia habet seipsam: neque enim mens diuina ab ipsius sapientia distinguitur, sicut creaturæ contingere videmus, in qua sapientia ab illius natura secernitur. Quamobrem, inquit philos. *Arist. 12. met. com. 39. Deus solus sapiens.* Actus, vigilia, sensus, intellectio illius, iocundissima sunt: intellectio namque eius per se optima est, quippe cum idem sit intellectus ipsius, & intelligibile. vnde ipsius mentis contéplatio, est quid iocundissimum, optimum, atque diuinum. Hæc autem cum ita se habeant, Deum esse solum, ac verissimum, sapientem, illiusque sapientiam esse infinitam, verissimum est. Quod si ita est, sine dubio Dei intellectus distincte cognoscit omnia.

CAP. II.

Intellectum diuinum, non solum se, sed etiam alia à se distincte cognoscere.

Arist. 12. primæ philos. com. 51. Deus est substantia actu intelligens.

TRes de diuini intellectus cognitione, arduæ satis, itque difficiles tum à philosopho, tum etiam à Comment. conclusiones proponuntur. Prima quidem, Deum esse substantiam spiritualem, actu semper intelligentem. Sane, quoniam Deus nobilitate rebus omnibus præstat, si ab actu paululum intelligendi cessaret: profecto non omnium vinceret entium nobilitatem. *Necesse est,* inquit Auerr. *Auerroes.* *si est intelligens, & quidem semper; aut secundum dispositionem esse, in qua non vtitur sciens scientia; aut in qua vtitur. Quod si sit sciens, scientia vera non vtatur, instar dormientis se habebit; quod certe suæ perfectioni, nobilitatique derogare, clarissimum est.* Deus igitur semper est in actu intelligendi. Altera conclusio est, Deus est substantia, suaque intellectio: *Deus est sua intellectio.* equidem si sua non sit intellectio, sed potentia; non esset plane optima substantia: intelligere enim ei honorabile inest; in optima namque dispositione, est per actum intelligendi. quam ob causam, si ipsius substantia non sit sua intellectio; tunc plane non esset optima substantia, vtpote ab aliquo perficiendus extrinsecus, quod est impossibile: itaque Deus est sua intellectio. *Rationes, quod Deus nihil aliud à se intelligat.* Tertia conclusio, Deus nihil aliud à se intelligit. Sane, si aliud à se intelligeret, reuera sua substantia non esset ipsius intellectio; sed potentia potius, per quam sit intelligens. aliud præterea Deo inueniretur nobilius, in-
1\. tellectum enim siue quod intelligitur, est perfectio intelli-
2\. gentis: causat namque suam in mente intelligentis perfe-
3\. ctionem, nempe intellectionem. Porro, omne tale, quatenus est huiusmodi, intelligente perfectius esse videtur. Tertio, nequaquam simpliciter independens diceretur, aut
4\. nullius indigus: siquidem intellectus, à re intellecta dependet. Iterum, si intelligit aliud à se, non esset vtique ab omni prorsus passione liber: omne certe, quod aliud intelligit, in sua absque dubio substantia transmutatur, ab alioque mouetur. Item vilesceret plane intellectus diuinus: nã
5\. vilium, atque ignobilium rerum intellectio, vilem quoque reddunt intelligentem. vnde præstat quædam negligere, quam intelligere, & quædam non videre, quam videre,
6\. Item, si Deus intelligeret alia à se, inquit Commentator, aut hoc esset per scientiam vniuersalem, aut per particularem: non per vniuersalem quidem, scientia quippe in vniuersali est scientia in potentia. seireque confusum, quod Deo non congruit. neque secundum particularem quoque scientiam: nam particularia sunt infinita: infinitum autem, quatenus infinitum, est ignotum. *Auerr. inconstantia.* Cæterum, sciendum Auerro. non sibi constare: nam 12. *met. com* 51. dicit Deum cognoscere res, non per proprias, distinctasque rationes; sed in vniuersali potius: interdum vero per proprias species. *com.* 36. *& 2. phys. 75 & 2. de anima.* 34. *& in calce:* 18. *Omnes,* inquit, *formæ actu sunt in primo motore, potentia vero in prima materia,* ex quo apparet etiam secundum Auerr. Deum cognoscere specificas rerum quidditates. *Themist. Intellectus diuinus intelligit omnia, quia intelligit se.* Soluit Themistius huiusmodi argum. hoc modo in eodem loco: Intellectus diuinus intelligit omnia, inquit, quia intelligit se esse omnium principium. Si vera esset Themistij sententia, ait Auerr. tunc in Deo intellectus, & res intellecta, non omnino idem essent: hoc autem sequeretur, si aliquod aliud à se intelligeret: Intellectio enim Dei, vt ipse dicit 12. met. com. 37. est in fine simplicitatis, nobilitatis, atque vnitatis: quare nullam pa-

Deum intelligere alia à se.

tiatur intellectorum multitudinem. Præterea, obiectum primo cognitum, nempe essentie diuina, & alia obiecta extrinseca, non sunt omnibus modis idem, alioqui aliorum obiectorum non esset necessaria cognitio. Cæterum, in causa quidem prima nobiliori quodam modo sunt entia, quam in seipsis. siquidem causa prima est vita quæcunque ergo sunt in ipsa, vita sunt, quæ in proprijs carent natura, Itaque dum intellectus diuinus seipsum intelligit, nobiliori, altiorique modo nedum seipsum, sed etiam vniuersa intelligit entia Vnde com. *disput. 3. in sol. dub.* 18. Algazelis nodo dissoluit. *Auerroes. Algazel.* Si, inquit, Algazel primum principium tantum seipsum intelligit, cætera prorsus ignorabit. Recte, inquit Auerr. diceret, si entia per participationem, in primi principij essentia, vnitiue non essent contenta: intellectus ergo diuinus eo modo entia intelligit, quo profecto alicuius mens nequit intelligere, alioqui cum illo in scientia communicaret, quod falsum est. Quamobrem, fatendum nobis est, Dei scientiam nec vniuersalem esse, nec etiam particularem: *Scientia Dei non est vniuersalis, nec particularis.* ab entibus enim, huiusmodi scientiæ causentur, atque dependent, sumque corruptioni, mutabilitatique obnoxiæ. Dum ergo philosophi, Deum tantummodo seipsum contemplari fatentur, cætera ipsum latere nequaquam volunt, sed omnia prorsus excellentissimo, nobilissimoque modo cognoscere: quippe cuius modus intelligendi, à nostro quidem Infinito interuallo seiungitur: nostra siquidem scientia à rebus originem trahit, *Nostra scientia ortũ habet à rebus.* Dei vero, à suaipsius essentia: proinde obiecto extrinseco non indiget, nec aliunde perficitur, aut mutabilitati subiacet, aut iacturam sui aliquando est factura; sed æterna stabilisque manens, cuncta regit quarit, mouetque. Vnde Com. *Com. 3. de ani. 5. Arist. ibidẽ 20.* Si scientia Dei ab extrinseco causaretur obiecto; reuera, saltem secundum indiuiduum generabilis, corruptibilisque esset dicenda. Sunt ergo entia veriori modo in intellectu diuino, quam in proprijs formis. Nam, si, vt inquit Auerr. *Auerr.* *disp.* 6. formæ materiales, quæ sunt potentia intellectæ, per abstractionem fiunt vnum cum intellectu, vt dicit 3. *de anima, com.* 5. *Arist.* quanto magis formæ, quæ ex se à materia separantur vnum fiunt cum intellectu? At, intellectus primus omnibus modis simplex, tum ea, quæ intelligit, tum etiam ipse intelligens, & species, per quam intelligit, vnum sunt: vnde nulla potest naturæ oriri diuisio, qualitatis, conditionisque dissensio. Itaque Deus non intelligit entia, inquantum sunt causæ, quod ipse intelligit ea, sicut noster intelligit intellectus; sed modo, vt diximus, particulari. *Scientia Dei non causatur à rebus.* Et *disp. 5. in solut primi: Deum scire seipsum,* inquit, *nihil aliud est, quam ipsum scire entia.* vnde si homo, cæterorum entium similitudinem gereret; seipsum intelligens, reliqua profecto intelligeret. Et *disp. 6. in solut. 3. In intellectu,* inquit, *humano, aliquod apparet diuinæ intellectionis exemplar, atque vestigium:* In intellectu namque humano, intelligibile est idem propemodum cum intellectu: quanto magis in intellectu diuino, in quo omnia sunt vnum? Quare, Deus omnia intelligit, non autem eo modo, quo nos intelligimus. Sane, vbi ait prima, & summa vita, authore August. *August. 6. Trin. c. vlt.* non est aliud viuere, & aliud esse; sed idem omnino viuere, esse, & intelligere. Plato. *Plato. 6. de rep.* Deum appellat ideam boni supra intellectum, & intelligibilia dominantem, qui alijs quidem præstat virtutem intelligendi, his vero, vt intelligantur. Aristot. 12 *met.* vocat intellectum intelligentem: ac si pariter dicant, Deus est omne ens, Deus non est aliquod entium, siue nullum ens; proinde illius scientia est omnis entis, & nullius entis. Omnia, inquam, quia omnia nouit, nullius vero, quia eo modo quo nos alia scimus, nouit nihil. Ex his ergo quæ dicta sunt, ad illa, quæ prius obiecta apparent, patet solutio. Cæterũ, Deum omnia nosse, multis rationibus cõfirmatur, Primo, Si intellect⁹ diuin⁹ nõ omnia intelligit, aut hoc quidem contingerat ob defectum, debilitatemque potentiæ intelligentis; aut propter intelligibilis excellentiam. *Prima ratio quod Deus cognoscat omnia.* sed neutrum istorum diuino conuenit intellectui; omnia ergo intelligit. Maior ex Aristot. doctrina habetur, 2. met. Aut, inquit, naturæ manifestissima non intelligimus, obiectorum scilicet excellentissimam naturam; aut ob nostram debilitatem, paruitatemque. Verum cum intellectus diuinus sit formaliter infinitus, à nullo vtique extrinseco obiecto, vinci superarique potest, intellectus præterea diuinus aliquod extrinsecum in esse intelligibili non proponit, quin etiam per suum intelligere, esse illi largiatur intelligibile. nullius insuper eget exterioris obiecti ad rerum scientiam habendam, adminiculo: suum siquidem obiectum, nempe essentia diuina, continet omnia: igitur omnia intelligit. Deinde, quicunque intellectus, causam, 2.
quatenus ipse est causa, & quidem totalis, perfecta cognoscere valet, causatum absque dubio cognoscet; sed Deus est huiusmodi, nempe cuiuslibet rei causa totalis, atque

perfecta.

Deum intelligere alia à se. perfecta. dum ergo se cognoscit, omnia certe causata intelligit, atque cognoscit. Item, si intellectus diuinus non intelligit omnia, duæ profecto partes, & quidem perfectissimę à diuina illa maiestate separarentur, quod omnino impiũ est
3. credere, nempe diuina prouidentia, atque iustitia. *Prouidentia, & iustitia præcipuæ virtutes Dei.* Sane, illius interest ad proprium finem singula deducere, quod non video fieri posse, si aliquid eum rerum lateat, quæ hic geruntur. Adhæc, quomodo vnicuique singula est redditurus, quod ad iustitiæ mun' pertinet, si perspicue, & ad amussim, mortalium opera, cogitationes, consilia, cæteraque ipsorum facta ignorat? Si itaque Deus hæc nescit, non prouidet, nec vnicuique reddit secundum opera sua: igitur non
4. est Deus. Amplius, diuinus intellectus cum sit suum intelligere, ac quoddam intelligibile dignissimum, potentissimumque; suum plane intelligere perfectissimum sit, necesse est. Porro, quanto aliquod principium perfectius intelligitur, siue seipsum intelligit; eo profecto perfectius principiata, illiusque effectus, quæ in illius virtute continentur, intelliguntur. *Deus quia perfecte se intelligit, ideo alia perfecte intelligit.* sed Deus est causa prima, primumque principium, à quo dependet cœlum & natura dum ergo se intelligit, cætera omnia cognoscit. neque vilescit intellectus, quia vilia intelligit, nisi à dignissimorum contemplatione abstrahatur, deficitque à sui perfectione, ob vilium intellectionem, quod reuere, in Deum non cadit. Præterea, essentia di-
5. uina continet omnia, idque perfecte, illimitate, atque eminenter: igitur perfectissime omnium habet notitiam: *Themistij opinio expenditur.* illud autem Themistij asserentis, Deũ omnia nosse, quia seipsum intelligit, vt est causa aliorum, bifariam potest intelligi, vno quidem modo sic, per causalitatis rationem intelligit omnia. ac si diceret: ratio causalitatis, est ratio intelligendi: & hic quidem modus falsus est: par inde enim est, ac si diceret, causalitas in Deo est prior, quã intellectio, vel causare præcedit Dei intelligere. secundus modus, est talis: Deus cognoscit se causam aliorum, atque ita intelligit omnia. *Essentia Dei est imago aliorũ.* Saluatur huiusmodi modus, ob gratiam fundamenti causalitatis, nempe diuinæ essentiæ, in qua continentur omnia. Alia, inquit Auerr. non sunt primo principio incognita: quia dum suam essentiam cognoscit, quæ est quasi imago aliorum, & exemplar, alia non ignorare dicitur: non quod intellectus eius suam ipsius essentiam alteri comparet, vel illam, vt exemplar intueatur, alioqui multitudo ibi esset intellectorũ; *Soluuntur rationes Com.* sed eam absolute vt in se, & præcisa secundum se intelligit: atque ita alia intelligere, ait. Ad rationes Commentatoris resp.
1. Essentia sua, inquit, est obiectum sibi adæquatum, alioqui
2. potentia excederet essentiam: seipsum ergo præcise intelligit. Verum quidem est, essentiam obiectum esse adæquatũ,
3. vt primum quidem, & non vt secundarium obiectum. Vnde extensiue ad alia se potest obiecta extendere. ex quo tollitur intellectorum compositio propter obiectum secundarium: intelligibile, siue intellectum, nullam habet entitatem realem secundum se, nec primo vnitur obiecto; nisi quatenus vno, simplicique actu intelligitur, atque eminenter in
4. illo continetur: nulla ergo potest esse compositio. Ad 4. non affet, inquit, perfecta actus identitas ad obiectum, sicut nec potentiæ ad obiectum: sed obiectum intellectum, aliud esset extra ipsum: dico perfectam esse potentiæ actusq; identitatem, sicuti potentiæ, & obiecti, nec aliquam ex secunda-
5. rio obiecto sequi diuersitatem. Ad 5. non intelligit aliqua in vniuersali, quia indistincta est cognitio: nec in particulari, quia particularia sunt infinita. Resp. quod actu distincto, &
6. singulariter, intelligit omnia distinctissime, quocunque modo intelligendi. infinitus enim intelligit infinita. Ad 6. tunc intellectus diuinus esset mutabilis, sicut obiectum extrinsecum de potentia ad actum: sed nulla est ibi ponenda mutatio, vtpote, quia primum obiectum est æternum, atq;
7. immutabile, in quo consistit vis intelligendi. Ad 7. diximus intellectum diuinum ex vilibus intellectis, non vilescere: ex illis enim nequaquam dependet.

CAP. III.

Quod Deus non intelligit omnia.

INtellectio diuina, est ipsius vita, & beatitudo; igitur non intelligit aliud à se, quippe, cum ipsius operatio, illius sit beatitudo: operatio autem eius, est illius intelligere: authore philos. *met. 12. com. 39.* sed ex intellectione rerum externarum, nulla inest Deo beatitudo: *Beatus*, inquit Augusti. *qui te, & illa nouit, non propter illa beatior; sed propter te solum beatus.* quare, si Deus externa intelligit, aut frustratoria est illius intellectio, aut ab extrinseco obiecto beatitudinem sibi comparauit: sed vtrumque est falsum. ergo. Amplius, potentia Dei intellectiua, obiectũ sibi adæquatum, nempe essentiam diuinam non superat: nihil ergo aliud à se intelligit. *Deum intelligere alia à se.* alioqui potentia, obiectum vinceret, quod falsum esse, omnibus propemodum constat. profecto, si Deus aliquod aliud à se intelligeret, in intelligẽdo ab aliquo dependeret, ab eo scilicet, quod suæ intellectioni præsupponeret: quod plane absurdum est, & inconueniens. Adhæc, si Deus intelligit aliud à se, aut hoc certe 3.
fiet intuitiua, aut abstractiua notitia. non intuitiua, quippe cum rerum sit tantummodo actu existentium: multa autem sunt, quæ nondum huiusmodi perfectionem attigerũt: nec abstractiua, æque enim futura, & præsentia, intuetur. vnde quamuis sensibile, per abstractionem intelligibile fiat, Deo tamen non conuenit modus abstrahendi, ob vnicum illius actum intelligendi, quo omnia simul intuetur: igitur, Deus se tantum intelligit. Præterea, si Deus intelligit aliud à se, aliquid reuera esset Deo nobilius. Tenet consequentia: nam sicut intelligere est perfectio intellectus; ita certe res intellecta, ipsius est potentiæ intellectiuæ perfectio. dependet enim potentia ab actu, & actus ab obiecto. sed nihil est 4.
Deo nobilius: ergo quod prius. Sane, intelligere, speciem ab intelligibili sortitur, quemadmodum à suo obiecto quilibet actus: quare eo nobilius est ipsum intelligere, quo plane nobilius est id, quod intelligitur. Sed Deus est suum intelligere: si ergo aliquod aliud à se intelligeret, diuinus reuera vilesceret intellectus. *Intellectus diuinus vilesceret.* Adde, quod si cognosceret aliquid, quod est extra se, quatenus est in seipso, veluti in causa; illius profecto cognitio nequaquam perfecta esset dicẽda. Etenim cognoscere res, vt sunt in causa, est cognoscere imperfecte, confuse, & sophistico modo, authore philos. 1. post. quæ plane cognitio à diuino intellectu quam longissime abest atq; disiungitur: quam ob rem, aut Deus nihil aliud à se cognoscit, aut illud indistincte, confuseque cognoscit.
Item, intellectus diuinus & humanus differunt genere: v- 5.
nus enim est corruptibilis, creatus, & finitus, humanus scilicet; alter vero incorruptibilis, increatus, & infinitus: corruptibile autem, & incorruptibile differunt genere. Sed humani perfectio est intellectus plura intelligere, quippe, qui ex vnico intelligendi actu suam non assequitur perfectionẽ: igitur ad diuini spectat intellectus perfectionem, nobilitatemque vnum intelligere, idque vnico, & simplici modo: a-
lioqui non à se, sed aliunde illius dependeret perfectio, atq; 6.
nobilitas. Amplius, si diuinus intellectus alia à se intelligit; omnis prorsus rerum euentus destruetur, atq; ita frustra messet homini, humani arbitrii libertas, sanctarum legum vsus inueniretur inutilis, omnia enim necessario euentura essent. Patet conseq. Scientia siquidem Dei est causa entium, 12. *met. com.* 51. nostra vero causatur ab entibus: sed Deus est causa rerum immutabilis: igitur aut omnia ex necessitate eueniunt, & casso premitur labore humana cõditio, aut Deus hæc inferiora non intelligit. *Omnia necessario euenire. Themist. 3. de ani. 45.* Adde, quod si quis inueniatur intellectus, inquit Themist. ab omni potentia exolutus, liberque, is neque malum, neq; priuationem intelligit, qualis esse videtur intellectus agens, & eo magis causa rerum princeps Deus. Sed hic non desunt priuationes, & mala plurima. hæc igitur intellectus diuinus, ab omni concretione materiaque liber, minime intelligit. Perperam ergo sentiunt, qui aiunt diuinum intellectum, vltimum nobilitatis gradum habere non posse, ni hæc extrinseca intelligat: obiectum namque primarium adæquatum, ac beatificum diuini intellectus, est diuina essentia, quatenus est infinita. Ex quo patet exterorum intellectio, diuino intellectui nihil cõducere, cum sit seipso beatus. Itaque ex his, atque similibus patet rationibus, diuinum intellectum se solum intelligere, cætera veluti se indigna, & minime necessaria relinquere, & penitus non cognoscere.

CAP. IV.

Soluuntur argumenta.

AD 1. neg. conseq. & ad prob. dico, diuini intellectus 1.
operationem, qua externa intelligit, inanẽ aut frustratoriam non esse. non enim externa, extra se, sed in seipso, vnico ac peculiari modo intelligit: quocirca semper est beata, & felix, quia seipso felix, sapiens, & beatus. Vera autem esset probatio, si secundum modum nostri intellectus, illa intelligeret: cum autem seipsum intelligens, illa percipiat, fieri non potest, vt illius actio, siue intellectio sit ociosa. *Dei intellectio non est ociosa.*
Ad 2. Essentia diuina, ea quippe ratione ob- *2. Essentia diuina adæquatum obiectum dicitur.*
iectum adæquatum dicitur; quia nimirum in idem incidũt obiectum, & ratio intelligendi: proinde quicquid Deus intelligit, aut est ipsa essentia, aut est ratio intelligendi. si hoc modo intelligat, diuinus intellectus, præter obiectum adæquatum alia intelligit, quæ non sunt ratio intelligendi, sed

Deum intelligere alia à se.

di, sed diuinæ potius essentiæ. At, si obiectum intellectum distinguitur à ratione intelligendi, nec adæquate in idem recidit; tunc plane essentia diuina, non esset diuini intellectus adæquatum obiectum, sed intellecta prorsus omnia pro obiecto haberentur adæquato: atque ita diceremus, Deum præter obiectum adæquatum nihil intelligere. vel dico, potentiam non excedere simpliciter suum primum obiectum adæquatum, alioqui aliquod aliud primum haberet obiectum sed secundum quid excedere dicitur, quia scilicet non primarium; sed secundarium intelligere videtur obiectum. Ad confir. dico illud verum esse, si creatura primarium diceretur obiectum, diuinæque etiam intellectioni in esse intelligibili esset præsupponenda: modo hæc ita nequaquam se habet, idcirco neque diuina intellectio dependens, ab aliquo dicenda est, nec ab externis cognoscendis, diuinus intellectus vilescit.

Obiectum duplex.

3. Ad 3. Deus omnia cognoscit, idque cognitione intuitiua, ratione primi obiecti, quæ est essentia: quando autem dicis, cognitionem intuitiuam esse rei in actu existentis, creaturam autem actu semper non extitisse: Resp. non fuisse necessarium actu in seipsa semper fuisse, cum in repræsentatiuo, eminentiorique obiecto, nempe diuina essentia semper extiterit.

4. Ad 4. bifariam aliquid cognosci dicimus: vno quidem modo in seipso: alio siue secundo autem modo, in alio. Porro, in seipso, per propriam speciē, ipsi plane cognoscibili adæquatam, cognoscitur: sic oculus hominem per propriam hominis speciem, intuetur. In alio autem per speciem continentis cognoscitur: sicuti pars per speciem totius, videtur in toto: vel cum homo videtur in speculo, per speculi quidem speciem, aut quocunque alio aliquo modo, aliquid in alio videri contingat. Itaque Deus videt seipsum, & quidem non in alio, sed in seipso, quia nimirum per seipsum, id est, per suam essentiam seipsum cognoscit. alia vero non in seipsis, sed in ipsomet intuetur: ipsius enim essentia, omnium similitudinem continet. intelligit ergo Deus aliud à se, quia ipsum non ignorat; non tamen per aliud à se.

Duobus modis aliquid cognoscitur.

Ad 1. confir. dico: intelligere per principalem intellectum in quo alia intelliguntur specificari. Specificatur autem ab obiecto, quia forma intelligibilis, est intellectualis operationis principium: omnis enim operatio specificatur per formam, quæ est principium operandi, vt calefactio per calorem. Quare per talem formam intelligibilem, intellectualis operatio specificatur, quæ facit intellectū in actu, quæ est species principalis intellecti. hæc autem in Deo, est ipsius essentia, in qua omnes rerum species comprehenduntur: non ergo intelligere diuinum ab aliqua specie exteriori intelligibili dependet; sed à sua ipsius essentia, ex quo nullo modo potest vilescere. Ad 2. confir. quāto perfectius cognitum est in cognoscente, tāto perfectior est modus cognoscendi. quoniam autem Deus, nedum res cognoscit in seipso, verum etiam, in propria profecto natura huiusmodi intelligit, continet enim illas: idcirco illius cognitio perfectissima est, quæ per veram, & principalem causam, nempe per diuinam fit essentiam: quæ est propria ratio cuiuscunque rei, secundum diuersum modum participandi, imitandique.

Essentia Dei omnium similitudinem gerit.

5. Ad 5. Conced. totum arg. quando ergo dicis, intelligit vnum, ergo nō intelligit alia, negatur assumptum. vnum enim intelligendo, intelligit omnia, quoniam omnia in illo vno continentur. vnde fit, vt illius intellectio sine discursu sit, quippe, quæ est simplex, vnica, & æterna. Nec obest authoritas phil. 2. Topic. dicentis: Contingit, inquit, scire multa in habitu: sed intelligere in actu contingit vnum tantum: cum autem Deus actu semper intelligat, & quidem multa, quia alia extra se, discursiue ergo eum intelligere necesse est. Præterea intelligere effectum per causam, est ipsius intellectus discurrentia. Quare, si Deus cognoscit res per causam, nempe per seipsum; discursu sane indiget in intelligendo. siquidem intelligere vnum tantum in actu dupliciter intelligi potest, aut in se tantum, atque ita vnum tantum, sicut dicit philosophus, intelligere contingit: aut in alio, & sic multa simul intelligit. hoc autem modo Deus, & vnum, & multa intelligit: id autem nos præstare non possumus, quia scilicet per species varias intelligimus: diuersis autem speciebus, vnus, idemque intellectus, actu informari non potest, vt per eas intelligat, quemadmodum nec vnum idemque corpus, actu multis figuris, imaginibusq; depingi. sed quæ videntur in Deo, non per suas similitudines; sed per vnam tantum, scilicet diuinam essentiam singula videntur: ideo simul, & non successiue videntur. Multa sane, sub vna specie simul intelliguntur, vt animal, & rationale sub vna specie hominis, & paries & tectum sub specie domus. Igitur intellectus actu simul plura sub diuersis speciebus intelligere nequit, sub vna tamen specie valet: sunt enim species intelligibiles in eiusdē cognitionis genere: tametsi, quæ per huiusmodi species repræsentantur, inter sese interdum genere sint discreta. Etenim diuersæ eiusdem generis species in eodem certe subiecto simul esse non possunt: sub eodem enim genere ex oppositis differentiis constituuntur. quam ob rem, si in eodem subiecto simul essent mensuræ; absque dubio in eodem simul actu essent contraria, siue opposita: quod plane oppositorum natura non admittit. Itaque plura, sub specie vnius intelligi possunt, quod plane diuinæ congruit cognitioni, quæ vnico actu, sub vna specie, siue essentia vniuersa considerat, intuetur, & mouet.

Deus intelligit sine discursu.

Intelligere vnum in actu dicitur duobus modis.

Intellectus simul plura non potest intelligere.

Deum intelligere alia à se.

Ad aliam confir. dico, Deum non cognoscere per causam, quasi prius causam, quam effectus cognoscat: sed in causa cognoscere effectum, id est, in seipso cognoscere omnia. Deus siquidem id, quod est honoratissimum, & diuinissimum intelligit. Si ergo transiret in aliud intelligibile, in aliquod profecto indignius transmigraret, quod sane diuinæ derogat maiestatis, diuinitatisque potentiæ, & authoritati. Trāsire præterea de vno intellecto ad aliud, est quidam motus, qui reuera primo nequaquam competit mouenti, est enim omnino immobile. Ex quo patet, scientiam Dei non esse

Quomodo Deus cognoscit per causam.

Scientia Dei non est discursiua.

discursiuam. Ad 6. principale, negatur consequentia: Deus 6

enim scit futura, idque necessario, non necessitate quidem absoluta; sed ex conditione, præsuppositioneque determinationis diuinæ, quæ diuinum nequaquam fugit intellectū: ex hoc tamen non tollitur rerum euentus, liberi arbitrij facultas, sanctarum quoq; legum authoritas. Ad confir. seu authoritatem Themistij, resp. Deum cognoscere omnia positiua incomplexa, actu scilicet simplicis intelligentiæ, negationes quoque, atque ipsorum priuationes, & ex consequenti figmenta, & quæque impossibilia. per se autem positiua intelligit, negatiua vero quasi per accidens. Intelligit quoq; necessaria complexa, & contingentia, sub esse possibili: omnia quoque bona, & mala, etiam culpæ, oculo suæ amplissimæ, clarissimæque cognitionis speculatur, *Quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius*, hoc autem Deus cognoscit per rationes æternas, quæ in ipso sunt.

Liberi arbitrij facultas.

Hebr. 4.

QVÆSTIO QVINTA,

CAP. I.

Æternas rationes esse in mente diuina, quibus distincte rerum quidditates intelligit.

RAtio intelligendi, quam Plato vocat ideam, peripatetici vero speciem, bifariam potest intelligi. vno quidem modo, vt causa; altero vero, vt effectus. Porro, quatenus ratio intelligendi, siue idea, effectus nominatur, est similitudo rei repræsentatiua, ratioque rei intelligendæ: quæ plane in phantasia, phantasma, in virtute imaginaria, imago, in intellectu, species appellatur. Idea vero, vt causa, rei est ratio producendæ, quæ illam formaliter, verissimeq; repræsentat: perfectior enim per causam, quam sine causa, habetur cognitio. Quoniam autem hæc est ratio formalis sese cognoscendi, & cætera quoque in se, recte à Platone, cæterisque sapientibus, ars in mente artificis appellatur. Itaq; diuina essentia cum sit ratio res producendi, secundum earum gradum specificum; est quoque, illas distincte formaliterq; ratio cognoscendi. Sane, quicquid est distincta ratio producendi; idem profecto est distincta ratio cognoscendi. Siquidem quicquid aliquo perfecte distincteq; comprehendit; illorū absq; dubio, est distincta ratio cognoscēdi: sed essentia Dei, vtpote infinita, perfecte absoluteq; omnia comprehendit: omnia ergo clarissime nouit. Sola ergo diuina essentia est ratio producendi, distincteq; omnia cognoscendi. Esse autē, in Deo plures rationes intelligendi, & quidem distinctas, in Deo negare nō audeo, distinctione vero non in Deo, sed in ipsis rebus existēte. Ipsa quippe vnica omnium intellectione, notitiam habet, quia omnia proprie distincteque cognoscit, per eius scilicet essentiam, quæ est vnica ratio intelligendi. Res insuper ipsas cognoscit, scientia vtiq; & cognitione, quæ est rerum causa. Siquidē suam per essentiam res cognoscit. quæ est formalis rerum producendarum ratio illarumq; causa. hæc autē positio multum congruit diuinæ simplicitati, cui non minimū derogat aliquid ea esse simplicius, quod plane futurum esset, si rationes illæ, quibus singula intelliguntur, aliquam in Deo distinctionem dicerent. Etenim semotis, reiectisque distinctionibus quibuscunq; diuina adhuc essentia, & producendi, & distincte cognoscendi cum diuino intellectu est causa plenissima. Huic autem positioni, Auerrois sententia non consentit, sed aliud quid diuersum sentire videtur: ait enim, vt supra diximus, Deū se formaliter intelligere tantū,

Idea bifariam intelligitur.

Essentia diuina est causa, & ratio formalis cognoscendi & creandi.

[...] in mente diuina.

omnia vero eminentiori, sublimiorique modo. sicut qui cognoscit ignem, omnia quidem calida, non formaliter, sed eminenter nouit. Sic cum Deus suam intuetur essentiã, omniaquoque nouit, quæ in essentia eminentiori modo continentur. Cæterum, hæc Auerrois sententia non omnibus modis est approbanda: nam quicquid in finem res dirigit, atq; ordinat, idque formaliter, & distincte; reuera formaliter & distincte illas nosse, necesse est. sed Deus est huiusmodi. ergo non tantum eminenter, sed etiam formaliter omnia nouit. Accedit, quod si Deus non sciret omnia formaliter, pati quoque ratione, non omnium prouidentiam, curamque gereret, quod plane nedum Theologis aduersatur, verum etiam peripatheticæ doctrinæ, *vt dixi lib.* 4. Adhæc, relationẽ sine extremis intelligere, est impossibile: sed Deus, quæ inter ipsum, cæteraque extrinseca consistunt, distinctione cognoscit; scit enim formaliter se à cæteris rebus esse distinctum, atq; discretum. formaliter ergo res intelligit. distinctio namq; quædam est relatio: ex quo Deum non tantum eminenter, sed etiam formaliter omnia cognoscere, clarissime patet. *Dices*, realem distinctionem, quæ inter Deum, resque alias versatur, quandam esse entitatem, in diuina essentia eminenter contentam, quam reuera Deus eminenter cognoscit, quatenus suam cognoscit essentiam, quæ eminenter est omnis distinctio. verum hoc propositæ *non conuenit* sententiæ, siquidem inde absurdum sequeretur. Deum nimirum, proprie ignorare se ab aliis esse distinctum. Sane, qui distinctionem ignorat etiam si aliquid distinctione eminentius intelliget, ignorat tamen se proprie ab aliis esse distinctum. Vnde, quamuis lucem solis omnem calorem eminenter continentẽ, aliquis intelligat; ipsum tamen proprie ignorat calorem. Præterea, illa potentia, quæ suum esse tantum cognoscit, alia vero formaliter ignorat: nõ proprie certe se nouit ab aliis esse secretum, atque distinctum. Diceret forsitan aliquis Auerrois defensor, Dei non interesse seipsum nosse ab aliis formaliter esse distinctum, sed eminenter tantum. Cæterum, Deus tum ex parte cognitionis, tum etiam modi cognoscẽdi, omnia distincte cognoscit. ex parte, inquam, cognitionis, quia scilicet, non multis variisque, sed vna tantum cognitione res omnes intelligit, atq; cognoscit. ex parte autem modi, quia non confuse, sed distincte cognoscit. Sed multarum quidem rerum non est proprie vna ratio cognoscendi, sicut Aug. ostendit: *Alia*, inquit, *ratione homo, alia vero equus conditus est*: Multiplex ergo in mente diuina, tum cognoscendi, tum etiam causandi, faciendique ratio viget: quæ cum in mente diuina sitæ sint; absq; dubio, æternas esse, necesse est. Itaq; Deus distinctis rationibus, distinctis, inquam, vel ex natura rei, vel ratione à diuina essentia, singulas rerum cognoscit quidditates. hæc autem distinctio non tollit, aut destruit omnimodam Dei simplicitatem, sed cum ea consistere valet. Sane, omni prorsus circumscripto actu intelligendi, Deus est intellectus infinitus: sed hoc nomine nequaquam esset appellandus, ni infinitas cognoscendi rationes haberet. Talesergo inter se, atque ab essentia diuina, ex natura rei saltem distinguuntur. *Ideæ* inquit August. *sunt formæ æternæ, & incommutabiles, quæ in diuina intelligentia continentur, secundum quas formari dicitur omne, quod oriri potest: in quibus tantam vim collocauit, vt ipsis non intellectis, sapiens nemo esse possit, ex quarum visione, debet animam fieri beatam.* Sunt ergo rationes æternæ, quibus creatorum naturæ cognoscuntur. Item cognitio fit per simile. ratio ergo cognoscendi respectu cogniti, propriam habeat rationem, necessarium est. Differt autem nostra cognoscendi ratio à diuina illa, excellentique cognitione, Etenim ab obiecto, ad quod refertur, nostra dependet, sicut mensurabile ad mensuram, in quo non est mutua dependentia, sed obiectum sub ratione absoluta, talem terminat. Intellectio autem diuina, cum omnium aliorum à se intellectorum sit mensura; per eam sane ad ipsa non refertur, sed obiecta potius intellecta, ad intellectionem referuntur diuinam, quæ sub ratione absoluti huiusmodi terminat relationẽ. Quam obrem, Deus in primo instanti naturæ, sub ratione mere absoluta, quæ est ei ratio cognoscendi omne cognoscibile, diuinam intelligit essentiam, in secundo intelligit lapidem, & sic ipsum producit in esse intelligibili, & producendo eum, in tali esse, intẽtionali producit. In tertio instanti, intellectus diuinus, suam ad quodcunque intelligibile, comparare potest intellectionem: atq; ita relationem rationis causare. vnde lapis cognitus in mente diuina dicitur idea, idq; obiectiue, ob propriã rationem, quam esse formatur reali. Sic Plato ideas esse dixit rerum quidditates, quippe quæ habeant in mente diuina esse cognitum. Habet autem intellectus diuinus duplex obiectum, primarium, nempe diuinam essentiam, quæ sibi adæquatur, atque ratio est intelligendi eorum, quæ intelligi possunt. secundarium vero, sunt creaturæ cognitæ, quæ obiectiue sunt in intellectu diuino, quatenus scilicet ab ipso apprehenduntur, habentque in illo esse cognitum, obiectiumq; terminandi, non autem mouendi intellectum diuinum. Ex parte ergo secundarii obiecti, quod sane nullam infert simplicissimæ Dei naturæ compositionem, multæ certe probantur rationes & producendi & cognoscẽdi. Ex parte autem primarii obiecti, quoniam simplicissimum est, omnes producendi, cognoscendiq; eminenter continet rationes: quæ ratione, non autem re in ipso distinguuntur obiecto, vt August. ac Plato sentire videntur. Verum contra prædicta posset aliquis sic arguere.

Deum cognoscere omnia non solum eminenter, sed etiam formaliter.

Distincta rationes in mente diuina.

83. qu. 46.

August. 46. qu. 83.

Differentia inter nostram, diuinamque cognitionem.

[...] ideæ [...]

De æternitate rationibus.

C A P. II.

Argumenta huius propositionis.

PEr vnam intelligendi rationem, vnum certe obiectum intelligitur: sed Deus intelligit infinitas rerum quidditates, atq; species; igitur infinitæ sunt in ipsius intellectu rationes, quibus infinita intelligit. 1.

Sane si huiusmodi æternæ infinitæque non darentur, seu in illius mente non inuenirentur rationes; infinitus intellectus diei non posset: infiniti enim intellectus est, infinitas habere intelligendi rationes, quarum quælibet ratione saltem ab altera, atque ab ipsa diuina distet essentia: nam si huiusmodi non essent æternæ rationes, ita ad inuicem distinctæ; non esset pulchra atque ornata in mente primi artificis ratio producendi: quod plane absurdum est, hoc de summa Dei sapientia dicere, ne dicam asserere atque sentire.

2. Sicut intellectus artificis creati, ex distinctis in mente speciebus, siue rationibus, sua opera producit, & fabricatur ita plane intellectus diuinus, quem Plato mundi opificem vocat, rerum, quas condidit, distinctas habet rationes. Ideæ ergo æternæ in mente artificis habentur, omnium rerum distinctiuæ, & causatiuæ. Idea autem in Deo non est aliquod absolutum. alioqui absoluta distinguerentur in Deo, quod non est fas dicere. ratione ergo, & non re, rationes, siue ideales rationes in Deo distinguuntur. *Dicis*, illa, quorum vnum ab altero subtrahi potest, distincta esse dicuntur, quemadmodum in numeris clarissime patet: sed vna Dei perfectio ab altera subtrahi, separariq; nõ potest: non sunt ergo in Deo distinctæ rationes cognoscendi. Item, quicquid est tota diuina essentia, omnium prorsus est rerũ similitudo: sed quælibet illarum plane rationum, est tota diuina essentia: quælibet ergo illarum, est omnium similitudo. Ideæ ergo in Deo nullo modo distinguuntur. *Resp.* quamuis perfectiones in Deo re quidem sint idem; ratione tamen distinguuntur. Vnde diuina essentia, sub vna certe ratione, istius, sub altera vero vero, alterius creaturæ similitudinem gerit. ita, quod etsi re sint idem; ratione tamen separãtur. Ad 2. verum quidem est quamlibet Dei perfectionem, puta sapientiam, bonitatem &c. omnium esse similitudinem: omnẽ autem perfectionis modum nulla illarum dicit: sed vnaquæq; propriũ modum significat, atq; ita secundum propriam rationem, quælibet non est omnium similitudo. *Dices*, attributorum ergo distinctio in diuino intellectu, præcedit ideas. Neg. cõseq. Deus enim, sine vlla omnino præuia distinctione, dum suam videt essentiam, cuncta, quæ in ipsa continentur, intuetur, & videt: cuiusmodi sunt rerum quidditates, intentionis respectus, ac rationes. *Contra*, Animal continetur in homine, idque quidditatiue, cum sit de eius essentia: & minor numerus in maiori, & pars in toto: sed nulla creatura aliquo istorum modorum in Deo continetur: vana ergo est assumpta similitudo. *Nego conseq.* nam illa similitudo est bene intelligenda, nempe imperfectum, sub perfecto actu, propria adhibita proportione, contineri. sic homo continet animal, & maior, minorem numerum. similiter condita vniuersa, diuina vtique essentia. *Dicis*, sub quelibet ratione diuina essentia est infinita: igitur sub qualibet ratione est omnium similitudo. *Obiectiones.*

1. Item, diuina essentia, sub diuinitatis ratione, est omnium exemplar: non sunt ergo plures ideæ. Tenet conseq. 2.

ratio enim diuinitatis est vna tantum. antecedens quoque manifestum est: nam si diuina essentia, sub ratione Deitatis est aliquorũ exemplar, omnium quoq; erit: nõ enim maior de vno quam de altero, ratio haberi potest: ratio quoque Deitatis, est nobilissima, omnia certe eminenter continet, ideo omnium ratio dici potest. Item, ob rationem Deitatis, 3. Deus est causa finalis, atq; beatitudinis effectiue: per eã ergo est omnium exemplar. vna igitur idea, non autẽ plures sunt in diuino intellectu. *Resp.* & quidem ad primam obiectionẽ, *Solutio.* illius negando consequentiam: nam etsi diuina essentia sub qualibet ratione sit infinita; ex qualibet tamen ratione non habet infinitatem. Etenim si in diuina essentia id tantum

con-

De æternis rationibus. contineretur, quod nomen sapientiæ innuere videtur; ipsa profecto non esset infinita: eam namque ob causam dicitur infinita, quia scilicet omnem contineat perfectionis modũ. Ad 2. neg. anteced. per Deitatis enim rationem, nullius exemplar appellari potest. Deitatis siquidem ratio, qualis est in diuinis, alicui creaturarum communicari nequit: proinde huiusmodi propria similitudo creaturis non conceditur: earum autem perfectionum exemplar aliquod dicitur, quæ profecto creaturis sunt communicabiles. *Tres conditiones veri exemplaris.* Tria namque spectant ad veram exemplaris naturam: primum quidem, vt id, cuius est exemplar, repræsentare queat, hoc autem modo, Deus, ex suæ diuinitatis ratione, increatæ nequaquam est similitudo sapientiæ; sed ex ratione sapientiæ potius: secundum, vt sit subsistens rerum, vt sit causa exemplari: & hæc quidem duo à diuinitate mutuat: sapientia enim, quia in Deo est, ideo diuina subsistit, & causat sapientiam. Itaque diuinitatis ratio, non exemplaris; sed alicuius potius ad exemplar requisiti, causa appellatur. Ad 3. neg anteced. summum siquidem bonum est formalis beatitudinis ratio, illatiua vero, Deitas: sed hæc discutienda relinquimus propositioni, quam de hominis beatitudine, omniumque supernarum mentium, sumus scripturi. *Idea distincta.* Quam ob rem, plures ideas in mente diuina per huiusmodi rationes, siue rationis respectus distingui, clarissime constat. etenim, vt diximus paulo superius, diuina essentia precise intellecta, quatenus lapidem repræsentat, est propria lapidis ratio, & ita de singulis; huiusmodi ergo rationes, per respectus rationis distinguuntur.

Obiectiones. Sed dices: Quicquid alicui largitur repræsentatiuo virtutem repræsentandi, in multa sane ipsum repræsentatiue diuidit:
1. sed huiusmodi respectus, diuinam non diuidunt essentiam:
2. igitur illi præstare nequeunt virtutem repræsentandi. Item, idea id sane est, quod creatura in Deo imitari studet: sed creatura huiusmodi respectu nequaquam imitatur: igitur
3. ad idearum rationes, huiusmodi respectus non spectant. Item, diuina essentia, earum certe perfectionum, quibus à creatura secernitur, cuiusmodi sunt immensitas, æternitas, idea esse non potest: in his enim creatura Deum imitari, seu similis fieri non valet: nec etiam earum, quæ creaturis communicantur, vtpote sapientia, bonitas: multum profecto ab harum imitatione creatura deficit: nec earum, quæ propriæ creaturis congruunt, vt humanitas, vel aliquid huiusmodi: quippe, quæ Deo obiectiue, non autem formaliter insunt; *Obiectiua ratio non sufficit ad rationem ideæ.* Porro obiectiua illa ratio, non sufficit ad ideæ rationem statuendam: alioqui cum esse peccabile in Deo obiectiue sit, esset quoque in Deo peccati idea, quod est falsum. Itaque nulla earum rerum, quæ extrinsecus habentur, idea in diuino intellectu esse videtur. Item, omne, quod fit, fit ab
4. vniuoco. 7. met. com. 58. sed ideatum fit ab idea, sicuti domus ad extra, fit à domo, quæ est in mente artificis: ideatum ergo est vniuocum ideæ. At, diuina essentia non est vniuoca creaturæ: ergo non est eius idea. *Solutiones.* *Resp.* ad 1. cuius minor neg.
1. tales enim respectus in plura quidem exemplaria, pluresque rationes diuinam diuidunt essentiam. Isti sane respectus in Deo non sunt obiecta primo cognita, nec præcogniti creaturis; sed actum intelligendi, quo Deus creaturas cognoscit, consequuntur: sunt tamen in diuina mente æternaliter. Ad
2. 2. verum quidam est de idea denominatiue, non autem de idea formaliter. Illa enim res, quæ est idea, ab omnibus semota est rationis respectibus: est sane ipsa diuina essentia absolute accepta: ideoque quoad principale significatum, non *Idea vna.* multæ, sed vna tantum est idea. Idea autem formaliter accepta, extrinsecus respectus complectitor, quemadmodum *Ideæ plures. Idea denominatiua, & formalis.* ipsum nomen indicat: est enim relatiuum, quod ad se referri non potest: respectum plane includit, penes quem idea diuiditur. patet ergo rationis respectus, ad ideæ rationem pertinere. Ad 3. neg. anteced. & ad probationem dico, non esse
3. necesse, ideam atque ideatum eiusdem esse naturæ formaliter: sufficit certe talem esse in repræsentando, quale nimirum ideatum est in propria natura consistens. Porro, ideatum in idea formaliter non continetur, nec obiectiue tantum, alioqui, vt diximus, in Deo peccati esset idea, sed for-
4. maliter, & eminenter. Ad 4. conced. maior de agente proximo, de prima vero causa negatur, quæ est remota, & prima causa, nullamque habere potest vniuocationem cum conditis à se rebus. *Obiectiones.* Verum aduersus huiusmodi sententiam non desunt rationes subtiles, & pulchræ. Illud, quod est mi-
1. nimæ entitatis, nefas est habere virtutem determinandi, formaliter infinitum. Sed obiectum primarium intellectus diuini, est formaliter infinitum, & actus similiter: illi ergo respectus rationis minimi, diuinum obiectum determinare
2. non possunt. Item, essentia diuina, siue vt ratio, siue vt obiectum, siue vt actus, pro sui cognitione habenda, non indiget rationis respectu: alter actus comparatiuus, & reflexus, pri-

mum actum præcederet, quod est impossibile. Igitur, vt extrinseca intelligat, non eget multis rationum respectibus. Nam *De æternis rationibus.* si quod maius, sine vllo respectu intelligit, quanto magis, id
3. quod minimum est, sine respectu intelliget. Item illud, quod non est aliquid in actu, non potest determinare id, quod est actus simplicissimus, nempe diuinam essentiam: sed illi rationis respectus sunt tales: ergo, quod prius. *Solutiones.* Resp. ad 1. neg.
1. minor, nam illi respectus cum sint idem realiter cum diuina essentia, nullo modo sunt minimæ entitatis. Ad 2. neg. simi-
2. litud. neque enim diuinæ potest essentiæ aliqua esse idea, qua ipsa intelligatur, alioqui à seipsa esset discreta: nam vniuersa, quorum ideæ sunt in mente, ab ipsa diuina essentia realiter separantur. Ad 3. neg. huiusmodi respectus in actu
3. non esse: quæcunque sane diuinæ insident menti, qui est actus purissimus, in actu plenissimo, perfectissimoque consistunt.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

AD 1. verum quidem est per vnam rationem intelligendi, quæ scilicet est effectus, & non causa, vnum 1. proprie distincteque intelligi: secus autem se habet, si illa vna ratio, causa sit: nam tunc tot intelligere potest, quot sane producere valet. Ad conf. neg. conseq. ideo enim Deus infinitus dicitur, quia nimirum infinitam essentiam habet, quæ est infinitorum causa, atque ratio: non ob infinitas producendi rationes. Ad 2. neg. similitudo, intel- 2. lectus siquidem artificis creati, vnica intellectione, diuersa producere simul non valet: at, intellectus diuinus, quoniam & actum, & obiectum primum habet infinitum: ideo vnica intellectione, qui est proprius illius actus, infinita potest intelligere. *Idea quæ est diuina essentia non distinguitur.* Quare idea, quæ est diuina essentia, non distinguitur, sed vna manet omnium: aliæ vero distinguuntur obiectiue tantum, aut per respectus rationis, siue distinctione, in rebus, non in ipsa essentia existente. Sane, si res bene perpendatur, omnis plane opinionum diuersitas dissoluitur: constat enim diuinam essentiam adeo simplicem esse, vt nulla in eam cadere possit diuisio, siue compositio: constat præterea, in rebus conditis, varias esse rerum naturas, species, ordines, qualitates, & quæ sunt generis eiusdem; quæ profecto producendi diuersas habent rationes. *Alia idea distinguitur obiectiue.* Porro, rationes producendi diuersa, in mente sunt producentis: quo modo autem ibi sint, non paruum negotium, intulit sapientiæ cultoribus: res enim cum sit obscurissima, & à nostris sensibus, imo modo intelligendi remotissima; non sine multa caligine percipitur. Sane quoniam huiusmodi rerum naturæ inter se realiter, formaliterque differunt; si eandem in mente primi opificis distinctionem haberent, omnimodam Dei simplicitatem destruerent. Itaque ideæ, siue rationes diuersæ, quibus rerum naturæ conditæ sunt, nullo modo in mente opificis realiter aut formaliter differunt: neque obiectiue tantum, alioqui in intellectu diuino esset idea peccati: neque respectu rationis, huiusmodi enim respectus cum nullius sint entitatis, in simplicissimum actum, scilicet in diuinam essentiam cadere non possunt: neque eminenter, nam sic in Deo non esset perfecta cognitio, vt dictum est: neque distinctione in rebus tantummodo existente, hic profecto non absolueret argumentum, nam in mente artificis creati, præter opera, quæ extrinsecus patent, insunt etiam distinctæ formandi rationes. *Æternæ rationes in mente diuina modo ineffabili distinguuntur.* Sunt ergo in illa primi opificis mente diuersæ ideæ, rationesque, quibus condita sunt omnia, modo peculiari, nobisque ineffabili distinctæ, nobis, inquam, qui de rebus cognitis vix bene iudicare consueuimus.

QVÆSTIONIS SEXTÆ

CAP. I.

Si intellectus diuinus infinita intelligit.

QVoniam intellectus diuinus, nedum ea, quæ sunt in actu, verumetiam, quæ sunt in potentia, tum ipsa, tum etiam creaturarum, limpidissimo diuinitatis oculo considerat, perspicit, & intuetur, quæ profecto sunt infinita: constat ergo infinita intelligere: siquidem cum Deus sciat cogitationes cordium: Dominus, inquit ille, scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. *Deus scit cogitationes cordium.* cogitationes autem in creaturis permanentibus in infinitum ascendunt: Deus ergo infinita cognoscit. Sane, cuiuslibet cognoscentis cognitio, secundum formæ modum se extendit, quæ est cognitionis principium. Porro, species sensibilis, quæ est in sensu, vnius tantum similitudinem gerit: vnum

Deus intelligit infinita. Deum … gnoscere infinita.

ergo solummodo indiuiduum cognoscit. At, illa species in-
telligibilis, quæ nostro insidet intellectui, rai, quoad natu-
ram specificam, quæ infinitis communicatur particularibus,
similitudo esse probatur. Vnde intellectus noster per spe-
ciem huiusmodi, infinitos quodammodo homines cogno-
scit, quatenus in vna speciei natura conueniunt, indistinctos
tamen ad inuicem. est enim nostri intellectus species intelli-
gibilis, earum similitudo rerum, quæ specie, non proprieta-
te indiuiduali conueniunt. Verum essentia diuina, quæ est
diuini intellectus subiectum adæquatum, cummunium, &
propriorum certe principiorum, quarumcumque rerum,
similitudo est amplissima: idcirco infinita, etiam à se inui-
1. cem distincta intelligit. Item, quicunque causam, cuius vir-
tus est infinita, comprehendit; ipsa quoque infinita cogno-
2. scit: sed Deus comprehendit essentiam diuinam, cuius vir-
3. tus sese ad infinita extendit: infinita ergo cognoscit. Item, si
sunt infinitæ species possibiles; sunt quoque infinitæ ideæ in
actu: sed scit Deus omnes ideas; igitur scit infinita. Sic,
quod nullam implicat contradictionem, possibile est esse:
sed infinitas species possibiles esse, nullam implicat contra-
dictionem; tum ex parte specierum, tum ex parte infinita-
rum: sunt ergo infinitæ ideæ, quarum notitia Deum fugere
4. non potest. Item, si numerus per appositionem in infinitum
augeri potest, quemadmodum continuum in infinitum est
diuisibile, vnitas autem variat speciem, 8. met. sunt ergo spe-
cies numerorum infinitæ, quarum ideæ sunt in mente diui-
na, & ab ipsa perfecte, distincteque cognoscuntur: possibile
plane est in indiuersæ rationis quidditatibus processus in in-
finitum: huiusmodi autem quidditates actu Deo sunt cogni-
5. tæ: igitur actu diuinus intellectus, infinita cognoscit. Item,
August. 12. ciuit. c. 18. Augustinus: *Absit itaque, inquit, vt dubitemus quod ei notus non
sit omnis numerus, cuius sapientiæ non est numerus.* infinitas itaque
numeri, quamuis infinitorum numerorum nullus sit nume-
rus; non est tamen incomprehensibilis ei, cuius intelligen-
tiæ non est numerus. Quapropter, si quidquid scientia com-
prehenditur, scientis comprehensione finitur: profecto &
omnis infinitas, quodam ineffabili modo Deo finita est; quia
scientiæ ipsius incomprehensibilis non est. Cæterum, Deum
scire actus humanos, intentionescordium, præterea, quæ à
Psal. 32. diuinis dicta sunt. *Qui finxit*, inquit Dauid, *sigillatim corda eo-
rum, qui intelligit omnia opera eorum.* Et alibi: *Ipse nouit abs-
Ierem. 17. condita cordis.* Et alius *Ego Deus scrutans corda & probans renes* Et
Heb. 4. Paulus *scrutatorem appellat cogitationum, & intentionum cordiū,
medullarum quoq;, ac omnium virium libratorem.* Sunt quoq; ra-
tiones, authoritatesq; præclarissimorum in philosophia vi-
rorum qui de hac re clarissime disputarunt. Constat siquidē
omnes gentes in rebus aduersis, diuinum auxilium implo-
rasse. & secundos, ac prosperos euentus precibus procurasse.
Hoc ab initio vniuerso generi inditum fuit, vt Deum omniū
Lex antiqua. opificem, prouisorē, rectoremq;, quilibet à natura bene in-
stitutus, suis in rebus, semper inuocaret. hinc illa antiquiorū
Thales. lex. *Ad diuos adeunto caste pietatē adhibento* Thales omnia Deo-
rum plena esse dixit: Apud nostrum Mercurium, atque Or-
Homerus. pheum Deorum hymnos, & preces legimus. Homerus in
Aegypto diuersatus, latissimos dixit Iouem habere oculos,
Plutarchus. vt ipse omnibus rebus prospicere possit. Plutarchus, primus
introduxit Deos cum hominib. conuersantes, nō solum ob-
lectandi animi gratia, sed, vt illius scientiam, prouidentiamq;
propalaret. Phocilides cecinit: *Si tu male me iudicaris, te postea
Porphyrius lib. 2. de occas. *Deus male vindicabit.* Porphyrius *Tribus de causis Deo sacrificandū
est, inquit, vt veneremur, vt gratiam referamus, vt necessaria ab ipso
Theodor. petamus.* hinc Theodorus ait si quis naturas rerum diligenter
explorauerit, inueniet non animas tantum, atq; mentes; sed
quodammodo omnia, excepto primo, adorare, & vouere:
quem morem seruasse illos viros sanctos apud Indos, scri-
Oxidrachi. bit Philostratus, testimonio Apollonij, qui appellantur Oxi-
drachi: *qui suas vrbes, non manibus, sed orationibus defendebant ab
Iamblicus myst. hostibus.* Iamblicus: *Dij, inquit, sponte nos ad bonum prouocant,
nobisq; inuocando conuersis occurrunt vltro.* Plato in Timæo, *diis,
Plato. quos condidit, præcepit, vt cætera, quæ in hoc mundo sunt mansura, ipsi
tenderent: quæ profecto facienda non præcepisset, nisi illorum notitiā,
Plotinus. Enn. 3. lib. 2. c. 1. atque curam haberet.* Plotinus. *Forte, inquit, & mala simul & bona
ratio vniuersa complectitur, cuius hæc quoque sunt partes; non enim
vniuersa ratio hæc gignit; sed vna cum his existit tota.* Profecto non
maioris continentiæ est mundus sensibilis, in actu, atque es-
Mundus intelligibilis. sentialiter continendo, quam mundus intelligibilis, nempe
Deus, qui à Platone mundus vocatur intelligibilis, continē-
do mentaliter. sed mundus sensibilis, tum actualiter, tum es-
sentialiter continet omnia; igitur mundus intelligibilis con-
tinet mentaliter omnia. Porro, si mente mundum gerit; o-
mnia certe, quæ intra mundum continentur, cognoscit; illa
Auer. 12. 52. autem sunt infinita; infinita igitur diuinum intellectum in-
telligere, clarum est. Auerroes. *Ex hoc, inquit, videtur Deum
habere curam circa omnia entia:* dicentes autem quod Deus sol- *Deus intelligit infinita.*
licitus est circa vnumquodq; indiuiduum, aliquando est ve- *Deum curat omnia, etiam indiuidua.*
rum, & aliqualiter non; quia nullum indiuiduum habet dis-
positionem propriam, nisi illa dispositio inueniatur in ali-
quo modo speciei; & hoc modo verum est Deum sollicitari
circa indiuidua; sollicitudo autem circa indiuiduum tali
modo, quod nullus habeat communicationem cum eo,
hoc non est fas bonitati diuinæ. quasi diceret; indiuiduo-
rum, secundum vniuersalis, non autem particularia prædi-
cata, Deus notitiam habet. & curam gerit. sed sibi ipsi aduer-
satur: nam *com.* 51. adimit Deo, tum vniuersalem, tum etiam
particularem modum cognoscendi. & *com.* 52. *Sunt, inquit,
quidam, qui dicunt, quoniam nihil est, de quo Deus non habeat sollici-
tudinem; dicunt enim quod non licet sapienti dimittere aliquid sine
sollicitudine, neque vt faciat malum, & quod omnes actiones eius sint
iustæ.* Et alij, qui contradixerunt huic sermoni de hoc, quod
inuenitur, quoniam multa mala sunt, & debet sapiens dimit-
tere ea; igitur isti sunt in extremo contradictorio, scilicet,
quod nulla sollicitudo est in eo omnino, & veritas est in
hoc, quod sollicitudo est; & quod si aliqua sunt sine sollici-
tudine, proueniunt ex necessitate materiæ, & non ex dimi-
nutione agentis, ita quod hæc excitat quosdam ad dicen-
dum duos Deos esse, quorum vnus creat bona, & alius non
bona; vult ergo vniuersalium tantum, non autem particu-
larium, Deum curam habere. Arist. ordinis, qui in vniuerso *Arist. 12. met. com. 52.*
habetur, Deum dicit esse authorem: *Perscrutemur, inquit, quo-
modo in natura totius bonum, & nobile, vtrum sit aliquod distinctū,
aut per ordinem, aut vtroque modo, vt in exercitu; in ciuitate enim
est bonum, & in duce exercituum, & iste magis. Iste enim non est pro- *Dux non est propter ordinem, sed ordo propter ducem.*
pter ordinem, sed ordo propter eum; omnia enim ordinata sunt in si-
mul aliquo modo, sed non ordine consimili sunt natantia, & volati-
lia, & plantæ, ad inuicem tamen comparantur; omnia enim ordina-
ta sunt ad inuicem in respectu alicuius; sed quemadmodum liberi do-
mus, rare licentiantur ad faciendum quicquid comprehendunt; sed o-
mnes actiones eorum, aut plures sunt ordinatæ; seruientes autem, &
lupi in pauco communicant illis in actione, multum vero, quod con-
tingit* certe si faber mundi cuncta ordine disposuit, atq; con-
fecit; & quædam quidem prope se collocauit, veluti filios,
& domesticos, quædam remotius statuit, quibusdam vilio-
ribus addicta, ac dedita officiis; non ideo tamen ab illis suæ
prouidentiæ, suæque actionis studium amouit; sed non ita *Prouidentia Dei in omnibus.*
in actione nobilissima communicare voluit. Profecto non
video, quin ex philosophi verbis, etiam minimorum Deo
non sit cognitio, curaque tribuenda; nam, quomodo inter
se congruo omnia ordine disposuit, & ad vnum aliquem fi-
nem deputauit, si non omnium notitiam, sollicitudinemque
gerit? Nemo enim ordinat aliqua ad finem, sine finis, ipso-
rumque, quæ ordinantur, cognitione. Imponunt ergo phi-
losophiæ illius sententiam obscurant, atque detorquent, qui
ex his Arist. verbis, asserere audent, particularium notitiam,
atque curam mundi opifici. Arist. ademisse. Imitatur sane his
Arist. Platonem in Timæo angelis præcipientem, vt inferio-
rum curam gerant, in sublimibus ipsis manentibus. sed quæ
in hoc inferiori mundo habentur, sunt infinita. Deus ergo
nouit infinita.

CAP. II.

Quod non sint infinitæ ideæ in mente diuina, & ex consequenti diuinum intellectum non cognoscere infinita: ita aliquis probare posset.

INter quæcunque essentialiter ordinata, est dare
primum, medium, & vltimum; sed ideæ sunt essen- 1.
tialiter ordinatæ, quemadmodum, & species; ha-
bent ergo primum, medium, & vltimum At, infini-
ti ratio, primo caret, medio, & fine; non sunt ergo in diuina
mente ideæ infinitæ: Deus quoque non cognoscit infinita.
Item, ad differentias, alicuius generis potentia, finita potius
est, quam infinita; sed si dantur sub substantiæ genere spe- 2.
cies infinitæ; genus vtique erit actu infinitum, siue potentia
ipsius ad species infinitas, quod est absurdum; ergo quod
prius. Accedit ad hæc, quod processus ad formam, tum a-
ctu, tum etiam potentia, nequaquam est infinitus: nam iuxta
potentiæ mensuram in huiusmodi, præstatur actus condi-
tio, atque quantitas; sed idearum processus, ad formam,
nempe ad primi opificis perfectionem imitandam, ascen-
dendo contendit; finitus ergo est idearum numerus, non
autem infinitus. Sane, infinito nihil est maius: at, si infinitæ
fuerint ideæ, vna plane erit, diuina scilicet essentia, quæ o-
mnes complectitur; atque ita infinito, aliquid maius esse
vide-

Deus intelligit infinita. *Aug. 12. ciuit. c. 18.* videbitur ergo &c. Id etiam authoritate August. stabiliri potest. *Quicquid, inquit, scientia comprehenditur, scientis apprehensione finitur*: sed omnes ideæ sciuntur à Deo, cuius sapientiæ non est numerus: illius ergo comprehensione sunt finitæ. tale enim est vnumquodque in se, quale nimirum est apud intellectum, qui verissime illius conditionem, qualitatemque comprehendit. vnde subdit Aug. *Numeri non sunt Deo infiniti, cuius sapientiæ non est numerus*: numeri ergo sunt finiti, & ex consequenti omnis processus tum in speciebus, tum etiam in ideis, qui plane in numerorum ideis, clarissime, lucidissimeque patet, est finitus. Adde, quod si ideæ ad species tantum, & quidditates, non autem ad genera, differentias, atque indiuidua spectant, species autem sunt numero infinitæ: igitur ideas finitas, non autem infinitas esse, manifestum est. Cum autem finitæ sint finita ergo, & non infinita intellectus diuinus intelligit. per ideas enim ille intelligit.

3. Amplius, si Deus intelligit infinita: diuisio ergo continui euacuata est in intellectu diuino. Tenet conseq. quia si intelligit continuum, aut in eius intuitu ponuntur partes indiuisibiles, in quas linea esset diuidenda, quod certe stare non potest, continuum enim non est in indiuisibilia diuisibile; aut ponuntur partes diuisibiles; sed tunc diuino intellectui aliquid posset accrescere, nempe illarum diuisio, quod est falsum; aut poneretur continuum in actu, partes vero in potentia, successiue ad actum reducibiles. at, Deus successiue intelligit nihil. De numeris autem, atque speciebus perfectionibus simile est iudicium; tunc enim Deus, infinitum numerum videret, infinitam quoque speciem, infinitamque magnitudinem, quod

4. est impossibile: Deus ergo non intelligit infinita. Amplius, infinitum, quatenus infinitum, est ignotum; infinitum enim est, cuius quantitatem accipientibus, semper est aliquid extra sumere, authore philosopho 3. phys. infinita ergo Dei scientia non comprehenduntur: nam quod scientis intellectu comprehenditur, finitur; infinita autem non possunt finiri; ergo Deus non intelligit infinita. *Dices*, quæ in se sunt infinita, Dei scientiæ finita sunt. *Contra*: ad infiniti rationem spectat, esse impertransibile 3. *phys.* sed infinitum, tum à finito, cum etiam ab infinito pertransiri non potest, 6. *phys.* infinita ergo non sunt finita scientiæ Dei, quæ est infinita. siquidem scientia Dei, est scitorum mensura; repugnat autem infiniti naturæ, mensurari, siue esse mensuratum; infinita ergo à Dei scientia non comprehenduntur.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. quamuis illæ species, seu ideæ sint essentialiter ordinatæ, ad vnam tamen ideam infinitam, habitudinem habent, non quidem ad aliquam primam inter ipsas; sed secundum accessum potius ad Deum, & recessum ab infimis. Dicis, vbi non est primum, nec medium erit; atque ita ordo in ideis haberi non posset. *Idearum ordinis studium.* verum quidem est, vbi nullomodo est aliquod primum; sed in ideis est diuina essentia, ad cuius perfectionem habendam, repræsentandamque ideæ ferme omnes continuum habent accedendi studium. totus ergo idearum ordo in hoc consistit, vt quælibet secundum suæ proportionis gradum, Deo appropinquet, atque illi similis fiat.

2. Ad 2. generis potentia, quatenus est talis, infinita esse dicitur; ex sa enim in potentia tantum est ad differentias, nec est vna simpliciter. nam quemadmodum generis natura, & multiplicatur, & participat, ita, absque dubio, & ipsius potentia; vnde sicut & species, ita, & ipsa secundum multitudinem dicitur infinita. Ad 1. confirm. dico, processus ad formam aliquam seu perfectionem, non est infinitus virtute agentis naturalis. secus autem est, si fiat per virtutem agentis supernaturalis, & infiniti. Ad 2. conf. infinito, ais, nihil est maius. Verum quidem est, eiusdem rationis, vt linea non est linea maior; quod si alterius extiterit rationis, sicuti est in proposito, bene potest esse maius. Ad 3. confir. authoritas August. nostro sane proposito fauet; sic enim illius sententia intelligenda est; quod licet sint numeri infiniti idque in potentia; ei tamen non sunt infiniti, cuius sapientiæ non est numerus. Est ergo intellectus diuinus actu infinitus, qui comprehendit omnia infinita potentia existentia. *Intellectus diuinus actu est infinitus.* Ad 4. confirm. dico, inter ideas secundarias, non opus esse, aliquam dari actu simpliciter infinitam existentem. *Dices*, necesse est, aliquam esse in infinitum distantem illi, quæ est infinita. *Non bene dicis*: imo oppositum est omnino tenendum. processus enim in infinitum, concludit oppositum; nam si ita esset, vt ipsemet dicis; profecto vltra illam ideam secundariam, actu infinitam, non pateret accessus ad superiorem, ad Deum scilicet, qui est idea primaria, formaliter infinita. Si dixeris, per illam infinitam non excludi processum in infinitum aliarum scilicet, quæ ad ipsam accederent, sicuti processus videtur infinitus specierum ad Deum accedentium: sed nos iuuat hæc tua obiectio: *Idea primaria formaliter infinita.* asseris enim in speciebus processum esse in infinitum. Ad illud, quod scientis comprehensione ideæ finiantur: dico, quod si hoc verum esset; tunc plane ipse quoque Deus finitus diceretur; cum seipsum sciat, atque comprehendat. sensus ergo illius sententiæ est, quamuis ideæ secundum esse cognitum sint infinitæ; nulla tamen illarum amplissimum Dei oculum effugere valet.

3. Ad 3. si anteced. ita intelligas, Deus videt, & primam, & vltimam continui diuisionem: perperam intelligis. at, si dixeris, Deus simul, & semel, sine vlla omnino successione, videt omnem continui diuisionem possibilem, bene sentis: eodem enim intuitu, totum continuum, eiusque medietatem, ac medietatis medietatem; ac sic deinceps sine fine semper videt. *Deum simul, & semel omnia videt.* Ad prob. concedo Deum non videre in continuo, nisi partes diuisibiles: neg. tamen consq. quod scilicet diuino intellectui aliquid accrescat. nam simul videt partes illarum partium, nec in aliqua parte diuisionis quiescit. Eodem quoque immenso diuinitatis oculo, infinitas videt magnitudines, quarum nulla est ita maxima, quin maiorem non videat. neque inde sequitur, infinitæ magnitudines, species, numeri visi sunt à Deo, quorum secundus maior est primo: tertius, secundo: quartus, tertio: & sic sine fine. ergo videt infinitum numerum. hoc etiam modo non sequitur; in continuo sunt infinitæ partes, quarum secunda est minor prima, & sic deinceps sine fine. in continuo ergo est aliqua pars infinite parua. Itaque Deus simplici intuitu cognoscit simul omnes partes, nec in aliqua illarum quiescit.

4. Ad 4. infiniti ratio, authore philos. 1. *phys.* quantitati congruit: ad rationem autem quantitatis spectat ordo partium. Quare cognoscere infinitum, secundum modum infiniti, est cognoscere partem, post partem: atque ita non cognoscitur infinitum: quacumque enim partium quantitate accepta, aliquid extra semper est accipere: Deus autem non sic successiue partes enumerando, sed simul, & semel omnia cognoscit: vnde nihil prohibere potest, quin ipse infinita intelligat. *Deus non cognoscit partem post partem, sed simul omnes partes comprehendit.* Ad confir. dico, transitionem illam, successionem in partibus importare: quam ob causam infinitum transiri non potest tum à finito, tum etiam ab infinito. Porro, ad comprehensionis rationem sufficit adæquatio: id enim comprehendi dicitur, cuius partes non fugiunt comprehendentem. vnde infinitum & si transiri non potest, bene tamen potest comprehendi; atque ita scientiæ Dei omnia comprehendenti est finitum, quia ab ipsa comprehenditur. Ad aliam confirm. dico: Dei scientiam rerum mensuram esse, non quantitatiuam quidem, quæ in infinitis non habetur; sed potius, quæ mensuret essentiam, ac rei veritatem. vnumquodque ergo in tantum suæ naturæ veritatem obtinet, in quantum certe Dei scientiam imitatur. quamobrem etiamsi infiniti homines essent, aut infinitus aer, vel ignis; determinatas tamen haberent naturas, quippe, quæ diuinæ mensuræ subderentur. Itaque ex his, quæ dicta sunt, constat secundarias ideas esse infinitas, Deoque cognitas; atque ita Deum infinita intelligere.

MERCVRIVS.

Quod cum ille fecisset, repente perspicio mea in mente, lucem viribus innumeris existentem, ornatum sine termino, ignem vi ingenti circumseptum, & in ipsa stabilitate dominantem.

Commentum XVI.

VBI sapientissimus Mercurius sui voti compos effectus est, obtinuitque quod tantopere quæsierat, diuinæ scilicet ideæ beneficium, comitatem, illustrationem; repente in virum alterum mutatus est, viditque lucem infinitam, inaccessibilem, ornatam nimis, sine aliquo termino, ignemque vndique vallatum, atque munitum, *In ipsa* (inquit) *stabilitate dominantem. Repente, ait, mea in mente perspicio lucem &c.* huiusmodi enim visio tempore non eget, aut exterorum oculorum adminiculo opus habet; sed repente fit, idque in mente, quæ diuinæ est visionis capax; sed ea prius diuinæ ideæ lumine est illustranda, vt diuinum spectaculum intueri queat. in quo profecto spectaculo mens videntis in diuinam quodammodo migrat naturam; ita, vt diuina potius, quam humana esse censeatur. *Qui*, inquit Paulus, *adhæret Deo, vnus* *1. Cor. 6.*

De modo cognoscendi Deum. *Iambl. de myst. Ægypt. c. 1.*

spiritum sit cum eo. vnde Iamblicus cap. 1. de mysteriis. Aegyptiorum. Ante omnem rationis vsum, inquit, inest nobis naturalis insita Deorum notitia, imo tactus quidam diuinitatis, melior quam notitia: ex tactu ergo ideæ factus est Mercurius diuinæ visionis capax: *Nam ex intelligibili, & intellectu, magis fit vnum,* inquit Auer. 3. *de ani. quam ex materia & forma: diuinæ visio omni nulla intercidit.* Pythagoras vult homines post mortem, si iustus decesserit; animam eius transcendere purum æthera, & æuum degere cum beatis, tanquam Deum cum diis. ita enim ait: *Aurigam iudiciam statuens superne optimum, cum relinquens corpus in ætherem liberum veniens eris immortalis Deus, incorruptibilis, nec vltra mortalis.*

Plato.

Plato 7. *de rep.* ait: Theologum idoneis demonstrationum fundamentis, & gradibus, ascendere vsque ad principium vniuersi, tangere ipsum, atque tenere, & denique adhærere semper his, quæ Deo adhærent. Et in Phædone Socrates loquitur: *Nisi me, inquit, migraturum putarem, primum quidem ad Deos alios sapientes, & bonos, deinde ad homines defunctos,* &c. anima autē quæ inuisibile quiddam est, in similem quendam alium locum migrans, eum discit: dum enim superior animæ portio in suo actu consistit, portione inferiori nihil agente (quemadmodum Paulo in raptu accidit, Dauidi in extasi, & Moysi in monte, & si fas est dicere, Mercurio in hoc diuino spectaculo) memoria, intellectu, atque voluntate Deum extatice intelligit, & diligit: quo profecto modo spiritus ab anima separari videtur, atque ita introducitur in diuinam caliginem, ad quam ingressus est Moyses, diuinæ illius visionis oraculo illustratus.

Modus cognoscendi per caliginem. *Exod. 24.*

Vocauit Deus, inquit, Moysen de medio caliginis. *Excellentissimus sane modus contemplandi Deum in raptu,* ait Dionys. *de mystica Theologia, est ignote ascendere; quia nec ipse Moyses valuit Deum videre, & ideo introductus dicitur fuisse in caliginem.* Plane, oculus contemplantis in Deum figi potest, ita, quod ad nihil aliud aspiciat. non videbit tamen ipsius lucis claritatem: imo in caliginem potius eleuabitur: ad hanc autem cognitionem, per ablationem omnium peruenitur, quæ à Dionysio docta vocatur ignorantia; ignorat enim animus contemplantis actualiter, cuiuscumque rei creatæ cognitionem, vnde docta ignorantia dicitur, qua cætera negliguntur, vt Deo sit habeatur.

Docta ignorantia.

Modus cognoscendi per raptū.

Cæterum, Dei cognitio, quæ in raptu habetur, duobus certe modis, ablatione scilicet, & excellentia fieri solet: ablatione quidem, vt quando dicimus, Deum non esse hoc, vel hoc: eminentia vero, si id, quod in creaturis perfectionis inuenitur, in creatore eminentissime excellentissimeque contineri cognoscatur. Sed primus modus, absque secundo, perfectam non reddit cognitionem, authore Dionys. *Quemadmodum,* inquit, *imaginem ex ligno, vel lapide facientes, auferant ea, quæ superflua sunt, ipsaque ablatione occultam manifestant formæ pulchritudinem virtutemque; ita, dum creata à Deo remouemus, creatoris maiestas elucet. hæc tamen cognitio, caligine terminatur, alia prius relicta caligine, nempe creatura.*

Ablatione & excellentia Deus cognoscitur. *Duæ caligines.*

Natura certe humana quædam caligo est; sed è Deo illustratur, dum intellectus agens, qui est quædam animæ potentia, lux fit, à diuina vtique luce deriuata. In raptu igitur deseritur hæc caligo, & diuinæ maiestatis caliginem ingredimur: deseritur, inquam, sensitiua, non autem vegetatiua operatio, quæ huic negotio impedimento non est. intellectiua quoque creans, & non ens derelinquitur. insuper humana mens, non quidem essentialiter; sed ipsius, ac aliorum officiis derelictis, diuinæ tantum contemplationi intendit, eique percipiendæ gratia, ipsa laborat tota contemplantis intentio. Dum igitur Deum contemplari nititur, qui posuit tenebras latibulum suum, duæ profecto tenebræ occurrunt contemplanti: altera certe inferior, quæ est derelictæ creaturæ: altera vero, quam anima contemplantis ingreditur: & hæc quidem est actualis Dei ignorantia, quippe, quæ nudam diuini obiecti, apertamque visionem habere non valet. Hæc autem diuina caligo, ita describitur Diuina caligo, est comprehensionis defectus diuinæ vtique maiestatis: inest etiam beatis illis mentibus, in cœlo degentibus, huius diuinæ comprehensionis caligo: nam & si immediate, clare, nudeque obiectaliter Deum apprehendant absque vlla prorsus caligine; ipsum tamen perfectissime comprehendere nequeunt, quoniam ad officium hoc tantum est intellectus diuini. Itaque anima contemplantis, quæ diuino adest spectaculo, vnus fit spiritus cum Deo, à quo plane tangitur, & perficitur. Etenim, vt materiam perficit semper quantitatis interminata dimensio; ita, absque dubio mentem creatam, diuinæ amplitudinis virtus immensa.

Duæ tenebræ occurrunt contemplanti.

Diuina caligo.

Iambl.

Vnde Iamblicus. *Intellectus omnium opifex,* inquit, *adest semper omnibus diu plenissime, per actum vnum in ipso manentem: anima autem est particeps intellectus & est sensus. intellectus creatus ab ipso diuino intellectu perficitur, & formatur.* Plotinus quoque. *Quod nunc viuere dicimus (inquit) vestigium est vita, supernam vitam imitantis: illic enim viuere, mentis est actus: actus quoque Deos generat, dum Deum attingit.*

Plot. Enn. 3. lib. 9. c. 9

Mirabilis certe istius diuini actus potentia, quæ homines deos facit. huiusmodi enim tactus si-ue actus, Paulum in tertium cœlum sustulit, Moysen deificauit, Mercurium quoque diuinæ reddidit visionis consortem. fit autem huiusmodi tactus tranquille, & occultus, occulte tranquilleque agenti. amantur hic mortalia, & noxia, & ad imagines quasdam amores ipsi feruntur, ac tandem in contrarium transmutantur. Vbi vero Deum anima consequuta fuerit, in eo solo consistit, Deus quodammodo effecta, reliquis penitus amputatis, quæ circa nobis adhærent.

De modo cognoscendi Deum. *Viuere nostrum est vestigium vitæ supernæ.*

Sicut Mercurio accidisse verisimile est, qui in diuinam visionis maiestatē raptus, terrena cuncta deposuit, in nouamque naturam migrauit. Recte ergo dicit Plotinus: nullam in nobis sine tactu intelligentiam fieri; nec diuina, nec etiam humana, sine tactu intelligi posse. *Quæ, inquit, intelligentia in nobis fieri potest, nisi tangamus?* sapientissime igitur Mercurius postulabat ideæ conuersionem, atque donum, quippe qui optime nouerat, animam tantum deiformem, Dei visionem apprehendere posse. Oculi plane nisi solares quodammodo fuerint effecti, solis radio intueri nequeunt; sic qui Deum videre cupit, exterorum à se amoueat formas, inquit Plotinus, vt diuino interesse possit maiestatis diuinitatisque spectaculo, cuius particeps fieri vult.

Et id. Enn. 3. lib. 7. c. 6.

Enn. 6. lib. 9. c. 7.

Ex hac autem exterorum electione, sequitur vnio mirabilis, per quam spiritus creatus Deo adhærens, inseparabili nexu, diuinus quodammodo efficitur: de qua plane venusta Dionysius Areop. *Est enim nobis,* ait, *diuinorum eloquiorum lex illa perscripta, per quam eorum quæ de Deo dicuntur, veritatem asseueremus; non in persuasoriis humanæ sapientiæ rationibus, quam Spiritus sanctus in theologis suscitauit: qua quidem ineffabilibus, & incognitis ineffabiliter, & incognite copulamur, per vnionem quandam potentia, & actione nostra, tam rationali, tum etiam intellectuali præstantiorem.* hæc autem vnio, in animæ vnitate, veluti in centro fundatur, quæ quidem est animæ intellectualis apex; quam reuera ipsum vnum impressit animæ, tanquam sui characterem, cui simul naturalem primi boni infudit amorem, & assidue suscitat, vt plena reformatio fiat. Quamobrem Plato dicit, animum contemplatione perfactum penes diuinam vnitatem, vnum prorsus euadere.

Dionys. l. de diuin. nom.

Vnio animæ cum Deo.

Plato in opinomida.

Etenim, sicut lumen lumini iungitur sine confusione; alterum tamen secerni potest ab altero; ita mens, imo plures mentes Deo, veluti centro vniri possunt, & vnum quodammodo ex his fieri, sine illarum confusione. Item, sicut diuersæ lineæ in centro sunt vnum, quod ratio, non situs, aut tempus discernit; sic plures notiones in mente vna sunt impermixtæ: sic sphæræ minores, intra maiorem sphæram centris suis, centrum maioris attingunt: ita plane mentes quasi minores circuli, sub bonitate diuina comprehensi, tanquam sub sphæra maiori, sub ipsaque reuoluti per centra, id est vnitates suas, vnitati diuinæ, tanquam omnium centro copulantur.

Vnionis exempla.

Porro, anima sic vnita, si oculo corporali conspici posset, non anima profecto, sed Deus potius existimaretur, ac si aer in lumen attenuatus, non ipse, sed lumen videatur. Migrat enim imaginatio in rationem, & ratio in intellectum, discursione deposita, & argumentatio, in intuitum, & intellectus in vnitatem propriam, & propria illius vnitas, in primam vnitatem, in qua coalescit, fitque vnus spiritus cum Deo, quasi centrum centro coniungens. Ex quibus constat Deum animæ vniri, nulla confusione, aut mixtione interueniente. Mirabile prorsus spectaculum, quod nemo nouit, nisi qui accipit: in quo reuera spectaculo, si fas est dicere, fuisse videtur Mercurius sapientissimus, quemadmodum ipsius sermo præseferre videtur. *Repente,* inquit, *perspicua mea in mente lucem innumeris viribus existentem,* id est Deum infinitum. Sed quonam modo Dei infinitatem videre potuit, nisi in diuinam fere emigrasset naturæ cognitionem: simile enim à simili videtur.

Animorum vnitas cum Deo.

QVÆSTIONIS PRIMÆ

CAP. I.

Deum esse infinitum, tum intensiue, tum extensiue.

DE diuini Pymandri infinitate verba facturus, ipsius nominis vsum, modum, diuersitatemque, cæteris in dicendis præmittere disposui: quo facilius, & dicendorum patefceret veritas, & multorum controuersia solueretur. Bifariam in primis infinitum dici, nobis sciendum est: & vno quidem modo vt communiori vtar vocabulo, priuatiue, altero vero, negatiue. Primum autem ideo ita nominatur, quia nimirum, & si actu finitum non sit; per aliquod tamen aliud, vel secundum esse, quod habet in

Duplex infinitum. *Priuatiue infinitum vt materia.*

actu,

Deum esse infinitum intensiue & extensiue.

actu, vel in fieri finiri potest. hoc modo, materia dicitur infinita, respectu quidem formarum, quas successiue recipit, tametsi ex se potentia esse dicatur infinita, vtpote, quæ ad infinitas formas, potentiam habeat; per formam nihilominus, ad aliquod esse determinatur, vel huius, vel alterius compositi, actu pars aliqua. Porro, infinitum, quod sub hac appellatione côtinetur, ad imperfectionem spectat: est enim potentialitas quædam, atque partialitas, sub qua continui diuisio côtinetur; quia extra quamlibet illius partem, semper est aliam accipere, nullaque datur totalis actu continui diuisio: de numeris quoque simile est iudicium. Cæterum, finitum secundo modo dictum, idem est ac res, quæ nec ex se, nec per aliud finem accipere potest. vnde omnimodam illius, in quo est, perfectionem enunciat. huiusmodi autem infinitum, cum perfectissimum sit, in acto consistit, non enim repugnat, sed conuenit magis enti perfectissimo. Quare infinitum est, quod omnimodam habet perfectionem, sibi possibilem, atque intelligibilem, non huius quidem naturæ, aut illius; sed omnem prorsus perfectionem tum formaliter, tum etiam eminenter, quæ in aliquo vno haberi potest. Itaque primum infinitum in actu esse, est impossibile: in potentia enim semper est. Infinitum autem secundum, est totum, & completum.

Infinitum negatiue perfectionem denotat.

Deus est infinitus formaliter, eminenter & perfecte.

Rationes.

1. Totum, inquam, quia extra ipsum, formaliter, aut eminenter nihil esse potest. perfectum autem, quod nihil perfectionis sibi desit: vnde ex sua habet ratione formali, in actu semper consistere: talis autem est Deus benedictus, qui, & vigore, & duratione est simpliciter infinitus: Natura siquidem ipsius generis, aut speciei terminis, limitibusque non clauditur, aut finitur. est ergo infinitus.

2. Item, Deus est, quo maius nihil cogitari potest: sed quocunque finito, potest cogitari maius: igitur Deus est infinitus.

3. Deinde, omnes propemodum philosophi, primo principio infinitum tribuerunt, authore philosop. 3 *phys.* quamuis errauerint, in hoc determinando principio, vtrum os forma, aut materia sit, necne. cum autem constet, esse diuinum in aliquo non esse receptum; sed esse suum esse subsistens, formale, & perfectissimum: primum ergo principium est infinitum. Etenim illa, quorum formæ sunt in materia, finita omnino esse, necessarium est: non enim sunt suum esse: sed ab alio dependent; solus ergo Deus est vere infinitus. vnde, & si per impossibile aliquod esset infinitum secundum magnitudinem, puta aer, vel ignis, illud tamen secundum essentiam, infinitum minime diceretur; essentia enim illius, ad aliquam certe speciem, per formam, & ad aliquod indiuiduum, per materiã, terminata esset. ex quo nullam creaturam essentialiter esse infinitam, clarissime patet. Sane, omnis creatura, siue multitudo in rerum natura, creata est, omne autem creatum, sub aliqua certa intentione creantis comprehenditur, alioqui non esset agens perfectissimum; multitudinem ergo esse actu infinitam, est impossibile. Soli ergo Deo conuenit esse actu infinitum.

Infinita non sunt quorum formæ sunt in materia.

4. Item, in essentialiter ordinatis, non est processus in infinitum: superior enim causa cæteris perfectior est, à qua reliquæ dependent: in infinitum ergo est perfectior, atque ita infinitæ perfectionis, tum inæqualando, tum etiam in assendo.

5. Adhæc, primum efficiens, à nemine producitur, alioqui non esset primum. Si igitur ab aliquo non causatur, nec etiam ab aliquo finitur; causa enim finalis causat, dum efficientem mouet; igitur, id quod non habet causam efficientem, finalem quoque minime habere poterit.

6. Adde, primum mouens, mouet motu infinito; igitur est infinitæ potentiæ. vnde, quamuis motus non sit infinitus, habet tamen ad mouendum virtutem infinitam. Profecto, quod continet, secundarum rationes, virtutesque causarum eminentius, quam in ipsismet formis conneantur, omnibus numeris est infinitum; sed talis est Deus benedictus, à quo cœlum, & natura dependet, quippe, qui quoad suam spectat potentiã, infinita simul producere valet: infiniti ergo est vigoris, infinitæque potentiæ, & virtutis. Etenim, vt si quispiam album & nigrum simul producere posset, quamuis illa, ob naturarum contrarietatem, simul esse nequeant; non minus tamen ille fortis esset dicendus, ac si simul illa produxisset: nullus enim ibi est defectus agentis, sed repugnantia naturarum. Sic etiam Deus benedictus infinita simul condere posset, si id rerum pateretur natura. Porro potentiam, quæ infinita potest producere; infiniti esse vigoris, omnibus modis necessariũ est. hoc est, quod dicit sapientissimus Mercurius. *Lucem*, inquit, *vidi viribus innumeris existentem*: vbi autem sunt vires innumeræ, siue sine numero, ibi profecto est potentia sine numero; potentia vero sine numero, est potentia infinita.

Deus posset infinita simul producere, si id natura rerum pateretur.

Mercurius

7. Præterea, primum ens intelligit omne intelligibile; igitur est infinitæ virtutis; intelligibilis namque, in intellectu omnia intelligente, sunt actu infinita; igitur intellectus illa intelligens, est etiam infinitus potentia. siquidem infinita sunt, quorum semper est aliam partem accipere, nullumque finem habent in accipiendo: quod si actu simul essent, vtique infinita computarentur, at, illa actu à diuino intellectu percipiuntur actu ergo diuinus intellectus intelligit infinita. intelligere autem infinita, solius est intellectus infinitum vigorem habentis.

Dei mens est infinita, tum intensiue & extensiue.

8. Amplius, ens simplicissimum, est infiniti vigoris. cum a liquantulo enim compositionis gradu, stat aliquis gradus perfectionis, & cum duplo, duplus: igitur illud, in quo nullus est compositionis gradus, in eo, absque dubio, est infinita perfectio: sed Deus est ens simplicissimum, quo simplicius aliquid cogitari non potest. 8. *met.* *Ideo*, inquit, *primum est simplicissimum, quia max est id, quod est.* Et 3. *de anima com.* *Nulla intelligentia liberata est à potentia præter primam*, igitur, Deus est infiniti vigoris.

9. Item, Auicenna sic arguit. *Causa entis vniuersalissima, totum entis perfectionem prorsus continet.* causa enim huiusmodi, simpliciter nihil præsupponit, sicuti causa particularis: ideo omnem habet perfectionem, atque virtutem. sed Deus est huiusmodi causa, à quo dependet cœlum, & natura. Est enim per essentiam proprium ens perfectissimum, alia vero entia, sunt per participationem. esse autem communicatur, à primo aliquibus quidem clarius, aliquibus vero obscurius. Quare omnium entium, quæ per participationem consistunt, est ens contentiuum quod certe fieri non potest, nisi primum ens infinitæ esset virtutis.

8. met. c. 5.

1. ca. 2. & 100.

10. Insuper, in quo nulla penitus est admixta imperfectio, est omnino perfectissimum, & infiniti vigoris. sed in primo ens nulla cadit imperfectio: igitur est infiniti vigoris. Quamuis enim homo, specie perfectus sit, substantia tamen est imperfectus: substantiæ siquidem nõ repugnat, quæ inest intellectui lunæ, perfectionem habere: homini tamen non congruit. Respectu ergo illius perfectionis, homo dicitur imperfectus. Talis etiam ordo in intelligentiis mediis, & vltimis, inter se gradus diuersos habentibus obseruandus est, atque ex illo animaduertere possumus, omne creatum, quantolibet perfectionis decore illustretur, admixtam semper habere imperfectionem. Solus ergo Deus omnimodam habet perfectionem, & ex consequenti infinitum vigorem: alioqui aliquid perfectionis sibi deesset, quod absurdum est, ne dicam impium & hæreticum.

11. Denique Deus transcendit genus, & materiam: omnẽ ergo habet virtutẽ entis veri, possibilis & excogitabilis: igitur est infinitus, vnumquodque enim primo limitatur, quia nimirum in materia recipitur: omne vero receptum, à recipiente limitatur, & finitur, authore Auerroe 3. *de anima com.* 52. continetur namque sub genere, vel specie: atque ita definitur, diffinitio autem rei terminus est. Limitatur præterea, quia alicui innititur, à quo mensuram habet, & dependentiam. Sed Deus nullis limitibus concluditur, nullaque mensura terminatur, à nemine aliquid accepit, cum seipso sit immensus, & perfectus: igitur verum est, quod dicit sapientissimus Mercurius. *Ornatum*, inquit, *sine termino, ignem vi ingenti circumseptum.* Ornatus enim Dei est virtus ipsius, quæ plane, si caret termino, vtique est infinita. *Ignis autem ingenti virtute vallatus*, diuina est voluntas, infinito amore circumsepta. Ex quo patet secundum sapientissimi Mercurii sententiam, Deum esse infinitum, tum vigore, tum temporis duratione. Idem autem ex philosophi rationibus perspicuum fieri potest.

Ornatus Dei.

CAP. II.

Aliæ rationes, quæ ex philosophi fundamentis sumuntur.

Finitum mouere secundum tempus infinitum, est impossibile, authore philos. sed primus motor, secundum eundem mouet per tempus infinitum: infinitus ergo est, non finitus: primum enim mouens, perpetuum habet motum: indiuisibile ergo est, nullamque habet magnitudinem. Nam finita magnitudo, infinitam habere non potest potentiam, Deus igitur est potentia infinita, non enim est corpus, aut virtus in corpore. infinita, inquam, nedum duratione, sed etiam vigore. etenim infinitum duratione, potest esse corpus, vtpote primum cœlum, quod motu diurno mouetur.

Arist. 8. phys. 78.

1.

Infinito tempore mouet.

8. phys. & 4. met. com. 41.

2. Amplius, omne agens, vt diximus, quod ex se infinitos simul effectus producere potest, est infiniti vigoris: sed Deus est huiusmodi agens: ergo est infinitus. posse enim agere duo simul, est alacrius vigoris, & quatuor duplo maioris: igitur, simul infinita posse producere, est infiniti vigoris. At, hactenus per successionem Deus, infinitos effectus produxit, quos profecto simul producere potuisset, si effectuum natura id sustinuissent: in Deo ergo est infinita virtus, quæ illa in actum adduxit, quæ erant infinita

Deum esse infinitum vigore & duratione.

in potentia. Iterum, agens est infiniti vigoris, quod infinitorum effectuum causalitates continet: etenim, qui plures sua virtute continet, aliquanti est vigoris: qui igitur infinitos, pariter infiniti. sed Deus est tale agens, authore Auerroe. *Omnes,* inquit, *formæ, continentur actu in primo motore, potentia vero in prima materia*: Deus ergo est infinitæ potentiæ, atq; virtutis.
3. *Causalitates infinitorum effectuum.* Adhæc, quod actu intelligit infinita, vel aliquod æquiualens, est ipsum quoq; infinitum. nam intelligere, est quædam operatio, operatio autem sequitur potentiam, virtutemq; naturæ. Quare, si intelligere, siue intellectio diuina est infinita, & ipsius quoq; virtus est infinita. intellectio enim Dei est eius
12. met. 36. substantia. sed Deus, vt supra dictum est, infinita actu intelligit, vt omnes propemodum aiunt, aut suam essentiam, quæ
4. est infinita: Deus ergo est vigoris, virtutisq; infinitæ. Præterea, omne, quod est finiti vigoris, additione potest fieri, aut in-
5. telligi semper maius: quemadmodum philosophus 8. phy. com. 78. aperte testatur: sed Deus id est, quo aliquid maius, aut fieri, aut intelligi non potest: infiniti ergo est vigoris: omni namq; finito dato, Deus potest maius intelligere, & voluntas maius appetere: appetitus siquidem, vt dicitur 12. *met. sam.* 39. sicut vmbra corpus, ita ipse cognitionem sequitur: sed Deo maius, nec alicuius intellectus potest intelligere, nec voluntas appetere. Deus ergo est vigore infinito, & duratione similiter.

CAP. III.

Quod Deus non sit vigore infinito.

1. Si vnum contrarium esset actu infinitum, nihil certe sibi contrarium in rerum natura relinqueret: igitur si est aliquod bonum actu infinitum; nihil prorsus mali erit in vniuerso. *Dices,* verum esse formaliter, non autem virtualiter: nihil enim mali Deo formaliter
Malum formale Virtuale. contrariatur. *Contra,* nam si virtute sit infinita, contrarium ferre nō debet. suæ enim virtutis infinitate, penitus destruet, quicquid suo est effectui incompossibile. Proinde, si Sol infinito esset calore, omnem prorsus frigoris molestiam abigeret: corpus præterea infinitum, si daretur, nullum sane aliud corpus compateretur. sic etiam nec ens infinitum vigore, ens finiti vigoris; sed tunc omnia essent vnum ens, nempe infinitum. Tenet consequentia; sicut enim dimensio dimensioni, ita certa actualitas, actualitati repugnat: Deus ergo est fi-
2. nitæ virtutis. Deinde, Quod est hic, & non alibi, est finitum secundum logicos. ergo quod est hoc, & non aliud est finitum in esse: sed Deus est ita hoc ens, quod non est aliud, vt satis constare puto: Deus ergo non est infinitus. Infinito præterea, imperfectio potius quam perfectio competit; nam ad quantitatem spectat, materiam, vel numerum, vt ex tertio phys. colligitur. sed Deus est actus purissimus, in quem nulla imperfectio cadere potest: ergo quod prius. Sane, sicut materia est causa infinitatis, ita certe forma, siue actus, finitatis. sed Deus est actus purissimus. ergo est finitus. Omne enim
Omne perfectum est finitum. perfectum, est finitum: nam carens fine est imperfectum 3. *phy.* finis autem terminus est 5. *met.* omnia igitur perfectum est finitum, & terminatum. sed Deus est summe perfectus. ergo est summe finitus. Præterea, Deus habet vltimum suæ naturæ in actu: alioqui aliquid deesset perfectissimæ maiestati, quod absurdum est. Adde, omne, quod comprehenditur,
12. ciuit. c. 18. etiam à quocunq; est finitum, & terminatum, vt dicit Aug. Sed Deus à seipso perfecte comprehenditur: finitus ergo est, & non infinitus. *Dices,* Deus est simpliciter infinitus, suæ tamen intelligentiæ est finitus; nullum autem est inconueniens, infinitum comprehendi à seipso. *Contra,* per Dei intellectionem, diuinæ plane maiestati detrahitur, aut additur aliquid; intellectio enim Dei est diuina essentia. Si Deus ergo est suo intellectu finitus, est etiam finitus simpliciter. Item, 3 *phys.* philos. reprehendit illorum sententiam, qui ita infinitum diffiniebant: Infinitum est, cuius nihil est extra, *imo,* inquit, *infinitum est, cuius semper est aliquid extra accipere.* sed Dei nihil est extra; secundum Aristotelem; ergo Deus est finitus; vel perperam, datæ diffinitionis antiquos reprehendit. Itaq. ex his, Deum esse vigore finito, clarissime patet. Amplius, si pri-
3. *Motus fieret in instanti.* mus motor est vigore infinito, inquit Auer. tunc motus fieret in instanti. sed hoc destruit naturam motus; impossibile ergo est primum motorem esse infinitæ virtutis. Anteced. ex
Auer. 2. cæl. 38. 8. *phy. sam.* 79. *& primo cæli com.* 72. satis apparet. Etenim, qualis est proportio motoris ad mobile, talis profecto est temporis ad tempus, & velocitatis, ad velocitatem; sed proportio potentiæ infinitæ, ad mobile, est infinita, & motoris finiti, ad mobile, est finita; in non tempore ergo mouebit velocitas infinita, mobile finitum. Item, vt ex 8. *phy. com* 78. ostenditur, si motor intensiue infinitus moueat in tempore; & virtus quoque finita mouebit in illo quantocunque paruo dato;
8. cæli 63. quod plane Aristot. doctrinæ aduersatur, Nam si motoris finiti virtus augeatur continue, media resistentia semper deficiente: vt dicitur 4. *phy com.* 71. ad id tandem perueniet, vt citius quam motor infinitus moueatur; primus ergo motor est virtutis finitæ. Quarto. Commentator de *subst. orbis cap.* 3. aperte distincteque hanc materiam pertractauit. *Nulla,* inquit, *virtus existens in corpore, siue æterno, siue corruptibili, est infinita in se, id est, infiniti vigoris.* Si enim vigoris infinitas daretur;
4. *Virtus in corpore non est infiniti vigoris.* talis absque dubio, corpus insequeretur infinitum, sed corpus infinitum non reperitur in rerum natura 3. *phys* nulla ergo virtus habet infinitum vigorem. Vult autem Comment. virtutes corporeas esse diuisibiles, vnde si huiusmodi virtus in infinitum augeretur, & corpus similiter, quod est impossibile. Infinitum, inquit, in vigore, cuius causa est corpus, in quantum corpus, impossibile est, quod fit, tam in cœlestibus corporibus, quam in aliis. Et 8 *phy. com* 79. Nos autem dicimus, quod ex 6. verborum Arist. in hac demonstratione apparet, potentiam eius passiuam scilicet susceptiuam motus esse finitam; nam sicut actio infinita non est formæ in corpore; sic passio infinita non est formæ in corpore scilicet composito. Nam si huiusmodi forma in infinitū cresceret; tunc plane infinitum esset maius infinito; idem enim corpus sensibile, quanto maius extiterit; tanto longiorem habebit motionem, atq; ita infinitum, infinitum superabit, quod est impossibile. infinitas ergo potentiæ in vigore, naturam corporis compositi ex materia & forma insequitur; tales siquidem formæ sunt extensæ ad extensionem materiæ, & subiecti, vt dicitur de substantia orbis. Ex quibus omnibus patet secundum Auerroem, primum motorem esse vigoris finiti.
5. Item Auerr. *Nos,* inquit, *non intendimus per infinitum, nisi infinitatem motionis,* id est, quod motio eorum non cessat; infinitas *2. cæli. 38. 39.*
autem intensionis, vt illic non sit proportio inter potentiam motoris, & moti, est impossibilis in formis, in quantum sunt formæ, etenim nulla esset inter eos differentia, nec aliqua omnino illic esset multitudo; motor namque orbis Saturni, & motor orbis totius, nullo modo inter se differrent, si mouerent tempora infinito, tum in potentia mouendi, tum in mouendo in non tempore. Potentiæ ergo intelligentiarum, quæ à materia separantur, finitæ sunt in mouendo; vltra enim mensuram, limitemque suorum orbium, mouere nequeūt. Si cæteri orbes, ait philosophus, tot stellas haberent, quot *Infinitum bifariam.*
stellato mobili insunt; illorum certe motores, eos mouere non possent. Sed *dices,* Auer. *de subst. orbis cap.* 3. infinitum bifariam diuidere, quorum vnum, ad motorem orbi coniunctum spectat, qui est vigoris finiti; alterum vero ad motorem separatum, infinito vigore dominantem, vt dicit Mercurius. Ad hæc *resp.* secundum doctrinam Auer. quam affert *2. cæl. 48.*
locis citatis, & omnium clarissime *destr. destr. disp.* 3. *in solut. du-* *71. 12. met.*
bij 18 Si cœlum pro superiori mundo intelligatur, planum *44.*
est à duobus motoribus semper moueri; à coniunctis scilicet & ab alio, nempe à primo, qui est à materia id est, potentia separatus, & discretus. Porro motores, orbibus suis coniuncti, sub ratione amati, & desiderati boni, quod est omnibus communis finis, semper mouentur; motor vero primus *Motores mouentur sub ratione boni amati & desiderati.*
ideo liber dicitur, non quin effectiue suum etiam orbem nō moueat motu diuino; sed ideo ita nominatur, quia nimirum ab omni est potentia liber. hunc autem loquendi vsum inuenies 3. *de ani com.* 5. 12. *met. cam.* 41. Itaque infinitæ virtutis esse dicitur, quia scilicet, causa est infinitæ motionis, non quod in se ipso infinitoq; sit vigore. Deniq; Auerr. 2. *cæli com.* 38. *Si pri-* 6.
mus motor, inquit, *esset infinitus vigore: igitur non haberet potentiam determinatam proinde nec naturam determinatam* · quod si *Infiniti motores.*
naturam determinatam non haberet; infiniti vtique erunt motores; si autem infiniti motores intelligi possunt; tunc non intelligeretur ex suo esse res propriè ei; sed iam declaratum est, quod motores cœlorum differunt, & in potentia, & in esse; & cum hoc, vnumquodq; eorum mouet per tempus infinitum, non igitur remanet, vt differant, nisi propter diuersitatem proportionis inter vnumquodque eorum, & corpus quod mouetur. vbi autem est proportio, ibi infinitum esse non potest, proportione enim infinitum caret. Præ- 7.
terea si Deus est infinitus, omnes res sunt æquales: Sed conseq. est falsum; ergo, consequentia patet; nam ab infinito, omnia æqualiter distant. Ex his igitur patet, Deum non esse intensiue infinitum.

CAP. IV.

Soluuntur argumenta.

AD 1. Antecced. verum esse dicimus, de contrario, ex 1.
necessitate naturæ operante: vnde si ignis intensiue esset infinitus, in suæ naturam conuerteret omnia: negamus autē, de agente libero, cuiusmodi est Deus benedictus, qui ad extra, nō ex necessitate naturæ, sed libere agit secundū consiliū voluntatis suæ. Cum ergo libere in his

Deum esse infinit. vigore &c. agat, quædã mala permittit, vt ex illis eliciat bona. sed de hac materia, tunc copiose agemus, cum de mali causa sermo inciderit. Ad confirm. neg. similitudo: vna enim dimensio, secundum suæ capacitatis vltimum, locum replet, in quem alia dimensio subintrare nequit. proinde simul esse non possunt. sed vna entitas, cum alia simul consistere potest: posset namque esse aliquod corpus, non replens locum, cum corpore locum replente. *Mala permittit, vt eligat bona.*

2. Ad 2. si hoc aduerbium, *hic*, locum dicat infinitum, anteced. est falsum. si enim aliquid est hic hoc modo, est nihilominus infinitum secundum locum. vnde, quando dicitur: Deus est hoc ens, & non aliud, igitur est finitum, nihil certe legitime concluditur: nam cum Deus sit ens infinitum, omnia profecto replet, nulloque limite clauditur. *Dicis*, si Deus esset aliquod corpus infinitum; alterius plane, tum finiti, tum etiam infiniti corporis societatem non ferret: duo enim corpora in eodem loco simul esse non possunt. Igitur, si est ens potentiue infinitum, nullius sane entis consortium pateretur: atque ita vnum solummodo est ens, scilicet infinitum. Sed hæc similitudo *non conuenit*. nam corpora ob dimensionum incompossibilitatem, simul esse non possunt: entitates autem, maxime formales sese recipiunt, nec vna alteram destruit, nisi naturæ contrarietate intercedente. *Entitates formales sese recipiunt.* Cum autem diuina entitas, etiamsi infinita, non solum non destruat. verum etiam foueat vniuersa, nullũ certe sequitur impossibile, cum infinita Dei entitate, posse etiam stare, & cætera entia. Ad 1. conf. dico, actum ac formam materiam informantem, determinare materiam, esseque causam determinationis, & finis, quæ in materia habetur. actum vero purum, cuiusmodi est Deus, esse ipsam infinitatem, in actu, vtpote ab omni materia, & potentialitate liberam. Quare, cum actu purissimo, stat, imo necessario inest infinita potentia, siue virtus. Ad aliam, non in omnibus est verum, omne perfectum esse finitum: neq; obstat illud, imperfectum est, quod non habet finem; hoc enim tantum conuenit rei, quæ ex sui natura finiri potest, cuius perfectio, est finis adeptio. Quod si Deus aliunde, quam à se finem expectat: procul dubio non est Deus dicendus. Quam ob causam ideo Deus perfectus est, quia finem non habet, nec ab aliquo dependet. *Deus est perfectus, quia finem non habet.* Ad 3. quamuis diuinus intellectus, suam comprehẽdat diuinam, atque infinitam essentiam, finita tamen dici non potest, quemadmodum, nec ipsius intellectus. infinitus igitur intellectus, infinite intelligit infinitam essentiam: nec plura, sed vnum tantum est infinitum, tum vigore immẽso, tum æuo æterno, siue æternitate incommunicabili. Ad vlt. dico, Aristotelem ibi loqui de infinito materiali, & priuatiuo. ideo aduersus nos argumentum non militare.

3. Ad 3. Concedo anteced. neq; enim repugnat virtuti mouenti, sed naturæ motus, & mobilis. Præterea, parum virium habet. quod à philos. adducitur *8. & 7 phy.* de infinita virtute in magnitudine, & non in magnitudine: virtus sane primi motoris non est virtus extensa nihil ergo concludit. Præterea non minoris est potentiæ in magnitudine, quam extra magnitudinem: si est virtus infinita. Itaque potest causare ex se motum in instanti, non autem mouere, ob motus incompossibilitatem. Auerroes etiam falso innititur fundamento proportionum, *Auerrois error.*

1. atq; excessuum non enim agenti per intellectum, & voluntatem, cuiusmodi est Deus conueniunt: ipse quippe agit non secundum vltimum suæ naturæ impetum, atque posse; sed secundum liberam sui intellectus, voluntatisq; præconce-

2. ptionem. Præterea, an Deus immediate cœlum moueat, nec

3. ne, nondum ab omnibus admittitur, & cõceditur. Amplius, cum in motu alterationis signetur primum instans non esse calefactionis, tunc certe in hoc instanti non est calefactio: est enim primum non esse, & primum calefactum esse. Ante hoc igitur in infinitum velox motus præcessit: nullum enim instans extitit, in quo inter illud, & hoc non fuerit aliquis motus. In infinitum ergo velox aliquis motus præcessit. Ex his ergo, atq; ex similibus constat Auerroem vana imaginatione fuisse delusum. Quare falso iacto fundamento, cætera, quæ erecta sunt, in falsitatis ruinam, confusionemq; ruitura fore, necessarium est. His ergo ita dilucidatis, ad Auerrois argumenta euertenda, vnica sufficit responsio, scilicet, Deũ non agere ex necessitate naturæ, nec quantum potest; sed libere, & quantum per intellectum, voluntatemque facere decreuit. Sed *dices*. Aut Deus agit secundum vltimum suæ *Obiectiones.*

1. potentiæ, siue secundum totam potentiam: aut secundum partem potentiæ saltem gradualem. si primo modo agat, quum illa sit infinita, aget in non tempore: si vero secundum vnam partem agit, secundum aliam autem non: vna igitur pars diuinæ potentiæ est actiua, altera vero non actiua, & sic non eiusdem rationis: aut si ambæ sunt actiuæ, & altera non agit, ociosa vtique reputabitur. ex quo patet, potentiam Dei esse finitam: in tempore enim agit. Item, actio Dei, est essen-

2. tialis. igitur aget in non tempore: ratio enim agendi, est essentia. secundum autem rationem essentiæ agere, est operari secundum vltimum suæ potentiæ. sed essentia Dei est infinita: ergo illius actio est infinita. atq; ita aget in non tempore. Sed hæc, atque similia, eadem, qua cætera soluta sunt, facilitate *dissoluentur*. Deus enim, est agens per intellectum, & voluntatem: vnde agere illi conuenit, non ex naturæ necessitate, sed libere: ideo non est necesse illum agere in non tempore. *Deum esse infinitum in vigore.* *Solutio.* Dicis, Deus ita agit, quod aliter agere non potest, & ita ex necessitate aget: aut aliter agere potest. & sic est mutabilis: melius enim in æternis, vt dicitur *2. cœli com. 34.* est simpliciter necessarium, Deus ergo agit secundum impetum naturæ. *Quod Deus agat ex necessitate.* Deinde, omne agens, quod actu aliquid agit, & potest aliter agere, est agens in potentia: sed Deus non est agens in potentia, vt cõmuniter dicitur, tum à Theologis, tum etiã à philosophis. egeret enim aliquo extrahente de potentia ad actũ. Sane, omne, quod ad actũ reducitur; ad aliquam certe perfectionẽ, quã prius nõ habebat, reducitur; ideo opus habet extrahente. *11. met. 14. 15. 8. phys. 46. 47.* Sic Auer. *Resp.* Deus ita agit, & potest aliter agere, quippe, cum illi non deficiat aliqua ratio agendi: nec inde est mutabilis: nam ipsius voluntas, secundum quam agit, mutari non potest: quod profecto in agente creato locum non habet: cuius voluntas non est sua essentia: sed de potentia in actum facile, & de vno in alium contrarium sane actum migrat frequenter. Ad 2. Deus perpetuo est in actu, nec vnquam reducitur ad actum agentis, sed bene ad actum actionis, qui est rei actæ, non agentis perfectio. *Dicis*, potentiæ mensurantur per maximum, quod possunt; vel minimum, quod non possunt. si ergo maximum diuinæ potentiæ mensuratum est, ipsa vtique potentia finita est. *1. cœl. 116. 2. cœl. 36.* Dico hæc vera esse, in potentiis earum rerum, quæ conditæ sunt. At potentia Dei, quæ est sua essentia, cum sit sine numero, vt dicit Mercurius, non opus est ipsiue maximum, & minimum limitibus artari, aut terminis coostringi: harum certe differentiarum expers est diuina potentia.

Quæstionis Secundæ

Cap. I.

Deum esse infinito vigore lumine naturali demonstrari non posse.

PRo intellectu istius dubii, non ignorare oportet, lumen naturale hic appellari, lumen intellectus creati, quo his, quæ sub sensum caduot acquiescit, seclusa omni illuminatione eorum, quæ per fidem habentur. *Lumen naturale, & supernaturale.* Contra, lumen supernaturale illud dicitur, quod intellectus viatoris, remoto superioris oraculi adminiculo, attingere nequit. Ex quo constat, illud esse lumine naturali notum, quod est experientia, vel sensu notum. Sed Deum esse infinitum in vigore, non constat intellectui viatoris, nisi ex effectis, quia nulla est causa per quam Deum esse infiniti vigoris posset probari, quia effectus sunt finiti: Igitur Deum esse infinitæ virtutis lumine naturali non constat. Contra prædicta ita quidam ex Theologorum numero arguere videntur. *Theologorum argumenta.* Deus, inquiunt, est infinitus infinitate, cui repugnat esse in magnitudine: quæ plane est infinitas in vigore. Igitur

1. Deus est infiniti vigoris. Anteced. est philos. *8. phys.* quia primus motor est omnino indiuisibilis. Conseq. patet, quia infinitas durationis est bene in magnitudine, quemadmodum philosophus dicit, corpora cœlestia infinito tempore moueri. Confirm. quia finitum præsupponit aliquod prius se à quo dependet, sub ratione mensuræ, & mensurati. est enim finitum certis limitibus conclusum. Sed Deo nihil est prius, alioqui non esset primum ens: ergo quod prius. Confirmatur, quia Deus est in infinitum diligibilis, ergo est infiniti vigoris: *Appetitus*, inquit philos. *1. polit. in infinitum est.* In Deo autem idem est vigor, & amor, quo est diligendus: Deus ergo est in- 2.

finitæ potentiæ, siue virtutis. Item, Mouens in infinitum continuans suam actionem propria virtute, est infinitæ virtutis intensiue: cum enim alii motores orbium, à primo motore dependeant, & duratione sint infiniti, iuxta philosophi sententiam: primus ergo motor, non solum duratione, sed etiam vigore erit infinitus. Confirmatur authoritate comment. *12. meth. Omnes formæ*, inquit, *quæ sunt in potentia in prima materia, sunt actu in primo motore*: sed illæ possunt esse infinitæ: ergo est infiniti vigoris. Confirm. authorit. philos. & Comment. *8. phys.* sicut pauloante dictum est. Si virtus primi motoris esset in corpore, moueret in instanti: cum autẽ instans sit in infinitum minus quàm tempus: virtus ergo primi motoris, in infinitum excedet virtutẽ cuiuslibet motoris, in corpore existẽtis, atque ita habetur propositũ. Item, 3.

Deum esse infinitum in vigore. *Ansel. 2. cap. de processu Sp. S.*

Deum est... est in lumine naturali aliquid esse, quo maius excogitari non potest: aliquid ergo est infinitæ virtutis in vigore consequ. patet: anteced. prob. ex authoritate Diui Anselmi: Audiens enim hanc orationem, ens, quo maius cogitari non potest, ipsam intelligit: vel ergo est in re quod intelligitur, & habetur propositum: vel quod intelligitur est in intellectu tantum, & sic non esset ens, quo maius cogitari non potest. Maius enim esset quod esset in re, quam quod in intellectu. Deum ergo esse infinitum in vigore lumine naturali,
4. probari potest. Item, si medium potest in infinitum subtiliari, siue subtilius fieri, vt dicitur 4. *phys.* & hoc esset ratione non posset aliqua virtus finita: ergo habetur propositum. In quinto præterea phys. docet, omnem motum esse irregularem, & regularem. Igitur posuit, Deum posse mouere cœlum tardius aut velocius, quam modo mouet. Libere ergo mouet, & non ex necessitate naturæ. Confir. auth. 7. *phys.* vbi posuit omnia corpora mota, subordinata continuari posse, etiam si essent infinita: quod plane non nisi à virtute infinita
5. effici potest. Ergo quod prius. Item, illa censeri potest infinita virtus, quæ quantumlibet multiplicato vigore, infinito attingi non potest, sicut infinitum in magnitudine, si daretur à multiplicata quantalibet magnitudine finita, non attingitur: sed quantumcumque multiplicaretur vigor secundæ intelligentiæ, semper maneret dependens: vigor autem primæ
6. intelligentiæ non dependet: Est ergo infinitus. Item, essentialis perfectio diuina est infinita, quia est simpliciter perfecta, omnisque additionis expers, omnemque aliam additionem eminenter continens. Igitur est infinita: infinitæ enim perfectionis est, non posse augmentum suscipere. Et hæc quidem vera sunt, & nostræ fidei catholicæ consona. Sed quidam asserunt non esse de mente philosophi, & Commentatoris eiusdem: Siquidem 12. *metha.* Aristo. motores cœlestes, dicit inter se differre, secundum mobilium distinctionem, ac motorum velocitatem. Similiter & Comment. 2. *cœli* 39. dicit se disputationem texere de infinitate primi motoris in duratione, vt motus non deficiat, non autem de eius infinitate in vigore. In causa est, quia infinitas intensionis, non habet proportionem ad mobile: præsertim, cum Deum ad extra agere arbitretur, ex necessitate naturæ. vnde Arist. sicut nullo modo poneret, Deum posse non conseruare cœlum; ne plane non posse cœlum velocius mouere: sed diceret Deum ab æterno, pro sua bonitate se determinasse ad mouendum cœlum, illo motu per quem modo mouet, quia sic rerum vniuersitati conducere iudicauit.

CAP. II.

Soluuntur argumenta.

s. AD 1. infinitas durationis actualis non potest esse in magnitudine, alioqui esset mobilis ad motum magnitudinis, atque ita per motum reciperet aliter, & aliter modum agendi, & ex consequenti non actualis esset, sed potentialis. Ad hunc autem modum dicunt, philosophum intelligi debere, scilicet, quia primus motor est infinitus infinitate durationis actualis, ideo debet esse indiuisibilis. Ad confirm. Deus est terminatus non ab alio, sed à sua bonitate, & immutabili voluntate ad sic mouendum primum mobile, & ad regendas alias mentes motrices ad bonum vniuersi. Neque sequitur, Deus est primum ens: igitur est infiniti vigoris: sed potius non præsupponit aliquid ante se: argumentum enim à lumine naturali sumitur ab effectibus, & non ab esse Dei. Ad aliam confirm. lumine naturali ostendi potest, Deum infinite se diligere, eo quod omnem rem dependentem infinite excedat: non tamen existit vigoris, quia non potest magis velocius mouere, quam nunc mouet. Et cum dicis: vigorem Dei, & diligibilitatem idem esse. Assentior, ex hoc tamen non sequitur esse infiniti vigoris, quia diuersa connotata impediunt consequentiam. Nam etsi idem sit scire Dei, & velle: non tamen omnia quæ scit, ipse vult. Illa autem authoritas philosophi loquitur de auari
2. appetitu, ideo non est ad propositum. Ad 2. certum est, Deum nulli alteri inniti, suamque actionem ab æterno continuere. Et cum dicis, Dei maiorem esse actualem durationem, aliorum motorum duratione, concedo quidem, atque ita maioris vigoris, quia nimirum maius mobile, & velocius mouet, totumque mundum gubernet: ex hoc tamen non sequitur, esse infinitum in vigore. Ad confirm. Commentator intellexit omnes corruptibilium formas in primo agente esse in actu, id est, eminenter contineri. Illæ ergo formæ, nequeunt infinitum intensiue efficere, sed extensiue solum: sicut non est intensiue maior perfectio essentialis in mille equis, quam in vno ex illis. Ad aliam confirm. primus motor

Deus est determinatus à se ipso.

Deus infinite se diligit.

Omnes formæ corruptibilium in primo agente sunt in actu.

non potest esse forma inhærens pure, ac naturaliter mouens ipsum mobile: in causa est, quia tunc sequeretur motus in instanti; non quidem propter infinitum vigorem in mouente; sed potius propter tenuem resistentiam mobilis, & defectum in resistendo. sicut graue sursum existens, vt dicitur 4. *phys.* extrinsecam si non haberet resistentiam, in instanti ad suum locum pergeret. Quia vero primus motor, non est forma inhærens, sed coexistens, mouens per intellectum, & voluntatem; ideo mobile mouet determinata velocitate, quæ ei est optimum moueri, & primus motor suum mobile optime regere, atque disponere valet. Non oportet ergo primum motorem esse infinitæ virtutis, quolibet virtute, quæ est in corpore: alioqui graue simplex esset infinitæ virtutis, quod defectu resistentiæ moueretur in instanti. Ad authorit. Comment. videtur ponere duos motores primi mobilis, quorum vnus mouet per modum finis, alter vero per modum agentis. Sed reuera non fuit intentio Commentatoris ponere duos primi mobilis motores realiter distinctos; sed potius vnum, Deum scilicet, sub duplici ratione mouentem, efficientis scilicet, & finis principaliter. Ad 3. illa ratio valet de perfectione essentiali diuina, quæ adeo magna est, vt ea maior cogitari non possit, non autem de vigore ad extra. Anselmi autem authoritas, non probatur, nisi gratia materiæ: alioqui albedo esset infinita intensiue. Etenim albedo, qua maior excogitari non potest, est in intellectu. Vel ergo ita est in re, & sic erit infinita albedo: vel ita non se habebit in re: in intellectu ergo, non est ita magna; quia maior excogitari non posset; quia maior esset, si ita in re esset; secundum intellectum ergo semper maior cogitari poterit. Potest siquidem aliquis imaginari cœlum duplo velocius moueri posse. Itaque ad illam propositionem, Deus est, quo maius cogitari non potest, sic respondent: id est, nihil est, ex parte rei correspondet, nec per eam aliquid tale ad extra repræsentatur; sicut si quis audiret hanc propositionem: homo est bos; nihil sane rei est ad extra; quod possit huic propositioni respondere. Ad 4. phys. loquitur de imaginatione, cui non repugnat ita medium subtiliari, concludens, imaginationi omnibus modis repugnare, motum æque velociter in pleno, & in vacuo fieri. Ad aliam authorit. Philos. loquitur de quolibet genere motus, in quo aliquis potest esse regularis, aliquis vero irregularis; non autem in qualibet specie motus, vel indiuiduo. Ad aliam sic intellige; quantum ad rationem corporum spectet, non repugnare, omnia continuari sub ratione generali. Eodem modo loquitur 8. cœli; bene enim capit imaginatio, corpori moto coexistere spatium quiescens, quod ipsum pertransit, cum mouetur; atque ita deducit ad quoddam, quod imaginationi non consonet, scilicet in tempore finito, motum infinitum fieri. Ad 5. vigor diuinus potest considerari dupliciter; vno quidem modo, quoad id, quod est, scilicet, quod sit independens; & sic ab aliquo vigore dependente, quantum uis multiplicato, attingi non potest, alio autem modo, quoad suum ad effectum, quem producit, & sic vigor eius attingi potest à secunda intelligentia, secundum imaginationem saltem; si ita vigor illius multiplicaretur, cum motus primi mobilis non sit infinite intensus. Ad 6. licet idem sit perfectio essentialis, & vigor eius; multa tamen competunt essentiæ, perfectioni, quæ vigori non competunt; competit enim eius perfectioni omnia scire, sed non omnia facere. Lumen quidem naturale, iudicat Deum infinitum in perfectione intrinseca, quia infinita cognoscit, quia independens, omnemque perfectionem dependentem, infinite excedens; atque ita intrinseca, & essentialis eius perfectio est infinita; et iam secundum lumen rationis naturalis nobis inditæ. De vigore autem non habetur simile iudicium; quia vigor sequitur effectum extrinsecum; omnia autem extrinseca sunt finita, ex istis ergo intrinsecis, nullum cernitur vestigium vigoris immensi. Porro, si vigor illius consideretur secundum rationem intrinsecam; tantus est vigor Dei, quanta eius cognitio, quanta eius essentia, per quam cognoscit infinite; quia in Deo idem essentialiter sunt esse, scire, & posse; verum, quia quantum ad extrinseca opera, omnia sunt finitæ virtutis cum sit creata, vigor Dei dicitur finitus; sed conseruatio totius vniuersi, videtur esse infiniti vigoris.

Deum esse infinitum in vigore.

Motor ipso esset in instanti.

Duo motores primi mobilis.

1\. *Deus est quo maior cogitari non potest.*

4.

5.

6. *Perfectio Dei infinita.*

Vigor Dei duo modis.

MERCVRIVS.

Hæc ipse percepi per Pymandri verbum, qui me stupore attonitum, sic iterum affatus est: vidisti in mente primam speciem, infinito imperio præualentem? &c.

Com-

De religione Christiana.

Commentum XVII.

DEi notitiam, magnitudinem, diuinitatem immensam, imperijque potentiam vbique, & perpetuo dominantem, creaturarum mentibus studiose inserere studet: vt illius perspecta magnitudine, ipsum vere, intimeque colant.

Lactantius lib. 3. cap. vlt.

Soli, inquit Lact. *animantium ad aspectum cæli erecti sumus, vt summum bonum nostrum, in summis Deo esse credamus, ideo religionem soli capimus, vt ex hoc sciamus humanum spiritum non esse mortalem, quod Deum, qui est immortalis, & desiderat, & agnoscit.* hæc enim duo sunt, quæ simul efficiant illud, quod quæritur, scientia, & virtus: scientia id præstat, vt quomodo, & quo perueniendum sit, nouerimus. virtus vt perueniamus. Alterum sine altero nihil valet: ex scientia enim virtus, & ex virtute summum bonum nascitur. Hac quippe conditione nati sumus, vt generanti nos Deo, iusta & debita obsequia præbeamus. huc vinculo pietatis obstricti, & religati sumus. non

Religio Christianorum.

vt Cicero interpretatus est, à relegendo, qui ita dicit: *Non enim philos. solum, verumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, vt sui sibi liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, retractarent & tanquam relegerent, ij dicti sunt religiosi. ex eligendo, elegantes, ex diligendo, diligentes, ex intelligendo, intelligentes.* itaque religionis nomen à vinculo pietatis est deductum, quod hominem sibi Deus religauerit, & pietate constrinxerit: Vnde Aug. *Religio, inquit, est iterata ligatio, talis, quæ anima vni Deo se reconciliatione ligat.* In libris autem de ciuit. Dei, religionem à religendo Deum, quem admiseramus, vult esse dictam. hæc autem religatio, sine Pymandri verbo fieri non poterat: *Nemo, inquit, venit ad patrem, nisi per me.* Et Paulus. *Per ipsum habemus accessum in vno spiritu ad patrem.* *Quamobrem*, inquit sapientissimus Mercurius, *hæc percepi per Pymandri verbum.* Itaque verbum lucidum, & diuinum, est veræ religionis caput, dux, & mediator, per quem & Moyses legem accepit, & Noui Testamenti sancita sunt decreta, & Mercurius, diuini spectaculi intelligentiam suscepit. Sine hoc lucidissimo Pymandri verbo, doctrina quæcunque iniqua est superstitio, cultus dæmonum, doctrina mendax & instabilis. veræ igitur religionis notitia, quam habemus per Pymandri verbum, Deo nos coniungit, & connectit. Quam ob causam Plato: *Vera*, inquit, *scientia facit, vt amorem, & seruitutem omnem Deo reddamus.* Et in Protagora: *Solus ex omnibus animantibus homo diuinæ sortis particeps effectus est in principio solus ob hanc cognationem, deos esse putauit, arasque illis, & statuas dicauit.* Et in lib. de regno: *Sine Deo*, inquit, *homines nequeunt feliciter gubernari, sicut, neque bestiæ sine homine.* hæc astilla nobis natura inserta, cognitio, teste Iamblico *cap. 1.* vt diximus, & nostro etiam Cicerone. *Quæ*, inquit, *gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina, anticipationem quandam Deorum, quam appellat Epicurus Prolepsin.* Ob hanc itaque cognitionem, Deum agnoscimus, & cupimus tanquam authorem. inuocamus, & amamus, vt patrem: vt regem veneramur: timemus, vt dominum. Vnde August. *Hac*, inquit, *Deo coniungimur, vnimur, & ligamur*, à quo *peccando excidimus.* Itaque religio est canonicum iter, quod vnũ ducit ad regnum non temporali vestigio nutabundum; sed æternitatis firmitate securum. Est etiam virtus moralis, & iustitiæ pars quoniam ad virtutem moralem pertinet reddere honorem vnicuique præcellenti secundum virtutem. si autem honor virtuti debetur; cui magis, quam Deo conuenire poterit? hæc est stabilitas sanctitatis, fide, & spe præstantior. facilius enim ad Dei notitiam ingreditur, quam reliquæ studiorum disciplinæ: quæ foris stant, & ingredi non præsumunt. Profecto, sicut deterius est odisse Deum, quam ignorare: sic melius est amare, quam nosse. Perscrutando prætereà Deum longissimo tempore minimum proficimus amando autem breuissimo tempore, plurimum. Item, religio, siue religionis amor, citius, propinquius, ac firmius, quam cognitio, mentem diuinitati coniungit. quia vis amoris in vnione consistit. Amplius, gratius est ipsi Deo amari multum, quam multum cognosci; nihil enim Deo tribuimus intuendo, amando vero tribuimus, quicquid & sumus, possumus, & possidemus. Adhæc, nobis magis proficimus amando, quam intuendo: quoniam Deus se amantibus retribuit potius, quam scrutantibus: cognitione quoque diuina male vti possumus, amore autem Dei abutitur nemo. Insuper, amando Deum longe maiorem percipimus voluptatem, quam noscendo: atque inde efficimur meliores. Sane, si quid bonum vides, non quia vides, bonus efficieris. sed quia bonum amas. & ita mens, non quia Deum considerat, sed quia Deũ diligit, fit diuina. Item, cognoscendo Deum, eius amplitudinem contrahimus ad angustum mentis nostræ conceptum;

Cicero lib. 2. de nat. Deor.

Vnde dicitur religio. Aug.

Ioan. 14. Eph. 2.

Religio coniungit nos Deo. Plato in lib. de scien.

Cicero.

August. de vera relig.

Religio est præstantior fide & spe. Rationes.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

quia cognitum est in cognoscente amando autem, mentem amplificamus ad immensam diuinæ bonitatis latitudinem. Præterea, non est amor humana cognitiua contentus, cum illa creata, atque finita sit; sed voluntas in solo immenso quiescit bono. Ex his ergo atque similibus patet religionem, quæ est verus Dei cultus, quam à lucido Pymandri verbo accepimus, omnibus disciplinis esse præstantiorem. Necesse sane erat, veram aliquam in vniuerso religionem esse: nam si nulla vera esset religio, omnium profecto animalium, solus homo esset miserrimus, atque stultissimus. Cum enim præ ceteris, ob religionem, & futurorum auiditatem, abstineat bonis, vtrisque priuaretur. sed Deo authore, nemo fit stultus, atque miser, sicut nemo friget, ex eo, quod igni adhæret: vera ergo religione homo priuandus non erat. Et enim id, per quod homo, cuncta animalia excedit, falsum esse nequit, excedit autem religione: religio ergo hominis sanctissima est, & à falsitate libera. Rursus, vaticinium à tota aliqua animalium specie, non potest esse falsum: communi namq; hominum vaticinio, religio vera esse probatur, cum omnes vbique Deum colant, vt naturæ authorem, ac beatæ vitæ largitorem: perfectissima enim animalium species, perfectissimum habet iudicium, quod est sibi maxime omnium naturale: mutantur siquidem opiniones, affectus, & hominum mores: religio autem non mutatur: nam semper & Ægyptij sacerdotes, prophetæ omnes, Persarum magi, Orphici, Pythagorici, Platonici philosophi, & ceteri votis incumbunt. vnde Pythagoras in aureis carminibus: *Inprimis venerare Deos, vt lege dispositi sunt immortales: Optimo autem dona Deum veneraberis; si animo sibi similis fias.* vnde Pytheus Apollo. *Piis hominibus tantum gaudeo, quantum cœlo.* Hæc autem nostra religio homines Deo similes reddit, longe præstantius, quam aliæ, quæ retroactis temporibus, apud diuersos hominum cœtus habitæ sunt disciplinæ. Lex enim siue religio Ægyptiorum lata à Foroneo, impune latrocinari permisit, Lycurgus homicidium, Solon adulterium, Numa Pompilius, Romanis, patrimonij vndequaq; augendi licentiam concessit, Moses, libellum repudij dari iussit. At religio nostra est lex immaculata, lata vtique ab immaculato Pymandri verbo, à quo noster Mercurius dicit se mirabilia didicisse diuinæ visionis oracula: *Hæc, inquit, percepi per Pymandri verbum, qui me stupore attonitum sic iterum affatus est: Vidisti in mente primam speciem. infinito imperio præualentem?* Quod prius ideam, atque verbum, nunc autem primam speciem vocat, & speciem æterno imperio præualentem: vbi, & illius æternitatem, & imperij magnitudinem pronunciauit. *Vidisti in mente Pymandri primam speciem*, quæ est mentis illius primum germen, patris, atque verbum? quam ideo speciem appello, quia est genitus, atque vnicus meus filius, totamq. in se fert naturam gignentis. Species, inquam, vnica, ex vtero ante luciferum genita, totam præferens substantiam gignentis; species, quæ à mente generantis nunquam separatur; sed semper est in sinu patris. Deum autem nemo vidit vnquam: vnigenitus filius Dei, qui erat in sinu patris, proles, germen, idea, verbum, species prima, ille insinuauit nobis. Hanc ob causam sapientissimus Mercurius, gratias agit Pymandro, qui per suum verbum, & primam ideam, primamque speciem, hæc sibi reuelauerit. *Eiusmodi quædam mihi Pymander. At ego illi. Elementa naturæ vnde manarunt? Ex voluntate Dei, inquit Pymander, quæ verbum complexa, pulchrumque intuita mundum, ad eius exemplar, reliqua sui ipsius elementis, vitalibusque seminibus exornauit.* Mundus, ad cuius exemplar cætera exornata sunt, est filius, germen, verbum, idea, prima species, denique summi opificis exemplar, character, & figura substantiæ ipsius. Quoniam autem superius multa de diuini verbi generatione, ac Pymandri diuinitate, potentia, immutabilitate, simplicitate, & quæ sunt generis eiusdem, dixi; nunc, vt huius primi libri gratior nobis habeatur, operæ pretium me facturum putaui, si de obiecto fruitionis, quam Mercurius in illius diuinæ visionis spectaculo se habuisse dicit, nonnulla in medium adduxero.

De summo bono.

9.

Religionis veritas, & necessitas.

1. 2. 3.

Perfectissimum iudicium.

Aurea verba Pythagoræ.

Varia religiones gentilium.

Prima species.

Filius est prima species.

Textus.

QVÆSTIONIS PRIMÆ

CAP. I.

Summum bonum.

MVltifariam, apud Græcos, Latinosque Theologos fruitionis nomen, vsurpatum semper fuisse legimus: nam, & quandam vocant ordinatam, aliam vero inordinatam, tertiam autem neutram fruitionẽ. Ordinata aũt est, cuius obiectum est vltimus finis: quemadmodum enim intellectus primo vero ita voluntas primo, ac supremo adhæret bono. huiusmodi finis, nempe Deus

Fruitio est ordinata inordinata, neutra.

bene-

De summo bono.

benedictus, voluntatis desideria perfectissime complet, atque ita replet, vt alterius rei appetendæ, vis vlla relinquatur appetenti. Est certe fruitio actus voluntatis, ad aliquid propter se acceptandum, possidendumque, nempe ad supremum bonum tendamus (authore August.) *Frui*, inquit, *est amore inhærere propter se.* Inordinata autem fruitio, est fruitendis, & vti fruendis, vt dicit August. *Peruersitas est*, inquit, *frui vtendis, vtpote rebus creatis, & vti fruendis*, diuis scilicet trinitate; vsus namque est voluntatis actus, in aliud, propter aliud tendentis. Sane, sicut intellectus duobus pollet actibus, quibus alicui credit, assentiturque complexo, & vno quidem propter se, nempe primis principijs, alio vero ob gratiam alterius, vtpote conclusioni; ita & voluntas, duobus exornatur actibus volendi, assentiendique, quorum altero, bono propter se adhæret, altero autem propter aliud. vnde primus, fruitio, secundus vero, vsus appellatur. Neutra autem fruitio, est actus neutri: si enim voluntati aliquod bonum, absolute apprehensum, non quidem sub ratione boni, ob sui, aut alterius gratiam ostenderetur; posset vtique voluntas, ex propria volendi libertate, absque fruitione propter se, illud elicere, atque intellectui præcipere, vt quale illud bonum sit, consideret, illique hoc, vel alio modo adhærere. Cæterum, Auicenna *met.* 9 *cap.* 4. ordinatæ fruitionis obiectum, à fine vltimo seiunxit, atque distinxit. Dixit enim, superiorem per actum intelligendi, inferiorem producere intelligentiam. Porro, vnumquodque natum est conuerti ad illud, à quo procedit: quare intelligentia producta, ad producentem, velut ad summum bonum conuertatur, necesse est: in quo quidem conuersionis reditu, completus eius esse videtur. atque ita perfectionem, fruitionisque bonum, aliunde, quam à Deo, intelligentia producta haberet: Deus igitur benedictus, non est verum, & adæquatum fruitionis obiectum. Sed pace tanti viri dixerim: multum enim errauit tum in philosophia, tum etiam in scientia diuina, vt dictum est. potentia enim non quiescit, nisi in summo, & perfectissimo obiecto: potentiæ autem fruentis obiectum, vt ipsemet affirmat 1 *met. cap.* 5. est ens in communi: intelligentiæ ergo productæ obiectum, esse non potest illa, vt dicit Auicenna, intelligentia producens. Potentia præterea, quæ ad multa sane obiecta, inclinationem, siue propensionem habet, in aliquo illorum quiescere nequit, nisi illud vnum tantæ virtutis extiterit, vt sua vi, cætera contineat: quod plane

Fruitio quid sit.
Aug. de doct. Christian.
Id. quæst. 83. 3.
Vsus est voluntatis actus.
Actus voluntatis duplex.
Auicenna positio de obiecto fruitionis.

Rationes de summo bono.

soli Deo conuenit. Deinde, inferior intelligentia, superiorem suspiciens, aut illam finitam esse conspicit, aut infinitam
esse credit: aut neque finitatem, aut infinitatem illius intelli-
1. git. si infinitam illam esse crediderit, in illa profecto beata
2. esse non poterit. si finitam, infinitatemque ignorauerit, bea-
3. titudinem certe non assequetur. si finitatem esse fuerit intuita, quis ambigit in re finita beatitudinem non esse statuen-
4. dam? intelligit enim à maiori bono vinci, atque superari. Sane, secunda intelligentia, si tertiam produxerit; id quidem non virtute propria, sed primæ intelligentiæ præstabit. Non perficit ergo, atque complet illam sua, sed aliena virtute. quicquid autem est huiusmodi, finis vltimus esse nequa-
5. quam valet. Item, *Ea anima*, inquit August. *est capax Dei, quo*
Aug. 9 de Trin. c. 8. & 13. *illius est imago. Animam ergo (excepta vna Deo) satiabit nihil.* Varum quidem hoc est apud theologos, non autem apud philosophos, qui de animæ conditione varie locuti sunt. Sed
6. *dices*: anima immediate creatur à Deo, in Deo igitur immediate quiescit, siue quietatur: sed huius rationis *antecedens*, multis philosophis *non probatur*: vt Platoni in Timæo, alijsque, quibus curæ fuit de animarum creatione multa dicere. Ef-
7. fectiui præterea principij, atque finis rationes in eodem coalescere possunt: nec inde fit, vt quietent animum, suum bonum habere cupientis: non enim principium effectiuum; sed obiectum perfectissimum, est perfectæ fruitionis ratio: alioqui anima nostra sensitiua, quæ (vt quidam aiunt) creatur à Deo, non nisi in Deo perfecte quiesceret. Itaque potentiæ fruitiuæ obiectum, est bonum supremum, atque summum: ipsa quippe in perfectissimo quiescat obiecto, necesse est: nam quodcunque partiale fruitiuæ potentiæ bonum offeratur; adhuc, melius appetere valet: ex quo illam quiescere non posse, nisi in vltimo, ac supremo bono, clarissimum est. Non ergo immerito August. ait: *Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Et alibi: *Tam magnum bonum est natura rationalis, vt nullum sit bonum, quo beata sit, nisi solus Deus.* Summum igitur bonum, fruitionis obiectum perfectissimum, Deus, quia nimirum incommutabilis est, & corrumpi omnino non potest. creatura autem bonum est; sed non summum, quia mutabilis: & dum sit quidem bonum, non tamen potest esse summum. Dei autem immutabilitas, est illius incommutabilitas; nam & angeli, & animæ immortales sunt, sed immutabiles non sunt. solus ergo

Fruitionis obiectum quale sit.
Aug. 1. confess. & in prin. de nat. boni.
Summum bonum.

Deus dicitur immortalis, quia solus est immutabilis. Plato, cognitionem veritatis summum hominibus bonum esse affirmat: quæ cum perfecte contingere in hac vita nequeat, fit, vt difficile putet viuentium aliquem vere posse beatum dici. *Anima cum per sensus aliquid considerat*, inquit, *tum quidem à corpore trahitur ad ea, quæ nunquam eodem modo sunt atque ipsa aberrat, perturbaturque, quasi ebria vacillans, vtpote quæ talia quædam attigerit.* At vero, quoties ipse animus per se ipsum excogitat, illuc se confert ad purum, sempiternum, immortale, semper eodem modo se habens, & tanquam ipsius cognatus, semper adhæret illi: semper autem adhærere, perfectissimæ est fruitionis, ideo dum hic sumus, aut nullo modo veri boni scientiam consequi possumus, aut post mortem, si purgati decesserimus; tunc siquidem summum bonum intuentes, fruemur re nobis tantopere cōcupita. Perfectæ ergo fruitionis obiectum, authore Platone, est summū bonum, Deus scilicet benedictus. Sic Aug. finem boni ei soli euenire posse asserens, qui notitiam Dei habeat, & imitationem, nec aliam ob causam esse beatum. Quisquis ergo fruitur eo, quod amat, verumque & summum bonum amat: ipsum autem summum Plato dicit Deum: vnde vult philosophum esse amatorem Dei: vt quoniam philosophia ad beatam vitam tendit, fruens Deo, sit beatus, qui Deum amauerit. In Philebo summi boni conditiones posuit, quæ ad perfectissimum fruitionis obiectum spectant: Summum scilicet bonum perfectum esse, sufficiens: atque expetendum. Perfectum, inquam, quia nihil sibi deest: sufficiens, quia ipsum habenti, deest nihil: expetendum, quia in illo, & ex illo, & per illud est, quicquid appetitur. Et in Hipparcho. Bonum duplex, inquit: vnum finis, ad finem alterum: illud propter seipsum; hoc propter aliud expetendum: illud venerandum; hoc vtile: illo fruimur; hoc autem vtimur. In Gorgia Socratis est sententia, in doctrina & virtute sitam esse beatam vitam, pronunciatque bonos beatos, improbos vero miseros. Et in Sophista, Simonides ait: *Vitam vere bonum fieri, difficile est.* Pittacus non hoc improbat, sed bonum perseuerare: *Difficile est*, inquit, *bonum permanere.* his conuenit illud Hesiodi, effici bonum, difficile quidem esse, qui ante virtutem sudorem à dijs positum dicit, verum vbi ad summum verticem peruentum est, facilem esse, quæ comparatu difficilis fuit: *Deus enim solus hoc munere dignus est*, inquit Simonides. Itaque, si Deus est solus bonus; ipse profecto est perfectissimum nostræ fruitionis obiectum. Apuleius, Deum beatum, & beatificum nominat. Speusippus, in definitionibus Platonis, Deum esse ait, viuens, immortale, ad beatitudinem sufficiēs, essentiam sempiternam naturæ ipsius boni causam. huius tanti boni contemplatione, Plato beatum fieri hominem ait: in conuiuio namque Diotima sapientissima fœmina, iubet Socratem totam animi intentionem ad orationem suam conuertere: *illa me docuit*, inquit Socrates, *atque me eisdem cationibus arguit.* Quæso te, an non admirandam esse vitam illius, qui verum pulchrum, verumque bonum intueatur? Itaque animus fruentis, diuinæ pulchritudinis amator effectus, dum diuinas rationes attingit, veras in seipso rationes parit, Deoque familiaris efficitur. Tunc n. mens ideam induta, diuinam intuetur maiestatem, vt ait Mercurius. *quod cum ille fecisset &c.* vnde Apostolus Ioannes. *Omnes de plenitudine eius accepimus.* & Plato in Epinomida ait, animum contemplatoris purgatum prius, postea hærere Deo, & penes diuinam vnitatem, vnum prorsus euadere. Sane, sicut Sol, sine Sole nō cernitur: & sicut aer, sine aere non auditur; ita neque Deus, sine Deo cognoscitur. hinc animus Dei templum efficitur, vt Xistus Pythagoricus arbitratur. Item, sicut oculus per speciem coloris formatus, videt colorem: speciem vero, per quam videt, non cernit; ita intellectus alicuius per ideam formatus, ipsum intelligit, ipsam tamen ideam perspicuè non intuetur; imo non agnoscit, licet intueatur; sed cum pergit cōtemplando ipsam quoque suspicit clarius, agnoscitque: Deus igitur est nostræ fruitionis principium, medium, & finis. Principium, inquam, quia sicut ipsius oculi visio à lumine externo fit, tanquam à causa vniuersali, à scintilla vero interiora accensa, tanquam à causa particulari; ita actus intelligendi, atque fruendi, ab amplissima Dei mente, nostraque dependet. vnde Architas Tarentinus in *libro de sapientia*: *Homo sapientissimus cunctorum animalium est natus; quippe, cui Deus rerum omnium ideas infuderit, per quas mente valeat notiones rerum non aliter procreare, quam per linguam, rerum nomina fingere.* Ex illis autem diuinis ideis, Deum intelligimus, & fruimur: neque enim par est oculus nostri intellectus, vt Deo fruatur, & intelligat, nisi prius diuino lumine, fuerit indutus: ideo *Zoroastris philosophia*, vt dicit Plato in Carmide, *nihil aliud erat, quam sapiens pietas, cultusque diuinus.* Denique fingitur Minerua sapientiæ dea solo Iouis capite nata. hinc illud Maronis:

De summo bono.
Deus solus immortalis.
Plato lib. de leg. & in Phæd.
Cognitio veritatis summum bonum.
Aug. 8. ciuit. c. 9.
Tres conditiones summi boni.
Socrates.
Simonides.
Pittacus.
Hesiodus.
Apuleius.
Speusippus.
Diotima.
Ioan. 1.
Xistus.
Modus nostræ cognitionis.
Architas.
Zoroastres.
Minerua.
Maro.

A Ioue

De obiecto fruitionis. *A Ioue principium musæ Iouis omnia plena.* Omnes ergo propemodum sapientes Deum esse summum creaturarum bonum, vnanimiter fatentur, à quo, & intelligendi modus nobis inest, & fruendi possessio. Perperam ergo sentiunt, qui præter Deum, in aliquo alio fruitionis obiectum cōstituunt. Cum enim vltima hominis beatitudo, in altissima eius operatione consistat; altissima autem operatio ad intellectum pertineat, fieri non potest, vt in alio, quam in Deo eius sit fruitionis obiectum.

CAP. II.

Fruitionis obiectum, Deum non esse.

1. Contra prædicta solent aliqui sic arguere. Cuiuis natura est finita; & illius quoque aptitudo, capacitasque intelligendi est finita, illæ enim naturæ vires insequuntur. sed creati intellectus natura, est finita, vtpote creata: finito igitur satiari potest. Etenim, animæ capacitate, aliquid maius est, nempe diuina, & increata natura: aliquid vero minus, siue inferius, vtpote corpus. restat ergo, vt illi æquale aliquid sit, quo certe frui potest animus, qui beatæ vitæ possessionem habet. Deus ergo non est fruitionis obiectum adæquatum: superat plane suæ essentiæ amplitu-
2. dine, finitæ naturæ capacitatem Amplius, quemadmodum, quælibet forma satiat capacitatem materiæ, ita plane, quodlibet obiectum capacitatem potentiæ. Conseq. patet à simili: anteced. vero ita probari potest. Si formæ materiæ capacitatem non satiet, atque compleat: igitur forma huiusmodi in materia existente, violenter sub tali forma materia continetur, ad aliam enim habendam, naturali quadam necessitate, seu inclinatione constringitur. Sane, quodcunque prohibens, violentum appellatur, quod reuera naturalem alicuius rei inclinationem impedit; quemadmodum de quiete grauis extra centrum ratio clarissime docet. itaque omnis formæ, & materiæ obiectum, & potentiæ capacitatem replet. Adde, quod virtutes propter se diliguntur; sunt enim bona honesta; honestum autem est, quod sua vi nos trahit, & dignitate allicit. sunt ergo & ipsæ fruitionis obiectum.
3. Præterea, sicut intellectus alij vero, quem primo firmiue consentit, atque adhæret, vtpote sibi magis domestico, ac familiari; ita, absque dubio, voluntas, notiori sibi bono intensius adhæret. primo autem bono, quoniam à sensibus quam longe positum est, non ita ardenter adhæremus: alia ergo bona, à primo, obiectum sunt nostræ fruitionis. Confirm. idem authorit. Aug. Fruendum est bonis inuisibilibus: *Aug. 83. quæst. 8.* bona autem huiusmodi plura sunt; non est ergo vnum, atque adæquatum nostræ fruitionis obiectum, vltimus scilicet fi-
4. nis. Ad hæc, non potest esse fruitionis obiectum, quod non est notum fruenti, ignotis certe non fruimur; sed Deus est nobis incognitus, non est ergo fruitionis obiectum, est enim infinitus, vt dictum est; infinitum autem, quatenus infinitum, est incognitum, atque inuestigabile. Sane, cognoscentis ad cognitum aliqua debet esse proportio; cognitum namque perfectio est cognoscentis; sed intellectus creati ad Deum, nulla est proportio: Deus ergo non est nostræ fruitionis adæquatum obiectum.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. Natura creata aptitudo est infinita obiectiue. Ad 1. quamuis creatæ naturæ aptitudo, siue capacitas finita sit, & quidem subiectiue, obiectiue tamen est infinita. aliquo enim finito, formaliter satiari, repleríque pōt, quippe quæ nullam secū habeat formam actu infinitam existentem. Cæterum, relatio aliqua finitæ, ad terminum est, atque obiectum infinitum; quod enim est ad finem, quatenus tale, vtique finitum est, etiam si accipiatur; vt omnino fini proximum, atque propinquum; cum his etiam, quæ necessariæ sunt ad finem attingendum, possidendumque conditionibus; finis tamen relatio, ad quem illud immediate disponitur, in solo certa infinito quiescit, sicut vsu frequēter accidit his, quæ proportionum, non autem similium sunt relationibus. itaque inter potentiam, & obiectum non est similitudinis, quæ extrema habet solum eiusdem rationis; sed proportionis relatio. Ex quo necessa est naturæ finitæ capacitatem, ad obiectum infinitum tendere, veluti ad suum correlatiuum; finis siquidem vltimus infinitus sit, omnibus modis necessarium est. Sed *dices* obiectum potentiæ adæquatum, ipsam omnino satiat, atq; complet, alioqui adæquatum dici non posset; sed potentiæ creatæ capacitas est finita; igitur illius obiectum necessario erit finitum. *Dico*, obiecti ad potentiam, æquam entitatem, neces- *Obiecti ad potentiam adæquatio est motiui ad mobile.* sariam non esse, eorum scilicet, quæ secundum eiusdem naturæ formæque participationem adæquantur neque secundum commensurationem, iuxta quam, excessum aliquoties sumptum reddit excedens, proportionem, seu comparationem esse necessariam; sed adæquationem potius. proportionemque in obiecti ratione, nempe motiui ad mobile, actiuiq; ad passiuū. in qua quidem naturarum diuersitas, inuenitur, non autem similitudo. vnum certe est finitum, infinitum alterum. Ad confirm. resp. in obiecti ratione, proportionato animæ obiecto, maius esse nihil, nisi fortassis, maius intelligas, quia magis ab anima percipitur: vtpote maior modus attingendi. Nam si album aliquod sit, & quidem secundum decem gradus visibile: vnius autem capacitas videntis sit vnus tantummodo gradus, alterius vero decem; profecto huiusmodi, cum sit perfectior; omnes plane videndi, siue, vt ita dicam, visibilitatis gradus perfectius intuebitur. Excessus ergo ibi, non ex parte obiecti nascitur; sed ex parte actus videndi: secundum ergo rationem obiecti, maius, minusque est nihil. Ad 2. neg. anteced. non enim quælibet forma, materiæ desiderium complet, atque illius explet totaliter, extensiueque appetitum. tot enim insunt materiæ desideria appetendarum formarum; quot plane recipibilium formarum potest esse multitudo. vna ergo formæ, omnes certe nequit materiæ appetitus explere; nisi illa adeo perfecte existeret, vt omnes recipiendarum appetitus, perfectionesque formarum in seipsa perfectissime habeat, atque possideat. Quare, cum vnum atque idem obiectum, sua valeat virtute cætera obiecta continere; illud profecto, omnem potentiæ appetitum perfectissime complebit. huiusmodi autem est Deus benedictus, nostræ fruitionis perfectissimum, atque absolutum obiectum. *Obiectum perfectum continet alia obiecta. Deus solus est obiectū fruitionis.* illud autem de quiete grauis extra centrum, non est simile. Receptiuum enim quodcunque, si aliquod intra se finitum receperit, illico reuera, quiescit: finiti namque est, formam finitam recipere, cum hæc illius sit formalis perfectio. Ad extra vero, infinito indiget, velut suæ quietis fundamento; ad aliquod certe perfectius ad extra ordinetur, quam formaliter recipere posit: proinde, necesse est, obiectum, quod est ad extra, esse omnino perfectissimum, atque infinitum. Cum *dicis*, quamlibet quidem formam, suam quietare materiam, alioqui violenter in illa quiesceret: Resp. violentam quietem, illius esse quiescentis, quod naturali impetu, fertur ad oppositum; sicut patet de graui deorsum tendente, ac infima petente. At, materia prima, quoniam certæ, ac determinatæ naturæ vinculo non constringitur; sed ad omnes amplissimam habet naturam; ideo nullibi violenter quiescit. Ad confirm. resp. aliquid esse diligibile, bifariam intelligi posse: vno quidem modo, propter aliud: alio vero propter se. vnde, & si virtutes, ob honestatis illarum amplitudinem, decoremque splendidissimum amentur; ad vltimum tamen finem, sui amatores transmittere student: idcirco veri, ac proprij obiecti rationem non obtinent. Ad 3. neg. similitudo: intellectui enim, vnicuique vero, quatenus sui splendorem, atque euidentem notitiam intellectui ingerit, aptitudinem habet consentiendi. neque enim in illius potestate situm, vni magis, minusque, quam alteri adhærere; sed conditioni, portionique potius ipsius veri, intellectum mouentis. Voluntatis autem potestas, secus se habet: potest enim bono alicui, etiam non viso, intensius quam alteri, fortiusque adhærere. Ad confirm. resp. plura quidem dici spiritualia bona, non certe ob essentiarum diuersitatem; sed perfectionum potius, quæ in Deo fruibiles esse videntur. Ad 4. infinitum, quod ex materiæ imperfectione nascitur; quoniam per formam perfecte compleri, determinarique non potest; ignotum & imperuium est speculanti: per formam enim fit omnis cognitio. At, infinitum, quod ex formæ immensitate descendit, quam nulla potest materiæ limitibus claudere, cuiusmodi est forma diuina; ille profecto ex se notissime est, quamuis nobis, ob tenuitatem, capacitatemque intelligendi ignota. Ad confirm. Responsum est superius; proportio namque creaturæ ad Deum, est veluti effectus ad causam, & potentiæ ad actum. non veluti duplum, ad triplum, & vnius quantitatis ad alteram.

2.

3. Intellectus in quo discrepat à voluntate.

4. Infinitum quoddam notissimum.

CAP. IV.

Fruitionem esse voluntatis actum.

Cognito fruitionis obiecto, deinceps inuestigare oportet fruitionis actum, an ad voluntatem potissimum spectet. Porro frui, esse actum voluntatis perfectissimum, quo aliquid propter se amatur, Augustin. apertissime docet: *Ea, inquit, re nos frui dicimus, quam diligimus propter seipsam: & ea re nobis fruendum esse, qua efficimur beati, cæteris vero vtendum.* Et 4. de trin: *Frui, ait, illarum ve-* *Augus. 1. de doct. Christ. c. 31 Quibus fruendum.*

rum est,

Fr[...] est actus voluntatis.

rum est, in quibus voluntas propter se delectata, conqui[...] Ibi duplicem [...] subiudicat naturam: actum nimirum scientis, & delectationem, huiusmodi actumque si pa[...]ter consequentem. Et 1. *de trin. Gaudium plenum est, frui sancta trinitate.* Et, *ea re frui dicimur, qua nos non ad aliud referenda per seipsa delectat.* Est autem bonum, voluntatis obiectum: bonum enim est appetitus motiuum, authore philos. 1. ethic. *Bene, inquit, enunciauerunt dicentes, bonum est, quod omnia appetunt. Boat plane, id est, vocat ad se omnia bonum, allicit, atque inclinat.* Et, 8. *Ethic.* triplex bonum esse distinxit, vtile scilicet, delectabile, atque honestum. Bonum autem est, quod appetitum mouet, quod quidem tribus modis fieri contingit. interdũ non sui, sed alterius gratia, per illud enim, veluti per quoddam medium in aliud tendimus: vocaturque bonum vtile, sub quo diuitiæ, atque honores comprehenduntur. Aliquando, vt quies rei, magnopere concupitæ: est autem huiusmodi bonum delectabile, quod ob sui complacentiam, delectationemque appetitur: quales sunt sensuum delectationes, atque oblectamenta: nempe visus in pulchris videndis, auditus, in suauibus audiendis, & quæ sunt generis eiusdem. Postremo, bonum appetitur, quia scilicet appetitum implet appetentis: quam ob causam, bonum honestum nominatur, qui est finis voluntatis: siquidem bonum vtile finem habet extra se positum, delectabile vero, finis est appetitus sensitiui, honestum autem, intellectiui. Porro bonum honestum, authore Cicerone, sua vi nos trahit, & dignitate sua nos allicit: hoc enim propter se appetitur, etiam si nulla inde virtus sequatur. Inhonesta autem voluptas, vi suæ turpitudinis nos trahit, vt dedecore nos accumulet, improbo nos nomine commaculet, ac sordibus suis semper inficiat, inquietudinis labore semper nos sollicitet, stimulisque agit fruentes, teste Boetio 3. *de consol.* Plautus in *Amphitrione: Ita dijs placitum est, vt voluptati mœror subsequatur.* at bonum honestum, quietum, ac tranquillum reddit suu possessorem. Sylius 15. *libro Punicorum: Quippe nec ira Deum, nec tela, nec hostes, quantum sola noces animis illusa voluptas*; ita nihil sic animis prodest, quam boni honesti infusa cupido. Homerus, *in limine Iouis dolia duo posita esse asseruit, vnum mellis, alterum fellis plenum. Et singulis animabus è cælo descendentibus in corpora, ex vtroque poculo potionem dari, sed plus fellis. Nam quod iuuat,* inquit Ouidius, *exiguum est, plus est, quod lædit amantes.* Proinde recte dixit Tibullus: *Omnia nostra tristi tempore, felle madent.* Vnde versimum est illud Socratis in Phædone, dolorem voluptatemque simul ex eodem capite ambo esse annexa, eaque de causa fieri, vt cum alicui alterum adest, eundem postea sequatur & alterum. Hoc idem declarauit Apologius nobilis Platonicus: *Cum voluptas,* inquit, *apud Iouem iactaret se nobiliorem Pallade, dignioremque esse, quod ipsam videbat arcubus. & venatione Dianam, & Vestam laribus delectari. Ad hæc indignata Pallas, ait: ô Iupiter, mox videbis quam fortis sit voluptas, accerse huc pauorem, non Deos tantum, sed omnium abiectissimum. Exclamauit Iupiter: Heus pauor, accede pauor: Confestim ad ipsam pauoris aduocati nomen, voluptates trepidæ vna cum temeritate fugerunt.* Quapropter Architas, atque Plato voluptarium animum, perforato vasi similem esse voluerunt. Plato in Philebo: *Ratio nobis hæc dictat, in totius vitæ quadam velutì tragædia, atque comædia, dolores voluptatibus misceri.* Socrates in Phædone, cum sederet in lectica, & ad se contrahens crus manu perfricaret: *Quid [...] videtur ô viri hæc res esse, quam nominant homines voluptatem? quamque miro naturaliter se habeat modo ad dolorem ipsum, qui eius contrarius esse videatur? Quippe, cum simul homini adesse nolunt: attamen si quis prosequitur, capitque alterum, ferme semper alterum accipere cogitur, quasi ex eodem vertice sint ambo connexa.* Denique Plato in Timæo, voluptatem animæ morbum appellat. *Morbus animæ,* inquit, *dementia, cuius duo genera sunt, insania & imperitia.* Voluptates, doloresque admodum vehementes, morborum animi grauissimi iudicandi. Vbi ergo sunt illi, qui inter philosophos computantur, quique philosophi videri volunt, & voluptatem summum hominis bonum esse contendunt? Quomodo enim potest animorum esse bonum id, quod ab omnium philosophorum principe, animi morbus, lues, amentia grauissimaque pestis appellatur? Recta ergo dictum est à sapientissimo Mercurio in Pymandro: Bonum nostrum nihil aliud est, quam mali portio minima. Itaque bonum honestum, quod propter se appetitur, est nostræ voluntatis obiectum: Bonum sane honestum duplex est, vnum quidem purissimum, propter se appetendum, qui est Deus benedictus: alterum vero virtutes, & gratiæ, propter primum bonum appetendæ, cuius similitudinem præseferre gestiunt. primo autem bono, verissime fruimur: satiat enim, ac replet omnes voluntatis affectus, in cuius actu consistit fruitio. Siquidem nobilissimæ potentiæ, actus conueniunt nobilissimos, qui circa nobilissimum obiectum versatur. Sed nobilissima potentia est voluntas, actus autem nobilissimus, est fruitio. quem delectatio immediate sequitur, authore August. 1. de doct. Christ. *Summa merces,* inquit, *est, vt Deo fruamur*: igitur fruitio, est actus voluntatis. Quod voluntas, nobilitatis suæ splendore, præstet cæteris animæ potentiis; clarissimis, lucidissimisque rationibus, & pronunciatur, & verissime quoque probatur. Quod enim potestatem, authoritatemque habet determinandi, ordinandique, eo certe est nobilius, quod plane determinatur, atque ordinatur. sed ita se habet voluntas erga intellectum: nobilior ergo censenda est, atque reputanda. Amplius, quod per suam essentiam sua potitur libertate; absque dubio, eo præstantius est, quod ab alio suæ potestatem authoritatis quærit, atque mandicat: omne namque quod per essentiã aliquid habet, longe excellit illud, quod per participationem aliquid simile possidere videtur. sed voluntas est potentia per se libera, libertas autem nobilissima est proprietas, vt dicit philosophus in prologo met. intellectus vero per participationem tantum, intelligimus enim cum volumus: ergo quod prius. Adhæc, sicut se habet actus ad actum, ita sane potentia ad potentiam, sed actus voluntatis est nobilior actu intellectus: nã beatitudo, qui est status omnium bonorum aggregatione perfectus, in voluntate consistit: igitur, potentia illa, est alia nobilior, quæ est beatitudinis, atque fruitionis actus. Profecto fruitio, quæ ad actum voluntatis pertinet, naturam quidem Deum videntis, suo plane obiecto perfectissimo, fortius, firmiusque connectit, quam solus diuinæ faciei intuitus. fruitio ergo ad actum spectat voluntatis. cognitio sane sine amore, nihili facienda est: obest enim magis, quàm prodest. Igitur voluntas, sua nobilitate, intellectum superat. Præterea, Amor præeminet scientiæ: ad diuinum enim visionis spectaculum amor ingreditur, scientia autem sola, foris stat: sed actus fruendi beatificus, est actus amandi: amor autem ad voluntatem spectat: igitur, frui est actus voluntatis, quæ est potentia nobilissima, cuius interest circa nobilissimum obiectum versari, ideo nobilissimum actum, nempe fruitionem habet, atque possidet.

11. conf. c. 25.

Bonum est obiectum voluntatis.

Triplex bonum. Vtile. Delectabile. Honestum.

Cicero. Voluptas. Plautus. Sylius. Homerus. Ouidius. Tibullus. Plato. Apologius. Architas. Plato. Socrates. Plato. Voluptas & dolor connectuntur.

Fruitio est actus voluntatis.

Fruitio est actus voluntatis. Voluntas est nobilior potentia. 1. 2. 3. Beatitudo consistit in voluntate. 4.

CAP. V.

Quod fruitio non sit actus voluntatis, sed intellectus potius.

ILla potentia est nobilior, cuius obiectum est simplicius, alterius potentiæ obiecto. sed voluntatis obiectum, non est simplicius obiecto potentiæ intellectiuæ: igitur, potentia intellectiua, volitiua, siue voluntate, præstantior esse videtur. obiectum siquidem intellectus, est verum, quod in mente, veluti in quodam mundissimo, simplicissimoque habitaculo versator, & degit. voluntatis vero obiectum, est bonum, & id quidem in rebus inuenitur, vt ex 6. clarissima patet methaphysices libro. Intellectus ergo, præstat voluntati, tum obiecti nobilitate, tum etiam principio cognoscendi: ab intellectu sane suæ mutuat cognitionis principium. Deinde, illa potentia, cæteris nobilior censenda est, ad cuius actum spectat hominis perfectio, atque consummatio, nempe beatitudo: beatitudo enim est nobilissimæ potentiæ. tunc sane beati vocamur, quando secundum actũ nobilissimæ potentiæ viuimus. sed talis est intellectus, quemadmodum verbum Pymandri constantissime docuit: *Hæc,* inquit, *est vera vita, siue vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum.* Porro cognitio, siue visio, intellectui congruit, & non voluntati, quæ ex se ipsa cœca est. intellectus ergo dignitatis splendore, voluntatem superat. Denique, dirigens est nobilius directo: sed voluntas ab intellectu dirigitur: Cœcus sane à vidente dirigitur, & insipiens à sapiente: intellectus autẽ est radix cognitionis: igitur est radix libertatis. absque namque cognitione, nulla est vera libertas: vnde illa, quæ naturali ductu, necessitateque mouentur, libera nequaquam dicenda sunt. Intellectus præterea cogi non potest, cum liberum habeat suæ iurisdictionis principatum. At voluntas, respectu vltimi finis, libertatem ad vtrumlibet nequaquam habet, sed absoluta necessitate te[...] ad finem: liberior ergo est intellectus, quam ipsa voluntas.

1. 2. Ioan. 17. 3. Radix cognitionis.

CAP. VI.

Soluuntur argumenta.

AD 1. Nostro quidem proposito minor fauere videtur: nam si voluntatis obiectum, est Deus in seipso, intellectus vero, vt intellectu recipitur, siue Deus per intellectum receptus; absque dubio, si ita res se habet, voluntatis obiectum, simplicius est, quippe enim hoc modo Deus simplicius intelligitur, quam vbi est multarum relationum rationis, ac rei aggregatio: qualis scilicet esse 1.

videtur

Fruitio est actus voluntatis. videtur in obiecto intellectus in patria, vbi Deus per intellectum receptum cognoscitur, eique ita est intellectus obiectum. Ad confirm. dico, quod quamuis cognitionis principium in intellectu dependeat, animæ tamen dominiũ penes voluntatem manet. *Voluntatis laudes.* ipsa enim est causa efficiens, intrinsecus mouens, suorum actuum regina, in vniuerso animæ regno. Penes ipsam quoque residet merendi, demerendique potestas, virtutum propemodum omnium, atque vitiorum thesaurus. Denique apud, seu sub ipsius ambitu imperio vita & mors, laus, & opprobrium, gloria, & dedecus. Quare, cum tanta, talisque sit; perfectissimæ vtique potentiæ splendore fulget, & dominij, principatusque honore illustratur. *Cognoscit intellectus ab intellectu, & ex eius natura ad voluntatem.* Quicquid præterea intellectus ante voluntatis actum intelligit, ante scilicet electionem; naturaliter prorsus intelligit: quam ob rem, ante voluntatis actum, nulla est in intellectu libertas. Sed dices, potentia tribus opus habet, vt vere libera esse valeat, immaterialitate vtique, obiecto vniuersali, & libertate indifferanter se habendi ad ea, quæ sub obiecto vniuersali continentur. sed huiusmodi conditiones, æquæ, perfectæq; sunt in ambabus animæ potentiis: vna ergo alteram, libertate non vincit. Verum duæ adhuc desunt conditiones, vt aliqua potentia vera libertate donatur: prima quidem, vt talis potentia ad exeundum in actum, aliqua non sit necessitate cogenda: altera, quod vim habeat effectiuam ad reliquas certe potentias, quas pro suo libitu mouere queat. *Voluntas regina est regni animæ.* His autem duabus exornatur voluntas: idcoq; cæterarum regina est appellanda. Ipsa namque cogere potest intellectum, vt in actum prodeat, atque aliquid, quod est agendum, consideret. Neque valet, quod aliqui dicunt, voluntatem posse ab intellectu cogi, atq; necessitari, ostenso sibi summo bono, siue aliquo alio, quod secundum sui naturam est diligendum: tum quia, summum hac in vita bonum euidentissime cognosci non potest, tum etiam, quia, etsi cognosceretur, aut summum bonum, aut apparens; ab intellectu tamen nullam necessitatem reciperet, sed à seipsa potius, quippe, quæ intellectum, tale iudiciũ machinantem non repressatit.
a. Ad 2. in visione, nude absoluteq; beatitudo non consistit, nisi per quandam, quam habet ad fruitionem societatẽ: visio enim, atq; complacentia, in quibus perfecta fruitionis ratio perfectissima habetur, in separabili nexu connectuntur: Visio ergo, quiest actus intellectus, ad fruitionem tendit, veluti ad rem omnino perfectissimam; quod autem est propter aliud, inferius certe reputatur. Nec obest illud Augusti: *Visio est tota merces.* Visio est tota merces, partim quidem propter connexionẽ, quam visio, atq; fruitio ad inuicem habẽt: partim vero, quia visio, & cognitiuam complectitur, & affectiuam potentiam.
3. Ad 3. Si ratio voluntati aliquid ostenderit, id certe facit non quidem per modum imperantis, sed consulentis potius: cuius tamen consilium subest nutui, imperioq; voluntatis. *Contra,* quod fruitio non sit actus voluntatis. Quælibet natura fruitur suo fine; sed finis cuiuslibet potentiæ, est proprius actus eius 4. ethic. quælibet ergo potentia fruitur suo actu; atque ita frui non est actus voluntatis tantum. Confirm. quia fruitio est quædã felicitas, felicitas vero, vt dicitur 10. ethic. in speculatione consistit: speculatio autem intellectui competit & non voluntati. Igitur fruitio est actus intellectus, & non voluntatis. *Solut.* Duplex est finis, formalis scilicet, & obiectiuus; licet ergo actus potentiæ sit finis formalis, per quẽ *Finis formalis, & obiectiuus.* attingitur finis obiectiuus, non est tamen finis obiectiuus. Ipso ergo frui nõ potest, quoniam fruitio intuetur finem obiectum, quem perfectissime attingit voluntas. Ad confirm. fruitio præsupponit cognitionem, non tamen consistit in cognitione; perfectissime ergo spectat ad actum voluntatis. quæ enim sunt priora generatione, sunt posteriora perfectione; & è conuerso 9. *met.* Igitur fruitio est actus voluntatis. Ad hæc accedit illa sententia Augustini 10. *de trinit.* *Fruimur bona cognitis,* inquit, *in quibus voluntas delectata quiescit ipsum ergo voluntatis est fruitio.* Quando enim aliquid alicuius definitionem in recto ingreditur, quod definitur, ad illud primo spectat. Sed ita res se habet in hac definitione petita ab August. dicitur enim voluntas delectata; ergo quod supra. Item, 1. *Frui est amore inhærere.* *de doct. Christ.* frui est amore inhærere; sed amor primo pertinet ad voluntatem; igitur fruitio est actus voluntatis. Item, cuius est mouere in finem, eius est quiescere, motus enim est propter quietem. sed fruitio quietem denotat; pertinet ergo *Voluntas quadruplex.* ad voluntatem. Est autem voluntas quadruplex, nempe diuina; beata in angelis, voluntas hominis iusti, adhuc in terris existentis; & voluntas mortaliter peccantis. *Diuina voluntas similis terræ in centro quiescenti.* Prima voluntas, primo, per se, & immobiliter fruitur, vltimo siquidem fini, non per habitum, vel actum differentem, vel per superioris causæ virtutem, sed per se primo, necessario, & immobiliter adhæret. Recte ergo hæc comparari potest voluntatis fruitio terræ in centro quiescenti; suapte enim natura, immobiliter, in ea mundi parte quietem inuenit, nullo vnquam tempore defecturam. Et reuera, sicut se habet pondus in rebus corporalibus, ita plane voluntas in rebus spiritualibus, animus namque amore mouetur. *Amor meus, pondus meum.* dicit Aug. Sane, sicut centrum est vltimus terminus quietis corporum grauium; ita certe vltimus finis perfectissima quies animorum. Hac de causa, Mercurius vocat Deum sphæram intellectualem, cuius centrum vbique est, *Deus sphæra intelligibilis.* circumferentia vero nusquam. Porro, voluntas angelica, perpetuo, & per se fruitur, quia per formam intrinsecam, nempe per habitum charitatis, sed non primo, quia non à se, *Voluntas angelorum similis quieti metallorum.* sed a Deo habet huiusmodi quietis donum: ideoque similis est quieti metallorum, quæ in visceribus terræ delitescunt: talia namque centro immobiliter adhærent, non quidem primo, sed per grauitatem, quam à terra receperunt. Porro, *Voluntas iusti viatoris quieti grauium in superficie.* voluntas iusti viatoris fruitur per se, sed non primo & immobiliter; idcirco huiusmodi fruitio similis est quieti grauium, in terræ superficie existentium: mediante siquidem terra, centro connectuntur, sed non immobiliter quidem. viator enim iustus, præter actum desiderij, quo sibi Deum appetit actu concupiscentiæ, diligit Deum actu amicitiæ, volens Deum in se bene esse. Et talis actus fruitio nominatur. *Voluntas mortaliter peccantis similis illi qui in naui quiescit.* Voluntas vero mortaliter peccantis fruitur quidem quantum est ex parte sui, quippe, quæ quiescit in obiecto creato, quod propter se amat, sed non simpliciter quiescit, quantũ est ex parte obiecti, quia nõ perfecte satiat voluntatem peccatoris: ideoque similis est quieti illius, qui in naui quiescit, qui nec mediate, nec immediate quiescit in centro, eo quod nauis continuo aquarum motu agitata, vniformiter non se habeat ad centrum. Fruitur autem peccator non quidem obiecto sui actus, quod amore concupiscentiæ prosequitur; sed seipso potius, quia seipsum diligit amore amicitiæ, optãs sibi illud obiectũ, quod pro summo bono habere intendit. Egregie ergo dictum est à diuo Aug. *duos amores condidisse duas ciuitates 14. de ciuit. Dei: Amor Dei vsq; ad contemptum sui, & amor sui, vsque ad contemptum Dei.* Itaq; frui est actus voluntatis tendentis in aliquod obiectum propter se, illud acceptando tanquam summum bonum: frui enim est alicui amore inhærere propter se, primo de doctrina Christiana: vsus vero est actus voluntatis in aliquod obiectum tendentis propter aliud. Etenim, sicut in intellectu duo actus reperiuntur, quib. *Duo actus intellectus. Duo actus voluntatis.* alicui rei complexæ assentitur, vtpote principio propter se, & conclusioni propter principium; ita sane duo sunt actus voluntatis, primus, quo adhæret bono propter se, vocatur fruitio, secundus dicitur vsus, quia adhæret rei propter aliud. Ad hos autem addi potest tertius, qui est actus neuter. aliquod enim bonum absolute apprehensum, non sub ratione boni per se, neq; propter aliud bonum voluntatis, ostendi potest: circa quod plane bonum, voluntas potest actũ ex sua libertate elicere volendi illud; absolute quidem, sine respectu, ordineq; ad aliud; absque tamen fruitione propter se potest enim intellectui imperare, vt inquirat, quale sit illud bonum, & qualiter volendum. hoc autem competit voluntati ex ipsius libertate, & ex necessitate naturali ex parte intellectus. Nonnihil ergo discriminis inuenitur inter hu- *Differentia inter actus voluntatis & intellectus.* iusmodi actus: assensus enim intellectus ex natura obiectorũ distinguuntur: quæ naturaliter sequitur intellectus. Assensus autem voluntatis, non ex distinctione obiectorum, sed potius ex distinctis actibus potentiæ liberæ, sic, vel sic obiectum acceptantis, proficiscuntur: in eius siquidem potestate situm est referre posse, & non referre. Duo præterea assensus intellectus, in communi assensum intellectus sufficienter diuidunt, nec vllum admittunt neutrum consensum, sicut voluntas, quia ex parte obiecti nulla est euidentia media, ex qua medius consensus subsisterat. Cæterum actus, quo assentimur bono propter se, est actus perfectus, quam sequitur delectatio 4. *ethic.* licet autem fruitio proprie sumpta sit a- *Actus perfectus.* ctus voluntatis, vt docet Aug. 83. *quæst. quæst.* 3. Peruersitas, inquit, voluntatis est frui vtendis, & vti fruendis: peruersitas autem est in actu voluntatis elicito, delectatio enim praua dicitur ex prauitate actus: sumitur tamen large fruitio pro ipsa etiam delectatione voluntatis. Itaque quatuor esse probantur actus voluntatis, fruitio, vsus, actus medius, & delectatio.

CAP. VII.

Fruitio ordinata, & communis.

Postquam locuti sumus de fruitione, quantum ad eius actum pertinet: deinde indagare necesse est, quotuplex sit fruitio, & an frui sit actus elicitus, vel *Frui an sit actus elicitus, vel passio.* passio, quæ actum elicitum consequitur. Quod vero sit actus elicitus, Aug. innuere videtur: *Omnis, inquit, per-* *Aug. 83. quæst. 3.* *uersitas,*

N

Fruitio est actus voluntatis.

uersitas, quæ vitium nominatur, est vti fruendis, & frui vtendis. Peruersitas autem est formaliter actus voluntatis elicitus, & non delectatio, quæ non est in potestate delectantis: peccatum vero, in quantum peccatum, est in potestate peccantis. Verum, 1. de trinit. cap. 10. vel 13. aliud videtur asserere, nempe frui, delectationem esse: Plenum gaudium, inquit, est, frui trinitate. Item, 4. libro de trinitate: Fruimur illa re, de qua capimus voluptatem. Porro 10. de trinitate accipit pro vtroque: Fruimur, inquit, cognitis, in quibus voluntas propter se delectata, conquiescit: ad actum enim pertinet elicitum, cum dicit: *Fruimur* cognitis: quia actu voluntatis præsupponitur obiectum cognitum ad delectationem vero, cum dicitur. In quibus voluntas delectata, conquiescit. Si quis dixerit tales authoritates veras esse causaliter & concomitanter, non autem formaliter; non longe erit à rei veritate: fruitio enim vtrumque actum complectitur. Et reuera, frui, tribus modis dicitur: Primo quidem modo communiter, pro omni siquidem actu potentiæ appetitiuæ delectabili, siue quæ cum delectatione percipitur: atque ita frui, est vti cum delectatione: dicit enim motum voluntatis cum gaudio. August. Fruimur cibo, & potu, fruimur ea re, de qua capimus voluptatem. Hoc ergo modo & bonæ, & malæ fruitiones competunt. *Ego te fruar in domino*, ait Paulus. Alio modo accipitur pro omni actu voluntatis, quo propter se aliquid diligitur, non in aliud relatum, saltem per illum actum: & sic delectatio potest dici fruitio, & quicunque alius amor naturaliter sequens apprehensionem rei conuenientis, & complacentis. Tertio modo pro amore libero voluntatis, quo finaliter quiescit in amato, qui repugnat relationi ad finem alium: atque ita dixit August. cognitis nos frui: quibus inhæremus propter se. Inhærere autem alicui amore, ad actum spectat voluntatis. Beati autem vere & perfecte fruuntur Deo, viatores vero à longe sentiunt odorem fructus suauitatis. Ponuntur à nonnullis quinque modi fruendi: fruimur enim solo Deo, vt perfecte beatificante. fruimur voluntate, vt motiuo & imperante: fruimur charitate, vt præmium perfecte eliciente, & perficiente: fruimur virtutibus, vt bono disponente: fruimur homine iusto, in quantum repræsentat Deum per similitudinem gratiæ, sicut loquebatur Apost. *Fruar te in Domino.* Itaque fruitio proprie, & stricte sumpta, aliquid tradit in facultatem voluntatis, propter se, tanquam per summum bonum. Illa autem appellatur fruitio ordinata, quippe quæ summum bonum summe diligit; non ad aliud bonum referendo, sed propter se diligit. Hæc autem fruitio ordinata est duplex: Vna perfecte quietat, & satiat voluntatis appetitum, qualis est fruitio patriæ: Altera vero compatitur secum molestias huius vitæ, ideoque minime quietare poterit animum viatoris. Est quoque fruitio inordinata, quæ id quod est summe, & propter se diligendum, ad aliud refert & ordinat. Huius autem fruitionis obiectum potest esse aliud à Deo: voluntas enim errore affectus peruersi seducta, alium finem tanquam summum bonum sibi potest præstituere. Ex quo colligi potest, fruitionem inordinatam esse, summum diligendum non summe diligere, ad aliud referre, & non propter se amare. Immediatum autem fruitionis obiectum, est ipse Deus essentialiter, summum bonum, super omnia amatum amore amicitiæ, & non visio beatifica, vt quidam sentire videntur. Ex his ergo quæ dicta sunt, satis apta intelligitur duplex illa fruitio, patriæ, & viæ. Est autem fruitio patriæ amor, quo Deum diligimus super omnia clare quidem & aperte: fruitio autem viæ amor quo diligimus Deum, non tamen clare, & perfecte. Differunt autem ab inuicem, non solum intentione, verumetiam & specie. Distinguitur autem specie præsentia obiecti per intuitiuam & propriam cognitionem, à præsentia quæ per cognitionem confusam in conceptu, vel in specie percipitur. Reuera, amor, quo sancti in patria Deum diligunt naturaliter, & libere, plenissimus est, continuus, simplex, & iocundus: ille vero, quo iusti in hac vita degentes Deum prosequuntur, interceptus, inquietus, imbecillis, mœrori commixtus. Porro obiectum fruitionis in communi est finis vltimus verus, vel apparens, qui scilicet ostenditur voluntati à ratione errante, vel sibi à voluntate præstitutus. Intellectus siquidem posset aliquid voluntati offerre tanquam vltimum finem, vel voluntas, cum sit libera, potest aliquid pro fine sibi statuere, volendo illud propter se, & ad aliud non referendo. Patet ergo quomodo finis vltimus sit proprium obiectum voluntatis, iuxta illud August. *Res quibus fruendum est*, inquit, *sunt pater, & filius, & spiritus sanctus & hi tres vnum sunt.* Patet etiam quænam dicenda est fruitio ordinata, & quæ inordinata, & quot modi sint fruitionis, & quod fruitio sit actus voluntatis. Reliquum ergo nobis quærere, si dilectio & delectatio sint idem realiter, vt nonnulli dicere videntur. similiter, si fruitio sit dilectio, vel delectatio: quæ omnia, in sequenti capitulo expendemus.

Frui tribus modis dicitur.

Ad Philem.

Delectatio fruitio dicitur.

Quinque modi fruitionis.

Fruitio ordinata.

Fruitio inordinata.

Fruitionis immediatum obiectum.

Fruitio patriæ.

Fruitio viæ.

Obiectum fruitionis in communi.

l. 1. de doct. Christ.

Fruitio est actus voluntatis.

Quæstionis Secundæ

Cap. I.

An dilectio & delectatio sint idem realiter.

Rationes quod dilectio, & delectatio sint idem realiter.

Posset aliquis nonnullis rationibus astruere dilectionem, & delectationem esse idem realiter, hoc
modo. Quæ sunt eiusdem potentiæ circa idem obiectum, & habent eadem opposita, & eundem effectum,
per se & immediate, sunt idem realiter: sed dilectio,
& delectatio sunt huiusmodi, quia sunt eiusdem potentiæ,
nempe voluntatis, circa idem obiectum, bonum scilicet, & 1.
habent eadem opposita, odium & tristitiam, & eundem effectum,
operationem videlicet perficere: igitur sunt idem
realiter. Item illi actus, qui immediate consequuntur ad i- 2.
dem, sunt idem realiter: sed dilectio & delectatio immediate
consequuntur ad intellectum & voluntatem: ergo quod
prius. Item, vt in vna potentia simplici, simul consistant duo 3.
actus realiter distincti, fieri non potest: sed dilectio & delectatio
simul sunt in voluntate realiter: ergo non differunt.
Posset etiam astruere dilectionem, & delectationem secun- 4.
dum rationem differre: hoc modo; delectatio quietationem
importat, quæ est priuatio motus: dilectio vero vnionem
& priuationem quietationis. sed illæ duæ priuationes
sola ratione differunt: ergo dilectio, & delectatio sola differunt
ratione. Item, quæ differunt in modo significandi, ra- 5.
tione quoque differunt: sed delectatio & dilectio ita se habent
ad inuicem, quia dilectio significat per modum formæ
egredientis à voluntate ad ipsum obiectum amatum, delectatio
vero è conuerso, nempe per modum formæ ab obiecto
egredientis: diuersum ergo habent modum significandi,
& ex consequenti differunt ratione. Sed posset huiusmodi *Rationes contrariæ.*
rationibus opponi: Quæcunque possunt separari ab inuicem,
illa vtique non sunt idem realiter; sed dilectio & 1.
delectatio sunt huiusmodi, sicut patet in angelis malis, qui se
mutuo diligunt, tristitia tamen, & non delectatione efficiuntur;
ergo non sunt idem realiter. Item, illi actus non sunt i- 2.
dem realiter, quorum opposita distinguuntur realiter; sed
odium & tristitia, quæ opponuntur dilectioni, & delectationi,
distinguuntur realiter, vt patet in bestiis, qui odiunt peccata
nostra, nec tamen aliqua tristitia afficiuntur, quia in eos
non cadit tristitia: Ergo. Item, Delectatio est per se obiectum 3.
dilectionis, dilectio vero non est per se obiectum dilectionis;
igitur non sunt idem realiter. Item, quod accidit alteri, 4.
non sunt idem realiter; sed delectatio accidit dilectioni;
non ergo sunt idem realiter. Item, dilectio est actus volendi, 5.
tristitia vero minime. probatur, quia voluntas reflectens
se super actum elicitum, complacet sibi; sed nullus complacet
sibi, sed displicet potius, cum tristatur; igitur tristitia non
est actus volendi; tristitia enim est de his, quæ nobis nolentibus
accidunt teste August. Item, voluntas, sicut libere eli- 6.
cit actum volendi, sic libere elicit actum nolendi. Sed nullus
libere, & voluntarie tristetur, quia tunc non tristaretur;
tristitia ergo non est actus nolendi. Item, illa ratio non pro- 7.
batur, quæ dicit dilectionem, & delectationem ratione differre,
quia delectatio importet quietationem, & priuationem
motus, dilectio vero vnionem, & priuationem distantiæ;
vnio enim per se est beatitudo inter extrema vnita, ideoque
est aliquid positiuum. Beatus siquidem vnitur Deo formaliter
per vnionem, non autem per priuationem. Agens
siquidem approximatum passo, ita agit, vt approximatio sit,
siue vnio necessaria sit ad actionem agentis perficiendam;
priuatio vero minime. Adde, quod dilectio realiter elicitur 8.
à voluntate, delectatio autem realiter dilectionem sequitur.
Ergo non sola differunt ratione. Qui harum extiterit *Priores rationes soluuntur.*
rationum sectator, priores rationes ita soluere poterit; &
primam quidem, asserendo falsam esse maiorem: nam duo 1.
actus subordinati possunt esse de eodem obiecto, & sub eadem
ratione, quorum vnus perficit alium, cuiusmodi est dilectio,
& delectatio. vel potest dici ad minorem illius argumenti,
dilectionem, & delectationem non esse de eodem
obiecto, sub eadem ratione, eo quod delectatio semper sit
de obiecto præsente: dilectio vero non semper concernit
præsentem obiectum. Ad 2. minor est falsa, dilectio enim & 2.
delectatio non immediate se habent ad potentiam. *Delectatio*,
inquit philos. 2. eth. *est consequens dilectioni, atque ita præsupponit necessario dilectionem.* Ad 3. Duo actus subordinati, sic- 3.
ut dilectio & delectatio possunt esse simul in eadem potentia,

[…] o [.] actus voluotatis. *4.* *Collatio […] omnium.*

tia, sicut dictum est. Ad 4. dilectio & delectatio non dicunt priuationes, quia non sunt priuationes, nec formaliter includunt priuationes. Sane vnio, qua beatus Deo vnitur, non est priuatio, sed res positiua. Ad 5. dilectio, & delectatio non differunt in solo modo significandi, verum etiam realiter. Hæc ille. Verum facilis poterit esse illorum contendentium conciliatio, si recte, & sine cupidine contendendi aliquis loqui voluerit. Primæ quippe rationes veræ sunt concomitanter, secundæ vero formaliter. Sed contra: Frui, passionem esse in voluntate receptam, hoc modo: fructus est id, quod vltimo expectatur ex arbore: frui autem dicitur à fructu; vltimum autem in fructu, non est comestio, sed delectatio, cuius gratia comeditur. Igitur in rebus spiritualibus, fructus est vltimum quod expectatur de obiecto, cuiusmodi est delectatio, quæ sequitur actum, vt dicitur 10. *Ethic.* Fruitio ergo est passio, & non actus elicitus voluntatis. *Sol.* fructus est vltimum, quod expectatur ex arbore, non quidem, vt corporaliter possideatur; sed vt per actum potentiæ gustatiuæ attingatur potius, ad quem sane fructus gustum, delectatio sequitur. Itaque si ille dicitur fructus, quo fruendum est; sine dubio, delectatio non est fructus, quippe quæ non est, sed sequitur potius obiectum fruibile, imo fructus est illud vltimum expectandum, ipsum vtique obiectum fruibile, quod vltimate expectamus, vt per actum gustationis, illud habeamus. Neque delectatio est frui, quia non solum non est obiectum fruibile, verum etiam, nec formaliter fruitio: non enim est illud, quo attingitur obiectum fruibile; sed illam operationem consequitur. Nam potentia prius amat obiectum fruibile, & postea sequitur delectatio. Illud ergo, quo potentia attingit obiectum fruibile, est formaliter frui: huiusmodi autem est perfectus actus voluntatis. Sed iterum ille posset instare, innixus authoritati Diui Aug. *Fruimur cognitis*, in quibus voluntas propter se delectata, conquiescit: igitur delectatio est fruitio, & non passio consequens fruitionem; quia posterius non ponitur in definitione prioris. *Solu.* Authoritas illa oppositum habet sensum: cum enim dicat actus non esse fructus, sed passiones, necessario sequitur frui non esse delectari; quia fructus est obiectum fruitionis. passio autem non potest esse primo obiectum sui, sicut potest esse obiectum actus. Et sic frui, si est passio vt obiecti, sicut authoritas sonare videtur, non erit passio; sed actus potens habere istas passiones pro obiectis. Et cum dicitur fructu per se fruimur: verum quidem est, in ratione obiecti, sicut dicimus amabile amamus, non autem in ratione formali, sicut dicitur calore calet.

Frui esse passionem in voluntate receptam

Soluitur. Fructus est vltimum quod expectatur.

CAP. II.

Soluuntur argumenta.

Primum argumentum.

POsset aliquis contra prædicta sic arguere: Aliquid est maius animæ capacitate, Deus scilicet, aliquid minus, vt corpus, aliquid ergo erit æquale: quod placaerit minus Deo: ergo Deo, vt vltimo fine, non est fruendum. Confirmatur; virtutes enim propter se diliguntur; igitur possunt esse fruitionis obiectum. Anteced. patet, quia sunt bona honesta; honestum autem illud appellatur, quod sua nos vi trahit, & dignitate allicit; ergo quod prius. Soluitur, nihil est maius in ratione obiecti, obiecto enim æ proportionato, licet sit aliquid maius, id est, maiori modo attingibile, quam possit ab anima attingi, sicut idem album perfectius, perfectius attingitur à visu perfectiori, quam imperfectiori. Sane, vt paulo ante dixi, obiecti ad potentiam, non est necessaria adæquatio entitatiua, quæ eorum, quæ adæquantur eiusdem exigit similitudinem naturæ, vel formæ participationem: Neque proportio, seu habitudo, vel comparatio in commensuratione, secundum quam, res, quæ exceditur, aliquoties sumpta, æquiualet excedenti; sed potius necessaria est adæquatio, & proportio obiectiua, puta actiui ad passum, & motiui ad mobile, in qua est diuersitas, non autem similitudo naturarum, nempe finitæ & infinitæ naturæ. Non ergo necesse est, vt sit similitudo proportionatorum ad inuicem; sed plerumque dissimilitudo inter illa inuenitur, sicut videre est in materia & forma, in parte & toto, causa & causato. Ad confirm. diligibile propter se dupliciter accipitur: Vno quidem modo, quod sic est diligibile, vt non ad aliud ordinetur, & tale est obiectum fruitionis, Deus scilicet: Alio modo, quia ad aliud ordinatur, cuiusmodi sunt virtutes, quæ sunt nobis vehicula, quibus vehimur ad illud obiectum perfectum consummatæ, & perfectæ nostræ fruitionis. Item, fruitio Dei non est creaturæ rationali possibilis; fruitio enim præsupponit visionem; atqui nulla creatura rationalis potest Deum videre, quia visio

Solutio. Anima obiectum proportionatum.

Virtutibus fruimur.

Argumentum secundum.

Dei est perfectionis infinitæ, creaturæ vero finitæ perfectionis: nullam ergo habent ad inuicem proportionem. Quod si dixeris perfectionis esse finitæ, tunc sequeretur istud absurdum, vt visio boni finiti, & Dei, æquales in nobis perfectionis essent: igitur Deus benedictus non est obiectum nostræ fruitionis. Sed, neg. anteced. & ad prob. resp. Visio finiti boni, & Dei possunt esse æqualis perfectionis, id est æque intensæ, nō autem æque perfectæ, in ordine ad obiectum simpliciter: vna siquidem repræsentat bonum immensum, altera vero bonum finitum: neque æque perfectæ in nobis, quia illa visio finiti boni, non perfecte quietat voluntatem creaturæ; neque æque perfectæ in specie, quia visio boni finiti, est inferioris speciei: ideoque quantumcunque in sua specie fuerit perfecta; diuinæ tamen visionis perfectionem attingere non valet. Possent tamen dici æque perfectæ: quia sicut visio albi perfecta est in præsentando album, ita visio Dei, in repræsentando Deum: imo, intellectus potest comprehendere totam substantiam albi, non autem totam substantiam Dei. *Contra*: ergo, visio beatifica non est totius Dei. *Resp.* hoc intelligi potest dupliciter; Primo modo sic, totius Dei, quod nihil sit Deus, vel aliquod extrinsecum diuinæ essentiæ, quin illud videatur à mentibus, & spiritibus cœlestibus, & sic conceditur: Alio modo, dicit comprehensiuam visionem diuinæ essentiæ, bonitatis, & sapientiæ, & huiusmodi, & sic negatur. Vident enim beati Deum, non partem quidem, cum sit summe simplex; sed Deum vnum in essentia, & trinum in personis, infinite tamen minus, quam sit in se comprehensibilis. In tantum ergo comprehendunt, in quantum sese extendit lumen gloriæ à magno, & glorioso largitore Deo illis impensum: quæ plane visionis comprehensio facit videntes, & quidem perfectissime. vident ergo Deum, vt obiectum beatificum; non tamen comprehendere possunt infinitam Dei perfectionem. & cum dicitur, creaturam esse finitam & limitatam. Resp. creaturam suis viribus naturalibus nequaquam posse pertingere ad diuinam illam, & eximiam visionem; sed lumine gloriæ adiutam, & supra se erectam, participem diuinæ visionis fieri. *In lumine tuo*, inquit Propheta, *videbimus lumen*. Contra, sicut sensus se habet ad sensibile; ita intellectus ad intelligibile. sed sensus non patitur sensibile excellens, quia omne tale destruit illius potentiam 2. *de anima*: ergo intellectus non potest videre Deum, superat enim illius captum, & intelligentiam, vt dixi. Verum, illa maior non est vniuersaliter vera: sensus enim sentiens sensibile maius, corrumpitur potius, quam inde vigorem aliquē virtutis accipiat. *Contra*, intellectus intelligens maius intelligibile, magis magisque vigoratur. Præterea, argumentum concludit de visione, quæ mere naturaliter fit a visibilibus naturalibus, non autem de illa visione, quæ per lumen gloriæ nobis, seu beatis impenditur. v.g. videt aliquis montem, sed tantum quantum videre potest, mons quidem sese ei offert videndum, non quidem finitum, neque infinitum, quia eius fines, & terminos non videt. Ita beatus videt Deum trinum & vnum sed illius fines nō videt; quia finē non habet, sed tantū videt, quātū satis est illi, satis & sibi secundū mensurā luminis gloriæ tributum. *Contrà* Euangelium dicit, *Deum nemo vidit vnquam*: ergo Deus non est obiectum nostræ fruitionis. *Resp.* Deum nemo, id est, nulla creatura vidit vnquam, comprehensiue scilicet, videtur tamen beatifice, & apprehensiue, scilicet visione intuitiua. *Contrà*, aut illa visio esset in se finita, & non posset esse signum infiniti, quia proportionem ad illud non haberet, aut infinita, & intellectus non posset illam recipere, alioqui esset sine Deo beatus. cum enim esset forma per se inhærens, esset distincta à Deo, quod est absurdum: ergo. Sed, visio est in se finita, signum obiecti infiniti clare visi: nec oportet signi naturalis ad signatum, in dignitate, & perfectione proportionem inueniri, sed in repræsentando tantum. *Contrà*, si fruitio Dei, est creaturæ rationalis possibilis: igitur, fieri potest, vt creatura rationalis fruatur gaudio infinito: sed gaudium infinitum soli Deo competit: ergo. Conseq. prob. quia non minus est gaudendum de beatitudine, quam de pœna æterna dolendum. sed de pœna æterna, infinite est dolendum, quia in æternum extenditur. igitur de beatitudine æterna, infinite est gaudendum. Confirmatur, quia infinite Deus maior est, delectationem afferendo, quam quæcunque pœna tristitiam ingerando. *Solu.* creaturæ gaudio infinito intensiue frui non potest, neque dolendum est intensiue de pœna æterna. Intellectus siquidem positiue comprehendere potest pœnam illam duratione finitam: cum infinitum, quatenus infinitum sit ignotum. Quod si comprehenderit priuatiue, videlicet quod huius pœnæ non erit terminus; tunc extensiue, non autem intensiue infinite dolere poterit; non enim aliquis punitur ambabus pœnis simul; sed prius pœna vnius diei, deinde alterius. nec

Fruitio est actus voluntatis.

Solutio.

An visio sit totius Dei.

Videbitur ne Deum sicuti est.

Psal. 35.

Exemplum quomodo Deus videatur.

Deum nemo vidit vnquam.

Creatura non potest frui gaudio infinito intensiue.

Fruitio est actus voluntatis.

valet dicere, scit se puniendum in æternum: ergo infinito dolore cruciabitur, quoniam infinitum, vt dixi, nemo positiue comprahendit. Ad confirmationem, quamuis Deus in se sit ens infinite necessario delectans, non autem ad extra, nisi in quantum ipse vult. Creatura præterea rationalis non capit naturaliter infinitam beatitudinem: est ergo Deus benedictus obiectum nostræ fruitionis.

CAP. III.

An sola beatitudine sit fruendum.

Beatitudo quibus opus habet. *Argumentum.* 1.

PRo intellectu istius dubij, non ignorare oportet, ad beatitudinem perfectam consequendam, multis opus esse, inprimis obiecto plene satiante potentiam intuentis, fide in via, & cognitione in patria, amore informante, & subiecto, quod informatur. Cum ergo hæc ita se habeant, posset aliquis sic arguere: Obiectum primum, & immediatum nostræ fruitionis esse aliquem actum, quo Deus à nobis attingitur: amor siquidem ordinatus concupiscentiæ, non est immediate in rem: vt appetitus vini, non est immediate in vinum, sed in gustum vini. Igitur desiderium nostræ ordinatæ fruitionis, non est immediate in Deum, sed potius in actum illum, quo Deo fruimur. Conseq. patet: quia fruitio, quam habemus de Deo, est amor concupiscentiæ de Deo habendo. Confirmatur. quia fruitio succedit desiderio, respectu eiusdem obiecti: desiderium autem potissimum respicit fruitionis actum, non autem ipsum Deum absolute: desideramus enim habere visionem Dei, non autem ipsum Deum: desiderium siquidem futura intuetur. et qui Deus semper adest vbique, visio vero, vel fruitio eius est futura, quam consequi optamus: ergo quod prius. *Soluitur*, sitiens immediate appetit vinum, vel saltem humidum potabile, non autem gustum vini: Puer enim qui nondum vinum gustauit, immediate appetit vinum. Præterea, amor Dei, qui est in fruitione, non est amor concupiscentiæ, cum in Deum & non in creaturam tendat: ergo. Ad confirm. esto, quod desiderio succedat fruitio; desiderium tamen vltimate, non est respectu amoris, sed potius respectu obiecti beatifici: simile quiddam est in rebus naturalibus: materia namque principaliter appetit ipsam formam, sic & mens creata immediate appetit ipsum, vt primum, & immediatum suæ fruitionis obiectum. *Item*, quemadmodum se habet timor, & tristitia ad malum; ita plane desiderium, & delectatio ad bonum: sed summa tristitia, qua damnati in inferno afficiuntur, Deum secundum se & immediate non respicit; sed pœnas potius, quas sustinent, inter quas præcipua est, carentia visionis diuinæ. igitur summa lætitia qua fruuntur beati, non est Deus, sed Dei visio: & ex consequenti, sola beatitudine est fruendum. *Soluitur*, summa tristitia damnatorum, non est carentia visionis diuinæ; quia cum sit pura priuatio, nullam tristitiam inferre potest: sed potissima tristitia eorum formaliter, est naturalis appetitus in Deum, vt in proprium, & immediatum obiectum, a cuius aspectu, ob ipsorum demerita se priuatos esse conspiciunt: non secus, ac oculus, qui infirmitate oppressus, in colores suam aciem intendere non valet: maiori ergo odio Deum prosequuntur, qui eis talem visionem beatificam subtraxerit, quam ipsius visionis carentiam. Atque ita in ipsis comprobatur ille versiculus: *Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper.* experientia certa hoc didicimus, nos magis odio habere punientem, quam punitionem, & affligentem, quam afflictionem. ergo. *Item*, Deus amatur propter aliud, vt dicit psalm. *Inclinaui cor meum, ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem*: igitur solo Deo non est fruendum. frui enim est propter seipsum, & non propter aliud. Confirmatur authorit. Euang. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus*: licet ergo amare Deum propter mercedem. *Solu.* Recte Deum diligit, qui Deum propter se, & alia propter Deum diligit: gratis enim Deus dedit, gratis amandus, nec aliud præmium expectandum quam ipse Deus. licet autem velle bonum à Deo, vt sic animus beneficiis affectus, efficacius in ipsum feratur, vnde ab ipso petimus spei, fidei, & charitatis augmentum. licet etiam secundaria intentione Deum diligere propter retributionem, nō quod standum sit in illis; sed toto animi affectu, atque vicarij amoris officio, in Deum omnia referenda sunt: alioqui si in bonis sibi concessis, homo vellet consistere, proculdubio, Deum non licite, recteque diligeret. Reciproce ergo reflexa in Deum dilectio, licita est, & non mercenaria. Ad authorit. Euang. vocantur serui mercenarij, quorum tamen merces Deus est. *Voca operarios, & redde illis mercedem suam*, id est, Deū, qui denarius diurnus vitæ præsentis nominatur. Quod si intellexeris, à Deo aliam mercedem esse quærendam, puta charitatem, sapientiam, & huiusmodi, vt facilius, expeditiusque Deus à nobis attingatur; talis amor non est vsus, sed fruitio, quia reciproce in Deum terminatur. *Item*, beatitudine est fruendum, & illa non est Deus, sed visio Dei, Ioa. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum*: ergo &c. Maior patet, quia frui est alicui inhærere propter se tantum, sed beatitudini inhæremus propter se, cum sit vltimus finis, alioqui esset processus in infinitum in finibus, si beatitudinem propter aliud quæreramus. Confirmatur: quia sicut nihil vltra Deum quærimus obiectiue; ita nihil vltra beatitudinem quærimus informatiue. Quare, sicut Deo inhæremus obiectiua propter se tantum; ita certa beatitudini informatiue propter se tantum. *Soluitur*, fruimur beatitudine obiectiua, non autem formali: illa autem beatitudo obiectiua est ipse Deus: beatitudini autem formali inhæremus propter Deum. Ad confirm. ratio illa locum habet in beatitudine formali, tunc enim esset processus in infinitum, non autem locum habet in beatitudine obiectiua, quæ est vltimus finis creaturæ rationalis. Illa autem beatitudo formalis, cum sit vltimus finis formalis, ea vtimur in Deum, qui est vltimus finis simpliciter. vnde quamuis nihil, vltra beatitudinem formalem quæramus; ea tamen non fruimur, vtpote, qui eam ad beatitudinem obiectiuam ordinamus. *Contra*, omni illo fruendum est, quod potest nostram voluntatem quietare, & eius capacitatem implere, quia illud beatificat: sed multa alia à Deo, possunt mentem humanam implere, quia potest satiari bono finito, cum sit ipsa finita: ergo. *Soluitur*, nihil aliud obiectiue à Deo, humanum animum quietare potest: & quamuis capacitas humanæ naturæ sit finita; tendit tamen in Deum, tanquam in suum naturalem finem, propterea, quod ad eius imaginem sit formata: Itaque fruitio, siue Dei dilectio, non ordinatur ad aliam dilectionem, siue fruitionem mediatam, ab ea specie differentem, & hoc in eodem statu vitæ: nulla enim dilectio est præstantior dilectione diuina; nec aliqua fruitio est melior fruitione beatifica: illa est ergo vltima, & in nullam aliam habet ordinari, in eodem statu; nam fruitio viæ ordinatur in fruitionem patriæ. Ex quo licet colligere, quod licet fruitio beatifica formalis, ordinetur in fruitionem obiectiuam, in Deum scilicet; non ordinatur tamen recto ordine in aliam fruitionem formalem acquirendam: ipsa enim est vltima, & optima, inter causas formales, eò, quod includat visionem beatificam. Tria ergo concurrant necesse est, ad perfectam hominis beatitudinem: fruitio obiectiua, id est, ipsamet Deus: fruitio formalis, id est, visio & dilectio Dei: postremo, subiectum beatificandum, animus se licet rationis capax. Huius autem perfectæ fruitionis, tres habentur, atque numerantur conditiones, quarum prima est, voluntatis acceptio: Secunda, delectatio in accepto: Tertia, quies in eodem accepto, ne tendat in aliud. frui enim proprie est, alicui rei amore inhærere, propter se tantum. Quanquam largo modo sumatur, complectatur que duas tantum conditiones, scilicet alicui rei amore adhærere, & in ea delectari; non tamen in ea quiescere, cum in solo Deo sit quies humanæ, & angelicæ mentis. Quapropter recte Apost. hæc distinxit. *Itaque*, inquit, *ego te fruar*, non quidem in te, sed in domino: ad hunc sane finem te diligo, vt in domino sit quies huius meæ dilectionis. Et hęc est fruitio ordinata, vt dixi, si fruimur eo, quo fruendum est, & ad eum finem referimus, ad quem referendum est. Porro, fruitionem præcedit cognitio intellectus, fruimur enim cognitis. Deinde sequitur amor in fruitione, & delectatio in amato: Tertio quies in ipso amato, scilicet non referendo amatum in aliud. Vti autem, vno modo, est assumere aliquid in facultatem voluntatis, & sic est genus ad frui, ponitur quia in eius definitione, teste August. Frui est vti cum gaudio, non adhuc spei, sed rei. Alio modo sumitur specialiter, & sic vti est aliquid assumere in facultatem voluntatis propter aliud. Magis autem proprie, est aliquod assumere in facultatem voluntatis propter id, quo fruendum est. *Vtimur eis* (inquit August.) *quæ ad aliud referimus, quæ fruendum est*: ex quo licet colligere, nos Deo vti non debere, sed frui. nec enim in aliquid aliud Deus referendus: quoniam omne illud quod ad aliud referendum est, inferius est quam illud, ad quod refertur: Deo autem nihil est superius: igitur Deo non est vtendum. Quapropter temporalibus magis vtendum est, quam fruendum, vt frui mereamur æternis. Non sicut peruersi faciunt, qui frui volunt mundo; vti autem Deo: quoniam non nummum propter Deum, sed Deum propter nummum colunt. Multi autem colunt Deum principaliter, vt ab eo aliquod temporale bonum consequantur: iste est vsus inordinatus, quo plane aliquis vti potest creatura, diligendo, vel odio habendo creaturam principaliter propter se; hoc est enim frui,

Argumentum. 2. *Tristitia damnatorum.*

Psal. 73.

Argumentum. 3. *Psal. 118.*

Luc. 15.

Matth.

Fruitio est actus voluntatis.

Argumentum 4.

Fruimur beatitudine obiectiua, non formali.

Beatitudo formalis, & obiectiua.

Tria ad beatitudinem.

Vti quid sit.

Aug. 10. Trin. 26. 4. Trin. 10.

Vsus inordinatus.

& non

Fruitio est actus voluntatis. & non vti creatura, quod non licet. Hæc siquidem est hu-
mana peruersitas, frui vtendis, & vti fruendis. Omni autem
creatura potest quis licite vti, quia licite diligit, vel odit in
Deum. si enim bona extiterit, poterit legitime eam in Deum
Humana peruersitas. diligere; si vero mala, eodem modo odio habere; non qui-
dem quod fecit Deus; sed illud, quod creatura fecit. Non
omnia ergo, quibus vtendum est, diligenda sunt. nam Mar-
tyres vtique non dilexerunt scelera impiorum hominum,
quibus tamen vsi sunt ad promerendum Deum. Itaque ca-
piendo vti proprie, non licet Deo vti, quia Deo fruendum
est: ergo non est eo vtendum; quia peruersitas voluntatis
est, vti fruendis. Sed posset quis sic *instare*: potest homo Deo
abuti: ergo vti. Anteced. patet ex prædictis, Conseq. prob.
quia vti & abuti habent fieri circa idem, cum sint opposita.
Soluitur. negando conseq. non enim omnia opposita habent
fieri circa idem. quamuis enim malefacere, & benefacere
sint opposita; tamen benefacere Deo conuenit, malefacere
autem minime. ita homo potest Deo abuti, non autem vti,
qui vsus refertur ad illud, quo est fruendum: Deus autem
non refertur ad aliud, cum sit vltimus finis creaturæ ratio-
nalis: vltimo autem fine vti non licet. Sane non licet volun-
tati, nisi in re nobilissima, quæ per voluntatem attingitur,
vltimum sibi finem, & quietem præfigere: illa ergo est fru-
endum, cum sit vltimus finis. Ex quo patet, voluntatem vti
non posse vltimo, & perfectissimo bono, quo est illi fruen-
dum, & ei adhærendum propter se potissime; nisi peruersa
auaserit: sed tunc non recte vtitur, sed abutitur. Et reuera
frui est vltimus actus appetitiuæ potentiæ, quo delectabili-
ter quiescit in obiecto. Non licet ergo frui aliqua re, tanquam
vltimo obiecto, nisi solo Deo, qui est benedictus in sæcula,
principium, medium, & finis omnis nostræ fruitionis, beati-
tudinis, & plenæ felicitatis. Quid ergo filij hominum quæri-
tis temporalibus frui, & vti æternis?

QVÆSTIONIS TERTIÆ

CAP. I.

Quid sit voluntas, & eius libertas.

1. *Voluntatis definitio.* QVoniam quidem dixi, fruitionem esse actum vo-
luntatis, deinde dicendum quid sit ipsa voluntas.
Voluntas est vis animæ rationalis affectiua, apta moueri in
bonum separatum à materia; ex coniuncta apprehensione
rationis particulariter dirigentis. Vis, inquam, *animæ rationalis*, cu-
ius gratia, atque proprietate, à cæteris distat inferioribus po-
tentiis, atque viribus. *Affectiua*, ad differentiam intellectua,
cuius partes sunt, intellectus agens & possibilis. in affectiua
autem parte, est voluntas, *apta moueri ad bonum à materia sepa-*
ratum, quod illius obiectum est: vnde, & a sensu distingui-
tur. *Ex coniuncta apprehensione*, voluntas sane, & ratio, in ani-
mæ rationalis parte coniunguntur: ideo sequitur, si tibi lu-
2. bet, *rationem particulariter dictantem* sequi. Alio modo, *volun-*
tas est instrumentum seipsum mouens: nam, si aliarum sibi sub-
seruientium potentiarum potestatem habet; quanto magis
suiipsius habere censenda est? Quid enim est voluntas; nisi
volens aliquid. i. seipsam? siquidem voluntas seipsam mouet
ad actum volendi, in illum reuera se inclinando, & consen-
tiendo, quod est primum voluntatis imperium. deinde viri-
bus, tum apprehensiuis, tum etiam motiuis iubet, vt ita actum
Voluntas mouens & mota. exeant suæ volitionis. Quamob causam, vna, eademque vo-
luntas, est mouens, & motum, quia nimirum vult se velle,
vult se frui, vti, eligere, atque ita cæteros suæ potentiæ actus
agit. mouet quoque seipsam ad actus, quos ipsa prodire ius-
sit: quod profecto solius est voluntatis; aliæ enim potentiæ
sibiipsis imperare nequeunt; nam, visus non vult se videre,
sed voluntas; nec intellectus vult se intelligere, sed volun-
tas. voluntas ergo est potentia super seipsam reflexiua. Inest
autem voluntati hæc natura intrinseca, nec alia huius liber-
3. tatis causa quærenda est. Iterum, *voluntas est animi motus, co-*
gente nullo ad aliquid non amittendum, vel adipiscendum, authore
4. Augustino. *Voluntas*, iuxta Alexandrum, *est appetitus rationi,*
& deliberationi coniunctus: non enim est voluntas extra cogni-
tionem consimilem, vt dicitur 12. *met. com.* 39. Sed *dicis* vo-
luntatem non esse liberam. illud certe liberum dici non po-
test, quod eligendi, repudiandique non habet libertatem,
sed ita se habet voluntas circa vltimum finem; igitur volun-
1. tas essentialiter non est libera. nam si voluntas essentialiter
est libera; vbicunque esset voluntas, esset etiam & volunta-
tis libertas, quod certe sapientibus non probatur, quando-
quidem circa vltimum finem, id voluntas habere non pos-
2. sit. Amplius, quod mouetur ab aliquo agente naturali, caret
certe libertate; sed voluntas mouetur ab appetibili, mere

naturaliter mouente; voluntas ergo libertatis dominium *Volun-*
non habet. Adde, quod primi motus, voluntatis imperio *tas quid*
non subiaceant; ad illos ergo libertate omnino non vtitur. *sit & eius*
August. præterea. *Omnes*, inquit, *homines volunt esse beati, & non* *libertas.*
possunt non velle beatitudinem: sed beatitudo est vltimus finis: *Aug. 13. de*
igitur, voluntas circa vltimum finem, libertate priuatur. I- *Trin. c. 3.*
tem, delectatio est coniunctio conuenientis cum conue- *4. 5.*
nienti, authore Auicenna 8. *met.* sed finis, voluntati maxime 3.
congruit: fine igitur per intellectum voluntati ostenso, adest
delectatio, atque exinde fruitio, & volitio. Finis sane, instar
proprij efficientis, voluntatem agit, mouetque: sed agens
approximatum passo, necessario agit: voluntas ergo ad fi-
nem vltimum necessario mouetur. quod autem ita moue-
tur, non est omnibus modis in suæ potestatis arbitrio. Ad- 4.
huc, omne ens mobile, aliquod certe præsupponit immobi-
le, authore Philosopho in physicis igitur volitiones mutabi-
les, & contingentes, aliquam immobilem nempe volitio-
nem finis præsupponunt, ad quam voluntas immobiliter
dirigitur, & ordinatur. Præterea, esse, & viuere necessario 5.
appetuntur: ergo & vltimus finis. Anteced. habetur apud
Philos. 9. *eth.* & 3 *polit.* Conseq. patet: nam sicut se habet *De liberta-*
principium in speculatiuis; ita finis in agibilibus, sed intelle- *te volun-*
ctus necessario adhæret primis principiis; voluntas ergo *tatis.*
necessitate naturali ad finis consequutionem mouetur. Cla-
rissima sunt hæc in philosophi doctrina. *Sicut*, inquit, *princi-* *2. phys. 89.*
pio, vt principium est, intellectus assentit propter se; ita plane finis, vt *7. Eth. 8.*
finis est, voluntas adhæret propter se. Et vt principio, quodcun-
que sit illud, non potest intellectus dissentire; ita, finem vl- *Solutiones.*
timum respuere nequit voluntas. Ad hæc, atque similia ita *Finis vlti-*
respondere valemus. Aliquando finis vltimus in vniuersali *mus bifa-*
apprehenditur, idque obscure, quemadmodum beatitudi- *riam acci-*
nem in communi concipimus. interdum vero, in particu- *pitur.*
lari, veluti, si beatitudinem in Deo trino consistere dixeri-
mus; aut vt anima sit clara visio, eius certe voluntatis, quæ per
charitatis habitum super seipsam eleuata, Deo fruitur. vel
sit clara visio, sine habitu charitatis, quod sane Deus per po-
tentiam absolutam facturus esset, si intellectui creato sese
ostenderet, voluntati, habitum supernaturalem, non lar-
giendo. His ita distinctis, atque elucidatis, quæstio est: si in- *Quod vo-*
tellectus, vltimo fini, obscure, & sub vniuersali apprehenso, *luntas vl-*
necessario adhæreat. Non desunt rationes, quæ hoc tueri vi- *timo fini*
deantur. Etenim, si intellectus necessario primis adhæret, *necessario*
consentitque principiis, vt quintum argumentum aperte *consentiat.*
docet; voluntas etiam pariter vltimo fini necessario adhæ- 1.
rebit. Voluntas præterea, illud necessario vult, cuius partici- 2.
patione vult, quicquid vult; sed participatione vltimi finis,
vult, quicquid vult; nihil enim vult, nisi in quantum est
quoddam bonum; omne autem bonum, est quædam sum-
mi boni participatio, qui est vltimus finis; voluntas igitur
necessario vult vltimum finem. Item, voluntas non potest 3.
non velle aliquid, nisi viderit boni defectum, & mali exi-
stentiam; sed in vltimo fine, non est mali ratio, aut boni de-
fectus, igitur, quod prius. Cæterum his, atque similibus ad- *Contrariæ*
uersatur rationibus, illud August. *Nihil*, inquit, *est ita in pote-* *rationes.*
state voluntatis, quam ipsa voluntas. i. actus voluntatis secundus. 1.
In potestate ergo voluntatis est actus intellectus, qui in fi- *Aug. 1. re-*
nem tendit vltimum, & perfectum. Quare, à finis conside- *tract. c. 9.*
ratione diuertere potest actum intelligendi; & ex conse- *& 22.*
quenti actum volendi. Item, agens necessarium, omne au- 2.
fert impedimentum, si valet, vt finem suum assequi valeat.
sed voluntas non ita se habet circa vltimum finem; multa e-
nim in seipsa pertractat, quæ fini, impedimento potius, quam
adiumento esse videntur; non ergo necessario fertur in fi-
nem. nam, si voluntas omnino finem appeteret; profecto, 3.
semper ob oculos illum incessanter haberet, atque versaret,
& ad illum, secundum vltimum suæ potentiæ, habendum,
studiose intenderet; quod, reuera, experientia, nequaquam
ostendit. Denique, vnius finitæ, limitatæque naturæ, vnus est 4.
modus agendi, naturalis scilicet, siue necessarius; sed volun-
tas est vna potentia finita, vnius certæ naturæ finitæ; vnum
ergo habet modum agendi sibi connaturalem, nempe libe-
re agendi. hac ergo libertatis dignitate, si priuata fuerit, eius
omnino destrueretur natura; nihil ergo omnino necessario
vult. Quam ob causam, ita respondere possumus ad ratio- *Soluuntur*
nes prius adductas. Ad 1. neg. similitudo: intellectus namque, *rationes*
quia non est liber, primis quidem principiis ex necessitate *primæ.*
consentit: non sic autem voluntas, cuius natura ex seipsa, li- 1.
bera est circa quodcunque suum obiectum: Libertate, in-
quam, contradictionis; nam si teneret similitudo, nedum fi-
nem, sed ea, quæ sunt ad finem necessario appeteret; sicuti
intellectus necessario conclusioni assentitur, ob principij
gratiam. Ad 2. quamuis voluntas finem vltimum velit, i- 2.
psumque detestari nequeat; si tamen id tantum odisse potest,

Voluntas quid sit & eius libertas. quod mali rationem, boni vero defectum habeat; nihilominus omnem circa obiectum actum suspendere valet, idque per aliquod nolle elicitum, quod est obiectum actus volendi: dubium quoque est, si voluntas non possit velle malum.

3. Ad 3. neg. maior: nam & si participatione obiecti primo voliti, cætera, voluntas velit; id tamen libere, & non necessario vult. vnde ex hoc patet responsio ad aliud argumentum: voluntas siquidem ob suæ libertatis amplitudinem, potentiam contradictionis, seu actum libertatemque huiusmodi habet: quippe, cum necessitas, suæ quam maxime obuiet libertati, imo funditus illam euertat. Itaque voluntas in præsenti vita, libertatem habet diuertendi, & seipsam, & intellectum similiter, ob confusam volitionem, cognitionemque, quam de vltimo fine habet: qua de re, vt medium insufficiens apprehendi potest. si vero ad actus specificationem descenderit, stante finis vltimi apprehensione, quatenus est summum bonum, si in actum prodeat: potest enim sese ab illo continere, actum vtique apprehendendi, volendique vltimi finis absque dubio, eliciet. quoad ergo ad exercitium, non autem quoad specificationem, libera esse iudicatur. *Soluuntur rationes secunda.* Ad alias rationes, quæ videntur ostendere circa quodcunque obiectum, voluntatem, contradictionis habere libertatem.

1. & primo quidem ad primam, verum esse dico illud August. voluntatem in sua esse, atque consistere potestate: non tamen respectu cuiuscunque obiecti sibi præsentati, in contradictionis esse libertate. nam si vltimus finis illius fuerit præsentatus conspectibus, & in actum est proditura, velle vtique eliciet, vt dictum est. excepto autem hoc vltimo, pollet voluntas contradictionis libertate.

2. Ad 2. Anteced. non est omnino verum: homo enim naturaliter appetit scire; non tamen omnia ab hoc studio sciendi, impedimenta remouet. voluntas etiam aliorum intellectiones obiectorum, quę vltimi finis obiectum, obscurant, atque impediunt, à se certe abiicere penitus nequit. Sane, authore August. non est in potestate nostra quibus tangamur. *3. de lib. c. 25.*

3. Ad 3. quamuis voluntas sit vna potentia, habeatque duplicem modum libertatis; non tamen quælibet libertas est contradictionis.

CAP. II.

Soluuntur argumenta principalia.

1. AD 1. voluntas essentialiter est libera, ac contradictionis habet libertatem, suum nihilominus à natura illi inditum desiderium vltimi boni appetendi, refrenare, atque temperare non potest. Si quis enim in ignem ceciderit, licet quidem ei non velle combustionem intelligere; fieri tamen non potest, quin intelligat, ob sensum eum affligentem: ita & voluntas, potestatem quidem habet contradictionis; naturalem tamen appetitum circa vltimum finem extinguere nequit.

2. Ad 2. motus, quo mouetur voluntas ab ostenso obiecto, non est nolle, aut velle; sed apprehensio potius quædam, qua apprehendit, aliquod esse eligibile. vnde illius respectu, libera dicenda non est: actus enim ille, obiecto potius conuenit ostenso, quam voluntati: nisi fortassis subiectiue. Ex his e autem non sequitur voluntatem non esse essentialiter liberam: libertas siquidem voluntatis in ipsius actibus consistit, qui mouentur ad voluntatis imperium. Pari facilitate soluitur alia confirmatio, motus sane primi, non sunt voluntatis. Ad August. authorit. resp. illud non de amore amicitiæ, sed concupiscentiæ posuit intelligi: hoc enim modo omnes beatitudinem appetunt, sed huiusmodi amor ad beatitudinem non spectat veram, siue fruitionem, sed amor amicitiæ.

3. Ad 3. ad illud Auicennæ dico, id tantum voluntati conuenire actoaliter, quod in ipsius contradictionis libertate situm est, vnde potest & non velle. Ad confirm. Agens si proximum fiat patienti, vel etiam obiecto, vehementiorem excitat appetitum, ac necessario agit: at si approximetur rei liberæ, nempe voluntati; ob illius approximationem, liberam non adimit voluntati facultatem.

4. Ad 4. non opus est omnes volitiones, ad vnam immobilem, atque necessariam fore reuocandas, sed ad ipsam potius voluntatem, siue ad voluntatem diuinam. illud ergo immobile non est aliquis actus elicitus; non enim plures calefactiones, variæ, ac mobiles, aliquam immobilem, necessario præsupponunt: sed actum primum tantum, nempe caliditatem, quæ principium sit actus huiusmodi varios eliciendi. Quare, non est necesse, volitiones *Voluntas est radix volitionū.* varias, vnam habere immobilem: alioqui voluntas aliquid ad finem volens, sub duobus ferme semper esset actibus, aut saltem sub vno, hoc ad illud referente: itaque variæ illæ volitiones, vnum certe actum primum præsupponunt, voluntatem scilicet, quæ eliciendarum volitionum est ratio sufficiens.

5. Ad 5. superius negata est similitudo, quippe cum eadem polleat libertatis dignitate, qua pollet voluntas. ipsa namque ex sui natura libera est, habetque potestatem contradictionis: quamuis naturalem insitum, ac congenitum illi appetitum circa finem vltimum temperare, seu auferre non possit; voluntas autem libere vult, quia aliquando vult, idque immediate, antequam inciperet velle: potuit enim non incipere velle. *Voluntatis libertas.* *Quid sit libere velle.* De nolle etiam similis est ratio: suspendit vero actum suum, aut negatiue, dum scilicet non habet aliquem actum liberum: aut affirmatiue, quatenus scilicet nullum actum habere vult. sed implicat contradictionem: nam si nullum actum habere vult; habet ergo aliquem actum. voluntas ergo contradictionis, non est velle, & non velle: sed est aliquid velle, & potuisse ante noluisse. *Voluntas contradictionis.* Positis igitur omnibus, quæ ad actum voluntatis sunt necessaria, in dominio est voluntatis, velle incipere, & non incipere, & ab incepto desinere velle, & non velle.

1. Sed *dices* voluntatem, cōtradictionis carere libertate, sic arguendo. Si voluntas potest aliquid libere velle, & nolle, idque contradictionis libertate; tunc duo contradictoria essent simul vera. Tenet consequ. possibile enim, teste philosopho in primo priorum, est, quo posito in esse nullum sequitur impossibile, sed voluntas potest aliquid velle, & non velle: simul ergo erunt duo incompossibilia.

2. Deinde, si voluntas, hac pollet contradictionis libertate, aliquis profecto esset actus in voluntatis potestate, quod est falsum. quia vel actus huiusmodi est ille, qui iam adest, vel qui futurus est: non certe actus, qui est præsens. ex quo enim ille est, non est amplius in voluntatis imperio, nec actus, qui nondum est. nam, quod non est, nullius subest imperio. Nullus ergo actus situs est in voluntatis arbitrio.

3. Adhæc, si voluntas posset libere velle, & non velle, libertate contradictionis; omnem plane ipsius actum suspendere posset, quod quidem contradictionem implicat: dum enim omnem prorsus vult actum suspendere; aliquem profecto actum habere se ostendit, hunc nimirum, quo vult omnem actum suspendere. Itaque, voluntas non habet contradictionis libertatem. Sed hæc facile dissolui possunt.

1. Ad 1. neg. conseq. Ideo namque voluntas libera appellatur; quia id, quod vult potuit nolle: & è contrario. ex hoc autem non sequitur. ergo id quod vult, in esse, actuque est ponendum.

2. Ad 2. In voluntatis potestate, est actus, quem iam voluntas habet, quippe, quia & huiusmodi conseruare, & amouere valet: & actus etiam, qui est futurus: vterque sane, sub voluntatis potestate continetur, vnum continuando, alterum producendo

3. Ad 3. Voluntas omnem eius actum positiuum suspendere potest, per negationem quidem, non autem per affirmationem, vt supra dictum est.

CAP. III.

An quispiam beatus, possit frui Pymandro, non fruendo ipsius verbo, & è conuerso.

VIdit sapientissimus Mercurius Pymandrum, eiusque lucidissimum verbum, à quo se omnia recepisse fatetur pater enim per suum verbum, suæ sane reuelat secreta sapientiæ. Profectu, *nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* *Nemo nouit patrem, nisi filius.* Et vicissim pater, filium quem nouit nobis manifestat Sed nunquid in illius diuinæ visionis spectaculo dignus Pymandro frui potest, non fruendo illius lucidissimo verbo? *Frui vna persona sine alia.* Sane, quando aliquid ad alterum sequitur per locum extrinsecum, quamuis vnum altero non intellecto, nequaquam intelligi possit, voluntas tamen, sua ex libertate, in vnum quidem, & non in alterum ferri potest. Volitio reuera, est motus animæ ad rem: in re autem, hoc non est illud, nec includit ipsum intrinsece Quare, etsi personæ relatiuæ, vna sine altera, perfecte intelligi nequeant, vna tamen non est alia, nec quidditatiue, intrinsece, realiterque includit; sed vna potius ad aliam sequitur per locum extrinsecum, sicut videre facile est in relatiue oppositis, qui plane est locus extrinsecus. Hoc modo, aiunt quidam, posse aliquem frui vna persona, altera non fruendo. Cæterum, recta fruitio, quæ naturalis rationis iudicium sequitur, non potest vna frui persona, quin fruatur altera, saltem habitualiter, sicut potest frui essentia, non fruendo persona: *Non posse frui aliquē vna persona sine altera.* non ita certe secundum rationis naturalis iudicium, persona relatiua sequitur ad essentiam, sicuti persona relatiua, ad alteram correlatiuam. Quam ob causam, secundum rectæ rationis dictamen, bene sequitur, in diuinis est pater, igitur est filius: non sic autem in Deo est essentia, ibi ergo est persona relatiua. Id profecto naturali ratione probari non potest. Porro, comprehensor, vna non potest frui

persona

De Dei voluntate. persona sine altera. in potestate siquidem non est intellectus creati, vnam conspicere personam, alia incognita remanente, aut videre essentiam, non videndo personam. Visio enim illa beatifica à Deo menti infunditur videntis. *Visio beatifica infunditur.* quæ ita flectit, ac inclinat voluntatem videntis, & fruentis; vt illud tantum intueatur, quod sane diuinæ voluntatis imperium voluerit. In illa plane beatissima visione, est perfectissimus, atque absolutissimus ordo. ergo est ordinata voluntas, cuius certe interest, vt vna nequeat persona, sine altera frui. Quilibet ergo beatus, vnica fruitione, simul tota trinitate fruitur, quam simul videt, & intuetur. Videt ergo beatus quispiam diuinum Pymandrum, sed non sine suo germine, & verbo lucido; quia nimirum nunquam Pymander, sine verbo, nec verbum, sine Pymendro. Idcirco recta fruitio, *Recta fruitio.* vnius non est personæ, nec enim comprehensoris, aut viatoris, sine vtriusque notitiæ quiescere, aut beatus esse potest. Fruitio ergo est plena notitia, atque dilectio totius trinitatis. vnde vnica est fruitionis ratio, quippe, cum vna sit ratio visionis, intellectionisque obiectiua, nempe diuinitatis ratio. Hæc autem diuinitas vna est in omnibus diuinis personis simplicissime, & perfectissima. Quare non video, quomodo mens videntis, & fruentis, cum hac vnica fruitionis ratione vtatur, possit vna, sine altera, frui persona.

MERCVRIVS.

At ego illi: Elementa naturæ vnde manarunt? Cui Pymander. Ex voluntate Dei, quæ verbum complexa, pulchrumque intuita mundum, ad eius exemplar reliqua sui ipsius elementis, vitalibusque seminibus exornauit.

Commentum XVIII.

Post arcanum colloquium, atque diuinæ visionis oraculum, in quo sapientissimus Mercurius omnia vidit in lucem conuersa: postquam didicit Pymandri diuinitatem, sapientiam, infinitamque maiestatem: denique postquam cognouit verbi lucidi ineffabile, sanctumque sacramentum, solicite interrogat, satagitque rerum, atque elementorum naturam cognoscere: ita enim in principio huius libri responderat Pymendro interroganti: *Quid est ô Mercuri, quod discere, & intelligere cupis? Cupio, ait, rerum naturam discere, Deumque cognoscere.* Cognito autem Deo, eiusque sanctissimis mysteriis, diuinaque Pymendri familiaritate fretus, & superni luminis splendore illustratus, magna cum fiducia interrogat, cupitque rerum naturam intelligere. *Vnde inquit, naturæ elementa manarunt?* Cuperem edoceri sanctissime Pymander, quale extiterit elementorum exordium, quoniam narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. *At ille ex voluntate, inquit, Dei,* non casu, aut fortuna, non alijs opificib. accedentibus; sed ex sola Dei voluntate, quæ rerum omniũ est sapientissima creatrix. Sic etiam Plato testari videtur. *Plato in Timæo.* *Dij deorum, inquit, quorum opifex ego sum & pater, hæc attendite quæ à me facta sunt, me ita volente indissolubilia sunt. Nam voluntas mea, maius præstantiusq; est vinculum ad vitæ custodiam, quam nexus illi, quibus tunc, quum gignebamini, colligati.* Itaque & Dei voluntate condita sunt vniuersa, & eadem, indissolubilia perseuerant. *Hæc autem Pymandri voluntas, verbum complexa,* omnia enim per suum verbum Pymander condidit, *pulchrumque intuita mundum ad eius exemplar, reliqua sui ipsius elementis, vitalibusq; seminibus exornauit.* Si enim, authore Platone, Mundus iste animal est, idq; intelligens; reuera diuina prouidentia constitutum, ad cuius animalis similitudinem Deus mundum constituit? Nam si imperfecto animali similis esset factus, pulcher certe non esset. Imo vero illius animalis simillimum esse dicamus, cuius animalia cætera, & singulatim, & generatim partes sunt. Quod Plato vocat *animal, pulchrum mundum,* Mercurius appellauit; Paulus, *splendorem gloriæ, & characterem substantiæ* Pymendri, *per quem* Pymander *fecit & sæcula.* *Heb. 1.* De qua quidem re superius nonnulla me dixisse arbitror. Quare opportunum esse reputo de diuini Pymandri voluntate, nonnulla contexendo inserere, quæ ad huius rei negotium spectare videntur. *Algazel de voluntate Dei.* Recitat Algazel *disput. 12.* in principio eiusdem. *Et dicamus, inquit, quod perfecti, quoniam sciuerunt innouationem mundi ex voluntate eius, adduxerunt probationem ex voluntate, quod sit sciens: & ex voluntate, & scientia simul quod sit viuens deinde mediante vita in eo, quod omne viuens considerat in se, & est viuens, necesse est, vt sciat seipsum, & hic discursus intellectiuus est:* *Intelligere, & velle causa perfectissima.* Sensus ergo est: Deus scit, & vult: Omne autem sciens, & volens, est viuens. Intelligere sane, & velle, causæ sunt vitæ perfectissimæ, teste Commentatore 12. *met com* [illegible] 8. & 39. quam ob causam, si à Deo amoueatur voluntas, [illegible] tolletur etiam & vita, quod omnibus modis impium est. Inest ergo Deo voluntas, & quidem æterna, & immutabilis, qua omnia quæ voluit, fecit in cœlo, & in terra & in omnibus abyssis. *De Dei voluntate.* vnde Paulus *Voluntati eius, quis resistit? Aut quis restitit ei, & pacem habuit?* *Rom. 9. Iob.* vt dicit sapientissimus Iob. Vnde oraculum Apollinis de Deo loquens, veritatis virtute coactus, in hæc verba prorupit: *Tu supra mundum, & cœlum sydereum, aurea superemines, magna, & æterna voluntas, super quæ alenariis splendoribus te ipsum excitans perennibus cum, nutriens animum insinuans. Qui producis hæc omnia, formans materiam indefluentem, quam generatio attenuatur, quoniam illam formis obligasti. Et ex eadem voluntate [illegible] cuius genitura sanctacum regum, qui tecum circumstant [illegible] uersalis, & rex, & singulatim mortalium, immortaliumq; [illegible] ter.* *Orac. [illegible]* *Quam pulchra oraculum de aurea Dei voluntate [illegible]: omnium tribuit rerum principium. Ab ipsa plane, & intelligentiarum ordines, & elementa mundi cum vitalibus seminibus, atq; animalia cuncta manarunt.* Quamobrem, Mercurius [illegible] ad Pymandrum sic loquitur: *Sanctus, inquit, Deus pater omnium. Sanctus Deus, cuius voluntas à propriis potestatibus adimpletur.* *de [illegible] Mercur.* Tale aliquid inuenies in Dauide, *Ministri eius, qui facitis voluntatem eius.* *Psa. Oraculum.* Proinde, interrogatus dæmon à quodam Theophilo, an ipsius voluntas exterris esset superior, ad hunc modum respondit: *Est supra cœlesti vastitas, desuper fulget, motus, voluntas immensa inæstimabilis, incomprehensibilis. Est flamma Dei immensa profunditas, repente voluitur, rapide cum strepitu: non habet ardorem, sed placida combustione, seculum seculi miscetur: ex Deo ipsa per se genitum, sine matre, inconcussum, cuius nomen sermone non capitur, in igne habitans, hoc est Deus. Exigua autem pars Dei, nos, angeli.* *De [illegible] [illegible]* *Genitus sine matre.* Hoc idem paulo ante sapiens Mercurius annotauit. *Vidi, inquit, ignem vi ingenti circumseptum.* Deus ignis, ignea quoque ipsius voluntas. Similie locutus est Homerus, approbatus quoque vehementer ab Aristotele: Olympũ dictum, quasi [illegible] totum ardentem, de quo Homerus:

Venit Olympum, vbi sedes diuum dicitur esse
Immota, hæc vento haud quatitur, nec spargitur hymbre, *Homerus.*
Non nix decidit, ast splendor purissimus albet,
Et sine nube nitor, campos hic occupat omnes.

Aliud quoque oraculum de hac immensa Dei voluntate similia loquitur. *Oraculum de Dei voluntate.* *Est, inquit, supra cœlesti igni, incorruptibilis, & ardens authora voluntas, vitalis omnium fons, omnium quoq; principium: quæ & producit omnia, & producens omnia absumit. Erat Iupiter, est nunc, & erit. ô magne Iupiter, heu mihi deficit oraculorũ claritas. heu heu tripodes plangite abiit Apollo, abit, quoniã flammans cœlestis lux vim adhibet.* *ô magne Iupiter.* Hæc adducere curaui, vt nõ solũ ex sacris, verumetiam ex ethnicis sapientibus, veræ doctrinæ lumen elucesceret: quæ enim ab huiusmodi hominibus asseruntur testimonia, nescio quid maioris energiæ habere videntur. Nam licet veritatem fidei non cognouerint; ab ipsa tamen compulsi sunt vera loqui. Itaq; voluntas Dei omnium est rerum principium, fons, vitalisque origo, quæ omnia producit, atque produxit, sine vlla sui mutatione Plotinus. *Oportet, inquit, affectionem siue voluntatem Dei simul semelq; existere. est enim optima. & quisnam eam peruertere possit? In essentia voluntas erat; ideoq; nihil ab essentia ibi diuersum: alioqui ibi aliquid extitisset, quod non tanquam voluntas existeret. Totum ergo voluntas erat. nec quicquam erat ibi non volens, neq; aliquid, quod ante voluntatem esset. Principio igitur ipsa voluntas, ipse Deus existit. Ita igitur extat, sicut voluit, & quale voluit.* *Plotinus de voluntate Dei. En[illegible] lib. 8 c. 21.* Hæc Plotini verba veram profectò sapiunt theologiam: in Deo enim ex natura rei formaliter, distinctèque est voluntas, non certe veluti effectus in causa, aut forma in potentia materiæ, vel sicut elementum in mixto; sed formaliter, actu, pure, mereque, cuius gratia, intrinseca denominatione, dicitur volens, siue volitiuus. *Theolo. de volun. Dei.* In ente sane perfectissimo, omnis debet esse perfectio: sed Deus est ens perfectissimum; omnem ergo habet perfectionem. sed voluntas est perfectio simpliciter, quippe, quæ est melior in quolibet ipsa, quam non ipsa: in Deo ergo omnino est voluntas. 1. Is, præterea, qui est formaliter, siue seipso beatus, sine voluntate esse non potest: beatitudo enim in actu voluntatis præcipue consistit. sed Deus est talis: Ergo &c. 2. Item, cuius vita est summa voluptas, ei plane insit voluntas, necesse est: siquidem sine voluntate voluptas vera esse non potest. sed 3. Dei vita, est huiusmodi, authore philos. *Voluptas, inquit, est actus illius; idcirco, vigilia, sensus intellectio iucundissima sunt: igitur adest Deo perfecta sanctaq; voluntas.* *12. Met. t. 39.* Summo præterea, ac perfectissimo principi, eam habere conuenit potentiæ virtutem, ad quam præcipue spectat imperandi, regendique potestas: sed Deus est summus, solusque mundi princeps à quo cœlum, & natura dependet: 4. ea ergo vacare non debet potentiæ virtute, quæ regno bene, apteque, regendo, est admodum necessaria sed hæc est voluntas, intelle-

De Dei voluntate.

ctualisque appetitiuus, qui à comment. 9. *met.* Dominus ap-
pellatur. in Deo ergo est voluntas, & quidem æterna. Deni-
que, in quolibet habente intellectum, est voluntas. sicut in
5. quolibet habenta sensum, est appetitus animalis. sed in Deo
est intellectus: ergo & voluntas. Sane voluntas intellectum
sequitur, saltem indicantem, atque demonstrantem, etsi non
præcipientem. etenim, quælibet res naturalis, per suam qui-
dem formam, esse habet in actu, quemadmodum per suam
profecto formam intelligibilem, intellectus est actu intelli-
gens. quælibet namque res, hanc habet ad suam formam
naturalem habitudinem; vt si eam non habuerit, ad eam ne-
cessario tendat: si autem obtinuerit, ipsa potiatur, atque in i-
psa quiescat. Sic etiam perfectio naturalis fertur ad bonum
naturæ: obtinetque habitudinem ad illud possidendum:
[quam] sane habitudinem in rebus ratione carentibus, appe-
[titum] naturalem vocamus. Eodem quoque modo, intelle-
ctualis natura, ad bonum, per formam intelligibilem appre-
hensum, habitudinem habet, quo præsente, quiescit, absen-
ta vero, inquirit Itaque voluntas diuina, quoniam suum bo-
num habet præsens, & quidem semper, nempe diuinam es-
sentiam, sempiterna est voluntas, semper eodem modo se
habens, seipsa beatissima, atque perfectissima. Vnde August.
Secundum illam, inquit, voluntatem suam, quæ cum eius præsentia
sempiterna est, profecta in cælo, & in terra omnia quæcunq; voluit,
non solum præterita, vel præsentia, sed etiam futura iam fecit. verum
antequam veniet tempus. quo voluit vt fieret, quod ante tempora v-
niuersa præsciuit, atque disposuit, dicimus Fiet quando Deus voluerit.
Si autem non solum tempus quo futurum est, verumetiam. vtrum
futurum sit, ignoramus, dicimus. Fiet si Deus voluerit, non quia Deus
nouam voluntatem, quam non habuit, tunc habebit, sed quia id,
quod ex æternitate in eius immutabili præparatum est voluntate,
tunc erit. Hæc de voluntate Dei.

Voluntas sequitur intellectum indicantem.

August. de voluntate Dei. 22. ciuit. c. 2.

Qvaestionis primae

Cap. I,

Quod in Deo non sit voluntas.

1. POsset aliquis contra ea, quæ dicta sunt, nonnullis
argumentis ita pugnare. In quocunque est volun-
tas, potest voluntate velle: sed Deus non potest ali-
quid velle, alioqui pari ratione posset non velle:
potentiæ enim rationales sunt ad opposita 9. *met.* & 2. *Perther.*
At, si posset non velle, mutationi vtique subderetur, quod
2. est falsum; in Deo ergo non est voluntas. Deinde, Deo nulla
est attribuenda imperfectio, nam à perfectissimo omnis ab-
est imperfectio: sed voluntas est res imperfecta, eget sane
determinante, quippe, quæ ex sui natura sit in determinata,
nec possit nisi in cognitum ferri, vt autem cognoscat, opus
habet demonstrante: omne autem huiusmodi est imperfe-
ctum: quod plane Deo attribui non potest: ergo quod prius.
3. Adhæc, si Deus habet voluntatem, Deus certe haberet fi-
nem. Tenet consequentia. primum enim voluntatis obiectum, est
finis: sed Deus non habet finem, quia finis sedicet, eo melior
est, quod est ad finem: Nihil autem Deo melius, atque præ-
stantius: in Deo ergo non est voluntas. Adde, quod potentie
pora passiua nec actiua, & passiue in Deo ponenda non est:
vtrumque plane imperfectionem sonat. sed voluntas, aut
potentia est, secundum aliquos, passiua, aut actiua, & passiua,
4. mouens, & mota: ergo quod prius. Rursus, si voluntas est in
Deo, ergo Deus non est ens omnibus modis perfectum. Pa-
tet consequentia: siquidem voluntas est quidam appetitus:
appetitus autem cum sit rei non habitæ, atque possessæ, ali-
quid subiodicet imperfectionis, quæ plane Deo nullo modo
5. conuenire potest voluntas ergo in Deo esse non potest. Præ-
terea. voluntas, authore philosopho 3. de anima, est mouens
motum. sed Deus est primum mouens immobile, vt octa-
uus indicat physicorum liber: ergo &c. In Deo præterea non
est intellectus: ergo non est voluntas. Conseq. est notissima:
voluntas namque sine intellectu esse non potest. Antec ed.
autem manifestum est: intellectus enim agens ad animam
spectat corpori coniunctam Deus autem non est aliquid ta-
le, quippe, qui ab omni est concretione liberrimus: ei ergo
non conuenit intellectus agens: nec etiam intellectus possi-
bilis, ob suam certe vilitatem, in infimo plane intelligibi-
lium genere continetur: itaque in Deo nullus intelle-
ctus esse videtur. quod si non est intel-
lectus, nec etiam vo-
luntas.

Intellectus agens & possibilis.

Cap. II.

Soluuntur argumenta.

De Dei voluntate

AD 1. Deus vult seipsum, & non potest seipsum non
velle. *Dic.* potentiæ rationales sunt ad opposita, 1.
verum quidem est in potentiis creatis, vtpote ho-
minum, & angelorum, non autem in diuina poten-
tia, quæ est sua rectitudo: habetque obiectum perfectissi-
mum, quod semper vult, & non potest non velle. Authoritas
ergo philosophi de voluntate creata intelligenda est. Ad 2. 2.
voluntas diuina non determinatur ab actu rationis, & intel-
lectus, sed est ipsemet actus: non enim plures, sed vnus tan-
tum est Dei actus: Quare, vnus non determinatur ab altero,
nec ab obiecto: obiectum namque diuinæ voluntatis est di-
uina essentia, quam semper vult, ad quod necessario se ha-
bet. Ad aliud vero contingenter, nempe ad creaturam: non
respectu quidem actus, sed obiecti. Itaque, voluntas tum ex
parte intellectus, tum etiam ex parte obiecti, nullam subit
determinationis varietatem. *Dices,* voluntas ab intellectu de-
terminatur, quia non fertur nisi in cognitum, quod ab intel-
lectu accepit. *Neg.* conseq. possunt enim ista simul consista-
re, nimirum, cognitionem priorem esse, idque ratione, vo-
luntatem autem seipsam determinare. vnde voluntas diui-
na prius aliquid fore vult, quam suus intellectus id fore fu-
turum determinate cognoscat. Ista autem prioritas, sicut
Deo congruit, ita est intelligenda. Ad 3. voluntas diuina non
respicit, aut intuetur, vt sui, sed potius, vt effectus sui, finem: 3.
obiectum sane diuinæ voluntatis, ast essentia diuina, quæ o-
mnium, quæ condita sunt, est vltimus finis: non tamen ipsa
ast ad finem, siue, vt ita dicam, finibilis. Quare, cum idem sit
essentialiter essentia, & voluntas; fieri non potest, vt diuina
voluntas, aliquo fine claudatur. Ad confirm. dico, volun-
tatem diuinam respectu sui actus actiuam non esse, nec pas-
siuam: est profecto ipsemet actus: atque ideo non est dicen-
da, sicut voluntas creata, causare, aut eligere actum suum, aut
ipsum ab aliquo recipere. Quam ob rem, etsi voluntas diuina
non sit actiua, id est, sui actus effectiua; obiecti tamen extrin-
seci respectu, per suum actum, actiua appellatur: quem pla-
ne per suum velle causare potest, nullamque sonat imperfe-
ctionem, aut alicuius superuenientis actus potentialitatem
receptiuam: non enim est sui actus actiua siue effectiua, vt di-
xi, potentia. Ad 4. Quamuis voluntas creata ad partem ap- 4.
petitiuam pertineat, à qua nomen accepit, vt pars animæ ap-
petitiua nominetur; non solum tamen hunc actum habere
credenda est, vt appetat quæ non habet, verumetiam, vt a-
met quod habet, illoque delectetur. vnde hoc modo Deo
attribuendam esse voluntatem, dicimus: semper enim ha-
bet obiectum præsens, à quo secundum aliquam essentialem
differentiam, non dissentit. Ad 5. Voluntas, cuius obie- 5.
ctum principale est extrinsecum, ab alio moueatur, necesse
est. At, diuinæ voluntatis obiectum, vt sæpe dixi, est Dei
bonitas, quæ est illius essentia, & ipsa voluntas, est ipsamet es-
sentia; fieri non potest, vt ab alio, quam à seipsa moueatur:
ac plane modo loquendi, quo certe intelligere, & velle mo-
tus esse dicuntur. Ad confirmationem dico, intellectum
esse perfectionem simpliciter; ideo in Deo esse formaliter:
intellectus quoque possibilis. est beatificabilis: Deo ergo est
attribuendus, in quo est summa beatitudo. Porro, intelle-
ctus agens in creaturis, cum sit potentia actiua, speciem cau-
sat intelligibilem. Cum obiecto præterea, sine aliquo præ-
uio causato, causare potest, veluti clare apparet in cognitione
intuitiua. Immutat præterea intellectum possibilem, dum il-
li aliquid imprimit, vnde & agens appellatur: imprimere e-
nim est quoddam agere: denique verbum producit: atque
ita Deo intellectus agens conceditur, quo verbum lucidum
semper producitur. Sed *dices*: Intellectus agentis, authore
philosopho 3. de anima, est omnia facere: sed hoc à diuinis 1.
quam longissime abest, Deo enim ad intra repugnat agere:
nam quemadmodum patiens sine passione esse nequit, ita et-
iam agens, sine actione. Præterea, duo tunc essent intellectus, 2.
sicuti & in nobis: sed nobis sunt necessarij, ob nouam, quam
quotidie recipimus, rerum cognitionem: Deo autem nihil
noui accidere potest: in Deo ergo nullo modo intellectus
agens esse videtur. Respond. ad 1. Intellectui agenti, qua- 1.
tenus perfectionem habet simpliciter, & Deo tribuitur, pro-
ducere quidem conuenit, & non facere: hoc enim spectat
ad creatam, finitamque naturam, in qua in idem propemo-
dum facere, ac producere coincidere videntur. Ex quo pa-
tet, quod intellectus agens secundum suam rationem forma-
lem non sit actiuus: nec productio intellectus agentis in di-
uinis, proprie sit actio, nisi in creaturis tantum, vbi passum a-
ctioni respondet. Ad 2. In nobis quidem duæ sunt naturæ, 2.
vna

Deus ad creaturas contingenter se habet.

Voluntas diuina respectu sui actus nec est passiua, neq; actiua.

Intellectus agens in Deo.

Intellectui diuino competit producere, non agere.

De Dei voluntate. vne quidem actiua, altere vero passiua: in Deo vero vnus est intellectus productiuus, agens videlicet, reliquus vero operatiuus, nempe possibilis: si equidem actus intelligendi innatus solummodo in Deo poneretur; non opus esset nobis, intellectum illi attribuere agentem, vt productiuum: sed quia in diuinis est verbum productum per modum intellectus, ideo intellectus formaliter productiuus ibi esse dicitur. Cæterum, agens intellectus, hac profecto de causa Deo attribuitur; quia scilicet verbum producit diuinum; non autem quod perficiat, moueat aut ceuset actum intelligendi. *Intellectus possibilis in Deo.* De intellectu autem possibili, dubium esse non potest, quin in Deo sit ponendus, siquidem Deus formaliter est intelligens. formaliter ergo habet intellectum possibilem: nam si Deo attribuitur voluntas ad quam pertinet velle: & intellectus quoque, ad quam spectat intelligere. huiusmodi autem intellectum esse possibilem, clarissimum est. 2. In quocunque præterea est sapientia, in eo quoque est sapientiæ fundamentum: sed in Deo est sapientia, imo est ipsamet sapientia: est ergo & intellectus possibilis, sapientiæ fundamentum. 3. Denique, vt intellectus agentis est dicere; ita plane possibilis est intelligere: sed intelligere perfectionem sonat simpliciter, non autem dicere: Deo ergo omnibus modis, intellectus possibilis est attribuendus.

QVÆSTIONIS SECVNDÆ

CAP. I.

Deus ab æterno, & seipsum voluit, & alia à se.

Voluntas, quæ est sua rectitudo, non potest non velle optimum, & supremum bonum: alioqui si posset non velle, posset vtique à rectitudine excidere, & sic in peccatum ruere. sed voluntas diuina, est sua rectitudo: diligit ergo, atque vult summum diligibile, nempe suam essentiam. 2. Voluntas præterea necessario beata, vult necessario, atque perpetuo suæ beatitudinis obiectum: sed diuina voluntas est necessario beata, nec potest non esse beata, quia seipsa beata, seipsam autem negare non potest: diligit ergo, atque vult suæ beatitudinis obiectum, hoc est, essentiam suam. 3. Etenim, voluntas perfectissima, obiectum summe perfectissimum, & summe vult, & summe etiam diligit: sed diuina voluntas est huiusmodi, obiectum quoque est infinitum: igitur infinita voluntas, infinite vult, & diligit infinitum. 4. Sane, dilectio, quæ est amor optimi obiecti, est perfectio simpliciter, sicut etiam intellectio: sed omnis perfectio simpliciter necessario est Deo attribuenda igitur Deus necessario seipsum, & diligit, & vult. Voluit etiam siue vult ab æterno alia à se. *Deus vult alia à se.* Equidem, omnis potentia perfecte operatiua, principium est operandi circa illud obiectum, 1. quod aptitudinem habet, vt ab ipsa inspiciatur, atque consideretur potentia: sic perfectus intellectus, principium est cuiuscunque intelligibilis, quod ab ipso scilicet intelligatur: visus vero perfectus, quodcunque visibile perfecte videndi atque de similibus idem habeatur iudicium. Sed in Deo est infinita voluntas: ipsa ergo est principium volandi quodcunque, vt ita dicam, volibile. Ex tempore autem nihil velle potest, quia scilicet mutationi non subditur, quæ sub tempore continetur: itaque voluntas diuina, in sua æternitate, est 2. principium, & quidem æternum volendi alia à se. Amplius, voluntas, quæ necessario est infinite bona, vult se aliis communicare: nam si res naturales, quatenus perfectionis gradum altiorem conscenderint, eatenus in alias res suum bonum transfundere satagunt; quanto magis voluntas Dei infinita? vt igitur seipsam aliis communicaret, alia à se, ab æterno voluit. *Voluntas diuina est regula omnium & causa.* Est autem Dei voluntas contingentium omnium prima regula, & causa, qua res sunt, magis quam intellectus diuinus. imo intellectus, sine voluntatis actu, in creaturas nō habet causalitatem producendi. Ille enim potentia, quæ est principalis in operando, vel mouēdo, est etiam principalior 1. in causando, atque producendo: sed hæc est voluntas, cuius interest cæteris imperare potentiis, easque in proprios fines dirigere: voluntas ergo diuina est causa rerum. In productione plane libera, id principalius reputatur instrumentum, sub cuius ratione, libertas principaliter continetur. sed libertas principaliter ad voluntatem spectat: ergo quod prius. Adhuc id, quod determinat creaturam fore, præcipuum est in creaturarum conditione principium: sed voluntas diuina hoc agit officium, non autem intellectus: ipsa igitur, rerum quæ conditæ sunt, præteritarum, præsentium, atque futurarum causa existit potentissima. Rursus, illa potentia est principalior in agendo, à qua alia habet, vt actiua sit, vel motiua, sed talis est voluntas; intellectus enim non est aliciuius extrinseci operatiuus nisi ex appetitu finis; finis autem appetitus, ad voluntatem pertinet; itaque voluntas diuina est causa rerum omnium, & regula contingentium. *De Dei voluntare.* Sed dicis. Agens, *Obiectiones.* principaliter agere dicitur, per eam certe potentiam, quæ est forma principalis in agendo, quam per aliquem aliam, 1. quemadmodum calidum principaliter agit per calorem. sed *Quod intellectus sit principalior.* Deus per intellectum, formam, quæ est principalis causa producendi, nempe ideam, continet, idea autem ad intellectum pertinet; igitur intellectus diuinus est principalior causa productionis rerum. 2. Adhoc, in opifice, qui secundum suæ artis peritiam operatur, intellectus præstat voluntati. ars enim ad intellectum potius, quam ad voluntatem pertinet; sed Deus alia à se, per modum artis producit, vt sæpe dictum est, non autem per modum naturæ; ergo quod prius. 3. Item, inclinatio, non est alicuius actus principale principium, sed forma potius, quam inclinatio sequitur, sed talis videtur esse voluntas, quæ formam sequitur per intellectum apprehensam; igitur, intellectus est præcipua causa, qua res conditæ sunt. Ad hæc autem, ita respondere valemus; & ad pri- *Solutiones.* mam quidem, dico, Deum benedictum, effectus rerum, per 1. intellectum, exemplariter, per voluntatem autem efficienter, atque productiue continere. Voluntas ergo in producendo, est principalius agens, quam intellectus, tum imperando, tum affectum fore determinando. Ad 2. in agente per 2. modum artis, voluntas est causa principalior, non autem ars; siquidem voluntas mouet artem, & ad finem deducere studet, vnde ars, sine voluntate nihil agit, aut quippiam operatur. Ad 3. Voluntas non est minus principalis potentia, 3. quam intellectus; vnde friuola est illa imaginatio de inclinatione formam consequente; nam voluntas non solum nō sequitur intellectum, sed etiam ipsum ad suæ iussionis pertrahit imperium, cui sobesse cogit, & iussui, atque mandato parere imperanti; voluntas ergo est principalis rerum causa. Iterum instas, Augostini authoritate munitus primo de *Obiectiones.* doctrin. Christ. quia Deus bonus est, ideo sumus: Deus ergo per suam naturam est causa rerum; bonitas certe est Dei 1. natura; ergo. Item, vnius rei, vna est causa. sed creatarum 2. causa rerum, est scientia Dei; non ergo est ipsius voluntas. Item, id quod est per essentiam, est primum in quolibet or- 3. dine. sed Deus est primum agens; agit ergo per suam essentiam, quæ est ipsius natura, non autem per voluntatem. Re- *Solutiones.* spondeo ad primam. Quoniam, bonum est voluntatis obie- 1. ctum, idcirco dicitur, quia Deus est bonus, ideo sumus, quia nimirum sua bonitas est ei ratio volendi omnia alia. Ex quo patet, Augustini authoritatem nostro magis fauere, quam repugnare proposito. Nam si obiectum voluntatis est bonū, & ideo sumus, quia ille est bonus; voluntas ergo præcipua, in creandis rerum generibus, causa esse videtur. Ad 2. Vnius 2. atque eiusdem effectus, tum scientia causa esse potest, tum etiam voluntas; scientia quidem, vt dirigens, siue potius ostendens, voluntas vero officio fungens imperantis, & perficientis, atque complere determinantis; forma namque quatenus in intellectu consistit tantum, non nisi per voluntatem, effectum determinat. Potentia igitur executiua, id est, voluntas, est immediatum operationis principium. vnde 3. quamuis in Deo hæc omnia vnum sint; secundum tamen modum intelligendi, voluntas, principalior causa reputatur. Ad 3. Quoniam Dei essentia est intelligere & velle; dum ergo agit per essentiam, per intellectum agit & voluntatem. Sed quidam conati sunt ostendere, Deum ab æterno, nihil aliud voluisse quam seipsum.

CAP. II.

Quod Deus ab æterno non vult aliud, quam seipsum.

Si Deus ab æterno voluit alia à se, tunc plane inter voluntatem diuinam, atque creaturam, relatio esset realis; sed consequens est falsum, alioqui Deus sine creatura esse non posset; ergo. Sane, certitudo diuini intellectus circa rerum contingentia, sine voluntatis certitudine esse non potest: Si Deus ergo vult alia à se, & inter ipsius voluntatem, atque creaturas, quas ipsa vult, erit realis quidem relatio; atque huiusmodi plane relatio, omnem prorsus præcedet intellectus considerationem. non est ergo in voluntate, vt in cognito est cognitum; sed potius vt in sa est, & per consequens ex natura rei. sed hoc est impossibile, igitur Deus non vult alia à se. Deinde, cuius velle, est suum esse, non potest velle, nisi seipsum; sed velle diuinū, est ipsius 2. esse; ergo non vult aliud à se. Voltū certe, authore philosopho, 3. de anima, mouet volentē, sicut appetibile appetitum.

De Dei voluntate.

Quamobrem si diuina voluntas, aliquid à se velit, ab aliquo alio mouebitur, quod est impossibile. Sane, cuicunque voluntati, sufficit votum, non opus habet exteriorum impositione, sed Deo sufficit sua bonitas: non vult ergo aliud à se. Etenim, si aliquid aliud à se vellet, non vnus; sed plures essent ipsius voluntatis actus: actus enim voluntatis secundum volita multiplicantur. sed vnus tantum est actus ipsius volun-

3. tatis Deus ergo non vult alia à se. Tertio, si Deus ab æterno vult alia à se, aut hæc quidem vult actu voluntatis, qui est desiderium, aut actu voluntatis, qui est volunta, vel quam consequitur delectatio: sed nullo istorum actuum, potest velle alia à se, alioqui externis rebus, non autem seipso esset

4. beatus. igitur non vult alia à se. Adhæc, quicquid Deus vult, illud profecto ab æterno vult, quippe cum in diuinam cadere voluntatem nihil noui possit: sed Deus non vult alia à se ab æterno; voluntas enim tendit in rem vt in se est: res au-

5. tem alia à Deo, non est in seipsa: ergo quod prius. Præterea, si Deus vult alia à se, aut vult ea necessario, aut contingenter: sed non vult ea necessario, quia omne quod est aliud à Deo, non est necessarium: nec contingenter; quia tunc posset ea non velle, & sic posset mutari. igitur Deus non potest, nisi seipsum velle.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

1. AD 1. voluntas diuina, sub ratione mere absoluta voliti respectum, quem habet ad ipsam, terminat, atque complet. quemadmodum intellectus diuinus ab æterno cogniti respectum. vnde voluntatis diuinæ ad obiectum nulla potest esse relatio realis: neque vt Deus distincte velit aliud à se, aliquis præexigitur rationis respectus, in diuina voluntate, aut in actu illius. Actus enim, & obiectum voluntatis simul sunt: potest autem diuina voluntas circa obiectum, aliquem respectum producere, qui plane realis esse non potest, quia ex extremorum natura non surgit. Cum autem potentia sit operatiua, ipsum quidem obiectum, ad aliquid conferre potest, cuius gratia ipsum vult. Sic ratio particularis, sua rauera obiecta ad inuicem conferre potest. Porro, huiusmodi respectus largo, vt ita dicam, modo, rationis respectus appellantur. Relatio enim rationis bifariam intelligi potest. vno plane modo, vt sit relatio fabricata per intellectum, vnum obiectum cognitum, ad aliud comparantem: atq; ita voliti ad voluntatem non est relatio rationis. alio vero modo vt sit relatio, à quacunque potentia collatiua, producta. & ita, relationem rationis voluntas causare potest, quæ profecto obiecto non inest ex natura rei. Etenim, comparare potest vnum obiectum ad aliud, ad quod plane tale obiectum, non comparatur ex natura rei, vtpote, volendo creaturam in ordine ad vltimum finem: itaque voliti ab æterno ad voluntatem, est relatio rationis large sum-

Relatio rationis duplex.

2. pta. Ad 2 quamuis, diuinum velle, re idem prorsus sit, quod esse ipsius; ab eo tamen dissentit secundum diuersum modum intelligendi, significandique: cum enim dico Deum: nihil plane innuo ad aliud, veluti cum dico, Deum velle. Quamobrem, licet Deus non sit aliquid aliud à se; vult tamen aliquid aliud à se. Ad 1. prob. dico, quod in his, quæ propter finem volumus, finis est tota ratio mouendi. mouet enim voluntatem, quemadmodum in his, quæ volumus, propter finem, clarissime apparet. Verum, cum Deus omnia velit propter se, id est, suam bonitatem; nulla res extra ipsum, instar finis, illius mouere poterit voluntatem. Ad 2. confirmationem, affirmo, voluntati diuinæ, suam sufficere voluntatem; hoc tamen non impedit, quin ipse alia à se velle non possit; sed hoc tantum indicat, omnia quæcunque vult, ob suam bonitatem velle. sic intellectus diuinus, & si intuendo diuinam essentiam, sit perfectus; in ea nihilominus alia intuetur. Ad 3. confirm. vti intelligere diuinum est vnum, quia multa videt in vno; ita plane & velle diuinum vnum, ac simplex est; quia multa vult per vnum, nempe per suam

Deus omnia vult propter se.

3. bonitatem. Ad 3. Deus, primo obiecto suo, nempe diuina essentia delectatur, qua est vere, summeque beatus. secundarium autem obiectum, id est creatura, placet illi; non est tamen diuinæ beatitudinis obiectum. Vnde proprie loquendo, non desiderat creaturam, neque ex illa, suam beatitudinem mendicat, ex sua tamen bonitate vult illam, veluti obiectum secundarium, cui sese commomenta complacuit.

4. Ad 4. dico, creaturam non esse in seipsa ab æterno, cum non sit æterna; sed aliqualiter esse in primo obiecto, hoc est, in essentia diuina. Quando dicis: voluntas tendit in rem, vt est in se; verum quidem est respectu primi, non autem secundi obiecti. Ad 5. Deus, alia bona à se necessario vult, idque simplicis complacentiæ amore, atque ita necessaria sunt in esse possibili; contingenter vero amore efficaci; non ita tamen, quod possit ea non velle, postquam ea voluit. sed velle, & non velle ad idem instans diuisim referuntur. Vt autem hoc clarius, lucidiusque intelligatur, inquiram, si Deus possit non velle, quod aliquando voluit. Sane, voluntas Dei cum sit vna, atque æterna, non video, quomodo possit non velle, quod semel voluit: Deus igitur, in sua quidem æternitate vult, & intelligit, quidquid velle & intelligere potest.

De Dei voluntate.

An Deus possit non velle, quod aliquando voluit

Absurdum est (inquit August. 5 de Trin.) dicere, quod de nouo creaturam diligat; transiret enim de contradictorio in contradictorium, id est, de non velle in velle; quod sine mutatione fieri non posset: illa autem mutatio, vultu non esset attribuenda; sed diuinæ potius voluntati. Dicis, non aduenit voluntati, nisi nouus tantum rationis respectus. *Contra* nouus respectus rationis, per aliquem motum nouum, actumque realem fiat, necesse est. In quo ergo ille actus erit reponendus? cuicunque attribueris, voluntati videlicet, aut intellectui, mutationi vtique subiicies. Velle igitur diuinum, est æternum & immutabile. Vnde, quamuis diuina voluntas posit in opposita diuisim pro eodem instanti; non tamen pro diuersis instantibus: alioquin in eo esset successio, atque mutatio. Actus præterea volendi diuinus, quoniam est æternus, planum est; quod coæternum quoque volitum habeat: alioqui, aut esset actus volendi sine volito, aut actus esset nouus: quodlibet autem istorum, falsum est, atque impossibile. Vnde, quamuis Deus possit, quicquid potuit, non tamen potest non velle, quod aliquando voluit, quippe qui nunquam hoc potuit, arguit enim mutationē, quæ in Deū cadere non potest. Sed *dices:* Voluntas habens actum ab obiecto non de- *Obiectio.*

1. pendentem, absque sui mutatione, potest de nouo aliquid velle, & non velle: actus enim mutationi subditur; quia ipsius potentia ab obiecto dependet. Sed actus voluntatis diuinæ, est idem omnino, quod ipsa voluntas. igitur sine sui mutatione, potest aliquid velle, & non velle. Deinde, Deus potest ad extra quicquid non implicat contradictionem: igitur potest aliquid velle, quod prius non voluit; hoc enim nullam implicat contradictionem; nam affirmatio & negatio, eiusdem profecto durationis non sunt. Item, Deus ab æterno voluit creaturam potuitque non velle; idque absque mutatione sui, quippe cum in æternitate nihil transeat. igitur, adhuc potest velle creaturam, quam aliquando non voluit. Præterea, relatio rationis noua, potest alicui, absque sui mutatione contingere; sed voluntas Dei ad externa volita, est tantum rationis relatio; potest ergo, sine sui mutatione velle, quod prius noluit; & nolle quod prius voluit. Item, non est minus Dei, quam nostra perfecta voluntas; imo in infinitum perfectissima. sed nostra potest aliquid de nouo, sine sui mutatione velle, nam cum velit finem, eodem quoque actu extendere se valet ad volendum id, quod de nouo ad finem pertinere videtur. igitur diuina voluntas, nunc potest beatum reddere Iudam; & Petrum Apostolum, in cœlis regnantem, suppliciis deputare æternis. Ad hæc sic resp. ad 1. *Solutiones.*

1. maior est falsa. quamuis enim voluntas diuina sit infinita, atque idem omnino cum suo actu; non potest tamen aliquid de nouo velle; voluntas enim æterna est, actus quoque similiter, & ex consequenti obiectum, ac volitum per huiusmodi actum. nihil ergo noui illi accidere potest, alioqui non esset infinita, nec idem cum ea actus ipsius; sed dependens simpliciter, atq; ita nouus: omne enim nouum ab alio dependet. Ad 2. negatur consequentia. implicant enim contradictionem in voluntate diuina. dum enim dico, Deum velle aliquid, vtique illud velle in æternitate pronuncio. Quare, si illud idem non vellet, absque dubio idem vellet, & non vellet; atque ita clara est contradictio. Ad 3 quamuis Deus ab æterno voluerit creaturam; diuisim tamen, atque pro eodem instanti, potuit tamen non velle, non præsupposito quidem velle creaturæ eiusdem, atque adhuc idem potest, quia scilicet in æternitate. Verum, ab æterno non potuit velle creaturam, & in alio postea instanti, non velle; nec etiam modo potest. Ad 4. dico, verum quidem esse, nouum rationis respectum alicui posse contingere obiecto, idque sine ipsius mutatione; non autem operanti, sine mutatione eiusdem; quam ob causam, cum Deus sit huiusmodi operans, in ipsum profecto caderet talis respectus; atque ita non esset à mutatione liber. Ad 5. neg. minor; non enim voluntas nostra, absque sui mutatione, potest aliquid noui velle, nec finem, nec ad finem spectantia; illius ergo actus prioris extensio, ficta est, atque friuola. Quamobrem, si quippiam noui appetit, nouus vtique erit actus, aut nouus gradus intensionis in actu, quod reuera, sine mutatione fieri non potest. Itaque diuinum velle est æternum, atque immutabile.

De Dei voluntate.

CAP. IV.

Voluntas Dei semper impletur.

QVamuis Diuinum velle sit vnicus ac simplicissimus actus, idque in seipso, quatenus tamen transit in obiecta distincta, atque diuersa, multorum nominum titulis exornetur. Vnde & voluntas beneplaciti vno modo dicitur: altero vero voluntas signi. Voluntas autem beneplaciti, est ipsum diuinum velle, Deo intimum, atque intrinsecum. Et hæc quidem diuiditur in antecedentem, atque consequentem voluntatem. Voluntas autem antecedens ea esse dicitur, quæ non simpliciter de aliquo, sed secundum quid potius suum actum exercet. consequens vero simpliciter aliquid, atque efficaciter vult: vnde & efficax voluntas appellatur. Voluntas præterea antecedens respectu rei iam futuræ, aptitudinalem, seu potentialem ordinem connotat: consequens vero, futuræ rei euentum determinat, & ad finem efficaciter perducit, assequiturque quod facere disposuit. vnde Deus benedictus voluntate antecedente, ad finem vltimum habendum, creaturas condidit, quibus media distribuit congruentia, vt ipsum finem, si modo vellent, assequi possent: consequente autem, efficaciam præstitit consequendi. Porro voluntas signi, non est ipsum velle formaliter, sed diuini velle aliquod signum. Sane, nedum actus volendi, sed aliquod etiam ipsius signum, voluntas appellatur: vtpote, sermo, aut aliquod verbum, & quæ sunt generis eiusdem. Diuinæ autem voluntatis signa quinque numerantur, nempe præceptum, prohibitio, consilium, permissio, & impletio, siue operatio. Si ei piciasad præsens bonum, adest operatio: ad malum vero, est permissio. Porro respectu futuri mali, est prohibitio: necessario vero boni respectu, est præceptum: non necessarij autem, consilium appellatur. Dicitur etiam, authore August. ciui. cap. 1. voluntas Dei, quam facit in cordibus obedientium mandatis eius, de qua dicit Apostolus 2. ad Phil. *Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere.* Sic enim iustitia Dei non solum, qua ipse iustus est, dicitur; sed etiam illa, quam in homine, qui ab illo iustificatur, facit. Ex his autem ita dilucidatis, facile est respondere, ac propositam soluere quæstionem. Sane Dei voluntas, cum æterna, atque omnipotentissima sit, illam semper impleri necesse est: nam, quemadmodum in causis formalibus, effectus conformatur agentis secundum suam formam; ita plane in causis agentibus. Quapropter, & si aliquid à forma quidem particulari deflectere, ac deficere valeat; ab vniuersali autem forma nihil deficere potest. Etenim, bene inuenitur aliquid non esse hominem, aut aliquid huiusmodi: non esse autem ens, est impossibile. hoc idem accidit causis agentibus. Potest siquidem aliquid fieri extra causam, ordinemque particularis. extra vero vniuersalis agentis, minime. Plane, si causa particularis a suo effectu defecerit; id certe continget ob gratiam alicuius causæ particularis impedientis: quæ tamen vniuersalis causæ, seu agentis imperium effugere nequit. Quare effectus sequens, vniuersalis causæ terminos pertransire, aut violare non potest. Quod ergo à diuinæ voluntatis imperio, aliquo modo recedere tentat; in illius tandem imperij ordinem, alio modo regreditur, atque relabitur. Sane, cum voluntas Dei sit omnium rerum causa vniuersalis, atque plenissima; fieri non potest, vt illius ordinem, effectus aliqui effugere queant. semper igitur vno vel altero modo voluntas Dei impletur; est enim ipsa causa rerum: natura namque & intellectus, vt dicitur 2. *phys.* agunt propter finem. sic autem agenti, ab aliquo superiori finis prædeterminatur, atque media sint vtique necessaria. sic sagittæ finis, à sagittante distinguitur, atque determinatur. Ex quo patet, agens naturale ab agente per intellectum disponi, atque ordinari. At Deus cum sit primus in ordine agentium, per intellectum agat, atque voluntatem necesse est: idque non ex necessitate naturæ; quoniam esse non habet determinatum, sicut agens naturale, quod ad vnum agendum, ab ipsa natura impellitur; sed libere ab ipsius virtute infinita effectus procedunt, secundum illius voluntatis ordinem dispositum atque distributum. Porro, effectus procedunt à causa agente, quatenus in ipsa præexistunt. omne enim agens, agit sibi simile: in causa autem, secundum ipsius causæ modum præexistere, dubium nullum esse potest. Quoniam autem vniuersalis causæ modus, est intelligere diuinum; manifestum est, effectus prorsus omnes in illo præexistere, secundum modum intelligibilem: & ex consequenti, per modum voluntatis: quippe, cum inclinatio eius ad agendum, quod intellectu concipitur, ad voluntatem spectet. Dei ergo voluntatem esse rerum omnium causam, satis patere arbitror. Porro Diuinæ voluntatis causa quærenda non est: *omnium enim causa* (inquit August.) *Maior est eo, quod efficitur*: sed nihil est maius Dei voluntate: illius ergo causa quærenda non est. Deus siquidem omnia sua in essentia intelligit, proinde vno actu suam in bonitate vult omnia. Vnde, sicut in Deo intelligere causam, non est causa intelligendi effectus; sed ipse intelligit effectus in causa; ita re vera velle finem, non est ei certe causa volendi ea, quæ sunt ad finem; vult tamen ea, quæ sunt ad finem, ordinari ad finem, hoc est, vult hoc esse propter hoc, id est propter finem; non tamen vult propter hoc id est finem, vult hoc, id est, suæ causa est voluntatis. Sed dices: sicut causa primaria plus influit in effectum, quam secunda; ita etiam & prius: nedum enim plus, verum etiam & prius producere, ad diuinam causam spectare videtur; sed quod est prius productum, amplius produci non potest. Si igitur voluntas diuina est causa omnium rerum, atque effectuum contingentium; secundæ vtique causæ producent nihil, quod est falsum. Sane, aut diuina voluntas in effectibus producendis, est totalis causa; & ita secundæ causæ opera erit inanis, atque frustratoria; aut partialis tantum, atque ita diuina voluntas sufficiens per se causa dicenda non esset. Diuina ergo voluntas non est omnium effectuum causa. 1.

Signa diuinæ voluntatis. *Aug. 22. Trin. c. 1. Operatur in nobis velle & perficere.* *Voluntas Dei est causa rerum. Voluntas Dei semper impletur.* *Diuina voluntatis causa non est quærenda. 83. qo.* *Quod voluntas Dei non sit causa rerum.* *Voluntas beneplaciti, & signi. Antecedens voluntas & consequens.* *Voluntas signi.*

Deinde, si diuina voluntas ad quemcunque actum producendum concurrat, necesse sit: concurrit ergo ad actum generandi. Tenet conseq. alioqui actus generandi esset præter actum diuinæ voluntatis: sed à quocunque est actus generandi: & illud quoque generare, necessarium est. Deus autem non generat hæc inferiora, sed producit potius: igitur non omnium, quæ hic geruntur, diuina voluntas, causa dici potest. 2. Profecto, si actus volendi in nobis, aliquid agere non posset, diuina voluntate non concurrente; tunc, aut nostra voluntas, diuina adhuc voluntate præsente, potest non agere; & ita diuina voluntate superior reputabitur; aut non potest non agere; & sic ex necessitate, & non libere ageret; quod plane liberum ipsius arbitrium funditus destruit; ergo quod prius. 3. Rursus, causaliter non concurrit ad actum peccati: alioqui peccati causa in Deum esset retorquenda; quod est impium dicere. Itaque diuina voluntas, quamuis omnipotentissima; non omnium tamen est effectuum causa. Hic autem obiectionibus ita respondemus. Ad primam, vera quidem est minor in rebus, quæ successiue peraguntur, in quibus productio in præteritum transit, non autem in rebus permanentibus. Ad confirm. dico: bene quidem verum est, diuinam voluntatem sufficientem esse ad effectum producendum, sine alterius causæ adminiculo; ob suam tamen infinitam bonitatem, voluit secundas causas suorum effectuum habere coadiutrices, quibus cooperandi virtutem communicauit. Ad 2. Verum est, Deum concurrere ad actum generandi, nec inde sequitur, ipsum hæc inferiora gignere, cum sit agens vniuersale: talia autem conditio agenti conuenit immediato, atque particulari. Ad confirm. resp. quod diuina voluntate nostræ assistente voluntati, atque præcausante, voluntas adhuc nostra potest non agere; idque ex suæ dignitatis arbitrio: ipsa vero diuina voluntate concausante, voluntatem nostram agere necesse, eo certe modo, quo dicere solemus: omne quod est, quando est, necesse est esse. sed de hac re clarius copiosiusque, de hominis libero arbitrio libro septimo disputaui. Ad 3. quamuis diuina voluntas ad id concurrat, quod est in actu peccati positiuum, ad ipsam tamen peccati deformitatem, in qua ratio peccati formaliter consistit, minime concurrere dicimus: peccati siquidem deformitas, non effectiuam, sed defectiuam causam habet; quæ profecto Deo nullo modo est attribuenda. Sed dices: si voluntatis diuinæ, nulla causa est assignanda; omnes propemodum scientiæ destruerentur: in hæc enim, quæ fiunt à volente, qui propter nullam causam aliquid vult, non est aliqua causa assignanda, quam voluntas volentis. Quare, cum de rebus naturalibus incideret quæstio; stultus profecto, atque sapiens, æque lance appenderantur; omnes sane rerum naturalium causam dicere possent, nempe diuinam voluntatem, ergo diuinæ voluntatis aliqua causa assignari potest. 1. Deinde, quod fit à volente, non alicuius causæ gratia, ex ipsius vtique simplici dependet voluntate. 2. Si nulla est diuinæ voluntatis ratio, sine causa inquirenda; omnia igitur ex simplici ipsius voluntate procedunt, nullamque præter Dei voluntatem causam habebunt, quod certe falsum est. Sane, authore August. nihil Deus irrationabiliter condidit: *Quis, inquit, audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidisse?* sed agenti voluntario, quod est ratio operandi, illud idem etiam est causa volendi. Est igitur diuinæ voluntatis aliqua causa. 3. Verum, ad hæc respon. Ad 1. quoniam bonum in rebus, est ipsarum ordo: ordinis autem ratio seruatur, si à certis determinatisque causis effectus

Solutio obiectionum. *Quod voluntatis diuinæ sit aliqua causa.* *83. quæst.* *Ordo in rebus est ipsarum bonum.*

prof-

De Dei voluntate.

proficiscantur. hac de causa voluit Deus benedictus, vt vna, alterius rei causa diceretur: non ergo inanis est labor, rerum causas inquirere: sed tunc profecto labor esset inutilis, si extra Dei ordinem, huiusmodi causas quis constituere vellet.

1. Ad 2. Voluntas Dei est, vt effectus sint propter causas: quicunque ergo effectus præsupponunt, nedum Dei voluntatem, verumetiam aliam effectuum causam, inquirere valent. vltimus vero atque supremus finis, est Dei voluntas. ex quo patet confirmationis solutio. Equidem, Dei voluntas rationalis est, non quidem quasi aliquid sit Deo causa volendi; sed quia vnam vult esse alterius causam. Sed dices: Voluntas diuina, non semper impletur, sic arguendo, sicut se habet scientia ad verum; ita absque dubio, voluntas ad bonum: sed Deus scit omne verum, alioqui Dei scientia non esset perfectissima: vult ergo omne bonum. sed experientia docet, non omne bonum fieri; multa enim bona possem fieri, quæ non fiunt: igitur Dei voluntas non semper impletur.

Quod voluntas diuina non semper impleat.

1. Deinde, causa primæ, quæ est diuina voluntas, secundarū adminiculum causarum excludit minime: sed primæ causæ effectus interdum impediri contingit, ob secundarum causarum defectum: igitur quod prius.

2. Adhæc, omnis causa, cuius effectus contingenter euenit, impediri potest: sed diuinæ voluntatis actio, in effectibus creaturarum producendis, contingenter se habet; diuina ergo voluntas impediri potest. Vnde est illa vox Domini, ad Hierusalem loquentis, atque exprobrantis. *Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti?* Et Paulus: *Deus vult omnes homines saluos fieri.* non omnes enim saluantur: non semper ergo in omnibus diuina impletur voluntas.

Matth.24. 1.Tim.2.

3. Ad hæc, sic resp. ad 1. cognoscitiuæ virtutis actus, est in cognoscente, appetitiuæ vero, ad res ordinem habet, quatenus sunt in seipsis. Porro, quicquid tum entis, tum etiam veri rationem habet, in Deo profecto virtualiter existit, idque totum, non sic autem in rebus conditis. Quamobrem, Deus quidem cognoscit omne verum, atque vult omne bonum, id est seipsum, in quo omne bonum virtute consistit: bona autem, quæ sunt in aliis, non ita vult sicut seipsum, sed in arbitrio reliquit creaturarum, in quibus & ipsa bona existunt: ideo semper non fit, id, quod bonum est.

2. Ad 2. negat. minor, sene tunc prima causa aliquid impedimenti esset passura, quando alicuius rei effectus, illius ordinem effugere posset, quod profecto fieri nullo modo potest. Diuina igitur voluntas ab aliquo impediri non potest.

4. Ad 3. neg. maior: non enim est vera in his effectibus, qui necessario consequuntur ad causam: etenim, quamuis diuinæ voluntatis effectus circa creaturas sint contingentes; respectu tamen voluntatis beneplaciti, siue efficacis, necessario consequuntur. vnde est ibi necessitas consequentiæ, & si non consequentis. siquidem, licet Deus non cogat voluntatem; eam tamen proposito sibi aliquo optimo bono, mutat, vt necessario, & libere velit. necessario, inquam, dum non potest non velle: libere autem, quia id, quod vult, libere vult. Ad confirm. illa intelligenda sunt de voluntate signi, atque antecedente. Voluntas ergo Dei semper impletur.

Voluntas hominis ita mutatur a Deo, vt necessario, & libere velit.

QVÆSTIONIS TERTIÆ

CAP. I.

Voluntas Dei non est circa mala, seu non est malorum causa.

Plato ostendit Dei voluntatem non esse malorum causam.

QVoniam diuina voluntas, est ipsius Dei bonitas, quæ est infinita, à summa autem, infinitaque bonitate, mali proficiscitur nihil: ideo Dei voluntatem esse malorum causam, est impossibile. Deus enim, quom sit bonus, inquit Plato 2. *de repub.* non omnium causa est (vt multi dicunt) sed paucorum quidem hominum in causa est; multorum vero extra causam: multo enim pauciora nobis sunt bona, quam mala: & bonorum quidem solus Deus causa est dicendus; malorum autem, quamlibet aliam præter Deum causam, quærere decet. Homeri igitur, aut alterius Poetæ accipiendum non est peccatum, stulte de Diis dicentis: in Iouis limine duo iacere dolia plena sordibus, bonis vnum, malis alterum. Cumque ex his Iupiter in vicem commixtis impertit alicui; alias huic bene, alias male est. neque enim admittendum est, Iouem nobis penuarium esse bonorum, atque malorum: malorum siquidem alicui causam esse, ipsum Deum, quum bonus sit, refellendum est omnino, neque permittendum hoc quenquam dicere in sua ciuitate, si bonis institui legibus ciuitas debet. Hæc itaque vna sit lex, atque figura ex his, quæ circa Deos ferendæ sunt, in qua cogatur vnusquisque, & dicere, & inducere, Deum non omnium causam, sed bonorum. Sane, si malum est priuatio boni, vbi nulla potest esse priuatio boni; nulla vnquam erit causa mali: bonum certe, & perfectum idem sunt: vnde id bonum vocamus, cui nihil deest eorum, quæ ad illius perfectionem spectare videntur. igitur malum est debitæ perfectionis absentia. Cum autem Deus omnem, perfectamque habeat debitam perfectionem, nullo vnquā tempore aliqua sui perfectione carentem; liquet, Dei voluntatem malorum causam non esse: si enim malorum causa est, non est bonus: si non est bonus, neque Deus. *Mali* (autore Platone) sunt, *qui sibimet imperare non possunt, quique impurum semper habent animum, inutiles, miseri, quia ignorantes, aliis non amici: semper enim amicos lædunt. Olim itaque, inquit, concessimus, bonos esse illos, qui sibimet imperare possunt; malos autem, qui nequeunt. Et quis est, qui vere sibi imperet, nisi is, cuius voluntas est æterna, atque ab omni peccandi occasione naturaliter libera? hunc autem Deum appellamus.* Et Dialogo 4. *Quænam, inquit, actio à Deo amatur? Deumque sequitur? vna certe, rationem vnam antiquam habens, quod simile simili, quod moderatum sit, amicum est: immoderata vero, neque inuicem, neque moderatis sunt amica: Deus profecto nobis rerum omnium maxime est mensura, multoque magis, quam quiuis, vt ferunt, homo.* Qui igitur huic tali amicus fore studet, est necesse; vt quam maxime pro viribus talis efficiatur. sic Deo amicus; qui illi similis, qui temperatus. Decet igitur bonum virum sacrificare diis, & interesse diuinis: malo autem contraria contingunt omnia. Si itaque Deus bono viro gaudet plusquam cœlo; quomodo illius sancta voluntas est causa malorum? Porro mala, quorum alia est causa præter Deum, penitus extirpari non posse, ait Socrates apud Platonem in lib. de scientia: *Impossibile est*, inquit, ô Theodore, *mala penitus extirpari; nam bono oppositum aliquid esse, semper necesse est; neque illa tamen apud Deos locum habere possunt: naturam vero mortalem, regionemque inferiorem necessario circumeunt. Quare conandum est, vt hinc illuc quam celerrime fugiamus; fuga autem ista est, vt Deo similes pro viribus efficiamur. Deo similes efficit, cum prudentia, iustitia, simul & sanctitas.* Quid hac Socratis sententia clarius, quæ mala, terras, non autem cœlum incolere asserit? & recte quidem; nam teste sapientissimo Mercurio ad Tatium: *Mundus iste inferior est congeries malorum. Equidem ingentes gratias Deo age, inquit, qui naturam boni mihi cogitanti, sententiam hanc certam infudit, quod in mundo bonum esse non possit siquidem mundus est congeries malorum.* Vnde constantissime docet, mala ab ipso Deo esse non posse. *Ab ipso profecto fieri, inquit, nihil malum, nihilque turpe; hæc siquidem passiones creaturas sequuntur, quemadmodum æs rubigo, & animata corporalimus; at neque faber ferrarius induxit rubiginem, neque animati corporis genitor, cœnum, ac sordes; eodem modo nec Deus etiam malum; generationis autem perseueratio, malum surrepere cogit, eaque de causa mutationem Deus rebus instituit, ceu quandam generationis ipsius purgationem.* Apertissime sapientissimus Mercurius docet, Dei voluntatem non esse malorum causam, quem Plato quoque imitatur *dial. 9. de leg. Nemo autem*, inquit, *sponte malus; iniustum sane est esse malum, & malum sponte huiusmodi esse. non sponte vero fieri, quod voluntarium est, nulla vnquam ratione potest, habitus enim omnis, aut virtutis, aut vitij est. si virtutis, omnino voluntarium est; quoniam consilio libero acquisitus est. si vero vitij, inuoluntarius omnino censetur, vitium enim morbus est animi. cum ergo vitiorum habitus inuoluntarij sint, nemo ergo sponte malus fit.* Quoniam ergo nemo sponte malus: nunquid Deus ipse sponte est malus? An non malus, cuius voluntas est malorum? profecto bonum nequaquam dixerim, cuius voluntas est mala. an non mala voluntas, si causet, atque efficit mala? Derogat ergo, & quidem multum diuinæ voluntati; qui eam asserit esse causam malorum. Sane, ratio boni est appetibilis, malum autem bono opponitur; malum ergo, quatenus huiusmodi, nullo appetitu est appetibile; per accidens tamen interdum appetitur, in quantum aliquod, respectu alicuius, saltem secundum apparentiam, consequitur bonum: agens namque naturale, non priuationem, sed formam intendit. Malum autem, quod coniungitur bono, est priuatio boni. Proinde malum minime appeteretur, etiam per accidens, nisi ob gratiam boni, quod habere videtur: itaque non malum quæritur, sed bonum, etiam si fallax sit, & apparens bonum. Cum autem Deus sit natura bonus, non potest velle nisi verum, & summum bonum, id est, seipsum. Dei ergo voluntas non potest esse malorum. Præterea, malum fit, cum à bono receditur: sed Deus non potest à bono, id est à seipso recedere, atque deficere: igitur non potest esse malorum causa.

Dei voluntas nō est causa mali.

Plato 1. de rep.

Qui sint mali.

Deus est nobis mensura.

Socrates.

Nemo sponte malus.

Deus non potest esse causa malorum.

Dei voluntas nō est causa mali.

CAP. II.

Diuina Plotini doctrina de origine mali, Enneadis primæ, lib. 2. cap. 2. & sequent.

Bonum est, inquit, à quo omnia pendent, quodque omnia appetunt, à capientia ab ipso principium, nequaquam penitus indiga: ipsum vero nullius egenum, sed sibi sufficiens, nihil penitus appetens, mensura omnium atque terminus, ex seipso producens intellectum, essentiam, animam, vitam, rursum actionem circa intellectum, in mundo regnat intelligibili, qui sane intellectus est, intellectus inquam habens omnia, qui est omnia. secum habitat, sibi prorsus vnitus, non possidet ea tanquam alia, nec ipse existit alius, neque quæ sunt in eo, singula segregantur à singulis, imo quodlibet est vniuersum, & vbique totum, neque tamen confunduntur omnia; sed rursus singula discernuntur. quod ergo huius fit particeps, non simul omnia, sed quæ potest participat. Hæc est illæsa, felixque Deorum vita, à malo omnino semota: quod si hic sisteret natura gradum, nunquam foret malum. hæc ille. Dei plane naturam ita distincte, clareque depingit, non quidam vt purus, simplexque philosophus; verumetiam, vt illustris, insignisque Theologus: nam & veri boni naturam, quam omnia appetunt, à qua dependent omnia, eleganter ostendit: attributorum quoque diuinorum distinctionem, vnionemque, denique felicissimam Dei vitam à malis omnino semotam. Quomodo ergo illius voluntas potest esse malorum causa, qui est omnibus modis à quouis malo remotissimus? Denique adiungit, quod si res creatæ in hoc summo bono gradum sisterent, ab eoque nunquam deflecterent; nusquam profecto malum foret. Malum igitur fit, à bono & optimo Deo recedendo, non illi adhærendo: nemo enim, authore Deo, fit deterior. *Itaque, inquit, 2 cap. malum in entibus non est, multo etiam minus in eo, quod entia supereminet: bona enim hæc omnia sunt.* Reliquum est igitur: si cubi malum est, in his quæ non sunt, reperiri, quasi quandam non entis speciem, & circa aliquid eorum, quæ non enti miscentur. non ens, inquam, haud quaquam omnino non ens, sed tantum ab ente diuersum. Itaque malum non entium est, quia quibus insidet rebus, non entia reddit. Est enim non ens, quod suo bono priuatur: malum autem est, priuatio boni. *Magnum malum,* inquit Mercurius, *est iniquitas, quæ sui possessorem non esse facit. hæc est magnum hominum tormentum. quo nulla ignis ardentior flamma. quænam fera mordax ita corpus lacerat, vt impietas laniat animam?* hoc est malum non entium, quippe, quod entia, non entia facit: omne enim quod est, quatenus tale, bonum est: malum autem est, quod vitiat, corrumpitque bonum. Quum autem hæ passiones in Deum cadere nequeant, liquet, illius voluntatem malorum causam non esse. Operæ pretium est igitur intelligere, inquit cap. 6. qua ratione potissimum à Platone dictum est, mala omnino deleri non posse, sed ex necessitate euanire, neque apud Deos esse, sed apud mortalem naturam: vtique, quia cœlum à malis liberum est: in terra vero iniustitia versatur, ordinisque expers iniquitas. Mala igitur necessario inueniunt, quia scilicet virtuti aduersatur iniquitas. Ex hoc tamen non sequitur, duo debere esse mundi principia, bonum vnum, malum vero alterum: non enim cogit vbique, si alterum contrariorum extat, alterum rursus extare: id autem veritatem habet, quando vtrumque inesset, idque vicissim potest contrarium veluti existente sanitate: potest & morbus inesse, neque tamen necessario prouenit. forte non putat Plato, in quolibet contrariorum ordine eiusmodi necessitatem esse veram: sed in ipso boni contrario. At, si ipsum bonum essentia est, vel potius super essentiam, quidnam potest ei esse contrarium? Cæterum, quia mundus ex contrariis constat, idque quia materia necessaria est vniuerso; hac de causa, si bonum est, necessum est, malum quoque esse: materia enim est causa mali. Sane, quæcunque in hunc mundum à Deo proueniunt, bona sunt: mala vero ex antiqua natura, inquit Plato, significans videlicet subiectam materiam nondum exornatam. *Obiicit* forte quispiam, non propter materiam nos fieri malos: neque enim ignorantiam, neque prauas cupiditates ob materiam proficisci. verum omnino necesse est mali necessitatem, materiam esse. Quæcunque enim facit qualitas in materia iacens, haud quaquam seorsum existens, efficit: Sicut neque figura securis, absque ferro secat. Præterea, formæ, quæ in materia sunt, non eædem essent, si in seipsis existerent. Ignis separatus non vrit: neque aliud quicquam eorum quæ in seipsis existunt, talia facit, qualia formæ in materia existentes dicuntur efficere. Materia igitur cū eius quod apparet fit domina, deprauat ipsum atque dissoluit, suum videlicet naturam, adhibens illi contrariam, nempe formæ, informitatē, & defectū, atque excessum moderatæ naturæ, quousque tandem efficiat, vt forma non amplius sui iuris, sed materiæ prorsus euadat. non admouet calido frigus, sed speciei caloris, suam speciei obiiciens orbitatem. Itaque materiam vocat Plotinus pulchri priuationem, ordinis deformitatem, denique boni corruptionem. Et, *vt summatim dicam, inquit, malum quidem appellamus, quod omnino mensuræ est expers.* Est ergo malum priuatio boni: priuatio autem semper in alio, in seipsa vero non est substantia. Malum igitur si est in priuatione situm, certe in eo, quod specie priuatum est, erit malum: igitur per seipsum esse non poterit. Si ergo in anima est malum, priuatio in ea malum, & prauitas est: malum enim in anima, est absentia boni. Iam ergo neque habebit vitam, etiam dum est anima: quod si vita caruerit, anima erit inanimis: mors enim animæ est, dum corpore mergitur, & in materiam labitur, ipsaque repletur. Itaque cum causa mali sit materia, id est deformitas speciei, & ordinis, ipsumque quoque materiæ commercium; Deus, qui ab omni deformitate, materiæque concretione remotissimus est, nullo certe modo, etiam secundum Plotini doctrinam, causa potest esse malorum.

Bonum natura.

Felix vita à malis semota.

Malum à Deo longe positum est.

Malum est non in entibus.

Mercurius. Impietas hominis malum.

Mala deleri non posse.

Non esse ponenda duo principia.

Materia est causa mali. Cap. 8.

Materia deprauat corpus.

Malum in anima est ab[illegible] boni.

CAP. III.

Pythagoricorum sententia de mali causa, siue origine.

DVo esse rerum principia Pythagorici crediderunt, 1.
vnum quidem bonum, alterum vero malum: atque
ita duos Deos posuerunt: quorum profecto opinio
à philos. 14. *met.* legimme, iusteque corrigitur. & in
fine t. 2. *Entia, inquit, nolunt male disponi: vnus ergo princeps.* Sane,
vbi sunt plura prima simpliciter, ibi quoque plures primas
formas esse, necessarium est: plures quoque primos fines,
ac plura prima mouentia: primum enim principium
simpliciter est prima forma, primusque finis: sed
hæc absurditatem non paruam ostendunt; non sunt ergo 2.
plura prima principia. Malum præterea principium, non habet
virtutem producendi: ex non ente enim nihil fit: sed 3.
malum est non ens: malum ergo non potest esse causa rerum.
Item, si malum est rerum principium, malum vtique aliqua
esset perfectio. omne enim quod fit ex aliquo, ab illo vtique
veluti à quadam re perfectiori fiat, necessarium est: sed
perfectum, & bonum idem sunt: si ergo malum est res perfecta;
malum absque dubio, est bonum, quod est impossibile.
Sed fortasse bonum, id est, cœlum, malum, hoc est, materiam
Pythagorici intellexerunt: cœlum siquidem agens est vniuersale,
generationis causa; materia autem, ob priuationem,
quam habet annexam, corruptionem semper machinatur:
atque ita in malum perpetuo studio intendit. Si licet ita Pythag.
sententiam intelligere; argumenta iam facta contra
huiusmodi Pythagoricos militare non possunt. Quod si
quispiam contendere velit, non talem fuisse illorum mentem,
absque dubio nedum in theologiam, verum etiam in
philosophiam turpissime peccauerunt. Etenim, si malum est
principium: igitur malum est per se subsistens, quod plane
est impossibile, seipsum enim destrueret. Ad hæc malum,
bono natura est posterius, vt nonus narrat primæ philosophiæ 4.
liber com. 19. non ergo potest esse principium, & quidem
primum, quod ab alio præceditur, imo, sine cuius existentia
esse nō potest. Reuera, quoniam malum est priuatio boni,
priuatio autem in seipsa esse non possit, in alio ergo, & non in
seipsa quiescit. sed hoc certe penitus euertit primi rationē, ordinemque
principii. Item, in sempiternis, quæ à principio sunt,
non est quicquam malum, aut peccatum, vel corruptum aliquid, 5.
vt Platonici volunt, quoniam in sempiternis non est
potentia, quæ supponitur malo. Quam ob causam, non indocte
arguit Comment. contra astronomos, qui beneficentiam,
odium, malum, & quæ sunt generis eiusdem, stellis attribuerunt:
in stellis enim hæc simpliciter esse nequaquam
asserendum est. Adhuc, malum est de necessitate propter 6.
priuationem, aut propter alterum contrariorum, cui alterius
accidit priuatio contrarii. vnde ægritudinem, malum appellamus,
ob eam certe quam habet priuationem sanitatis.
Si ergo vnum principium est malum; hoc vtique erit ob priuationem
boni: priuatio autē non est ens: primum ergo principiū
est, & nō est, quod est absurdū. Præterea, si inuenitur vnum
quidem principium, quod summum bonum est, alterū 7.
vero, summum malum; profecto nullum erit mundi principium:
etenim summum dicendum non est bonum, quod
summum malum regnare permittit. An fortassis malum,
bono est potentius? Minime. Itaque est vnum summum bonum,
Deus, cuius diuina, sanctaque voluntas non est malorum
causa.

Non es[illegible] duo [illegible] principia.

Malum [illegible] apud Pythagoricos.

Malum nō potest esse principium.

Dei voluntas nō est causa mali.

CAP. IV.

Quod Deus velit mala, quodque duo sint prima principia, bonum scilicet & malum.

1. SI Deus nouit mala, quæ contingunt: igitur Deus vult mala. Patet Conseq. hæc enim ratione nouit futura mala, quia vult ea fore, alioqui nullo modo fierent: sed Deus nouit futura, præsentia, ac præterita mala: vult ergo mala fore. *Dico.* Deus non vult mala fore, sed permittit. Contra: Deus vult fieri, quæ permittit: sed Deus permittit mala fieri: vult ergo ea fieri: posset enim impedire si vellet. permittere quoque est actus voluntatis, puta velle, vel est negatio, nempe non velle respectu mali: sed non est nolle: malum enim tunc nullum
2. esset. ergo est velle. Deinde, Agens, quod vult aliquid, ad quod necessario sequitur malum fieri, vel esse, vult vtique fieri vel esse malum: sed Deus, vt causa per se vult omne positiuum, quod in re, atque actu consistit: igitur vult malum. ad aliqua enim positiua, necesse est aliquod malum sequi, fieri,
3. vel esse sicuti in actione, in qua Deo detrahitur, aut odio habetur. Adhæc, si Deus non vult malum fieri, sequitur omnino malum prorsus non fieri: id enim, quod à causa essentialiter prima non fit, nec à causa secunda fieri potest. Quare, si Deus, qui est causa prima, & suprema, malum fieri non vult: Malum ergo ab ipso non fit: nec ex consequenti à causa secunda. quod si dixeris à Deo malum fieri per accidens; pari ratione dicam, fieri à causa secunda. Itaque Dei voluntas potest esse malorum causa. Sane, omne bonum, quod fit, Deus vult: sed mala fieri, bonum est, authore August. *in Enchyrid. Quamuis, inquit, ea quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona, tamen, vt non solum sint bona, sed etiam, vt sint mala, bonum est.* Deus ergo, qui vult omne bonum, & mala fieri,
4. est bonum: vult ergo mala. Præterea quicquid principaliter ad vniuersi spectat perfectionem, illud idem certe à summo opifice principaliter intenditur: eo enim muneris est absoluta, perfectaque opera condere. Sed malum ad vniuersi pulchritudinem perfectionemque spectat, vt August. ibidem docet: *Ex omnibus, inquit, consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo, in qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum & loco suo positum eminentius commendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora sint, dum comparantur malis.* Deus igitur, qui summopere diligit appetitque vniuersi pulchritudinem, quæ sine mali admixtione esse non potest, vult mala fieri. Profecto, mala fieri, & non fieri, contradictorie opponuntur: sed Deus non vult mala non fieri; alioqui ipsius voluntas non semper impleretur, multa enim mala fiunt: vult ergo mala fieri: atque ita ipsius voluntas est malorum causa. Quod autem duo sint vniuersi prima principia, ita ostendi potest. si vnum tantummodo est rerum principium: aut illud profecto est bonum, aut malum. Si ma-

Bona non sunt: sine malis.

Quod sint duo principia.

5. lum quidem, absque dubio cum effectus sequantur naturam principii, omnia vtique essent mala, quod est manifeste falsum: omne enim quod est, in quantum est, bonum plene est. Quod si bonum est, quare ergo non prohibet mala? Aut certe hoc continget, quia non potest, vel quia non vult, aut quia inuidet, aut quia ignorat. si non potest, primum reuera dicendum non est Ab aliquo certe superiori vincitur: si non vult, bonū nō est, quod vult malum: si inuidet, non est summum bonum; nam inuidia longe abest à diis immortalibus: si ignorat, Deus non est, qui non omnia scit. Cum ergo nullum istorum, Deo conueniat; verisimile est, duo esse prima rerum principia, bonum, scilicet, & malum. Profecto, si vnū contrariorum est in rerum natura, & alterum sit, necesse est, sed datur summum bonum, & summum quoque malum dari, atque inueniri, omnibus modis est necessarium: ergo quod prius. Deinde, quicquid est in rerum natura, aut est
6. principium, aut principiatum: sed bonum, & malum, authore philos. 6. *met.* sunt in rebus; & principiata quidem non sunt; bonum enim est, authore Platone, à quo totum esse dependet. Malum ergo & bonum principia esse probantur. bonum siquidem & malum non fiunt ex aliis, nec fiunt ex seipsis mutuo: omnia ergo ex ipsis fiunt. sed hoc spectat ad principiorum authoritatem: principia namque sunt, quæ non fiunt ex aliis, sed ex ipsis alia fiunt. Etenim si malum & bonum ex aliis fierent: aut fierent ex bonis, aut non ex bonis, sed ex malis. Non ex bonis, essent enim illa bona infacta: ex malis ergo fient, atque ita malum, rerum principium erit. Sane, si malum ab aliquo fit, aut à bono certe, aut ab aliquo alio. non à bono, quia bonum non est causa mali: *arbor namque bona,* inquit philos. *non potest fructum malos facere.* nec ab aliquo alio: nam aut illud esset malum, aut bono maloque commune. non commune quidem, quia ab indifferenti, non prouenit actio, nec etiam malum, alioqui causa mali non esset in bono. quod Theologis non probatur. Malum ergo est à se, & ex consequenti primum principium rerum.

Arbor bona non facit malos fructus. Arist. in l. de plantis.

Dei voluntas nō est causa mali.

CAP. V.

Soluuntur Argumenta.

AD 1. neg. conseq. Deus enim proprie non vult, sed permittit mala fieri. Sunt autem mala diuersa, & naturæ interdum, quæ perfectionis naturalis carentiam indicant: & pœnæ nonnunquam, quæ perfectionis debitæ absentiam demonstrant. Et culpæ quidem mala, quæ proprio, ac peculiari nomine, mala vocantur. Hæc enim perfectionis debitæ inesse voluntariam carentiam, priuationemque ostendunt. Primi quidem generis mala monstra, siue naturæ peccata vocantur, quæ ob defectum materiæ, atque excessum contingere solent: secundi vero generis, diuinæ iustitiæ ordinem sequuntur: at tertii generis, ad diuinam permissionem spectant: naturæq; conditæ libertatem, dignitatemq; concernunt. Itaq; Deus benedictus, actu quidem recto malum culpæ non vult, sed actu potius indirecto, atq; reflexo quem sane permissionem vocamus: Porro, secundum suæ inscrutabilis sapientiæ iudicium, mala culpæ iuste legitimeq; permittit. Etenim sic condita administrat, vt proprios motus ea agere permittat: neq; enim rationalis creatura, bonum proprium haberet, si inuita ageret bonum; imo nec bonum dici potest, quod propria, atq; vltronea voluntate non fit. Deinde, iuste Deus potest 2.
permittere, quod iuste punire valet: sed Deus potest punire, 3.
imo punit malum culpæ. iuste ergo permittit. Item, stante omnimoda sua iustitia, Deus non tenetur mala culpæ impedire: potest ergo permittere, nullaque ex hoc in Deum est culpæ occasio retorquenda. Permissio sane vno modo idem est, ac non punire, quæ in Deum non cadit, punit enim ipsa peccatores. Alio modo, perinde est, ac non prohibere, siue non impedire: atque hoc modo signum est diuinæ voluntatis. Permissioni autem sic dictæ tria necessaria sunt: scientia nimirum, sine quod ignoret, permittit nemo. deinde non velle malum fieri, aut non fieri, quod reuera est negatio actus positiui in voluntate. postremo est velle reflexum: quatenus scilicet voluntas diuina vult se non velle malum fieri, aut non fieri: vnde Deus dicitur volens permittere: formaliter autem ipsa permissio non volitionem nominat. Malum namque sub ratione mali non est à Deo volitum: sic enim iaceret extra formale voluntatis obiectum. Permittit ergo mala, quia ex malis elicit bona. Sed *dices,* prouidus artifex, quantū potest ab his, quorum curam gerit, mala curat excludere: sed Deus non excludit: non est ergo illi curæ de nobis. Sed hæc ad vniuersalem artificem, prouisoremque non spectant, cui curæ est interdum particulares defectus permittere, ne vniuersale bonum impediri possit. si enim omnia mala impedirentur, bona plurima deessent vniuerso: non enim esset vita leonis, si non esset interitus animalium: neque esset generatio vnius, si non esset corruptio alterius. *Dices,* pulchrius esset vniuersum, si malum nullum adesset, quippe, cum nihil ab ordine diuinæ voluntatis deficeret: id autem Deus, & angelis, & homini ante lapsum, si præstitisset, nullum plane in orbe malum inueniretur. Resp. vniuersum maius bonum esse, quam quodcunque particulare aliud à Deo: quod si mala penitus non essent; deessent vniuerso virtutes in actu completo, vtpote iustitiæ punitiua, constantia, patientia, & his similia. *Mala certe,* teste August. *bene ordinata, & loco suo posita eminentius commendant bona, vt magis placeant, & laudabiliora sint, dum comparantur malis: neque enim Deus omnipotens, quod etiam infideles fatentur, rerum cui summa potestas, cum summe beatus sit, vllo modo sineret mali aliquid esse in operibus suis, nisi vsque adeo esset omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo.* Sed arguit aliquis: si Deus permittit iustum in 4.
peccatum incidere id profecto facit, aut iustitiæ, aut misericordiæ via, atque ordine: non misericordiæ quidem via; aliquem enim in peccatum ruentem, misericordiæ potius est, eum cohibere, quam permittere: neque iustitiæ via, cum iustus hoc nequaquam meruerit. Permissio ergo ad misericordiam, aut ad iustitiam Dei non pertinet: atque ita res est iniusta, Deoque minime tribuenda. Sane, particeps videtur esse criminis apud Apost. scribentem ad Romanos facere malum, & consentire facientibus. sed qui permittit, consentit, impedire enim potest, ne malum illud fiat, præsertim Deus, in cuius manu sunt omnium corda, atque voluntates. Quare, si Deus permittit, consentire videtur: quod certe à summo bu-

Triplex malum.

Malum culpæ iuste permittitur.

Permissio duplex.

Quare permittit mala.

August. in ench. c. 10. Quod mala non sint permittenda.

Rom. 1.

Dei vo-luntas nō est causa mali. mo bono quam longissimum esse debet : permissio ergo
Deo non conuenit. Deinde, si permissio est in Deo, aut est a-
ctus positiuus, aut certe negatiuus Non primum; nam actus
voluntatis positiuos, volitio est, aut nolitio. at, respectu pec-
2. cati, neutra illarum Deo inesse potest. Neque secundum, a-
lioqui de peccato futuro, Deus certam non haberet scienti-
am. futura siquidem contingentia, per voluntatis determi-
nationem, quæ vtique est actus positiuus, cognoscit, atque
intelligit. ergo quod prius. *Resp.* illa permissio per viam iu-
stitiæ fit, quæ vtique est secundum meritorum exigentiam,
1. non autem diuinæ sapientiæ condecentiam. Ad confirm.
dico, quod ille consentit, qui cum habeat & tempus, & au-
thoritatem puniendi, atque arguendi, non arguit tamen, at-
2. que castigat, quod certe in Deum non cadit. Ad 2 permissio,
volitionis negationem denotat, quando dicis, ergo Deus de
peccatis futuris certam notitiam non habet: dico, Deum fu-
tura contingentia, ex sua tantum permissione non cogno-
scere, sed ex peccati positiuo, quod scit se esse cooperaturū,
vel non cooperaturū, cōmissionis sc. vel omissionis: ex quo
3. patet, quod iusta sit Dei permissio, quāuis nobis incognita. Ad 3.
principale, negatur maior: non enim opus est, quod Deus ve-
lit illam carentiam, quæ actum huiusmodi positiuum sequi-
tur. Ad confirm. quamuis Deus non velit malum culpæ; fit
tamen à causa defectiua secunda, idque absque primæ causæ
influxu. Quamobrem, malum esse primam causam simpli-
citer effectiuam, est impossibile. malum siquidem, quatenus
Malum nō potest esse causa effe-ctiua. malum, deficit potius, quam aliquid efficit. Ad autorit. Au-
gust. resp. nonnullorum fuisse sententiam, quod licet Deus
non velit mala, vult tamen mala esse, vel fieri; nam, & si bo-
na non sint, bonum tamen est illa fieri : quæ enim in seipsis
mala sunt, ad aliquod certe bonum ordinantur. Ordo ergo
ille exegit mala esse; sed falsa est illorum opinio : malum si-
quidem per se non ordinatur ad bonum : sed per accidens
potius. Sane, non est intentio peccantis, vt ex malo, boni ali-
quid sequatur. Quare, ordo ille non hoc importat, quia non
per se, sed per accidens illi contingit. bonum ergo illud non
4. per se intenditur à peccante; sed elicitur ab omnipotente re-
gente, qui bene vtitur malis. Ad 4. malum non prodest vni-
uersi pulchritudini per se, sed per accidens: idque ex sapien-
tia opificis. Ad confirm. quamuis mala fieri, & mala non fie-
ri, contradictorie opponantur ; velle tamen mala fieri, &
mala non fieri, non ita se habent, vtrumque enim affirmati-
uum est. itaque Deus non vult mala fieri, neque vult mala
non fieri; sed vult permittere, vt illa fiant, siue possint fieri,
idque secundum iustitiæ, ac suæ sapientiæ verum, sanctumque
Quod non sint duo principia. consilium. Ad arg. quæ videntur ostendere duo esse rerum
principia, malum scilicet & bonum: Resp. & quidem ad pri-
mum, Deum scilicet cognoscere mala futura ; non velle ta-
1. men ea, sed potius velle ea permittere, vt iam diximus. Ad
2. 2. Malum & bonum in rerum natura subiectiue esse dicun-
Malum in rerum na-tura subie-ctiue. tur, non autem formaliter: materia enim est principium in
quo, & ex quo, quæ profecto à philosopho subiectiue ma-
lum appellatur, maleficium enim semper machinatur : for-
ma autem est principium, in quod, quæ dicitur quoddam di-
uinum & optimum, atque ita bonum nuncupatur. Hæc sunt
duo generationis principia, bonum scilicet, & malum subie-
ctiue; non tamen formaliter. Duo enim prima principia for-
malia esse, est impossibile. Ex hoc autem soluuntur aliæ con-
firmationes, vitium namque, quod proprie malum dicitur,
ex bono nascitur.

CAP. VI.

De origine mali.

QVoniam huiusmodi inquisitio veritatis, plurimum
prodest ad euertendos, confutandosque errores
aliquorum, qui de hac re perperam senserunt, ideo
post philosophorum dicta, ad sacros me conuerto,
præcipue ad eos, qui contra huiusmodi errores, ex professo
disputarunt. In primis autem obuiam venit Dionysius Areo-
pagita, vir doctrina insignis, & antiquitate, & sanctitate illu-
stris, qui in libr. *De diuinis nominibus* abunde & eleganter dis-
Dionysius Areopagi-ta. seruit cap. 3. *De origine mali* : *Malum, inquit, ex ipso bono nequa-
quam existere, audemus dicere. Nam si ex bono sit, non esset malum:
non enim ignis est frigefacere, nec boni, facere non bona.* Præterea,
natura boni est, producere, atque seruare : mali vero perde-
re, atque dissoluere ; profecto nullum existentium est ex
malo. nec ergo ipsum malum ex bono: haberet enim quan-
Malum nō est ex bono. dam portionem boni. Item, omnis rerum intentio bonum
spectat, vt principium, atque finem : omnis siquidem pul-
chrum & bonum appetunt : sed nihil mali naturam spe-
ctans, aliquid facit, atque aggreditur: quo ergo modo in or-
dine rerum erit malum, cum huiusmodi bono appetitu sit *Dei vo-luntas nō est causa mali.*
destitutum? Rursus, quæcunque sunt, ex ipso bono depen-
dent, ipsumque bonum entibus est superius, siquidem in bo-
no, etiam quod non ens dicitur, ens existit: Malum ergo, ne-
que ens est, propterea nec est omnino malum, neque rursus est *Bonum omnibus enti-bus superi-us.*
omnino non ens: nihil enim erit ipsum quod dicitur omni-
no non ens, nisi per rationem quandam ente superiorem, in
ipso bono dicatur. Malum igitur, magis quam non ens, est ab
ipso bono, & essentia dissidet. Sed *dicet* aliquis : vnde nam
erit malum? nisi enim malum sit, virtus & vitium erit idem.
Aut saltem quod virtuti aduersatur, non erit malum. Con-
traria profecto temperantiæ intemperantia est, iustitiæque
iniustitia. Propterea necesse est concedere, malum aliquid
esse bono contrariū. Neque enim bonum sibimet repugnat;
sed vniuersum bonum communione quadam inuicem
gaudet. Neque rursus quod minus bonum est, meliori bono *Malum im-possibile est esse in bono.*
contrarium est dicendum; quia neque minus calidum, aut
frigidum, minus calido frigidoue repugnat. Malum igitur
est in rebus oppositum, contrariumque bono. Ad hæc au-
tem vera ratio *respondebit* : Malum, qua ratione malum est,
nullam essentiam, vel generationem facere, solum vero de-
prauare, atque perdere (quantum in ipso est) rerum substan-
tiam. Quod vero corruptionem generatio sequatur, non est
id quidem mali potestas, sed minoris boni præsentia; quem-
admodum & morbus defectus quidem est ordinis, sed non
vniuersi. Si enim totus ordo desit, neque morbus ipse sub-
sistet. Non est ergo in existentibus malum, quia illa sunt ex
bono: in bono autem malum esse non potest. Si autem fin-
gatur in bono malum esse, quonam pacto inerit? Non potest
arbor bona fructus malos facere, vel mala bonos. Neque *Duo prin-cipia re-rum esse im-possibile.*
rursus possibile est, duo rerum esse principia, & inuicem & in
vniuerso contraria, atque repugnantia : si enim id concedam-
rus, nec Deus ipse à detrimento molestiaque procul aberit,
cum non desit, quod ipsum quoque perturbet. præterea,
cuncta erunt inordinata, semperque pugnantia: atqui bo-
num ipsum amicitia quadam cuncta conciliat : quapropter
malum nec est in Deo, nec ex Deo: aut concedendum erit,
Deum non esse bonum. In Deo bonum, est sua substantia: si
permutetur ex bono, Deus aliquando quidem erit, aliquan-
do vero non erit. Malum igitur nec est in Deo, nec ex Deo,
neque simpliciter, neque per tempus. Sed *dices* fortassis, ma- *Malum nullum ex Deo.*
lum in angelis inueniri: Nec in angelis etiam malum est. Si
enim angelus speciem boni præferens, diuinam exprimit *Malum nō est in ange-lis.*
bonitatem, existens videlicet per participationem, quod se-
cundum causam est in primo ente; illud quod exprimitur,
certe imago Dei est angelus, & occulti luminis declaratio, ac
speculum purum nitidissimum, incoinquinatum, immacu-
latum, splendore declarans secretissimi illius silentii boni-
tatem. Itaque nec angelis quidem inest malum, nisi quis di-
xerit propterea malos esse, quod puniant peccatores. Sed ea-
dem ratione Sacerdotes qui prophanos à diuinis mysteriis
arcent, mali erunt : Sed profecto non malum, meritis affici
pœnis qui sunt pœna digni. Neque rursus dæmones sunt na- *Malum nō esse in na-tura dæmo-num.*
tura mali, alioqui nec essent ex bono, nec essent prorsus ali-
quid: Nec ex bonis natura mutati sunt in malos, neque sem-
per extitere mali. Præterea, si sibi ipsis mali sint, seipsos vtique
perderent: malum enim destruit seipsum. Si aliis mali, essen-
tiam eorum perdere non possunt. Non sunt ergo omnino
mali, sed deficientes à bono : malum enim est deficiens bo-
num. Quod namque expers omnis boni fingitur, nec vs-
quam quidem aliquid erit. Proinde, quonam pacto dæmo-
nes, cum à Deo facti sint, mali sunt? nempe bonum bona
producit, & statuit. Deprauati vero sunt in eo, quod ab habi-
tu, actioneque circa bona diuina vacant. Præterea, si natura *Dæmonum prauitas.*
mali sunt dæmones, semper fuere mali. atqui malum non est
stabile: quod enim semper eodem modo se habet, malum
non est: semper siquidem idem esse boni proprium est. igi-
tur non sunt ipsi natura praui, sed indigentia quadam bo-
norum angelicorum. His itaque malum est auersio quæ-
dam, excessusque & discessus, ob quem bonis sibi conueni-
entibus potiti non fuerint. Dæmoniaca igitur gens, non se-
cundum naturam est, sed qua non est, existit mala. Neque *Dæmones integra na-turalia.*
angelica munera his tributa, aliquando permutata fuor, sed
integra sunt, quamuis ipsi minime cernant, quippe cum vi-
res eas, quibus bona videri possent, iam occluserint: licet er-
go dæmones sint, viuant, intelligant, desiderent; priuatione
tamen quadam, & fuga, & casu à conuenientibus sibi bonis,
mali cognominantur, & sunt. Sed quispiam fortassis *dicet*, *Malas ani-mas non esse.*
malas esse animas, eo quod quodam prouidentiæ conserua-
tionisque officio coniungantur malis. Atqui hoc non est
malum, sed bonum, atque ex ipso bono prouenieus. Sin autem
animas quoquo modo deprauari dicamus, in quo nam de- *Animarum prauitas.*
prauantur? nisi in quodam affectionum actionumque bonarū

Dei voluntas nõ est causa mali.

defectu, aberrantes siquidem à fine, ob infirmitatem propriam delabuntur. Quam ob rem nec in dæmonibus, nec in nobis ita malum est, quasi existens aliquid, sed tanquam defectus aliquis, per quem propriorum bonorum consummatione caremus. Neque rursus in animalibus brutis est malum: si enim iram concupiscentiamque sustuleris, & cætera quæ in eis, etsi mala dicuntur; non sunt tamen simpliciter suapte natura mala. Leo quidem, fortitudine superbiaque amissa, Leo esse desinit, canis quoque blandus effectus omnibus, non erit canis; custodire enim latratu suo, canis est proprium, atque domesticos quidam admittere, alienos vero propellere. Quapropter conseruare naturam non est malum, imo vero malum est naturæ corruptio, ac naturalium actionum, viriumque defectus. Neque malum aliquid est in corporibus: deformitas enim atque morbus, defectus est quidam speciei, ordinisque priuatio. Id autem non omnino malum est, sed minus bonum: alioqui si pulchritudinis speciei que, & ordinis integra solutio fiat, ipsum quoque corpus abibit. Præterea, neque corpus est vitiorum causa animo contingentium, nam absque corpore prauitas potest oriri. quemadmodum in dæmonibus: hoc ergo est mentibus, & animabus corporibusque malum, infirmitas videlicet ad bonum proprium consequendum. Neque verum est vulgatissimum illud, malum scilicet in materia esse, qua ratione materia: hæc enim ornatus & pulchritudinis, speciei que fit particeps: separata autem ab his, nullam habet speciem, aut qualitatem, vt pati possit. Rursus, si materia nullo modo est, neque bonum est, neque malum. Sin autem quomodolibet est, quæ verum sunt omnia, sunt ex bono, bonum erit, quia effector bonus. Aut materia condita est à malo, & ita duo rursus erunt principia. Iam vero si materiam ad consummationem vniuersi fuisse necessariam, contitentur, quonam modo erit materia malum? Præterea, malum fugit naturam boni: sed materia suapte natura appetit bonum, formam scilicet: materia ergo non est malum. Denique, si materia mala est; quomodo naturam generat, atque nutrit, aut omnino quicquam facit, aut seruat? Si dixeris materiam quidem ipsam in animab. prauitatem nullam facere, sed eas trahere; quomodo id verum erit, cum animæ multæ aciem suam ad bonum dirigant? Malum igitur in animabus ex materia non contingit. Sed neque priuatio, quæ est in materia, repugnat bono: non quidem vniuersalis priuatio, quia nunquam est, cum non sit aliquod positiuum. neque particularis priuatio: priuatione enim boni particularis existente, malum necdum omnino præualuit, ea autem accedente, mali natura perit. Itaque in Deo, neque ex Deo est malum, neque in angelis, neque in dæmonibus, neque in animabus, neque in corporibus, neque in brutis.

Malum nõ est in brutis.

Malum nõ est in corporibus.

Malum nõ est in materia.

Priuatio non repugnat bono.

CAP. VII.

Causa mali.

Mali multæ causæ, boni autem vna.

Deus per bonum cognoscit mala

Malum nõ est æternũ.

DE causa mali disputans D. Dionysius, dicit bonum, ex vna integra & totali causa consistere, nempe ex omnibus circumstantiis, quæ ad bonum requiruntur: præsertim ex optima intentione, quæ operi imprimit speciem. Malum vero ex multis & particularibus defectibus. Sane, pluribus modis contingit peccare, quia facile est declinare à ligno; vno autem modo benefacere. Scit autem Deus malum, sub ratione boni: Et apud ipsum causæ malorum sunt beneficæ virtutes, nempe potentiæ intellectiuæ & liberæ, quæ sunt subiecta, in quibus vitia & virtutes insident. Malum non est æternum, vt quidam dicunt: alioqui si substantialiter est malum, creat vtique, potest, est, & agit. sed à quo habet hæc omnia? ex principio vtique bono. Malum igitur non est: quia omne, quod secundum naturam existit, ex definita quadam causa sequitur. At si malum nullam habet causam definitam; certe secundum naturam non existit: neque enim est in natura, quod præter naturam est: neque in arte ratio illius, quod accidit præter artem: neque anima causa malorum est, essentia enim animæ bona est, actione autem fit praua: nec hoc est incommutabile: mutari enim potest eius actio, quam diu hic degit, manetque in sua ipsius potestate. si autem non sic, vnde virtutes, si mutari nequit in melius? nunquid & Deiformis est facta? Malum ergo est defectus & priuatio boni: optimorum enim causa vna est, quia rerum valde bonarum vna est fontalis causa. si optimo malum contrarium, mali multæ causæ sunt, diuersæ vtique causæ malorum, defectiuæ quidem, non positiuæ; vt impotentia, infirmitas, causæ scilicet non effectiuæ, sed defectiuæ, neque immobilia, & semper sic & sic se habent mala, hoc est, non sunt fixa, & vniformia, cum maxime distent à summo, & immobili ente, ac vltimo fine; sed multa, & infinita, inordinata, atque indeterminata, quæ mouent in fines diuersos, & indeterminatos. Malorum autem omnium principium, ac finis, est bonum. Boni autem gratia, tum bona, tum etiam contraria fiunt: nam & mala facimus appetentes bonum: nullus enim malum spectans, quæ facit aggreditur. quapropter neque substantiam malum habet, sed præter substantiam existens, substantia nititur aliena, vtpote quod non sui quidem, sed boni duntaxat, gratia, perpetratur. Ex quo patet, malum non esse ex proprio principio, sed per accidens, atque propter aliud. Sæpe enim contingit, vt recta agamus, nonnunquam vero recta esse putamus, quæ agimus; non tamen sunt, sed opinamur bona esse. Iam vero apperet, malum esse præter intentionem præter naturam, præter causam, præter principium, præter finem, extra terminum, extra voluntatem, extra substantiam. Itaque malum est priuatio, defectus, infirmitas, inconcinnitas, error, scopo, id est, fine determinato, atque perfectione destitutum, sterile, iners, imbecillum, confusum, dissimile, infinitum, tenebrosum, essentia carens. vnde fit, vt malum omnino non valeat, nec quicquam possit, nisi permixtione boni. Quod enim omni bono vacuum est, non potest facere quicquam. Proinde non omnibus omnino eadem sunt mala; sed dæmoni quidem malum est, quod intellectus eius amiserit ipsam boni formam: Animæ vero, quod ratione defecit, corpori autem, quod à natura defecit. Sed *dices* fortassis, cum prouidentia diuina cuncta comprehendat, nihilque prouidentiæ gubernatione deseritur, vnde mala sunt? Prouidentia diuina ita omnia recte gubernantur, vt malis bene vtatur, ad aliquam videlicet vel ipsorum, vel aliorum, siue priuatam, siue communem vtilitatem. Sed cur Deus hæc mala, quæ in his: hominibus, & dæmonibus non tollit? aut vult mala tollere, & non potest: aut potest, & non vult: aut neque vult, neque potest: aut vult & potest. Si vult & non potest, imbecillis est, quod in Deum non cadit: si potest & non vult, inuidus, quod æque alienum est à Deo: si neque vult, neque potest, & inuidus, & imbecillis est, ideoque neque Deus: si vult & potest, quod solum Deo conuenit; vnde ergo sunt mala? Hoc formidolosum argumentum, quod plurimos ex philosophorum numero perturbauit facile solui potest: Deus enim potest quicquid velit, & imbecillitas, & inuidia in Deo nulla esse potest. Igitur mala tollere potest, sed non vult: nec ideo tamen inuidus. idcirco namque non tollit quia sapiens, & iustus est. sapientia autem sua bona omnia fecit & in bonis mala exoriri permittit, vt recta esset electio: & honorabilis virtus, quæ in discernendis malis, eligendisque bonis, malis autem fugiendis, atque abiiciendis, posita est. Non potest enim quisquam eligere meliora, & scire quod bonum sit, nisi sciat simul reiicere, atque vitare quæ mala sunt. Iustitia autem mala non sustulit, vt remanerent in homine virtutis vestigia, cuius ratio in sustinenda, & superanda malorum acerbitate consistit. Quis enim iustus dicendus, quis virtute præditus appellandus, nisi qui pro viribus pugnat contra mala? Non enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit.

Dei voluntas hõ est causa mali.

Anima fit actione praua

Mala non sunt immobilia.

Nullus respiciens ad malum operatur.

Malum est præter intentionem.

Malum quid.

Malum dæmonis, animæ & corporis.

Mala Deus cur non tollit.

Conclusio Operis.

ANOR MEVS IESVS CHRISTVS.

FINIS LIBRI PRIMI.

PYMAN-